as de nuestro ero è jurisdiciõ para q̃ por todo rigor de dere-
a locũp r è pagar assi como si fuesse sentẽcia difinitiua de juez
entida, è pada encosa juzgada, e contra nos dada cerca de lo
s leyes enuestro auor y derechos podemos renunciar y la q̃
ciacion echa no a. Eyo la dicha
por ser muger casada renuncio en este caso mi
a frenals, ereditarios è las leyes de los èperadores Iustinianos
, è la neua y viexa cõstitució e las leyes de Toro, e las demas
geres, e las quales è sus remedios fuy auisada por el pressente
nte escriuano doy fee q̃ la uise, q̃ es q̃ ninguna muger se pueda
ente con su marido por de da que aella no toque principalmẽte
nũcò como en ella se cõtiene, è por mas firmeza desta escritura,
estro Señor, é por la señal de la Cruz tal como esta † en que pu-
a del pressẽte escriuano corporal mẽte por las palabras da los san-
do quier que mas largamẽte estã escritos de no yr ni venir cõtra
n tiẽpo alguno q̃ sea, ni yre ni alegare q̃ para hacerla e otorgarla
ducida ni apremiada por el dicho mi marido ni por otra persona
icha por razõ de mi dote arras ni por otro ningũ
a pidiere, ò demãdare, ò fuere contra esta escirtura de q̃ no sea oy
l, so pena de perguera infame, è fementida, e de caer en caso deme
juro Amen. Socarg del dicho juramento prometo de no pedir
muy santo padre ni otro juez ni perlado que poder para ello te-
otuo me sea conceda della no vsare nime aprobechare en firme
os nos los suso dichos esta escritura y lo en ella contenido ante

todas cosas pido y demãdo a vos el dicho mi ... ia
otorgar esta escritura, yo el suso dicho la doy y cõcedo la dicha li... e
mi muger segũ q̃ por vos me es pedida, e para el efecto q̃ se me pide
la acepto, segun q̃ por vos me es cõcedida, y della vsando ...os
de mancomũ a voz de vno e cada vno de nos renunciãdo las leyes la mã
como en ella se contiene; otorgamos e conocemos que vẽdemos ...amos
por juro de heredad para agora y para siempre jamas vos
...os e par...
rederos e succesores, e para aquel o aquellos q̃ de vos o de ... huuieret
de lo heredar conuiene a sauer, os vendemos

Desuso deslindada e declarada, en la manera q̃ dicho ...os la vẽdemo
tradas y salidas vsos ẽ costũbres quãtas de derecho la p... neçe puedp...
cer alguno por preco de quantia
de la moneda vsual corriente en estos Reynos de los q... os damos
viẽ cõtẽtos é pagados a toda nuestra volũtad por quãt... reccuimos
to y en razõ de la paga q̃ de pressẽte n parecio renũcia... las leyes q̃ c...
è dezimos ê confessamos q̃ esto es el verdadero valor è... cio q̃ vale la
à q̃ no vale ni pued valer mas d... s dichos ma...
por ella si en algun tiempo, mas vale ò v... pued... e la tal dema...
gracia e donacion pura mera, perfect... ...ecable, ... l derecho lla...
ra mayor abundamento renunciamos ... ordenamie... real hech...
nares por el noble Rey don Alonso, é las demas q̃ son e ha... lan en ra...
das por mas o por menos de la metad del justo precio, e desde ... y dia
carta es fecha e otorgada por ella, e por tradiciõ della nos apartam...

610
1.620


THEATRVM
.S S.PP.
AD PHILIPPVM.III
HISPANIARVM REGEM
CATHOLICVM
AVCTORE MAGIS-
tro Fr. Christophoro de Sanctotis,
Augustiniano Burgensi, Sacri
Concilij Theologo
TOMVS.II.
BVRGIS
Apud Ioannem Baptistam
Varesium .1607.
AVGVSTINVS LVX DOCTORVM MALLEVS HÆRETICORVM
PONE ME IVXTA TE ET CVIVS VIS MANVS PVGNET CONTARA ME
Christyaen Knyf fecit

THEATRVM
S. S. PP.
AD PHILIPPVM III
HISPANIARVM REGEM
CATHOLICVM
AVCTORE MAGIS.
tro Fr. Christophoro de Sanctotis.
Augustiniano Burgensi, Sacri
Concilij Theologo
TOMVS II.
BVRGIS
Apud Ioannem Baptistam
Varesium 1607

EVANGELIVM IN DIE PASCHAE,

Marc. 16.

TEXTVS.

Matt. 28. a. 1
Luc. 24. a. 1.
Ioann. 20. a. 1

CVM Transisset Sabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt veniẽtes vngerent Iesum. 2. Et valde manè vna Sabbathorũ, veniunt ad monumentum; orto iam sole. Marci. 16.

Origenes in Cant. homil. 2. Exponens illa verba: Surge propera.

CVR ait: *Surge?* Cur: *propera?* Ego sustinui tabie tempestatum, ego fluctus, qui tibi debebantur excepi. Tristis est facta anima mea propter te vsque ad mortem. Surrexi à mortuis fractis mortis ianuis, & inferni vinculis dissolutis. Ideò dico tibi, *Surge amica mea, quia hiems transiuit, pluuia abijt, flores visi sunt in terra, tẽpus sectionis adest.* Sectio remissio peccatorum est.

Idem Origen. lib. 4. in Epist. ad Roma.

TRaditus est Christus propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Etenim si surreximus Christo, qui est iustitia, & in nouitate vitæ ambulamus, & secundum iustitiam viuimus, Surrexit nobis Christus ad iustificationem nostram. Si verò nondum deposuimus veterẽ hominem cum actibus suis, sed in iniustitia viuimus, audeo dicere, quod nõ surrexit nobis Christus, ad iustificationem; nec traditus est propter peccata nostra. Si enim hoc credo, quomodo illud amo, pro quo ille pertulit mortem? Si hæc credo, quòd ille ad iustificationem meam surrexit, quomodo iniustitia placet? Iustificat ergò eos Christus tãtummodò, qui nouã vitam exemplo resurrectionis ipsius susceperunt, & vetusta iniustitiæ, atque iniquitatis indumenta, velut causam mortis abijciunt.

D. Berar. Suermone 1. Natiuitatis Domini.

CRistus in conuersatione sua contra peccatum dimicans,

Quãdo peccatum alligatur. Marc. 3.

verbis pariter & exemplis oppugnat: ſed in paſsione ſua alligat illud. Alligat plane fortem, & dirigit vaſa eius Iam verò eodem ordine mortẽ quoque ſuperat, prius in ſemetipſo, cùm reſurgit primitiæ dormientium, & primogenitus mortuorum. Poſtmodùm debellaturus eam, pariter in omnibus nobis, quando, videlicet ſuſcitabit mortalia corpora noſtra, & deſtruetur nouiſsima inimica mors. Propterea enim reſurgens, decorem indutus eſt. Nõ ſicut anteà naſcens pannis inuolutus eſt. Propterea qui prius ſinu miſericordiæ fluebat, non iudicans quenquam, reſurgẽs præcinxit ſe, & iuſtitiæ cingulo videtur quodã modo effluentem ſinũ miſericordiæ collegiſſe: quoniam ex tunc præparatur ad iudicium, quod in noſtra reſurrectione futurũ eſt.

1. Cor. 15. c. Apoc. 1. b.

Chriſtus in nobis omnibus mortem debellauit. Pſalm. 92.

Auguſtinus tomo 2. Epiſto. 49. Ad Deogratias. quæſt. 6.

De triduo Chriſti in ſepulcro.

DE ipſo autem triduo mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quomodo ratio reddatur, cum à parte totum intelligitur in die primo & nouiſsimo, vt toti tres dies, idem cum ſuis noctibus computentur, longùm eſt diſſerere, & in alijs ſermonibus iam ſæpiſsimè dictũ eſt. Sicut ergò Ionas ex naui in aluum ceti, ita Chriſtus ex ligno in ſepulchrum, vel in mortis profundũ. Et ſicut ille pro his qui tempeſtate periclitabantur, ita Chriſtus pro his qui in hoc ſeculo fluctuãt. Et ſicut primo viſum eſt, vt prædicaretur Niniuitis à Iona, ſed nõ ad eos peruenit prophetia Ionæ, niſi poſteà quam eum cætus euomuit: Ita prophetia præmiſſa eſt ad gentes, ſed niſi poſt reſurrectionem Chriſti, non peruenit ad gentes. Iam verò quod tabernaculum ſibi conſtituit, & conſedit exaduerſo ciuitatis Niniuæ, quid ei futurum eſſet expectans, alterius ſignificationis perſonam Propheta geſtabat. Præfigurabat enim carnalem populum Iſrael. Nam huic erat & triſtitia de ſalute Niniuitarum, hoc eſt de redemptione & liberatione gẽtium. Vnde venit Chriſtus vocare non iuſtos, ſed peccatores, in pœnitentiam. Vmbraculum ergò cucurbitæ ſuper caput eius promiſsiones erant veteris Teſtamenti, vel ipſa iam munera, in quibus erat iam vtique, ſicut dicit Apoſtolus, *Vmbra futurorum*, tanquàm ab æſtu tẽporalium malorum in terra promiſsionis defenſaculum præbẽs, vermis autem matutinus, quo rodente cucurbita exaruit, idem ipſe rurſus Chriſtus occurrit, ex cuius ore Euangelio diffamato, cuncta illa quæ temporaliter apud Iſraelitas, vel vt vmbraculi prius ſignificatione viguerunt, euacuata mareſcunt. Et cunctus ille populus amiſſo Ieroſolymitano Regno, & Sacerdotio, & ſacrificio, (quod totum vmbra erat futuri) in captiua diſperſione magno æſtu tribulationis aduritur, ſic & Ionas, quod ſcriptum eſt, à ſolis ardore, & dolet grauiter, & tamen dolori eius atque vmbræ, quam diligebat, ſalus gentium pœnitentium, præponitur, adhuc cachinnent Pagani, & iam vermẽ Chriſtum, & hanc interpretationem prophetici ſacramenti ſuperbiore garrulitate derrideant, dùm tamen & ipſos ſenſim, paulatimque conſummat. Nam de omnibus talibus Eſaias prophetat, per quem nobis dicit Deus: *Auditeme, qui ſcitis iudicium populus meus in quarũ corde lex mea eſt, opprobria hominum, nolite*

Poſt Chriſti reſurrectionẽ prophetia deuenit ad gentes.

Matth. 6.

Lucæ. 5. Ionæ 4.

Heb. 10. & Coloſ. 2.

Vermis matutinus quid ſit.

Chriſtus vermis bifarias intelligitur.

Ionæ. 1.

Ionæ reſurrectio late explicatur, eo quod primaria ſit reſurrectionis figura.

Iſai 51. c.

lite metuere, & detractione eorum ne ſuperemini, nec quòd vos ſpernat magni duxeritis, ſicut enim veſtimentum ita per tempus abſumentur, & ſicut lana à tinea comedentur, iuſtitia autem mea in æternum manet. Nos ergò agnoſcamus vermem matutinum, quia in illo Pſalmo, cuius titulus inſcribitur. Pro ſuſceptione matutina, hoc ſe ipſo nomine appellare dignatus eſt. *Ego, inquit, ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Pſalm 21.b.

Auguſtinus de Doctri. Chriſtia. tom. 3. lib. 3. cap. 35.

QVintam Ticonius regulã ponit, quam de tẽporibus appellat: qua regula plerumq; inueniri, vel conijci poſsit, latens in Scripturis ſanctis quãtitas temporum. Duobus autem modis vigere dicit hanc regulam, aut tropo ſynedoche, aut legitimis numeris. tropus ſynedoche, aut à parte totũ, aut à toto partem facit intelligi. ſicut vnus Euãgeliſta, poſt dies octo factum dicit, quod alius poſt dies ſex, quando in monte Diſcipulis tantum tribus præſentibus. *Facies Domini vt Sol reſplenduit & veſtimenta eius ſicut nix.* Vtrumque enim verũ eſſe non poſſet, quod de numero dierũ dictum eſt, niſi ille qui dixit, *Poſt dies octo*, intelligatur parte nouiſsimam diei, ex quo id Chriſtus prædixit futurũ, & partem primam diei, quo id oſtendit impletum, pro totis diebus duobus atque integris poſuiſſe: is verò qui dixit: *Poſt dies ſex*, integros omnes & totos, ſed ſolos medios computaſſe. Hoc modo locutionis quo ſignificatur à parte totum, etiã illa de reſurrectione Chriſti ſoluitur quæſtio. Pars enim nouiſsima diei, quo paſſus eſt, niſi pro toto die accipiatur, id eſt adiuncta etiã Matth. 17. d. & Luc. 9.

A nocte præterita, & nox, in cuius parte vltima reſurrexerit, niſi totus dies accipiatur, adiuncto ſcilicet die illuceſcente Dominico, nõ poſſunt eſſe tres dies & tres noctes, quibus ſe in corde terræ prædixit futurum. Legitimos autem numeros dicit, quos eminẽtius diuina Scriptura cõmendat, ſicut ſeptenarium, vel denarium, vel duodenarium, & quincunq; alij ſint, quos legendo ſtudioſi libenter agnoſcunt. Plerunq; enim huiuſmodi numeri pro vniuerſo tempore ponuntur, ſicut *Septies in die laudem dixi tibi*, Nihil eſt aliud, quàm *ſemper laus eius in ore meo.* Tantundem valent, & cum multiplicantur, ſiue per denariũ, ſicut ſeptuaginta & ſeptingenti, vnde poſſunt & ſeptuaginta anni Ieremiæ pro vniuerſo tempore, ſpiritualiter accipi, quo eſt apud alienos Eccleſia: ſiue per ipſos, ſicut decem per decem cẽtum ſunt: & duodecim per duodecim centum quadraginta quatuor, quo numero ſignificatur vniuerſitas ſanctorum in Apocalypſi. Vnde apparet nos ſolas temporum quæſtiones iſtis numeris eſſe ſoluendas: ſed latius patere ſignificationes eorum, & in multa proſerpere. Nec enim numerus iſte in Apocalypſi ad tempora pertinet, ſed ad homines. *Numeri finiti pro infinitis & omni tempore.* Apoc. 7.

Auguſtinus quæſt. Euange. lib. 1. cap. 7. tomo. 4.

SIcut enim fuit Ionas in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. Sextę ferię diei parte qua ſepultus eſt cum pręterita nocte, pro nocte & die accipias, hoc eſt, pro toto die Sabbathi noctem & diẽ, & noctem Dominicam cũ eodem die illuceſcente: ac per hoc accipiẽdo parte pro toto, habes triduũ & tres noctes. Ioan. 12.

Quod enim dicũtur decẽ menſes pregnãtis, nouẽ ſunt pleni, ſed initiũ decimi pro toto accipitur. Et quod ſe Dominus oſtendit in mõte, poſt ſex dies factum dicit vnus Euangeliſta, alter vero poſt octo dies dicit: partẽ poſteriorem primi diei, in quo futurum hoc Dominus promiſit, & partem priorem nouiſsimi diei, in quo completũ eſt quod promiſit, pro totis atque integris diebus annumerans: vt intelligas eum qui dixit poſt ſex dies, ſolos medios commemoraſſe, quiverè toti atq; integri cõpleti ſunt. In Geneſi enim à lumine incipit dies, & finit ad tenebras, ad ſignificandũ lapſum hominis. Nunc autem à tenebris ad lucem, ſicut dictum eſt de tenebris lucẽ clareſcere, quia à peccatis homo liberat⁹ peruenit ad lumẽ iuſtitię.

Matt. 17. & Luc. 9.

Dies in Geneſi, à luce incipit, & in nocte finit. In nouo Geneſi noſtro à tenebris incepit, & venit ad lucem iuſtitiæ.

Auguſtinus de cõſenſu Euãgeliſtarum, cap. 24. lib. 3. tomo 4. de vero intellectu horæ reſurrectionis.

DE hora quoq; ipſa, qua venerunt mulieres ad monumẽtum, non contemnenda exoritur quæſtio. Cùm enim Matthæus dicat: *Veſpere autem Sabbathi quæ luceſcit, in prima Sabbathi venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre ſepulchrum.* Quid eſt quod dicit Marcus: *Et valde mane vna Sabbathorum veniunt ad monumentum oriente iam Sole?* In quo quidem à cęteris duobus, id eſt, Luca, & Ioanne non diſcrepat. Quod enim dicit Lucas. *Valde diluculo:* & Ioannes. *Manè, cùm adhuc tenebræ eſſent,* hoc intelligitur Marcũ dicere, *Valde mane, oriente iam Sole,* id eſt, cum cælum, ab orientis parte iam albeſceret, quod non fit vtique, niſi ſolis orientis vicinate, eius enim eſt ille fulgor qui nomine aurorę appellari ſolet, ideò non repugnat illi qui ait. *Cum adhuc tenebræ eſſent,* Die quippe ſurgente, aliquæ reliquiæ tenebrarũ, tanto magis extenuantur, quãto magis oritur lux. Nec ſic accipiendũ eſt quod ait, *Valde mane,* tanquã Sol ipſe videretur iam ſuper terras: ſed potius ſicut dicere ſolemus eis quib⁹ volumus ſignificare tẽporius aliquid faciendum: cùm enim dixerimus, manè, ne putẽt iam ſole ſuper terrã cõſpicuo, nos dicere adhoc plerunq; addimus, valde mane, vt illud quod etiã albeſcẽte vocatur intelligãt: quanquã & hoc vſitatũ ſit, vt poſt galli cantũ, ſępe repetitum cũ coniectari homines cæperint diẽ iam propinquare, dicant, *Iã mane eſt.* Et cũ poſt hoc verbum attẽderint, & iam oriẽte, id eſt, iam de proximo aduenięte in has partes ſole, cælũ rubeſcere vel albeſcere viderint, addant qui dicebant mane eſt, & dicant valde mane eſt. Quid autẽ intereſt dũ ſiue illo ſiue iſto modo nihil aliud intelligam⁹ à Marco appellatum mane, niſi q̃ Lucas appellauit diluculũ: & hoc valde mane, quod ille valde diluculo, & quod Ioãnes mane cũ adhuc tenebręeſſent, ſole autẽ iam oriẽte, id eſt, ortu ſuo cælum illuminare incipiente. Quomodo ergò his tribus cõgruat Matthęus, qui nec diluculo, nec mane, ſed *Veſpere ait Sabbathi quæ luceſcit in prima Sabbathi,* attentius indagãdum eſt, à parte quippe prima noctis, quę eſt veſpera, ipſam noctẽ voluit ſignificare Matthęus, cuius noctis fine, venerũt mulieres ad monumentum. Ea verò cauſa intelligitur, eandem noctem ſic appellaſſe, quia, iã à veſpere licebat afferre aromata, tranſacto vtique Sabbatho. Ergò quoniam Sabbathi impediebãtur, vt nõ antefacerent, ab eo tẽpore nominauit noctẽ, ex quo eis licere

Matt. 28.

Luc. 24. Marc. 16. Ioann. 20.

In fine noctis mulieres venerunt ad monumentum.

rere cepit, vt facerent quod cunq; vellent tempore eiuſdem noctis.

Veſpere Sabbathi quæ hora ſit.

Sic itaque dictum eſt veſpere Sabbathi, ac ſi diceretur, nocte Sabbathi, id eſt, nocte quæ ſequitur diem Sabbathi, quod ipſa verba eius ſatis indicant. Sic enim ait, *Veſpere autem Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi*, quod fieri non poteſt, ſi tã tummodo primam noctis particulam, id eſt, ſolum initiũ noctis intellixerimus dicto veſpere ſignificatam. Nec enim ipſum initium luceſcit in prima Sabbathi, ſed ipſa nox quę luce incipit terminari. Nã terminus primæ partis noctis, ſecundæ partis initiũ eſt. Lux autem terminus totius noctis eſt, vnde non poteſt dici veſper lucescés, in prima Sabbathi, niſi nomine veſperi nox ipſa intelligatur, quam lux terminat. Et vſitatus loquendi modus diuinæ Scripturæ eſt, à parte totum ſignificare. A veſpere ergò noctem ſignificant, cuius extremum eſt diluculum. Diluculo enim venerunt illæ mulieres ad monumentum. Ac per hoc ea nocte venerunt, quæ ſignificata eſt nomine veſperi. Tota enim ſignificata eſt eo nomine, vt dixi, & ideò quacunque eius noctis parte veniſſent, ea vtiq; nocte veniſſent. Cũ ergò venerunt parte eius noctis extrema, ea proculdubio nocte venerunt. Veſpere autẽ quę venerunt in prima Sabbathi non poteſt niſi ipſa tota nox intelligi. Eo igitur veſpere venerunt, quæ ipſa nocte venerunt. Ipſa autem nocte venerũt quæ noctis ipſius, quanuis extrema parte venerunt. Nam & ipſum triduum quo Dominus mortuus eſt & reſurrexit, niſi iſto loquẽdi modo, quo à parte totum dici ſolet, recte intelligi non poteſt. Hinc magna redditur ratio verbi Domini. Ipſe quippe ait.

Scripturæ ſacræ mos eſt à parte totũ ſignificare.

Matth. 12. *Sicut enim Ionas fuit in ventre cæti tri*

A *bus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Computentur autem tempora, ſiue ex quo tradidit ſpiritum, ſiue ex quo ſepultus eſt, & non occurrit ad liquidũ niſi ad medium diem, hoc eſt, vt Sabbathum totum diem accipiam, id eſt, cum ſua nocte. Illos autem qui eũ in medio poſuerũt, id eſt, Paraſceuem, & primam Sabbathi, quem diem Dominicum dicimus, à parte totũ intelligamus. Quid enim

B iuuat quod quidam his anguſtijs coarctati, & iſtũ loquutionis modum, id eſt, à parte totum in ſanctarum Scripturarum ſoluendis quæſtionibus plurimorum valere neſcientes, noctem voluerũt annumerare tres illas horas, à ſexta vſque ad nonam, quibus ſol obſcuratus eſt, & diem tres horas alias, quibus iterum terris eſt redditus, id eſt, à nona vſq; ad ei⁹ occaſum. Sequitur enim nox futuri Sabba-

C thi, qua cum ſuo die computata, erunt iam duæ noctes, & duo dies. Porrò autem poſt Sabbathum ſequitur nox prima Sabbathi, id eſt, illuceſcentis diei Dominicæ, in qua tunc Dominus reſurrexit. Erũt ergo duæ noctes, & duo dies, & vna nox, etiam ſi tota poſſet intelligi, nec oſtenderemus quod illud diluculum pars eius extrema ſit. Quapropter nec annumeratis illis ſex horis, quarum tribus Sol cõtenebratus eſt, & tribus eluxit,

D conſtabit ratio trium dierum, & trium noctium. Reſtat ergò vt illo ſcripturarum vſitatiſſimo loquendi modo, quo à parte totum intelligitur, inueniamus extremũ diem tempus Paraſceues, quo crucifixus & ſepultus eſt Dominus, & ex ipſa extrema parte totũ diẽ cũ ſua nocte, qui iam peractus fuerat accipiamus: medium verò, id eſt, Sabbathi diem, nõ à parte, ſed

integre totum : tertium rurſus à parte ſua prima, ideſt, à nocte totum cum ſuo diurno tempore: ac ſic erit triduum quemadmodum illi octo dies, poſt quos aſcendit in montem, quorum medios integros attẽdentes Matthęus & Marcus, dixerunt poſt ſex dies, quod Lucas dixerit poſt octo dies. Nũc iam cętera videamus, quem admodum Matthæo congruant, Lucas enim apertiſsimè duos angelos dicit viſos fuiſſe à mulieribus, quę venerunt ad monumẽtum, quorũ singulos intellexeramus commemoratos à duobus, vnum à Matthæo, ideſt, illum qui extra monumentum ſedebat in lapide, alterũ à Marco, ideſt, illum qui intra monumentum ſedebat à dextris. Sed Lucas ita narrat. Et dies erat Paraſceues, & Sabbathum illuſceſcebat, ſubſecute autem mulieres, quæ cum ipſo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius, & reuertentes parauerũt aromata & vnguenta: ſed Sabbatho quidem ſiluerunt ſecundum mandatum: *Vna autem Sabbathi, valde diluculo, venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerunt aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento, & ingreſſo non inuenerunt corpus Domini Ieſu, & factum eſt dum mẽte conſternatæ eſſent de iſto, ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti.* Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas. *Quid queritis? viuentem cum mortuis?* Non eſt hic ſed ſurrexit, recordamini qualiter locutus eſt vobis, cum adhuc in Galilæa eſſet dicens: *Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & tertia die reſurgere: & recordatæ ſunt verborum eius, & regreſſæ à monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim & cæteris omnibus.* Quomodo ergò ſinguli viſi ſunt ſedentes, vnus ſecundũ Matthæum foris ſuper lapidem, & alter ſecundum Marcum, intus à dextris. Cùm ſecundùm Lucam duo ſteterunt ſecus illas, quanuis ſimilia dixerint. Poſſumus quidé adhuc intelligere, vnum Angelũ viſum à mulieribus, & ſecundum Matthæum, & ſecundum Marcũ, ſicut ſupra diximus: vt eas ingreſſas in monumentum ſic accipiamus in aliquod ſcilicet ſpacium, quod erat in aliqua maceria communitum, vt intrari poſſet ante illum ſaxeum ſepulchri locum, atque ideò vidiſſe Angelum ſedentem ſupra lapidem reuolutum à monumento, ſicut dicit Matthęus, vt hoc ſit ſedẽtem à dextris, quod dicit Marcus, deinde intus ab eis, dum inſpicerent locum in quo iacebat corpus Domini, viſos alios duos Angelos, ſtantes ſicut dicit Lucas, ſimilia locutos ad earum exhortandum animum & ædificandam fidem.

Matth. 28.

Auguſtinus in Dialogo ſexagintaquinque quæſtionum, quæſt. 13. to. 4.

CVm Iudæi ſignum peterent à Domino & Saluatore noſtro, reſpondit illis, *Generatio hæc adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ: Sicut enim Ionas fuit in ventre cæti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit & Filius hominis in corde terræ, tribus diebus, & tribus noctibus.* Approbaer gò quomodo in inferno fuerit tribus diebus & tribus noctibus, cũ feria ſexta, quę eſt in Paraſceue, hora nona emiſerit ſpiritũ, & prima Sabbathi ante lucẽ, quæ eſt Dominica reſurrexit: Ecce non ſunt tres dies pleni, nec tres noctes.

Matth. 12.

RES-

RESPONSIO.

ANtiqui Patres noſtri hoc ſe ferunt, vt prima dies, quæ eſt Paraſceue à parte vltima, & vltima quæ eſt Dominica, à parte prima debeat computari, & ita denominando à parte totum tres dies fuerunt vltima pars feriæ ſextæ totum Sabbathū, & prima pars Dominicæ cum ſuis noctibus.

Auguſtinus quæſtionum ſecunda parte, ex nouo Teſtamento quæſt. 64. tomo. 4.

QVomodo probatur poſt tres dies & tres noctes reſurrexiſſe Saluatorem ex mortuis? In hac cauſa ſi numerum dierum ac noctium per ordinem requiris, effectum intelligentiæ non habebis, quia & Moyſes quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & tamen non integer numerus inuenitur, quādo enim per diem aſcendit, & per diem deſcendit, omnem vtique numerum nō impleuit: ſed quia vbi dies eſt cōputatur & nox, & vbi nox eſt computatur & dies, vt à parte ad totū quadraginta dies & quadraginta noctes dicantur. Ita eſt quod dixit Saluator: *Sicut fuit Ionas in vētre cæti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit Filius hominis in corde terræ.* Et quia tres noctes ſunt, tres accipiātur & dies. Eſt enim nox ne nouū aut cōtra fationē forte videatur, vt oū nox ex die pendeat, nā ante lucē factam ex qua appellatus eſt dies, quam veſperum quod ſequitur nox inſtitutum, minimè dubitatur quod paſſio Dominica à nocte ſumere aſſueueratur initiū, non abſurdum eſt: nam ſicut lux, ideſt, dies imago vitæ eſt, ita nox ſimilitudo mortis eſt, id eſt, tenebræ: ſicut in ſcripturis euidenter oſtēduntur filij lucis, & è contra tenebrarum. Nec mirum ſi cum vbiq; dies nocti, & lumen tenebris, hic ſolum quæ ſunt ſequentia anteriobus præponantur, vel quod in tali cauſa rerum ordo confunditur & mutatur vt ante ſignauimus. Nam mortis nox magis quā dies eſſe videtur, ideò etenim à nocte initium ſumitur, quia non aliter principi tenebrarum niſi per noctem potuit ſubintrari, id eſt non potuit vinci, & vt aliquatenus Dominus lucis, id eſt, æternæ vitæ principi tenebrarum, ſibi mortis ſubiectus eſſet ad tempus quatenus & præteritos, & poſt futuros à morte liberaret. Nam non eſſet mors penitus euacuata, nec vnquā tenebrarum caligo diſcuſſa, ſi Dominum non vidiſſet ſubintrantē, etenim tanta luce ſecretum mortis, in quo dominabatur euanuit, nec penitus vinci poteſt, niſi qui per ſua, vel in ſuis capitur. Rectè ergò in tali negotio tantùmmodo nox obtinet principatum, ita vt amitteret poteſtatem, & vt Iudæi non credentes in perpetua nocte remanerēt, nec author dies tā tiſceleris, imò ſacrilegij ſed nox fieret, precedenti nocti contra rerum ſeriē ſubditur dies, ſicut Deus & Dominus omnium rerum principi nefariæ mortis, vt omnes à mortis laqueis explicaret. Quod ſi cui adhuc forte videtur contrarium eſſe, diligenter aduertat, ne incipiat illud durius æſtimare, quod Deus ſe perſonam induens ſeruī, non dicam hominis, morte deleuit. Quid ergo hic ordinem quæris, vbi omnia videas eſſe contraria? quæ eſt enim, *lux quæ fuit in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt?* Dominus lucis, qui & comprehenſus eſt, qui enim ſcit ſe ad hoc comprehendi vt feriatur,

Exod. 34. d.

Matth. 12.

Ioann. 1.

tempus illud in mortem computat. Est & dies sequens, qua auditus & crucifixus est, est & nox quę cepit in Sabbathum, est & ipsum Sabbathum: est etiam vesper post Sabbathum, hoc est, quod Iudæis à Moyse præceptum est in figura, vt vespere intrarēt in Sabbathū, in quo Dominus resurrexit, qui complectitur diem Dominicum, quia nox nō computatur sine die, nec dies sine nocte. Hac ratione post tres dies & post tres noctes, Dominus resurrexit.

Lactantius de vera sapien. lib. 4. cap. 19.

VErùm tertio die ante lucem terręmotu facto repente patefactum est sepulchrum, & custodibus, quos attonitos obstupefecerat pauor, nihil videntibus integer à sepulchro ac viuus egressus in Galilæam profectus est, vt Discipulos suos quæreret in sepulchro. Verò nihil repertum est, nisi exuuiæ, quibus conuolutum corpus incluserāt. Illum autem apud inferos non remansurum, sed die tertio resurrecturum, Prophetæ cecinerant: *Non derelinques animam meam apud inferos, nec dabis sanctum tuum videre interitum.* Item in tertio *Ego dormiui & somnum cæpi, & resurrexi, quoniam Dominus auxiliatus est mihi.* Oseas quoque primus 12. Prophetarum, de resurrectione eius testificatus est: *Hic filius meus sapiens, propter quod nunc resistet in contribulatione filiorum suorum, & de manu inferorum eruam eum: Vbi est iudicium tuū mors? aut vbi est aculeus tuus?* Idem alio loco: *Viuificabit nos post biduum die tertio.* Et ideò Sybilla impositurum esse morti terminum dixit: *Post triduanum somnum.*

Psalm. 15.

Psalm. 3.

Oseæ.

A

Sybillina autem carmina, ex Græco in Latinum traducta sic habent.

ID est mortis factum finiet triū dierum somno suscepto, & tūc à mortuis egressus in lucē veniet, primus resurrectionis vocatis initium ostendens, vitam enim nobis exquisiuit morte superata.

B

Ignatius ad Traianos ex Smyrna Epist. 2.

DIe ergò Parasceues, tertia hora accepit sententiam à Pilato, permittente Patre: sexta verò crucifixus est, nona autem emisit Spiritum. Ante verò solis occasum de Cruce depositus est, & sepultus in monumento nouo: Sabbatho verò mansit sub terra in sepulchro, quo posuit eum Ioseph ab Arimathia, Dominica autem die resurrexit à mortuis, secundum quod dictum est ab eo: *Sicut fuit Ionas in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus.* Continet autem dies Parasceue, passionē eius, Sabbathum verò sepulturam & requiem, Dominica autem resurrectionem.

Optima ratio distinguēdi tēpora passionis & resurrectionis.

C

D

Marzialis ad Burdegalenses, capit. 2.

FIlius Dei ante principiū fuit, & quia Deus erat, diu teneri in morte non potuit. Resurrexit enim ante lucem in die tertia de loco, in quo eum sepeliri vidimus, & apparuit nobis & lętificauit nos

Nizephorus lib. 1. c. 37.

VErūeninuero, fortasse quispiam eorum, qui discēdi studio nullum refugiunt laborem, & eiusmodi

ciusmodi rebus inquirendis delectantur, dixerit, quam ob causam tertio quidem die Domini resurrectio, reditus autem in cælũ quadragesimo peracta sit: decimo porro deinde, à sancta autem resurrectione, quinquagesimo Spiritus diuinus, ita vt promissus fuerat, missus in Apostolos descenderit? Arbitror enim nihil temere & casu aliquo sine singulari quapiam consideratione à Seruatore verbo cum ratione & ordine decenti, vt par est, ex sequenti omnia, factum esse, nisi quod propter cognitionis incomprehẽsibilis difficultatem, humanæ mentis ea superant captum. Mihi quidem nõ nihil super intelligentiam ipsam & notitiam audenti. Vniuersitatis huius Dominus resurrectionem suam propterea in diem tertium contulisse videtur, quùm tres præcipui ordines, siue ætates hominũ vitæ, ex quo patria nostra eiecti sumus, numerentur, eorum nimirum, qui ante legem datam, deinde qui sub lege ipsa, postremo qui post eos extitere (qui etiam vitæ, quæ per gratiã est participes sunt) quod is qui pro salute omniũ mortem obeũdam susceperat, restituere triduanam modo vastitatem & direptionem debuerit, vnicuique parti earum ætatũ quasi signo impresso, libertatem à corruptione & pernicie accommodata, conuenienteque proportione descensus ad inferos, seu potius corporalis in sepulchro mansionis mortificationisque suæ confirmans. Quod si cui placeat, generis humani in principia elementaque sua resolutionem, eiusdemque restitutionẽ, ad causam Dominicæ resurrectionis referre: & propterea quod ea à perfectrice rerum cũctarum Trinitate effecta sit, tribus à Domino omnium diebus, mortem esse abolitam affirmare: ab eo quoque nostra non dissentiet contemplatrix consideratio. Lazarus siquidem mundanæ corruptionis elementarisque resolutionis, & regenerationis typus & exemplar, in fatalem ac morti etiam, num obnoxium restituitur ordinem, quẽ in elementaribus eodem numero principijs ipse Christus constituerat. Quadragesimo autem die ad cælos paternũq; reuertitur thronum Dominus, quod & lex rerum futurarum exemplar & figura, ijs qui ex corruptione progeniti essent per hunc numerum quasi sacrum ductorem, aditum & ingressum ad sacra addita permittit. Eã scilicet ob causam etiam nunc primogenitus ex mortuis fact? Christus, immortalitatemque creaturæ suæ per resurrectionem asserẽs, ad super cæleste nullaque manufactum, nec nõ omnium sacrorum sacratissimum ipsius sanctũ sanctorum, splendide ac magnifice contendens recipitur.

Quadriduana Lazari mors quid designet.

Quo mysterio quadragesimo die à resurrectione Christus cælos ascenderit.

Fulgentius ad Trasimundum Regem, lib. 3.

QVis autem ignoret Christum nec diuinitate, sed in solo corpore mortuum & sepultum? Quod euidenter Ioannes his verbis ostendit: *Post hæc autem*, inquiens, *rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus Iesu, occultus autẽ propter metũ Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu, & permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit autem Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum ferens mixturã myrrhæ, & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergò corpus Iesu, & alligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut Iudæis est mos sepelire.* Ecce facta distinctione diuinitatis carnis & animę, quantum

Ioann. 18.

Ioseph tulit corpus Iesu.

ad

ad proprietatẽ ſubſtantiæ attinet ſolum corpus Ieſu dicit de Cruce depoſitum, aromatibus conditũ, & linteis obuolutum. Propter vnitatem verò perſonę, quoniã Deus hominem, quem ex Virginis vtero ſuſcepit, nec in morte, nec in ſepulchro deſeruit, propterea ſecutus Ioannes adiecit. *Erat autem in loco vbi crucifixus eſt hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondũ quiſquam poſitus erat. Ibi ergò propter Paraſceuẽ Iudæorũ, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.* Vere diuino ſpiritu plenus Sanctus Euãgeliſta loquutus eſt, vt primitus quid in Chriſto mortuum fuerit, & ſepultum oſtendens diceret, acceptum corpus Ieſu: & ligatũ linteis cum aromatibus, & quia: *quod Deus coniunxit homo non ſeparat*, Propterea non corpus Ieſu, ſed Ieſum dicit in monumento poſitũ. Sciebat enim quòd ille ſuſceptor pleni hominis Deꝰ, totus eſſet cũ carne ſua in ſepulchro, totus cum anima ſua in inferno, totus in mundo, totus in cælo, totus in vnitate naturæ in Patre, de quo extitit, totus per omnipotentiam diuinitatis ſuæ in tota creatura quam fecit. Hanc in Chriſto vnitatẽ perſonæ ſeruans Apoſtolus, ſic in Corinthiorum in fide veritatis confirmat Eccleſiam: *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quia Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas: mortuus dixit nõ corpus Chriſti, ſed Chriſtum, vt vnitatem perſonæ Dei hominiſquè ſeruaret.*

Ioann. 18.

Ibi poſuerũt Ieſum non dicit corpus Ieſu quia in ſepulchro erat & diuinitas

A

B

Vnitas perſonæ Chriſti ex verbi Apoſtoli.

1. Cor. 15. a. 3

TEXTVS.

Matt. 18. a. 5 Luc. 24. a. 4. Ioan. 20. c. 12

3 ET dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab oſtio monumẽti? 4. Et reſpicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. 5. Et introeuntes in monumentũ, viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida: & obſtupuerunt. 6. Qui dicit illis. Nolite expaueſcere Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, ſurrexit, &c.

Gregorius lib. 40. Homeliarum. homil. 21.

C

Vox plus excitat quam lectio.

MVLTIS vobis lectionibꝰ (fratres chariſsimi) per dictatum loqui conſueui, ſed quia laſſeſcẽti ſtomacho, ea quæ dictaueram, legere ipſe non poſſum, & quoſdam veſtrũ minus libenter audiẽtes intueor: vnde nunc à me metipſo exigere contra morem volo, vt inter ſacra Miſſarum ſolennia, lectionẽ ſancti Euangelij non dictando, ſed colloquendo ediſſeram. Sicq; excipiatur, vt loquimur, quia collocutionis vox corda torpentia plus quam ſermo lectionis excitat, & quaſi quadam manu ſollicitudinis vt euigilent pulſat, & quidem ad hoc opus me ſufficere poſſe non video, ſed tamen vires quas imperitia denegat, charitas immiſerat. Scio namque qui dixit: *Aperi os tuum, & ego adimplebo illud.*

Pſalm. 80.

illud. Bonũ ergo opus nobis in voluntate ſit. Nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. Dat loquẽdi anſam ipſa vim reſurrectionis Dominicæ tanta ſolennitas, quia & indignũ valde eſt vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis: quo videlicet die caro reſurrexit authoris. Audiſtis fratres chariſſimi) quòd ſanctæ mulieres, quæ Dominum fuerant ſecutæ, cum aromatibus ad monumentum venerunt, & ei quem viuentem dilexerant, etiam mortuo ſtudio humanitatis obſequuntur, ſed res geſta aliquid in ſancta Eccleſia ſignat gerendum, ſic quippe neceſſe eſt, vt audiam? quæ facta ſunt, quatenus cogitemus etiam quę nobis ſint ex eorum immitatione facienda. Et nos ergò in eũ qui eſt mortuus credentes, ſi odore virtutum referti, cum opinione bonorum operum, Dominum quærimus, ad monumentum profecto illius cũ aromatibus venimus. Illę autem mulieres Angelos vident, quæ cũ aromatibus venerunt: quia videlicet illę mentes ſupernos ciues aſpiciunt, quæ cum virtutum odoribus ad Dominum per ſancta deſideria proficiſcuntur. Notandum verò nobis eſt, quid nam ſit quod in dextris ſedere Angelus cernitur. Quid namque per ſiniſtram, niſi vita præſens, quid verò per dexteram, niſi perpetua vita deſignatur? Vnde in Canticis canticorum ſcriptum eſt: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Quia ergo Redemptor noſter iã præſentis vitæ corruptionẽ tranſierat, recte Angelus, qui nuntiare perennem eius vitam venerat, in dextera ſedebat, qui ſtola candida coopertus apparuit, quia feſtiuitatis noſtrę gaudia nunciauit. Candor etenim veſtis ſplẽdorem noſtræ denuntiat ſolennitatis. Noſtræ dicamus an ſuæ? ſed vt fateamur verius, & ſuę dicamus & noſtræ. Illa quippe Redemptoris noſtri reſurrectio, & noſtra feſtiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit, & Angelorum feſtiuitas extitit: quia nos reuocando ad cęleſtia, eorũ numerum impleuit. In ſua ergò ac noſtra feſtiuitate Angelus in albis veſtibus apparuit, quia dùm nos per reſurrectionem Dominicam ad ſuperna reducimur cæleſtis patriæ dãna reparantur. Sed quid aduenientes fœminas affatur audiamus. *Nolite expaueſcere.* Ac ſi aperte dicat. Paueant illi qui nõ amant aduentum ſupernorum ciuium. Pertimeſcant qui carnalibus deſiderijs preſsi ad eorum ſe ſocietatem pertingere poſſe deſperant: vos autem cur pertimeſcitis, quę veſtros conciues videtis? Vnde & Matthęus Angelum apparuiſſe deſcribens ait: *Erat aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimẽta eius ſicut nix.* In fulgure etenim error timoris eſt, in niue autem blandimentum candoris. Quia verò omnipotẽs Deus & terribilis peccatoribus, & blandus eſt iuſtis: recte teſtis reſurrectionis eius Angelus & in fulgore vultus, & in candore habitus demonſtratur, vt ipſa ſua ſpecie & terreret reprobos, & mulceret pios. Vnde recte quoque populum per deſerta gradientem, columna ignis in nocte, & columna nubis præibat in die. In igne enim terror eſt, in nube autem viſionis lęne blandimentum: dies vero vita iuſti: & nox accipitur vita peccatoris, vnde & conuerſus peccatoribus Paulus dicit: *Fuiſtis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in Domino.* In die ergò per nubem columna monſtrata eſt, & in nocte per ignem, quia omnipotens Deus & blandus iuſtis & terribilis apparebit

Reſurrectio Redemptoris fuit feſtiuitas Chriſtianorũ & Angelorũ

Mulieres Dominum viderunt quæ cũ aromatibus venerunt.

Matth. 28.

Exod. 13.

Cant. 2.

Columna ignis & nubis quare populũ Iſraeliticum præibat.

Epheſ. 5.

bit iniuſtis. Iuſtos in iudicio veniens per lenitatis manſuetudinẽ demulcet: illos vero per iuſtitiæ diſtrictionẽ terret. Sed iam quid Angelus ſubiungat, audiamus: *Ieſum quæritis Nazarenum*, Ieſus Latino eloquio ſalutaris, ideſt, Saluator interpretatur. At vero multi tunc Ieſus dici poterant: non tamen ſubſtantialiter, ſed nuncupatiue. Ideò & locus ſubiungitur, vt de quo Ieſu dictum ſit manifeſtetur Nazarenum: & cauſam protinus ſubdidit: *Crucifixum*, atque addidit: *Surrexit, non eſt hic*. Non eſt hic dicitur per præſentiã carnis, quia tamen nuſquã deerat per præſentiam maieſtatis: *Sedite, dicite Diſcipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam*. Quærendum nobis eſt, cur nominatis Diſcipulis Petrus deſignatur ex nomine. Sed ſi hunc Angelus nominatim nõ exprimeret, qui Magiſtrum negauerat, venire inter Diſcipulos non auderet, vocatur ergo ex nomine ne deſperaret ex negatione. Quia in re conſiderãdum nobis eſt, cur omnipotens Deus eum quem cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit. Quod ni mirum magne actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is qui futurus eſſet paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet, prius itaque eũ oſtendit ſibi, & tunc præpoſuit cæteris, vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quam miſericorditer aliena infirma tolleraret. Bene autem de Redemptore noſtro dicitur: *Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis ſicut dixit vobis*. Galilæa namque tranſmigratio facta interpretatur. Iam quippe Redemptor noſter à paſſione, ad reſurrectionem, à morte, ad vitam, à pœna, ad gloriam, à corruptione, ad incorruptionem tranſmigrauerat. Et prius poſt reſurrectionem in Galilæa bene à Diſcipulis videtur. Quia reſurrectionis eius gloriam poſt læti videbimus, ſi modo à vitijs, ad virtutum celſitudinem tranſmigramus. Qui ergò in ſepulchro nũ tiatur, in tranſmigratione oſtenditur: quia is qui in mortificatione carnis agnoſcitur, in tranſmigratione mentis videtur. Hæc fratres chariſsimi pro tanta Dei ſolennitate de lectionis Euangelicę expoſitione tranſcurrimus, ſed libet vt de hac eadem ſolennitate, aliquid ſubtilius loquamur. Duæ etenim vitæ erant, quarum vnam nouimus, alteram neſciebamus. Vna quippe mortalis eſt, altera immortalis. Vna corruptionis, altera incorruptionis. Vna mortis, altera reſurrectionis. Sed venit mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, ſuſcepit vnam, & oſtendit alteram. Vnam pertulit moriendo, & oſtendit alteram reſurgendo. Si ergò nobis mortalem vitam ſcientibus reſurrectionem promitterat carnis, & tamen hanc viſibiliter non exhiberet: quis eius promiſsionibus crederet. Factus itaque homo apparuit in carne mori dignatus eſt ex voluntate, ſed reſurrexit ex poteſtate, & oſtendit exemplo quod nobis promiſit in præmio. Sed fortaſſe aliquis dicat: Iure ille ſurrexit qui cũ Deus eſſet teneri à morte non potuit. Ad inſtruendam ergò ignorantiam noſtram, ad roborãdam infirmitatem noſtram, ſine tantum reſurrectionis exemplũ nobis ſufficere noluit. Solus in illo tempore mortuus eſt, & tamen ſolus minime reſurrexit. Nã ſcriptum eſt: *Multa corpora ſanctorũ qui dormierant ſurrexerunt*. Ablata ergo ſunt omnia argumenta perfidię. Ne quis enim dicat: ſperare de ſe

Deus eſt vbique per præſentiam maieſtatis.

Quare Petr' nominatur ab Angelo.

Petrus quare permiſſus eſt Dominum negare.

Galilæa tranſmigratio facta interpretatur.

1. Timot. 2.

Matth. 27.

de ſe non debet homo, quod in carne ſua exhibuit Deus homo: ecce cum Deo homines reſurrexiſſe cognoſcimus, & quos puros homines fuiſſe non dubitamus. Si ergò membra noſtri redẽptoris ſumus, præſumamus in nobis, quod geſtũ conſtat in capite. Si multum nos abijcimus: ſperare in nobis debemus nos membra vltima, quod de membris eius ſuperioribus audiui mus. Ecce vero ad memoriam redit, quod crucifixo Dei filio Iudæi inſultantes dicebant: *Si Rex Iſrael eſt deſcendat de Cruce, & credidimus ei.* Qui ſi de cruce tunc deſcẽderet, nimirum inſultantibus cedens, virtutem nobis potentiæ nõ demonſtraret, ſed expectauit paulum tollerauit opprobria, irriſiones ſuſtinuit, ſeruauit patientiam diſtulit admirationem: & qui de cruce deſcendere noluit de ſepulchro ſurrexit. Plus igitur fuit de ſepulchro ſurgere, quam de cruce deſcendere. Plus fuit mortem reſurgendo deſtruere, quàm vitam deſcendendo ſeruare. Sed cum Iudæi hunc ad inſultationes ſuas de cruce deſcendere minimè cernerent, cum morientem viderent: cum ſe viciſſe crediderunt, nomen illius ſe quaſi extrinxiſſe gauiſi ſunt. Sed ecce clarificatum de morte nomen eius per mundum creuit, ex qua hoc infidelis turba extinxiſſe, ſe credidit: & quem gaudebat occiſum, dolet mortuum: quia hunc ad ſuam gloriam cognoſcit peruenisſe per pænam. Quod bene in libro Iudicum Samſon illius facta ſignificant, qui cum Gazam ciuitatem Philiſtinorum fuiſſet ingreſſus: Philiſtæi ingreſſum eius protinus cognoſcentes, ciuitatem repente obſidionibus circundederunt cuſtodes deputauerunt, & Sãſom fortiſſimũ iam ſe cõprehendiſſe gauiſi ſunt. Sed quid Sãſon fecit

Surgere de ſepulchro plus fuit, quã de cruce deſcendere.

Iudic. 16.

A agnouimus Media nocte portas ciuitatis abſtulit, & montis veritatẽ aſcendit. Quem (fratres chariſsimi) hoc in facto, quem niſi Redemptorem noſtrum Samſon ille ſignificat? Quid Gaza ciuitas, niſi infernum deſignat? Quid per Philiſtæos, niſi Iudæorum perfidia demõſtratur? Qui cum mortum Dominum viderent eiuſque corpus in ſepulchro iam poſitum, cuſtodes illico deputauerunt, & cum qui author vitæ claruerat in inferni clauſtris retentum quaſi Samſonem in Gaza ſe deprehendiſſe lætati ſunt Samſom vero media nocte non ſolum exijt, ſed etiam portas tulit: quia videlicet Redemptor noſter ante lucem reſurgens, non ſolum liber de inferno exijt, ſed & ipſa etiam inferni clauſtra deſtruxit. Portas tulit & montis verticẽ ſubijt, quia reſurgendo clauſtra inferni abſtulit, & aſcendendo cælorum Regna penetrauit. Hanc ergò reſurrectionis eius gloriam, fratres chariſsimi (quæ & prius demonſtrabatur ex ſigno, & poſt patuit ex facto, tota mente diligamus, pro eius amore moriamur. Ecce enim in reſurrectione authoris noſtri miniſtros eius angelos conciues noſtros agnouimus. Ad horam ergò ciuium illam frequentem ſolennitatem feſtinemus. His cum necdum viſione poſſumus deſiderio & mente iungamur: tranſmigremus ad virtutes de vitijs: vt in Galilæa Redemptorem noſtrũ videre mereamur. Adiuuet omnipotens Deus ad vitam deſiderium noſtrum, qui pro nobis in mortem dedit vnicum Filium ſuum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui cum eo viuit & regnat in vnitate Spiritusſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Samſon Chriſti reſurrectionem figurauit.

Gaza ciuitas infernum deſignat.

Beda

Beda in Marcum, lib. 4. capit. 16.

ET cùm tranſiſſet Sabbathum Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. In Euangelio Lucæ ſcriptum eſt, quod reuertentes à monumento, parauerunt aromata, & vnguenta, & Sabbatho quidem ſiluerunt propter mandatum. Mandatum legis erat, vt Sabbathi ſilentium à veſpera vſque ad veſperam ſeruaretur; ideoque religioſę Mulieres ſepulto Domino, quandiu licebat operari, id eſt, vſque ad ſolis occaſum, in vnguentis præparandis erant occupatæ, vt Lucas ſcribit. Et quia tunc præ anguſtia temporis opus explere nequibant, feſtinauerunt mox tranſacto Sabbatho, id eſt, Occidente ſole, vbi operandi licencia remeauerat, emere aromata, ſicut Marcus refert, vt venientes manè vngerent corpus eius. Nec enim veſperè Sabbathi, præoccupantę iam noctis articulo monumentum adire voluerunt: *Et valde manè vna Sabbathorum veniunt ad monumentum, orto iam ſole.* Prima Sabbathorum prima dies eſt à die Sabbathorũ, id eſt, requietionum, quam nũc diem Dominicam propter reſurrectionem Domini Saluatoris mos Eccleſiaſticus appellat. Idipſum autem eſt cũ vna Sabbathi, ſiue vna Sabbathorum legimus, ideſt, vna dies à Sabbathorum die, hoc eſt requietionum, quæ in Sabbathis cuſtodiebantur. Sãctæ autem Mulieres, quæ Dominum fuerant ſecutæ, cum aromatibus ad monumentum venerant, & ei quem viuentem dilexerant, etiam mortuo ſtudio humanitatis obſequuntur, & nos ergò in eum qui eſt mortuus credentes, ſi odore virtutum referti cum opinione bonorum operum Dominum quærimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus: quod autem, *Valde manè Mulieres venerunt ad monumentum, orto iam ſole*, id eſt, cum iam cælum ab Orientis parte albeſceret, quod non fuit vtique niſi ſolus Orientis vicinitate, iuxta hiſtoriam quidem magnus quęrendi & inueniendi Dominum feruor charitatis oſtenditur. Iuxta intellectum verè myſticum nobis datur exemplum illuminata facie, decuſſiſque vitiorum tenebris odorem bonorum operum Domino & orationum ſuauitatem offerre, & dicebant ad inuicem: *Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti, & reſpicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.* Quomodo lapis per Angelum reuolutus ſit Matthæus ſufficienter exponit. Sed reuolutio lapidis myſtice, reſeratione Sacramentorum Chriſti, quæ velamine literæ legalis tegebantur, inſinuat, lex enim in lapide ſcripta eſt, cuius oblato tegmine, gloria reſurrectionis oſtenſa & abolitio mortis antiquæ ac vita nobis ſperanda perpetua toto cæpit orbe prædicari. *Et introeũtes in monumentum viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt.* Introeuntes ab Oriente in domum illam rotundam, quæ in petra eſt exciſſa, viderunt Angelum ſedentem ad meridianam partem loci illius, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu, hoc enim erat in dextris. Quia nimirũ corpus quod ſupinum iacens caput habebat ad occaſum, dexterã neceſſe eſt haberet ad auſtrum. Scribit autem Matthęus quod Angelum qui reuoluit lapidem ab oſtio monumenti, primo viderunt ſuper ipſum lapidem ſedentẽ, qui eas intrare in locum, vbi Dominus erat poſitus iuſſerit, & videre quòd iam

Quæ ſimil Domino offerenda.

Lapidis reuolutio quia ſignificet.

Quomodo lapis per Angelum fuit reuolutus.

Exod. 24.

iam reſurrexiſſet à mortuis. Scribit Lucas quòd intrantes ad monumentum duos Angelos inibi ſtantes inuenerint. Illæ ergò mulieres Angelos vident, quę cũ aromatibus venerunt, quia videlicet illæ mentes ſupernos ciues aſpiciunt, quæ cũ virtutibus ad Deum per ſancta deſideria proficiſcũtur.

Iuſti aromatibus virtutũ Angelos vident.

Siniſtra. Dextera.

Notãdum verò nobis eſt, quid nã ſit, quòd in dextris ſedere Angel⁹ cernitur. Quid nanq; per ſiniſtrã niſi vita præſens? Quid vero per dexteram niſi perpetua vita ſignatur? Vnde ſcriptũ eſt: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Siniſtram nanque Dei, Eccleſia proſperitatem videlicet vitæ præſentis, quaſi ſub capite poſuit, quam intentioni ſummi amoris premit. Dextera verò Dei eã amplectitur, quia ſub æterna eius beatitudine tota deuotione continetur. Quia ergò Redemptor noſter iã præſentis vitæ corruptionẽ tranſierat, rectè Angelus, qui nunciare perennẽ eius vitam venerat, in dextera ſedebat. Qui ſtola candida coopertus apparuit, quia feſtiuitatis noſtræ gaudia nunciauit. Candor etenim iuſtis ſplẽdorem noſtræ denuntiat feſtiuitatis. Noſtræ dicamus, an ſuæ? Sed vt fateamur verius, & ſuæ dicamus, & noſtræ: illa quippe Redemptoris noſtri reſurrectio, & noſtra feſtiuitas fuit, quia nos ad immortalitatẽ reduxit, & Angelorum feſtiuitas extitit, quia nos reuocando ad cæleſtia eorũ numerum impleuit. In ſua ergò ac noſtra feſtiuitate Angelus in albis veſtibus apparuit, quia dum nos per reſurrectionem Dominicã ad ſuperna reducimus, cæleſtis patriæ damna reparãtur. Sed iam quid aduenientes feminas affatur audiam⁹. *Nolite expaueſcere, Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, ſurrexit, non eſt hic: Ecce locus*

Cant. 2.

Reſurrectio Redẽptoris fuit feſtiuitas Chriſtianorũ, & Angelorum.

A *vbi poſuerunt eum. Nolite* (inquit) *expaueſcere.* Ac ſi aperte dicat. Paueãt illi qui non amant aduentum ſupernorum ciuium. Pertimeſcant qui carnalibus deſiderijs preſsi, ad eorum ſe ſocietatẽ pertingere poſſe deſperant. Vos autem cur pertimeſcitis quæ veſtros conciues videtis? Vnde & Matthæus Angelũ apparuiſſe deſcribens, ait: *Erat autẽ aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimenta eius ſicut nix.* In fulgure etenim terror timoris eſt, in niue autem blandimentum candoris. Quia verò omnipotens Deus & terribilis eſt peccatoribus, & blandus iuſtis, recte teſtis reſurrectionis eius Angelus, & in fulgure vultus, & in cãdore habitus demonſtratur, vt de ipſa ſua ſpecie & terreret reprobos, & mulceret pios. *Ieſum quæritis Nazarenum.* Ieſus Latino eloquio Saluatoris, id eſt, Saluator interpretatur. At vero multi hoc nomine diu poterant tunc, non tamen ſubſtantialiter, ſed nuncupatiue. Ideo locus ſubiungitur, vt de quo Ieſu dictum ſit, manifeſtetur Nazarenum, & cauſam protinus ſubdit crucifixum atque addidit. *Reſurrexit, non eſt hic.* Non eſt hic dicitur per præſentiam carnis, qui tamen nuſquam deerat per preſentiam maieſtatis: *Sed ite & dicite Diſcipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam.* Quærendum nobis eſt, cur nominatis Diſcipulis, Petrus deſignatur ex nomine. Sed ſi hũc Angelus nominatim non & Petro exprimeret, qui Magiſtrum negauerat, venire inter Diſcipulos non auderet. Vocatur ergò ex nomine, ne deſperaret ex negatione. Qua in re conſiderandũ nobis eſt, cur omnipotens Deus cum quem cunctæ Eccleſię proferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit. Quod nimirum ma

Matt. 23. Fulgur aſpectus.

Ieſus.

Petrũ cur ſe negare permiſit Dominus.

magnæ actum pietatis dispẽsatione cognoscimus, vt is qui futurus erat pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaq; eum ostendit sibi, & tunc prepositit cęteris, vt ex sua infirmitate cognosceret quã misericorditer aliena infirma tolleraret. Bene autẽ de Redemptore nostro dicitur: *Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.* Galilęa namq; transmigratio facta interpretatur. Iã quippe Redemptor noster à passione, ad resurrectionem, à morte, ad vitam, à pœna, ad gloriam, à corruptione, ad incorruptionem transmigrauerat. Et primum post resurrectionẽ in Galilæa à Discipulis videtur, quia resurrectionis eius gloriam post læti videbimus, si modò à vitijs ad virtutum celsitudinẽ transmigramus. Quí ergò in sepulchro nunciatur, in transmigratione ostenditur, quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur, in transmigratione mentis videtur: *At illæ exeuntes de monumento fugerunt (inuaserat enim eas tremor & pauor) & nemini quicquam dixerunt. Timebant enim.* Meritò mouet, quomodo Marcus scribat, *& nemini quicquam dixerunt.* Cum dicat Lucas. *Et regressæ a monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnib⁹.* Similiter Matthæus. *Et exierunt* (inquit) *citò de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare Discipulis eius.* Nisi intelligamus, ipsorum Angelorum nemini ausas fuisse aliquid dicere, id est, respondere ad eaquę ab illis audierant. Aut certè custodibus, quos iacentes viderunt: Nam illud gaudium quod Matthæus commemorat, nõ repugnat timori, de quo Marcus dicit. Debemus enim vtrinque in illarum animo factum intelligere, etiam si ipse Matthæus de timore non diceret.

Galilæa.

Concord. Euãg el.

Augustin. de Trinita. lib. 4. cap. 6. tomo. 3.

NOx enim vsque ad diluculũ, quo Domini resurrectio declarata est, ad tertium diem pertinet: *Quia Deus qui dixit, de tenebris lucẽ clarescere*, vt per gratiã noui testamenti, & participationẽ resurrectionis Christi audiremus: *Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino*: insinuat nobis quodammodo, quòd à nocte dies sumat initiũ. Sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum à luce in noctem, ita isti propter hominis reparationem à tenebris ad lucem computantur.

2. Cor. 4.

Ad Ephes. 5.

Augustin. lib. 7. quæst. super Iudicum, quæst. 46. tom. 4.

HInc est, quod etiã in Euangelio vnam atq; eandem rem alius Euãgelista dicit diluculo factam, cum adhuc obscurũ esset, alius, oriente Sole. Quia & ipsa lux quantulacũq; diluculi sole, vtique fiebat oriente: id est, ad hortum veniente, & fulgorem suũ de sue præsentiæ propinquitate iactãte. Quã lucem quidam ideo solis non esse putauerunt, sed illam esse, quę primitus condita est, ante quã Deus quarto die conderet solem.

Augustin. in Psal. 58. tomo 8. in hunc versum: Exultabo mane misericordiã tuam.

MErito & ipsius Domini resurrectio diluculo fuit, vt impleretur quod dictũ est in alio Psalmo: *Vesperè demorabitur fletus, & in matutino exultatio.* Ad vesperã quippe Discipuli mortuum planxerunt Dominum nostrum Iesum Christum diluculo ad resurrectio-

Psalm. 29.

rectionem exultauerunt, *Exultabo mane misericordiam tuam.*

Athanasius de virginitate, siue de meditatione.

MEdia nocte excitabis & hymnis celebrabis Dominum Deũ tuum. Ea enim hora surrexit Dominus à mortuis, & Patrem suum hymnis celebrauit, atque ideò nobis iniunxit, vt eadem hora Deo hymnos diceremus. Quum primũ surgis, hunc versum recita: *Me-*

A *dia nocte excitabar ad confitendum tibi super iudicijs iustitiæ tuæ:* & prædicare, & incipe recitare totum 50. Psalmum donec absoluas. Psalm.118.

Isybius in Leuit. lib. 7. c. 25.

INtendamus, & ad requiem seculi futuri; illam enim octaua dies significat, propter quod & Christi resurrectio post septimum diem Sabbathi in octaua peracta

B est, ex qua substantiam habuit vniuersalis mortuorum resurrectio. 1. Reg. 1.

TEXTVS.

4. *QVIS reuoluit nobis lapidem ab hostio monumenti?*

Drogo de sacramento Dominicæ passionis.

CLAVSVM est Domine ostium mẽtis meæ, & premit intellectum meũ lapis mortalitatis prægrauatus põdere iniquitatis meę, nec humanę prorsus valẽt amouere, nisi omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus veniat, Angelus consilij, C qui diruit maceriam inimicitiarum, & aperiat nobis sensum, vt intelligamus scripturas, & videamus linteamina posita ante nos, humilitatis & resurrectionis tuæ verissima testimonia, in quibus qui te scrutari, te adiuuante potuerit, prægustabit aliquid de gloria resurrectionis, quam præparasti diligentibus te, cuius primitias in sinu tuo iam collegisti, offerens eas semper in cõspectu Patris tui totas igni Spiritus sancti. Et ille quidem Angelus tanti gaudij prænuncius, qui reuoluit lapidem, & impias mentes perterruit, pias autem blandę leniens ti-

B mere prohibuit, ille, inquam, Angelus non tantum verbo, sed vultu, habitu vel tactu beatæ resurrectionis testimoniũ perhibuit. Reuoluit enim lapidem, & super eum sedit lapidem, inquam, qui & nũc aduolutus est super nos, & faciem nostram deprimit: quod in prima resurrectione, quæ est animæ, fieri non dubium est, vt prementem se corruptionis sarcinam versa vice C spiritus subijciat, & velut iudex ac Dominus inferioris sui regimen accipiat. Quid autem per candorem niuis, & vestimentorum speciẽ, nisi corporis nostri frigida & mundissima charitas signatur, quæ præsidenti in se Angelicę claritati similis & testimonium præbet & obsequium? Porro aspectus eius interior vbi, *Signatum est lumen vultus tui Domine*, sicut fulgur, Psalm.4.

D & terribilis est & lucidus, terribilis, vt inimicos animę scindat medios & perterreat: lucidus autem, vt tibi verò lumini cũ iustitia semper appareat. Talis erat facies Moysi ex cõsortio sermonis Exod.34. tui, hoc est, luminosa & terribilis

quia cornuta erat ad vtilandum inimicos, & velata propter ſplẽdorem quem carnales oculi ferre nõ poterant. Et nũc Domine ſcimus & gaudemus, quia reſurrexiſti verè à mortuis, & longè diuiſus es à nobis adhuc mortalibus, qui aſcendis ſuper equos tuos igneos, & currum igneum, qui decem millibus multiplex eſt, veruntamen cecidit nobis à te, & apud nos vſque hodie remãſit pallium tuum. Quę ſint linteamina corporis tui, quibus potentiæ tuæ opem experiamur in tempore opportuno, vt ſpiritus tuus duplex fiat inviſceribus noſtris, quatenus in te & Deum & proximum diligamus: *Circundederunt nos dolores mortis, & tribulationes inferni conturbauerunt nos:* circundedit nos mortalitatis noſtræ veſtimentum ſcaturiens vermibus, qui me aſsiduè comedunt, & non dormiunt, qui ſunt dolores prænunci doloris illius maximi qui venit ſuper nos velut armatus, & improuiſos mollitur obruere. Et quis tam prouidus, vt terrorem illius poſsit ſuſtinere. Attamen vellimus nollimus certe ſuſtinendus eſt, certe tranſmeandus.

4. Reg. 2.

Origenes contra Celſum, lib. 5.

CARPIT prętera dictum id Celſus, Angelum ſcilicet è ſepulchro lapidem deuoluiſſe, ſub quo Ieſu fuiſſet corpus reconditum: nec ſecus agit ac ſolet in literario ludo adoleſcẽtulus quiſpiam, dùm quempiam ſibi incuſandũ deſumit. Inquit enim perinde ac præmeditatum aliquod & prudentius dictum excogitaſſet. Quonam pacto qui Dei filius eſſet, aperire ſepulchrum nequibat, ſed alterius indiguit opera, qui ſibi lapidem ſubmoueret? Verum nequid eorum, quæ hoc loco dicuntur, curioſiùs forte inquiram, vel in præſentiarum ne videar figuras interpretando, nihil opportunè philoſophari, rem ipſam vti geſta eſt explicabo: diſſeramque vel honeſtius illud videri, vt inferior aliquis & miniſter ſaxum deuoluerit, quam his qui ad hominum vtilitatem ſurrexit, nec illud equidem dixerim qui Ieſu verbo paratſent inſidias, & morte afficere perpetua voluiſſent, & vniuerſis iam patefacere hunc ipſum & mortuum eſſe, & nullius de cætero momenti fore, admodum etiam concupiſſe, vt eiuſdem ſepulchrum minime potuiſſet, vt poſt eorum inſidias vegetum illud & viuens verbum nemo intueretur. Is vero qui ad hominum ſalutem iã venerat, Angeli profecto adiutor, Dei Angelus ipſe cum eſſet inſidiãtibus longè validior, lapidis molem illam deuoluit: vt certiores fierent, qui ſe mortem obijſſe iam ducerent, quemadmodum haut quamque cum mortuis verſaretur, ſed vitam ageret & cæleſtem, & volentes quoſq; ad ſe imitandum induceret. Vt his demõſtraret qualia deinceps priora illa ſubſequerentur, quę illis oſtenderat qui min⁹ poſſent maiora ſe capere, & ea præcipue tẽpeſtate, qua tunc primũ ad Ieſu doctrinam deducerẽtur. Deinde neſcio quo pacto & illud ſubiecit: quod equidẽ aut ſatis intelligo quid nã ad eius propoſitum videtur conferre, ait namque poſt Marię editum partũ, Angelum Ioſeph conueniſſe, monuiſſeque infantis gratia nati, & inſidias ſubituri, vt raptorum manus defugeret. Sed de his & ſuperius ad ea quæ Celſus intulerat reſpondendo pleraque iam diſſeruimus.

APEN-

APPENDIX AD festum Paschatis.

Augustinus de Genesi ad literam, lib. 4. cap. 11.

QVapropter iustissima ratione compellimur indagare, si valeamus, atq; eloqui, quomodo vtrumque sit verum, & quod hic scriptum est, in septimo die requieuisse Deum ab omnibus operibus suis quæ fecit, & quod in Euangelio dicit ipse: *Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor?* Eis enim hoc respondit, qui propter requiem Dei scripturæ huius authoritate antiquis commendatũ Sabbathum ab eo non obseruari querebantur, & dici quidem probabiliter potest, obseruãdum Sabbathum Iudæis fuisse præceptum in vmbra futuri: quæ spiritalem requiem figuraret, quam Deus exẽplo huius quietis suæ fidelibus bona opera facientibus arcana significatione pollicebatur. Cuius quietis & ipse Dominus Christus, qui non nisi quando voluit passus est, etiam sepultura sua mysterium cõfirmauit. Ipso quippe die Sabbathi requieuit in sepulchro, eumq; totum diem habuit, sanctæ cuiusdam vacationis, posteaquam sexto die, id est, Parasceue, quem dicunt sextum Sabbathi, consummauit omnia opera sua, cum de illo quæ scripta sunt, in ipso crucis patibulo complerentur: nam & hoc verbo vsus est quando ait. *Consummatum est. & inclinato capite reddidit spiritum.* Quid ergò mirum, si Deus istum diem, quo erat Christus in sepulchro quieturus, volés etiam hoc modo prænuntiare ab operib? suis in vno die requieuit, deinceps operaturus ordinem seculorũ, vt & illud vere diceretur, Pater meus vsque nunc operatur.

Genes. 2.

Ioan. 5.

Ioann. 9.

Ioann. 19.

Iustinus Philos. & Martyr, in Coloquio cũ Trysone Iudæo.

LEgimus autẽ in festo Paschæ comprehensum à vobis, & crucifixum, & sicut in Ægypto paschalis sanguis fuit salutifer: sic Christi sanguis credentes de morte eripiet; ergò erraturus erat Deus, nisi signarentur ianuæ? nequaquã, sed sic prænunciabatur futura humani generis salus per Christi sanguinem, nam & symbolum illud rubri funiculi, quod in Iericho speculatores à Iesu Naue missi dederũt Raab meretrici, iussæ, vt id alligaret fenestræ, per quam eos demiserat clam hostibus, similiter præsignabat Christi sanguinem, per quem salui fiunt in omnibus gentibus, qui olim scortatores iniusti fuerant, accepta remissione peccatorum, à quibus recipuerunt.

Ambros. de Virginibus, lib. 3.

NAm cùm in nouo monumẽto (sicut Ioannes dixit) corpus positum esset Domini Iesu, in suo autem monumento (sicut est secundum librum Euangelij Matthei) posuisset Ioseph Domini corpus, obseruabãt Virgines, bene & Matthæus monumẽtum dixit nouum, ne ex monumento veteri resurrexisse alius crederetur. Bene etiã secundũ spiritũ iusti in monumentum positũ est, quia Christus à mortuis in nouo iusti resurgit affectu. Bene etiam secundũ literã alienũ monumentũ fuit, quia suũ monumentum Dominus nõ quęsiuit. Habeant tumulum qui sub lege sunt mortis Victor mortis suũ tumulum non habeat.

Epiphanius lib. 1. tomo 3. contra Tatianos hæreſ. 46.

QVA propter etiam mirari licet de eo qui nouit (velut etiã in libris reperimus) Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in Golgotha crucifixum eſſe, & non alibi quam vbi corpus Adam iacebat. Egreſſus enim de Paradiſo, quum habitaſſet è regione ipſius multo tempore, & per multos dies peruenisſet, poſtea abijt eò, & in loco hoc, Ieroſolymorum videlicet, debitum naturæ perſoluens, illic ſepult⁹ eſt in loco Golgotha. Vnde merito cognomen habuit locusquẽ cranij ſiue caluariæ locũ interpretãtur. Cuius nominis ſimilitudinem aliquam figura loci non oſtendit. Nec enim in altitudine quadam ſitus eſt, vt hoc cranium interpreteris, velut in corpore capitis locus dicitur. Nec ſpeculæ interpretationem facere poſsis. Nam neque reliquis locis altior eſt: è regione enim eſt Oliueti mons altior, & à ſignis octo Gabaon eſt altiſsima. Sed & altitudo quæ olim erat in Sion, nunc vero diſiecta eſt, etiam ipſa altior loco illo fuit. Vnde igitur cognominatio cranij eſt? Imma, quia primum formati hominis Adam caluaria illic inuenta eſt, & illic reliquiæ ſitæ erant, ea de cauſa cranij loc⁹ cognominatus eſt, in quo crucifixus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per aquam & ſanguinem, qui fluxit ab ipſo per compunctum ipſius latus in ænigmate ſalutem noſtram oſtendit, ab initio maſſę primi patris reliquias reſpergere auſpicatus: quo etiam nobis oſtenderet reſperſionem ſanguinis ipſius, ad mũdationem noſtræ inquinationis, & animæ pœnitentis, & in exemplum rigationis ac purificationis ſordiũ peccatorum noſtrorum factam eſſe, effuſam videlicet aquam ſuperiacentem ſub loco, & ſepultum in ſpem ipſius, & noſtram; quia ex ipſo geniti ſumus. Quare & hic implebatur, quod dictum eſt, *Surge qui dormis. & reſurge ex mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus.* Etiam ſi enim de nobis dicit, qui mortificati ſumus operibus, & in profundo ignorantiæ ſomno dormimus. Atamẽ illud principiũ inſinuationis modum continet, & non ſimpliciter, neque otioſe; *Surrexerunt enim* (inquit) *multa corpora Sanctorum*, velut Euangelium habet: *& ingreſsi ſunt cum ipſo in ciuitatẽ ſanctam &c.* Quũ ita repulerimus vndequaque huius culicis morſus, per oleum benignitatis Dei, & Domini noſtri præſentiam, & lucem veritatis Euangelij ad conſequentes ſectas, prout inſtituimus per veritatem Dei procedere ſtudebimus.

Ad Epheſ. 5.

Matth. 27.

Cyprianus de Reſurrectione Chriſti.

NEque enim fas eſt, vt à nobis aliqua his diebus triſtia recitentur, ſed ſicut filijs Chore datum eſt vt ſemper lęta canerẽt, & prophetarent, & omnes pſalmi eorum attitulati nominibus, gaudia prædicant, nec aliqua minantur aduerſa; ita nos ad Chriſtum pertinentes, cuius ſanguine conſperſa creditur Adam caluaria, qui ſub loco, quo Crux Domini fixa eſt, humatus traditur ab antiquis, eiuſdem ſanguinis ſanctificati elapſu lætemur, & lætemur in Dño, nec iam amatoribus Crucis, mors Magiſtri ſit horrori, nec pœna ſit dolori, nec paſsio ſit pudori, cum hæc omnia vitæ noſtræ ſint inſtrumenta: quia mors eius pro peccatis noſtris ſacrificium fuit

Caput Adæ Chriſti ſanguine conſperſum.

fuit,& pæna Crucis exceſsibus pæ
na dignis occurrit,labor eius one
ra noſtra depoſuit, dolor eius nos
ſanauit,&damnatio indebita,nos
à damnatione æterna abſoluit.

Irenæus aduerſus hæreſes lib. 5.

ET quemadmodum lignum vi
tis depoſitũ in terra, ſuo fru-
ctificat tempore,& granum trit-
ici decidens in terram, & diſſolu-
tum multiplex ſurgit, per Spiri-
tum Dei qui continet omnia,quæ
deinde per ſapientiam in vſum ho
minibus veniunt,& ſanguis Chri
ſti, ſic & noſtra corpora ex ea nu-
trita,& repoſita in terram, & reſo
luta in ea reſurgens,in ſuo tempo
re verbo Dei reſurrectionem eis
donante,in gloria Dei Patris.

Epiphanius contra hæreſes, lib.1.tomo.1.

Reſurrectionis mortuorũ probationes ex Moiſe.

COnuincuntur autem ipſi vn-
dequaque de reſurrectione
mortuorum. Primum ex Abel,
quod poſt mortẽ ſanguis eius Do
minum alloquitur,ſanguis autem
non anima eſt,ſed in ſanguine a-
nima eſt:& non dixit,anima cla-
mabat ad me,oſtendens, quod eſt
ſpes reſurrectionis corporum, ſed
& Enoch tranſlatus eſt,vt non vi-
deret mortem, & non reperiebā-
tur,ſed & Sara poſt mortificatio-
nem vteri eius,& poſt ſiccatum cõ
ſuetum fontem rurſus viuificatur
ad ſeminis deiectionem, & anus
filium concepit,ac parit,iuxta pro
miſsionem, ob ſpem reſurrectio-
nis. Quem & Iacob propriorum
oſsium curam gerens, velut de nõ
pereuntibus præcepit. Et non hic
ſolum, ſed etiam Ioſeph eadem
conſequentia præcipiens,reſurre-
ctionis ſpeciem oſtendit. Sed &
A virga Aronis germinauit, cũ ſic-
ca eſſet,& fructum produxit in ſpẽ *Numer. 17.*
vitæ:mortua corpora noſtra reſur
rectura eſſe ſignificans, ad reſur-
rectionem vero tendens. Sed &
Moſis virga ſimiliter lignea, iux-
ta voluntatem Dei animabatur,
& ſerpens fiens reſurrectionem in
dicabat. Præterea Moſes benedi-
cens Rubum dicit, Quæro Rubim
& ne moriatur: cum olim vita de-
functus eſſet, vt vitam poſt mortẽ
B eſſe oſtenderet,iudicium autẽ ſe-
cundæ mortis in condemnatio-
nẽ. Qua propter duas benedictio-
nes ipſi contribuit. Quæro dicens
in reſurrectione, & ne moriatur
in iudicio:non mortem, quæ per
corporis diſceſſum contingit di-
cens,ſed eam quæ contingit per
condemnationem.

C *Epiphanius contra hæreſes, lib.2.tomo.1.*

QVin & hoc ipſum interroga-
re:Quomodo reſurgunt mor
tui? Quali vero corpore venient?
Vnde declarat,quòd primũ ſubie
ctum non reſurget, ſi enim bene
accipimus exemplum proferen-
dum eſt: ſeminaria ratio in gra-
no frumenti decerpens adiacen-
tem materiam:& per totam ipſam *Reſurrectionis imago.*
procedens eandemque ipſius ſpe-
D ciem arripiens facultates,quas ha
bet aliquando terræ, & aquæ, &
aeri & igni addit,& de victis illo-
rum calitatibus ad hanc tranſmu
tat,cuius ipſa opifex extitit, & ſic
completur ſpica excelenter diffe-
rens à grano,quod eſt ab initio &
magnitudine,& figura &veritate.

Epiphanius contra hæreſes, lib.2.tomo 1.

COnſidera enim ſemina quo-
modo nuda & ſine carne mit

tuntur in terram, & perfecta efecta rurſus reſoluuntur. Alioqui ſi morerentur quidem & putreſcerent ſemina, ex ſeminibus vero non amplius contingeret reuiuiſcere ac naſci, quę ſit ſpectatio, vt non omnia conſumantur in mortem.

Epiphanius contra hæreſes, lib. 2. tomo 2.

AT de carnis reſurrectione, quomodo nō erit carnis reſurrectio, ò vane ſapiens Hierax? Ipſum enim nomen loquutionis vim oſtendit: non enim eius quod non cecidit reſurrectionem vocat: quale autem eſt quod cecidit? quale quod ſepultum eſt? quale quod diſſolutum eſt? certe corpus & non anima. Anima itaque non cadit, nec ſepelitur, & quot poſſint de hoc dici? Animæ enim reſurrectio non vocatur, ſed corpus eſt quod reſurgit.

Epiphanius lib. in Ancoratu.

VEruntamen reſurgent etiā ſi nolint, & vniuerſa creatura palam ipſos redarguit, ſingulis diebus reſurrectionis ſpeciem oſtendēs. Occidit enim dies, & mortuorum modum inuimus per ſopo rem. Exoritur dies, nos expergefaciens, & reſurrectionis ſignum demonſtrans. Decerpūtur fructus & ſtatus rerum excinditur, ita vt hinc noſtri diſceſſus facies præſtituatur. Seminatur terra & germinat: quoniam fracta poſt ſectionē reſurgent. Locuſta moritur, vbi quandam ſui ipſius fœturam obiectam in terra defodit, & poſt tempus terra reddit ea quæ defoſſa ſunt. Semina fructuum ſeruntur, & primum moriuntur, deinde perficiuntur. *Niſi enim mortua fuerint, non viuificantur.* Signacula in nobis fecit Deus per vngues decem & decem, qui de reſurrectionis noſtræ ſpe teſtimonium prębent. Sed & velut per coronam capilli, reſurrectionem noſtram declarauit. Nā quod in nobis mortuum corpus videtur, hoc eſt pilli ſingulis vicibus reſecti rurſus pullulant, reſurrectionis ſpē indicantes. Et in numera dici poſſunt ad incredulorū certitudinem ab exemplis. Verū non perſuaſit hos palumbes auicula, neque Myoxus animal. Moritur enim hoc ſemeſtre, & palumbes in diebus quadraginta, & rurſus poſt tempora ſua reuiuiſcunt: ſcarabæi morti vicini, in pila ſtercoris ſeipſos occultant, talem pilam in terra ſepelientes ac defodientes, atque ſic ex ſuo ipſorum humore, rurſus reuiuiſcentes comperiuntur. Cæterum de Phenicæ Arabiæ auicula dicere ſuperfluū eſt. Iam enim ad aures multorum peruenit credentium, & non credentium Hiſtoria autem de ipſo talis apparet. Quingenteſimū annum agens, vbi cognouerit tēpus mortis ſuæ inſtare, rogum ex aromatibus ſibi conſtruit, eaquè in vrbem Ægyptiorum Heliopolim appellatam defert, & proprijs pedibus ac alis pectora ſua valde pulſans, ignemque à corpore ſuo proferens, ſubiectam materiam in loco incēdit, atque ſic ſeipſam exurit, & omnes carnes ſuas vnà cū oſſibus. Verum ex Dei diſpenſatione nebula demittitur, quæ pluuiam effundit, & flammam corpus alis conſumentem extinguit, cum mortuus iam ſit Phœnix, & excrematus totus. Extincta autē flamma, reliquiæ carnis ipſius adhuc crudæ reſtant, quæ ad vnum diem diſſipatæ vermem gignunt. Vermis autem pennas producit, pullū euadēs. Tertia vero die creſcit,

Phenicis hiſtoria.

cit,& accepto incremento,his qui in eo locoverſantur,ſe ipſum oſtẽdit,& rurſus ad propriam patriam recurrit,ac quieſcit.

Epiphan.in Ancoratu.

VBi enim non dixit diuina Scriptura de reſurrectione? Primum ſanguis Abel prædicat, poſt mortem enim adhuc loquitur. Dicit Scriptura,Enoch tranſpoſitus eſt, & non inueniebatur, & nõ vidit mortem. Complacuit Noe Deo, Arcam conſtruxit ex præcepto Dei,regenerationem ſibi ipſi operans ac efficiẽs per propriam domum. Abraham ſenex acquirit filium,mortificato iã corpore:& ex mortuis Deus ſpem largitus eſt,maximè cùm vterus Saræ emortuus eſſet, & quòd inueteratum erat,& ferme ad delectionem peruenerat, iuxta cõſuetum mulierum morem, ipſa videlicet reſiccatus fons, rurſus vim accipit ad ſeminis deiectionem:& anicula iuuencula fert partũ,& Iſaac à morte viuens patri traditus eſt. Deus enim, qui ex reſurrectione mortuorum Patri Filium tradidit viuentem, ſpem prædicabat. Ioſeph prædicat hanc rem non in ſecundo loco ponens oſsium ſpẽ, curam enim habebat talium, non velut percuntium,ſed quæ rurſus reuictura eſſent,& præcipiebat ea afferri ex Ægyptiorum regione. Non fruſtra Ioſeph hoc ſignificabat: *Comportate mihi oſſa* (dicens) *Viſitatione enim viſitabit vos Dominus.* Si non ſpes fuiſſet reſurrectionis, qualis eſſet oſsium cura,vt de corruptibilibus oſsibus præciperent iuſti? Prima vox ad Moſem eſt teſtimonium Dei. *Ego Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob*, qui in mundo quidem mortui ſunt,apud me autem viuunt. Vnus & idem

Ioſeph reſurrectionis futuræ teſtimonium adfert.

Geneſ.50.

Idem ſpiritus in lege & in Euangelio loquitur.

A ſpiritus eſt qui loquutus eſt in lege,& qui docet in Euãgelio. Hoc enim & Sadducæis Saluator ſignificauit: *Qui loquutus eſt in Prophetis adeſt mihi.* Oſtendit & hoc virga Aaron, quæ per multos ãnos arida fuit,& in tabernaculo à veſpera vſque ad matutinum relicta (nam viuæ arbores cum languoribus per duodecim menſes, iuxta circuitum complecto anno, fructus gignunt,& ſole fouẽte: & pluuijs rigantibus & rore extendente,nocteque ac die nutriẽtibus, & ſub vnam vocẽ difficultatẽ Deus facilem effecit. Germinauit enim arida virga,& folia emiſit, & fructus maturos. Similia enim oſtendit De⁹ futuræ ab ipſo reſurrectionis. At vbi concipiuntur pueri,ſecundum venerãdas nuptias, quas Dominus oſtendit, primum deijcitur ſemen conſequentię, velut Dominus dixit, in vteros genitales. Temporis autem progreſſu, id quod deiectum eſt obuoluitur in vtero,& perficitur per nouem mẽſium tempus, & abſoluitur quod conceptum eſt ac gignitur. In reſurrectione autem non ſic; in momento enim res continget: *Sonabit enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti*: vel vt oſtendit Dominus in tabernaculo teſtimonij. Quod nuces, quę in ipſis in arborib⁹ per duodecim menſes geſtantur, in arido ligno denſantur, & germen edunt etiam ſub vnam noctem. Et non hoc ſolum ſed in vnius horæ ſpacio perfecit id quod per duodecim menſes, velut dictum eſt, gignitur. Et quod fœtus qui per nouẽ menſes in vtero eſt, per multum tempus coactus perficitur: verum in reſurrectione ſub momento cõpletum reſurgit. Perſuadeat incredulos potentia Domini. Nemo reſiſtat ſententiæ. Audiat Moſes, & oſtendat, *Quid in manu tua habes?*

Reſurrectionis modus.

Virgam Moyſes aridã De humidam & animatam ſfecit.

(inquit Dominus) ipſe vero duxit, *Virga*, Virga autem hæc lignea erat: & ſicca penitus, & dixit: *Abÿce ipſam in terram*: & abiecit aridam virgam, & quod aridum erat humidum Deus efficiebat, & non ſolũ humidum, ſed etiam animatum, imò & natura alteratum, & eſſentialiter formatum. Non erat ſpretum hoc opus veritas enim Dei præcepto operatur, & non imaginatione. Nam in omnibus corrigens noſtram cogitationem per Moyſem declarauit veritatẽ. Cognouit enim Propheta, quod id quod factum erat, non erat factũ in apparẽtia, ſed in veritate, in eo quod aufugeret. Si enim imaginatio fuiſſet quod factum erat, non aufugiſſet à conſpectu ſerpentis. At vt ne rurſus hoc offendiculum præberet contentioſis & dicant, quod alia erat virga. Deus vero dedit ipſi aliud corpus, ſicut voluit. Primum quidem igitur diſcant, quod non aliam pro alia nominauit, ſed illam ipſam quæ arida erat animauit. Quoniam hoc datum virgæ corpus & motum ab ipſo genus ſiue ſpeciem, Deus in iudicio non vocabat, neque pro virga Draconem iudicare voluit, ſed certitudinem reſurrectionis per virgã operatus eſt, & propriam potentiam Deus oſtendit, vt nequis fidem deroget in omnibus potenti. Atque hoc ipſum cum omni certitudine fecit. Non enim partem quandam virgæ ſuſcitauit, ſed totam virgam tranſmutauit ſicut voluit.

Virgæ Moſis reſurrectio & tranſmutatio, reſurrectionem Chriſti figurabat.

Bernardus in paruis ſerm. ſermo. 15.

QVid eſt autem quod poſt mortem eius tres illæ ſanctæ mulieres emerunt aromata, vt in monumento poſitum vngerent eum?

A Quid in ſua actione nobis reliquerunt imitandum? Res enim geſta (vt ait beatus Gregorius) aliquid in ſancta Eccleſia ſignat gerendum. Et nos ergò ſi Chriſtũ mortuum, ideſt fidem Chriſti mortuã in corde cuiuſpiam fratris ſenſerimus, dãda nobis opera eſt, vt ad vngẽdum corpus mortuum emptis aromatibus accedamus. Significant autem tres illę mulieres, tres in nobis efficientias, quæ ſibi comparant aromata. Quæ ſunt illæ? mens, manus, lingua. Omnis B qui emit, dat & accipit aliquid: & quod dat perdit, vt poſſideat quod accipit. Dat igitur mens numum propriæ voluntatis, & comparat affectum compaſsionis. Zelum iuſtitiæ, diſcretionem conſilij: dat manus obedientiam, & emit in tribulatione patientiam, in opere perſeuerantiam, in carne continentiam. Dat lingua numum confeſsionis, & accipit modum in correctione, copiã inexhortatione, C efficaciam in perſuaſione. Talibus vnguẽtis compoſitis, dum ad monumẽtum ſimul venerint, colloquentur inuicem, & dicunt. *Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?* Lapis iſte eſt vel nimia triſtitia, vel pigritia, vel duritia, quę dum cordis aditum obſtruit, fruſtra ad vngendum mortuum, mẽs uel manus, vel lingua, cum quibuſlibet aromatibus venit: ſed quoniam ſcriptum eſt: *Præparationem cordis eius audiuit auris tua*: D vidẽt lapidem reuolutum, introeũt in monumentum: & quem vngere volebant mortuum audiunt ſuſcitatum. Quis hoc indicat? Quis hoc prædicat? Angelus vtique teſtis reſurrectionis. Videtur ſcilicet huius, in quo Chriſtus reſurrexit, vultus lætior, aſpectus venuſtior, ſermo purior, inceſſus modeſtior, & ad omne opus bonum ſpi-

Tres mulieres, tres partes, quas habere tenemur notãt, vt Chriſtus reſurgat in nobis. Mens numus eſt propriæ voluntatis, quo comparatur affectus compaſsionis. Manus obedientia notat. lingua confeſsionem notat

Pſalm. 9.

spiritus promptior. Quæ omnia quid sunt aliud quàm quidam internæ resurrectionis hilaris nuntius? Cætera quoque in Christi resurrectione gesta vel dicta sunt, vt pote de inuento sudario ac de ipso Domino in Galilæa videndo, & alijs quæ Euangelica con-

A tinet historia: possunt nimirum iuxta cæptam tropologiam interpretari: vt quod historicè præcessit in capite, consequenter etiam credatur fieri moraliter in eius corpore.

(?)

DOMI-

DOMINICA IN ALBIS.

Euangelium, Ioanuis.20.e.19.

TEXTVS.

Marc.16.c.14. Luc.24.c.36 1.Cor.15.a.5.

CVM *eſſet ſero die illo, vna ſabbathorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant Diſcipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.*

D. Leo Papa Epiſtola, 40. ad Paleſtinos.

A

DICANT igitur iſti phantaſtici Chriſtiani, quæ ſubſtantia Saluatoris affixa ſit ligno, quæ iacuerit in ſepulchro, & reuoluto monumenti lapide, quæ tertia die caro reſurrexit, vel quale corpus Ieſu Diſcipulorũ viſui clauſis ad eos oſtijs, ingreſſus intulerit? &c.

D. Hiero. ad Euſtochium, in Epitaphio Paulæ.

B

QVomodo clauſis ingreſſus eſt ianuis Chriſtus, contra naturam pinguium & ſolidorum corporum? &c. Sin autem clauſis ingreſſus eſt ianuis, & idcircò ſpirituale, & aereum corpus niteris approbare: ergò ante quàm pateretur; quia contra naturam grauiũ corporum ſuper mare ambulauit, ſpiritale corpus habuit. &c.

Theodo. in Luc.24.

NAturale erat corpori Domini clauſis ianuis, ingredi, & abſque labore è loco in locum tranſire.

D. Auguſt. ad Voluſianum, tomo 2. epiſto. 3.

IPſa virtus Dei per inuiolatæ matris Virginea viſcera membra infantis eduxit: quæ poſteà per clauſa oſtia membra iuuenis introduxit. Hic ſi ratio quæritur, non erit mirabile, ſi exemplũ ponitur, non erit ſingulare, demus, Deum aliquid poſſe, quę nos fatea mur inueſtigare non poſſe.

Cyrillus in Euange. Ioann. lib.12.cap.53.

CLauſis ergò foribus, repentè Dominus omnipotentia ſua, natura rerum ſuperata, ingreſſus ad Diſcipulos eſt. Null⁹ igitur quærat,

quærat, quomodo clausis ianuis corpus Domini penetrauit, quùm intelligat non de homine nudo, vt modo nos sumus, sed de omnipotenti filio Dei hæc ab Euangelista describi. Nam cum Deus verus sit, rerum naturæ non subiacet, quod in cæteris quoque miraculis patuit, &c.

Augustinus de Sanctis, sermo 17. tomo. 10.

SI fides Dominum natum in carne credit, Deo non dubiret esse vtrumque possibile, vt & corpus maioris ætatis, non reserato aditu Dominus intus positis præsentaret, & sponsus infans de thalamo suo, hoc est vtero virginali illæsa Virginitate matris procederet.

Chrysost. homil. 29. in Symbolum Apostolorum.

QVomodo introiuit Christus, ianuis clausis, ad Discipulos suos, super mare ambulauit, &c. quia ista supernos sunt, & ratione de talibus miraculis redere non valemus, fide tamen tenemus.

August. de tempo. serm. 156. tomo. 10.

QVid mirum si Dominus ad Discipulos glorificatum corpus, clausis stupẽtib⁹ intromisit, qui illæso materni pudoris signaculo, ianuam mundi huius intrauit, &c. & iterùm. Quomodo eum repellere potuit obiectus repaguli, quem non coercuerat pondus sepulchri.

August. sermo. de tempore. 159. tomo. 10.

MIraculum est, quòd Dominus noster Iesus Christus in carne vera intrauerit ad Discipulos per ostia clausa, requiris à me forsam rationem & argumentum, requiris, &c. O homo si rationem à me poscis, non erit mirabile, exemplum quæritur, non erit singulare, &c.

D. Ambros. in Lucam, lib. 10. cap. 24. in Lucam.

HAbuit autem admirãdi causam Thomas, cum videret clausis omnibus per inuia septa corporibus, inoffensa compage, corpus insertum, & ideò mirum quomodo se natura corporea, per impenetrabile corpus infuderit, inuisibili additu, visibili cõspectu, tangi facilis, difficilis æstimari.

D. Hiero. aduersus Iouinianum, lib. 1.

IN resurrectione eadẽ erit corporum substantia, qua nunc vtimur, licet auctior gloria. Nam & Saluator in tantùm ipsum corpus habuit post inferos, in quo & crucifixus est, vt manus perforatas clauis, & lateris vulnus ostenderet. Porrò si clausis ingress⁹ est ostijs, quod humanorum corporum natura non patitur, ergò & Petrum, & Dominum negabimus vera habuisse corpora, qui ambulauerunt super aquas, quod contra naturam est.

Hieron. in Apologia pro libris aduersus Iouinianum, sub finem.

IEsus ingressus est clausis ostijs, cum palpandas manus, & latus considerandum & ossa, carnemq; monstrauit, ne veritas corporis phantasia putaretur.

D. Au-

D. Auguſt. de Agone Chriſtiano, tom. 3. cap. 24.

NEc eos audiamus, qui negãt tale corpus Domini reſurrexiſſe, quale poſitum eſt in monumento, &c. Nec nos moueat quòd clauſis oſtijs ſubito eum apparuiſſe Diſcipulis, ſcriptum eſt, vt propterea negemus illud fuiſſe corpus humanum, quia contra naturam huius corporis videmus illud per clauſa oſtia intrare, omnia enim poſsibilia ſunt Deo, &c. Sic enim potuit ante paſsionem clarificare illud, ſicut ſplendorem ſolis, quare non potuit & poſt paſſionem ad quantam vellet ſubtilitatem in temporis momento redigere, vt per clauſa oſtia poſſet intrare?

Hilarius de Trinitate lib. 3. Eadẽ verba legis apud eundem contra Conſtantinum Auguſtum.

Qua Chriſtꝰ parte ingreſſus eſt, &c.

QVero ergò per quas clauſę domus partes ſeſe corporeus intulerit: diligenter enim Euangeliſta expreſsit dicens: *Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio Diſcipulorum ſuorum*: an conſtructa parietum penetrans, & ſolidam lignorum naturam impenetrabilẽ trãſcurrit? Stetit namque corporeus, non ſimulatus, aut falax. Sequantur ergò oculi mentis tuę penetrãtis ingreſſum, & cum eodem clauſam domum intelligentiæ tuæ viſus introeat, integra ſunt omnia, & obſerata, ſed ecce aſſiſtit medius, cui per virtutem ſuã vniuerſa ſunt peruia.

Hilarius in Pſalm. 55.

NOn enim eſt carne degrauatus Chriſtus ne ſuper vndas ambularet, neq; non vſq; ad fimbrias veſtis virtꝰ diuinę poteſtatis exiret, neq; vt nõ peccata dimitteret, vt ſputo ſuo naturam videndi cæcis abutero oculis accenderet, & aure producta de vulnere abſciſſæ auris vulnus obduceret, neque non ſolida parietum corpore interlabente, penetraret.

D. Hilarius in Pſalm. 137.

MIrificatus eſt autem terribiliter Dominus, dum hora Crucis tenebræ ſunt dùm tremit terra, dùm ſaxa rumpuntur, dùm patent ſepulchra: dum mortui reſurgunt, dùm eodem corpore ipſe conſpicitur, dùm Chriſtus ianuis ſoli ſibi penetrali additu aſſiſtit.

Epiphanius contra Oſſenos, capit. 19.

REſurrexit Dominus, & clauſis foribꝰ ingreſſus eſt, vt cuſtarum partium corpus tenuriem partium oſtenderet, ipſum quod erat cum carne & oſsibus; nam vbi ingreſſus eſſet oſtendit manus, & pedes, & latus punctum, oſſa item ac neruos, & reliqua, vt ne eſſent imaginatio ea quæ videbãtur, fideique & ſpei noſtræ promiſſionem faciebat per ſe ipſum perfectè, & conuerſatur nomina apparentia, ſed in veritate, & erudiens doeuit Regnum cælorum prædicare in veritate magnum illud ac ſummũ ſignificans Diſcipulis audiens: Docete gentes, hoc eſt, trãſferte à malitia, ad veritatem, à ſectis, ad vnam vnitatem: *Baptizate ipſos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, in Dominicã nominationem Trinitatis, ſanctum ac regium ſigillum, vt oſtenderet ex nomine nullam alterationem eſſe vnius vnitatis.

Hie-

Hieronymus ad Pamachiũ.

PORro quod clausis ingressus est ostijs, eiusdẽ virtutis fuit, cui⁹ est ex oculis euanescere, Lynceus (vt fabulæ ferunt) videbat trans parietem, Dominus clausis ostijs, nisi phantasma fuerit, intrare non poterit: Aquilæ & vultures transmarina cadauera sentiunt, Saluator Apostolos suos ni si ostium aperuerit non videbit?

Epiphanius contra Arioma nitas, cap. 69. lib. 2. tom. 2.

OPortebat enim corpus per triduum esse in monumento, vt impleretur quod dictum est: *Et eram inter mortuos liber, & abiecerunt me dilectum, velut mortuum abominabilem.* Et vt impleretur hoc: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*, vt ostendat per sanctum ipsum corpus, & vt ostendat, *neq; animam relictã in inferno.* In ipsa enim per detentionem in inferno erat Deus Verbum, vt impleret quod dictum est ab Apostolis: *Impossibile enim erat teneri ipsum ab inferno*: & qua de causa impossibile dicit quã quòd festinabat quidem mors & infernus detinere animam. Impossibile autem erat animam ipsius detineri, propter deitatem.

Cyrillus ad Reginas de recta fide, tomo. 3.

DVbitarit quis meritò illud, dicens: si in corpore & post resurrectionem erat verbum, sicut & ante venerabilem crucem, quo pacto clausis ianuis inexpectato in medio visus est Discipulorum? Ad hoc dicimus, quod diuina virtute; meminisse autẽ oportet Pauli dicentis: *Atque adeò nos ex hoc tẽpore nullum nouimus, secundum carnẽ, licet autem & Christum, secundum carnem agnouerimus, sed iam nũc non agnouimus. Quoniam postquàm reuixit ex mortuis, completa iam dispensatione, in qua & carnis assumptio vtiliter perfecta est, potestate & virtute vtitur Deo digna, volens per hæc potius quàm per exinanitionis modos agnosci, tanquam congruo in tempore.*

Epiphanius contra hæreses, lib. 2. tomo. 1.

QVod igitur erat id quod conclusis foribus ingressum est? Aliud ab eo quod crucifixum est, aut ipsum crucifixum? Omnino equidem non poteris non confiteri ipsum quod crucifixum est Redarguit enim te per exactam perscrutationem ac certitudinem ipsius Thomæ, vbi dixit ad ipsum: *Ne sis incredulus, sed credulus.* Ostendit enim typum clauorum, & locum hastæ, & ipsas cicatrices dimisit in corpore, quanuis conuenisset corpus in vnam spiritualem vnitatem. Potuisset igitur etiam cicatrices delere, sed non deleuit, vt redargueret te, Ophanatice. Erat ergò corpus quod in monumento sepultum fuit per triduum, & quod cum ipso resurrexit in resurrectione. Ostendit enim & ossa, & cutem, & carnes, vbi dixit. *Videte quòd spiritus carnem & ossa non habet, velut me videtis habere.* Quomodo igitur ingressus est foribus conclusis? vt ostenderet quòd corpus quidem esset quod videbatur, & non spiritus, verum corpus spirituale, & quidem quod cum anima & deitate, & tota incarnatione idem esset, sed spirituale subtiliũ partium, quòd aliquando crassarũ partium fuerat, idem quod crucifixum fuerat, & idem quod superatum

tum erat, insuperabile, counitum ac cõtemperatum deitate, & quod non amplius solueretur, sed perpetuò maneret, non ampliùs moriens.

Iustinus Philosop. & Martyr, in quæst. ad Orthod. quæst. 117.

SI corpus crassum clausis portis impeditur quominus transire possit, quonammodo post resurrectionem ad Discipulos intrauit Dominus? Quod si verus est clausis portis intus visum fuisse corpus, qui fit vt lapis Dominico monumento impositus ab Angelo fuerit abolatus, propter resurrectionem corporis eius? Quòd si vera dicunt literę de clausione portarum, certò non corpus, sed spiritus intrauit: sin corpus modò corpus erat, modò spiritus fiebat, non nè corporis substãtia mutabatur? Responsio; Quemadmodum non mutatio, nec corporis in spiritum ambulauit Dominus super mare, sed diuina sua potestate fecit vt ambulari possit mare, quod alioquin ambulari non potest, idque non solùm suo corpore, sed etiam Petri, sic eadem sua diuina potesta te exijt ex monumento saxo incumbente monumento, & ad id Discipulos ingressus est clausis ianuis. Non enim propter eius resurrectionem ablatum est saxum à monumento, sed vt declaretur spectantibus resurrectio. Nam quod in monumento visæ sunt vestes eius sepulturæ, ipsæ non item, indicium fuit euidentissimum resurrectionis, nobis autem intelligendum est, ea quę sunt earundem virium habere eandem fidem, siue concedantur, siue tollantur. Habent autem easdem vires, ambulare super mare corpore non muta to, & intrare ad Apostolos corpore non mutato, clausis ianuis. Itẽ intelligendum est fieri non posse, vt quæ supra naturam in natura fiunt diuina potestate, ea ratione naturæ exhibeantur. Itaque territis tali ingressu Discipulis permisit palpare passos locos sui corporis, quoniam non mutatione corporis in spiritum ingressus erat ad eos, sed cum crasso corpore diuina sua potestate, effectrice rerũ quæ sunt supra naturam.

Saxum à monumento non ablatum est propter Christi resurrectionem sed vt aspicientibus eius resurrectio constaret.

TEXTVS.

HAec cùm dixisset insuflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum.

Idacius Clarus Hispanus aduersus Vrimadum Arianum.

SI autem dixerint, quia Spiritus sanctus non sua sponte, sed insufflatione filij in Discipulos venit. Responsio. Ex hoc inter filium & Spiritũ sanctum aliquam diuersitatem nõ potestis constituere, cum videatis eundem Dominum & Saluatorẽ nostrum Discipulorum corda nõ de alieno repleuisse spiritu, sed de proprio, & nõ inferiorem, sed coęqualem sui largitus est, vt in se & sibi in fide adhærentibus vnus spiritus flaret: *Qui adhæret* (inquit Apostolus Paulus) *meretrici vnum corpus est, Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est.* Nos igitur spiritum

1. Cor. 6. c. d.

sanctũ spontanea volũtate in Discipulos adueniſſe, & eos ſua virtute repleuiſſe monſtramus, & ex libro qui Apoſtolorũ acta continet edocemus: *Cũ complerentur* (inquit) *dies Penthecoſtes, erant omnes ſimul in vnũ, & factus eſt ſubito de cælo ſonus, tanquã aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit omnem locum, in quo erãt ſedentes, & viſæ ſunt illis diuiſæ linguæ tã quam ignis, qui & ſedit ſuper vnũ quemque illorũ, & repleti ſunt Spiritu ſancto.* Et iterum. *Paulus autẽ repletus Spiritu ſancto intendens in illum ait: O plene dolo & cauilatione filius diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, quare vis perdere vias Domini, cũ ſint rectæ?* Et Angelus Zachariæ pater eius repletus eſt Spiritu ſancto. *Ne timeas Zacharia, quia exaudita eſt deprecatio tua, Ecce vxor tua Elizabeth, pariet tibi filiũ & vocabis nomen eius Ioãnes, vinum & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto implebitur adhùc in vtero matris ſuæ.* Itẽ ibi, *Elizabeth mater eius repleta Spiritu ſancto, loquebatur benedicens Deũ.* Ex ijs igitur teſtimonijs tandẽ agnoſce, quoniã Spiritꝰ quẽ de flatu Saluatoris Diſcipuli acceperunt inferiorem à Filio nõ probatur habere ſubſtãtiã; quia nullum nouimus in propria natura manentem inferiorem ſui, vel ex alia materia venientem, habere ſpiritum quoad cæterorum vtatur ſuppleméta membrorũ, ſed de proprio ſpiritu, ex quo ipſe cõſiſtit, alia vt diximus membra replere poſſit, vel regere nullꝰ ambigit.

Act. c. 2.

Act. 13. b.

Luc. 1. a.

Ibi.

Athanaſius quæſt. 64.

QVare flauit in Diſcipulos ſuos Chriſtus dicens: *Accipite Spiritum ſanctũ?* RESPONSIO. Quẽadmodum ſuper cæco fecit lutum, & eius oculis illiniuit, vt oſtenderet, quòd ipſe ſit qui ab initio formauit hominẽ ex luto: Ad eũdẽ modũ flauit etiam in Diſcipulos declarans ſe eſſe, qui ſpiritum det & vitam hominibus, per primitiuam illam inſpirationem poteſtatem, & donum peccata remittendi. His baptiſmi, & ſignorũ acceſſit efficacia, quam dedit in feſto Penthecoſtes. *Ideò*, inquit, *vos baptizamini Spiritu ſancto & accipietis virtutem ſuperuenientis in vos Spiritus ſancti.* Nam ante paſsionem eius, Apoſtoli non ſanabant ægrotos per Spiritum ſanctum, ſed per poteſtatem & mandatum ſibi à Chriſto traditum. Nondùm enim erat Spiritus ſanctus, nec enim adhùc tùm Chriſtus fuerat glorificatus. A mortuis vero reſurgens glorificatus eſt, Spiritum autem ſanctum vocat, non ſancti ſpiritus hypoſtaſim vel perſonam. Hæ enim erat ante & eſt eritque ſemper, ſed Spiritus ſancti donum, quod aſcenſionis, decimo, reſurrectionis, verò quinquageſimo die venit ſuper Diſcipulos Chriſti:

A

B

C

D

Ambroſius de Pœnitentia, libro 1. cap. 2.

SEd aiunt ſe Domino deferre reuerentiam, cui ſoli remittẽdorum criminum poteſtatem referunt, imo nulli maiorem iniuriam faciunt, quàm qui eius volunt mandata reſcindere, commiſſum munus refundere. Nam cùm ipſe in Euangelio ſuo dixerit Dominus Ieſus: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, detenta erunt.* Quis ergò eſt qui magis honorat, vtrum qui mandatis obtemperat an qui reſiſtit? Eccleſia in vtroq; ſeruat obedientiam, vt peccatum & alliget & relaxet. Hæreſis in altero immittis, in altero inobediens vult ligare quod non reſoluat, non vult ſoluere quod ligauit, in quo ſe ſua dam-

natſententia. Dominus enim par
ius & ſoluendi eſſe voluit & li-
gandi, qui vtrunque pari condi-
tione permiſit. Ergò qui ſoluendi
ius non habet, nec ligandi habet.
Sicut enim ſecundùm Domini-
cam ſententiam, qui ligandi ius
habet, & ſoluendi habet. Ita iſto-
rum aſſertio ſe ipſam ſtragulat,
vt qui ſoluendi ſibi ius negant,
negare debeant & ligandi. Quo-
modo igitur poteſt alterum li-
cere, alterum non licere? Si qui-
buſdam datum vtrumque eſt lice-
re, aut vtrumque non licere. Cer-
tùm eſt Eccleſiæ vtrumque lice-
re, hæreſi vtrumque nõ licere. Ius
enim hoc ſolis permiſſum ſacerdo
tibus eſt. Recte igitur Eccleſia vẽ
dicat, quæ veros ſacerdotes ha-
bet, hereſis vendicare non poteſt,
quæ ſacerdotes Dei non habet.
Non vendicando autem ipſa de
ſe pronuntiat, quòd cum ſacerdo-
tes non habeat, ius ſibi vendicare
non debeat ſacerdotale. Ita in im
pudenti contumacia pudentẽ cer-
nimus confeſsionem, ſpectat etiã
illud quoniam qui Spiritumſan-
ctum accepit, & ſoluendi pecca-
ti poteſtatem, & ligandi accipit.
Sic enim ſcriptum eſt: *Accipite
Spiritumſanctum, quorum remiſeritis
peccata remittuntur, & quorum reti-
nueritis detenta erunt.* Ergò qui ſol-
uere non poteſt peccatum, non ha
bet Spiritumſanctum. Munus Spi
ritusſancti eſt officium ſacerdo-
tis. Ius autẽ Spiritusſancti in ſol-
uendis ligandiſque criminibus
eſt. Quomodo igitur munus eius
vendicant, de cuius diffidunt iure
& poteſtate? Quid quod inſolen-
tiores ſunt? Nam cum ad miſeri-
cordiam promptior quàm ad ſeue
ritatem ſit Spiritus Dei, quod ait
ſe velle id nolunt, quod nolle,
hoc agunt, cum vindicare iudi-
cis ſit, remittere miſericordis.

Nullus poteſt ſoluere peccatum qui nõ habet Spiritumſanctũ.

Proprium Sacerdotis officium quodnã ſit.

A Tollerabilius igitur Nouatiane
remiteres quã ligares, aliud enim
quaſi delinquendi parcens inſur-
pares, aliud quaſi ærumnæ cũ paſ-
ſus ignoſceres.

Ambroſius de Spirituſancto, lib. 3. capit. 19.

B *Accipite Spiritumſanctum, quorũ
remiſeritis peccata remiſſa erũt.*
Ecce quia per Spiritumſanctũ pec
cata donantur. Homines autẽ in
remiſsionem peccatorũ miniſte-
rium ſuum exhibent, non ius ali-
cuius poteſtatis exercent. Neque
enim in ſuo, ſed in Patris, & Filij,
& Spiritusſancti nomine peccata
dimittuntur. Iſti rogant, diuini-
tas donat. Humanum enim obſe-
quium, ſed munificentia ſupernæ
eſt poteſtatis. In Baptiſmo quoque
peccata donari non eſt ambiguũ.
In Baptiſmo autem operatio Pa-
C tris & Filij, & Spiritusſancti eſt.
Ergò ſi peccatum non habet Spiri
tus, cùm ſcriptum ſit. *Quis poteſt di-
mittere peccata, niſi vnus Deus*: vtique
qui non poteſt ab vnitate naturã-
lis nominis ſeparari, non poteſt
etiam Dei poteſtate ſecerni: ſi au-
tem à Dei non ſe cernitur pote-
ſtate, quomodo à Dei appellatio-
ne ſecernitur?

Cyrillus, lib. 8. theſauri, capit. 1.

D NAm ipſe, vt Deus, Spiritum
ſanctum largitur, dicens:
Accipite Spiritumſanctum: & tamen
accipere dicitur vt homo. Ipſe igi
tur & largitur, & accipit: ſed alterũ
vt Deus, alterum vt homo. Ioann. 20.

Cyrillus Dialog. de Trinitate, lib. 5.

VIde igitur amice diuini ſpi-
ritus ſupeditatorẽ ac dato-

rem

rem filium, qui ex Deo prodijt. *Insufflauit enim in Discipulos suos*, dicēs, *Accipite Spiritum sanctum.* Iam quo modo non esset absurdissimum vitæ aliquē existere suppeditatorē, qui non sit vita, secundum quod illis nescio, quomodo videtur.

Cyrillus Dialog. de Trinitat. lib. 7.

NAm formatum quidem est, in principio animal, formā te illud Deo, & honorante quodāmodo, secundum scripturas suæ manus formatione. Postquam autem productum est vt esset, configurabatur ad Deum, cum inspiratus est ei spiritus vitæ. Vbi verò amisit sanctificationē per casum in peccatum ad primæuam & antiquam reduxit pulchritudinem, innouitate, innouante quod inueteratum, ad speciem diuinam ac spiritualem Christo, & non aliam quodammodo quàm olim in principio: *Inspirauit enim sanctis Apostolis*, dicens; *Accipite Spiritum sanctum.*

Cyrillus ad Reginas de recta fide.

ET *cùm hoc dixisset: flauit in eos*, & dixit eis: *Accipite Spiritum sanctum, quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorumcunq; retinueritis peccata retēta erūt.* Quod factum est, totum congruit Deo, & omni sermone dignum est. Nā principio non est humanum flare in Apostolos & dare spiritū. Deinde magnum & super creaturas talem potestatem concedere, & ita retinere peccata, quorumcunque voluerint dimittere. Itē quibus voluerint. Quare autem & per carnalem flatū spiritum dat, nēpe quod nō aliena à verbo fuerit caro, sed proprie ei'. & humanus quidem flatus propter carnem Diuinæ autem virtutis opus est affirmare participes & socios esse spiritum assecutos.

Augustinus de Trinitate, lib. 4. cap. 20.

NEc possumus dicere, quòd Spiritus sanctus, & à Filio nō procedat: nec enim frustra idē Spiritus & Patris & Filij Spiritus dicitur. Nec video quid aliud significare voluerit, cum sufflās in faciem Discipulorum, ait: *Accipite Spiritum sanctum*: nec enim flatus ille corporeus, cum sensu corporali tertangendi procedens ex corpore substantia Spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruā significationem, non tantum à Patre, sed & à Filio procedere Spiritum sanctum. Quis enim demētissimus dixerit alium fuisse spiritū quem sufflans dedit, & alium quē post ascensionem suā misit? Vnus enim spiritus, est Spiritus Dei, Spiritus Patris & Filij, Spiritus sanctus, qui operatur omnia in omnibus.

August. de Trin. lib. 15. c. 26.

DE vtroq; autē procedere sic docetur, quia ipse filius ait: *de Patre procedit.* Et cū resurrexisset à mortuis, & apparuisset Discipulis suis, *Insufflauit & ait: accipite Spiritum sanctum*: vt cum etiā de se procedere ostenderet. *Et ipse est virtus, quæ de ipso exibat* (sicut legitur in Euāgelio) *& sanabat omnes.* Quid verò fuerit causæ, vt post resurrectionem suam, & in terra prius daret, & de cælo posteà mitteret Spiritum sanctum: Hoc ego existimo, quia per ipsum donū diffunditur charitas in cordibus nostris, qua diligimus Deum & proximum, se-

Insufflauit Christus vt ostēderet Spiritū sanctum à se procedere.

cundum duo illa præcepta, *in quibus tota lex pendet & Prophetæ.* Hoc significans Dominus Iesus, bis dedit Spiritumsanctum, semel in terra, propter dilectionem proximi, & iterum de cælo propter dilectionem Dei: & si forte alia ratio reddatur de Spiritusancto bis dato, eundem tamen Spiritumsanctum datum cũ insufflasset Iesus, de quo mox ait: *Ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Vbi maximè commẽdatur hæc Trinitas, ambigere non debemus. Ipse est igitur qui de cælo etiam datus est die Penthecostes. id est post dies decem, quam Dominus ascendit in cælum. Quomodo ergò Deus non est qui dat Spiritumsanctum.

Matth. 22.

Spiritumsanctum bis dedit Iesus, semel in terra propter dilectionẽ proximi, & iterũ de cælo propter dilectionẽ Dei.

Matt. 28.

Augustinus de Genesi ad literam, lib. 10. c. 5.

NEc enim etiã flatus ille ex corpore Domini, substãtia erat Spiritussancti, quando *insufflauit & ait: Accipite Spiritumsanctum:* sed vtique significatum est, sic etiã ab ipso procedere Spiritumsanctum, quomodo ab eius corpore flatus ille processit.

Spiritussanctus à Filio procedit sicut flatus à corpore.

Cyrillus in expositione Symboli Niceni.

POstquam autem Beatissimi Patres sermonem de Christo absoluerunt, Spiritussancti mẽtionem faciunt: Credendum enim dixerunt in illum simili modo, videlicet, vt in Patrem, & Filium: est enim ipsis consubstantialis, & profunditur quidẽ hoc est egreditur, sicut à fonte Deo, & Patre, conceditur autẽ creaturę per Filium: *Vnde insprauit in sanctos Apostolos dicẽs, accipite Spiritumsanctum.* Igitur ex Deo, & Deus Spiritus est, & non alienus à substantia, quæ super omnia est, sed ex ipsa, & in ipsa, & proprius eius.

Cyrill in Ioan., lib. 12. c. 56.

HOc cum dixisset, *Insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritumsanctum: quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis, & quorũ retinueritis retẽta sint.* Quùm in genti Apostolatus dignitate insignes atq; illustres Discipulos fecerit, & sacros mysteriorum gubernatores ordinauerit, prõprio eos spiritu quẽ sufflans dedit, cõfestim sanctificat. Vnde nobis firmiter credendũ est, nõ esse alienum à Filio Spiritumsanctum. Nã cùm ei consubstantialis sit, ex Patre per ipsum procedit: ostẽdit autem hinc necessario Spiritum illis dandum esse, qui ad Apostolatum mittuntur, causam etiã subaperit. Non enim poterunt ea facere, quę Deo placeant: Nec peccatorũ effugient laqueos, nisi superiorẽ induti virtutem ad diuinum animi robur firmentur. Vnde ad quendam Priscorũ dicebatur, quia spiritus in te Domini insiliet, & conuerteris in alium virũ, mutari autem vires in sustinentibus Deũ Prophetа quoq; Esaias affirmat, & Paulus supra cęteros laborasse in Apostolatu scribens statim subiecit: *Non autẽ ego, sed gratia Dei quæ mecum est:* ad hæc nõ intellexissent omninò mysteriũ Christi, nec alios rectè docuissent, nisi per spiritũ docti, vel ea quę mentem hominis excedũt perciperent. *Nullus enim potest* (vt ait Paulus) *dicere Dñs Iesus, nisi in Spiritusancto.* Quoniam ergò prædicaturi erant, quia Dominus Iesus, id est, Deus verè ac Dñs: necessario vna cũ Apostolatus dignitate gratiam spiritus dante Christo susciperent, qui nõ ministri loco, sed ex seipso spiritum prębet. Nõ enim aliter ad nos spiritus trãsit, quàm ex Patre per Filium.

Ioann. 20.

Filius consubstantialis Patri.

1. Reg. 10.

Esai. 29.

1. Corint. 15.

1. Corint. 12.

Et pau-

Et paulò post.

ACceperunt igitur Spiritum sanctum Discipuli, quando insufflauit & dixit: *Accipite Spiritũ sanctum.* Nunquàm enim dixisset, qui mentiri nescit, nisi dedisset. In die verò Penthecostes expressiorem operationem gratiæ manifestationemq; habitantis in eis spiritus habuerũt. Apparuerũt enim in eis linguæ igneæ non gratiæ, sed operationis poti⁹ & sermonis initiũ significãtes escribitur enim *Quia ceperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* Audis, quia loqui non sanctificari ceperunt, & quia linguarum distributio in eis facta est, spiritu qui erat in ipsis id operante. Et sicut de cęlo vocem emisit Pater, & testimonium perhibẽs Filio, dixit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ipsum audite, quod ad audiẽtium fidem factum est.* Organica enim nostris auribus vox incidit diuinitus facta: sic in Apostolis linguis igneis, & sono spiritus vehementis, gratiam eis datam manifestauit, & Spiritus sancti descẽsum in homines significauit.

Ioann. Damasce. de Orthodox. fide, lib. 1. cap. 11.

DIcim⁹ autẽ esse ipsum esse à Patre, & Filium Patris, Spiritum verò sanctũ, & ex Patre, & Spiritum Patris nominamus. Ex Filio autem Spiritum sanctũ non dicimus, sed Spiritum Filij nominamus. *Si quis enim spiritum Christi non habet,* Diuinus inquit, Apostolus, *non est eius, & per filium apparuisse, & nobis traditum confitemur.* Insufflauit enim & dixit Discipulis suis. *Accipite Spiritum sanctum.* Quẽ admodum autem ex sole radius & splendor (ipse enim fons est, & radij & splendoris. At per radiũ nobis splendor tribuitur, & ipse est qui illuminat eos, & participatur à nobis. Porro filium neq; spiritus esse dicimus, nec etiam ex spiritu.

Roma. 8.

Cyrillus in Ioannem, lib. 12. capit. 54.

Gauisi sunt ergò Discipuli, viso Domino. Vera modo verba Christi Euangelista ostendit, quùm magno affectos gaudio, viso Domino Discipulos dicat, meminisse nam que oportet cùm de cruce ac resurrectione sua ænigmatice ad illos diceret, sic quoq; inter alia dixisse: *Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrũ nemo tollet à vobis.* Lætabãtur enim amentes Iudæi pendere de ligno Iesum videntes: Ingenti autẽ mærore discipulorũ cor premebatur, sed morte à vita destructa, Iudæorum lætitia extincta est: & meror Apostolorum abijt, & gaudium floruit, & floret perpetuum. Non enim iterum, sed semel Christus ad destructionem peccati mortu⁹ est. Quũ igitur viuat semper sempiternam sperantibus in eo lætitiam præbet. Hanc lætitiam pax illa effecit, qua salutauit dicens: *Pax vobis.* Vnde lex quędam Ecclesiæ traddita est, in sanctis enim cõgregationibus, hoc sępius ad inuicem dicimus: Pacem enim & ad nos & ad Deum habere, fons & origo bonorum omnium est, quare Paulus quoq; omne bonum fidelibus optans dicit: *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.* Exhortans autem rursus ad pacem Dei, eos qui nondum crediderunt: Pro Christo, inquit, *legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos obsecramus pro Christo reconciliamini Deo.* Nec minus nos ad hoc

Ioann. 16.

Ioann. 20.

Pax ad nos & ad Deum fons & origo omniũ bonorum est.

Rom. 1.

2. Cor. 5.

Esai. 26. Esaias hortatur clamans. *Faciamus pacem cum ipso faciamus pacem, qui venimus.* Decet igitur largitorem pacis hæc salutatio: *Ipse namque pax omnium est secundum scripturas.*

Bernardus super Cantica, sermo. 8.

VIdete nouam sponsam, nouum osculum accipientem, non tamen ab ore, sed ab osculo oris. *Insufflauit* (inquit) *eis*, haud dubium, quin Iesus Apostolis, id est, primitiuæ Ecclesiæ, & dixit: *Accipite Spiritum sanctum* Osculum profecto fuit, Quid corporeus ille factus? Non sit inuisibilis spiritus, qui propterea in illo Dominico

A flatu datus est, vt per hoc intelligeretur, & ab ipso pariter, tanquã à Patre procedere, tanquam vere osculum, quod osculanti osculatoque commune est. Itaque sufficit sponsæ, si osculetur ab osculo sponsi, etiam si non osculetur ab ore. Neq; enim exiguum quid aut vile putat osculari ab osculo, quod non est aliud nisi infundi Spiritu sancto. Nempe si recte Pater osculans, filius osculatus accipitur, nõ

B erit ab ore osculum Spiritum sanctum intelligi, vt pote qui Patri, Filioque imperturbabilis pax sit: glutem firmum indiuiduus amor indiuisibilis vnitas. De ipso igitur audet sponsa ipsumque infundi sibi fidẽter sub osculi nomine petit.

TEXTVS.

Quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

August. cõtra Epist. Parmeniani, lib. 2. cap. 11.

NAM illud ex Euangelio: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Hoc cũ dixisset: *Insufflauit, & dixit accipite Spiritũ sanctum si cui dimiseritis peccata, dimittentur, & si cui retinueritis retinebuntur.* Contra nos esset, vt cogeremur fateri ab hominibus hoc, non per homines fieri, si posteaquàm dixit: *Et ego mit*

C *to vos.* subiecisset continuo, *Sicui dimiseritis peccata, dimittentur: & si cui retinueritis, tenebuntur.* Cũ verò interpositum est. *Hoc cũ dixisset, insufflauit & ait illis, accipite Spiritum sanctum.* Et deinde illatũ per eos vel remissionẽ, vel retentionem fieri peccatũ: Satis ostendetur non ipsos id agere, sed per eos vtiq; Spiritũ sanctũ. Sicut alio loco dicitur: *Nõ enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus sanctus, qui in vobis est.* Matth. 10.

TEXTVS.

Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c.

Cyrillus in Ioan. lib. 12. c. 57.

NOn facile credũtur, quę rationem omnem excedunt, sed solo visu quasi necessitate quadã approbantur: Id circo Thomas

D sapientissimus Saluatoris Discipulus testantibus de resurrectione Domini cæteris non credidit, nec legem veritus fuit, quæ iubet: *In ore duorum aut triũ testium, omne verbum stare.* Deut. 16.

Ioann. 20.

TEX-

TEXTVS.

Infer digitum tuum huc.

Cyrillus in Ioannem, lib. 12. capit. 58.

RECordentur autem studiosi Magdalenam quidem à tactu Christi prohibitam: *Noli enim me tangere* (inquit) *quoniam nondùm enim ascendi ad Patrem.* Thomam autem hortatus, vt latus & clauorum fixuras diligentius tangendo, & manum aut digitum, immittendo, perquirat. Quare sic dictum iam in superioribus satis arbitror, sed nõ est abste modo quoq; breuiter referre. Illi enim nondum gratia spiritus sanctificatę tangere non licebat. Nam antequam Dominus in cælum ascendisset, descensus Spiritus sancti in omnes nõ fuit. Thomæ autem hoc licebat, quia vnà cum alijs spiritum fuit cõsecutus: ad vniuersum namque Discipulorum consortium liberalitate dantis vox illa transiuit: *Accipite Spiritum sanctum.*

Ioann. 20.

(.?.)

Iustinus Philosop. & Martyr, quæstio. 48. ad Orthodo.

CVR dixit Dominus Marię post resurrectionem: *Noli me tangere, nondùm enim ascendi ad Patrẽ meum?* Si ante assumptionẽ nemini licebat eum tangere, qui fit vt paulò post Discipulis & Thomæ id facere permiserit? Sin licebat, qui fit vt quòd paulò post Discipulis & Thomæ id facere: sin licebat, qui fit vt quòd paulò post multis permissurus erat, id paulò ante Mariæ vetuerit?

RESPONSIO, *Noli me tangere*, dictum est Mariæ à Seruatore, quasi dicerer, Noli me sequi, vt perpetuò mecum verseris, sicut erat ante meam crucem consuetudo. Volebat enim paulatim desuefacere Discipulos suos ab aspectu pręsentiaque sui corporis, eamque ob rem neque semper conspiciebatur Discipulis, quo tempore versabatur in terra post resurrectionẽ. Nec omninò in conspectum se præbuit, sed per vices vtrumque faciebat, vt eis & cerneretur & non cerneretur.

Ioann. 20.

TEXTVS.

Affer manum tuam, & mitte in latus meum.

Iustus Orgelitanus in Cantica canticorum: Columba mea in foraminibus petræ.

NOn ob aliud Ecclesia colũba vocatur, nisi quia est sine dolo & Spiritusancto repletur, habitat in foraminib⁹ petrę, quia semper receptaculũ habet in his, ex quibus sanata est vulneribus Christi. Recipitur etiam in cauernam maceriæ, cum sancta ex Scripturarum consolatione fouetur, vel cum præcedentium sanctorũ

meritis atque orationibus ex toto protegitur in his foraminibus petræ. Thomas Apostolus tanquã columba protectionem inuenit, cùm post resurrectionem contractis Christi vulnerum locis remota omni dubietate: *Deus meus, & Dominus meus*, fideliter exclamauit.

Maxentius Dialogorum, lib. 2.

CATH. Non est scriptura diuina sibi ipsi contraria apud eos, qui eam pie intelligunt, sed illis videtur contraria, qui hæretico decepti spiritu, nõ possunt, quę vera sunt sapere. Nam quia nemo corporeis oculis potest videre naturam diuinitatis, quę vtiq; nõ est corpus, sed spiritus, dictum est: *Deum nemo vidit vnquam, & nemo videt faciem eam & viuet.* Rursus qui accidendus esset ab hominibus Deus in assumpta carne, docet prę figuratio illa facta ad Iacob. Deniq; cum homine conluctatur in visione idem B. Patriarcha & benedictus ab eo dicit: *Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Hinc & Thomas post resurrectionem Domini palpans & cõtrectans perfosum Dominicum latus exclamat, *Dominus meus, & Deus meus.* NEST. Multum licet nolẽs nostris partibus proficisti. Nã cum diuina natura nõ sit corpus, sed spiritus, sicut tu quoq; professus es, quę natura visa, vel confessa sit ambiguum non est. Dubitantibus namq; de se Discipulis, idem Dominus: *Palpate* (inquit) *& videte quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere.* Qua propter visus & palpatus est Dominus Iesus Christus, qui & cõfossus est, quem cùm agnouisset Apostolus post resurrectionem exclamat & dicit: *Dominus meus & Deus meus.*

Quomodo visus est in terris Deus.

Genes. 32.

Hinc euidenter apparet non esse Deum Iesum Christum, quem ex mortuis resuscitatum vidit, & cõtractauit Thomas, nisi propter inhabitantem in eo Deum, quem nemo procul dubio hominum videt & viuet? CATH. Nullatenus propter inhabitantem, vt asseris, cum quem vidit, & contrectauit Thomas, Deum appellat; quia procul est ab Apostolica fide duos filios credere, sed ipsum prorsus, cuius fossuras contrectauit, Dominum, & Deum suum esse testatur. Apostolorum enim Deus non dignitate, sed natura est Deus. apertissime denique de eo qui visus & contrectatus est, quòd natura sit Deus, Ieremias Propheta testatur. *Hic Deus noster, & non æstimatur alter ad eum qui inuenit omnem viam disciplinæ & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Quapropter visus & conuersatus est Deus homo Iesus Christus, ad quem non æstimatur alter.

Cyrillus in Ioannem, lib. 12. capit. 58.

SEd illud etiam quærẽdum mihi videtur. Palpauit Thomas latus Saluatoris, & ictum militaris lanceæ curiosius pertractauit clauorum fixuras, diligentius vidit: Quomodo igitur quispiam dicet: In corpore incorruptibili signa interitus apparebant? Corporeæ namque corruptionis manuũ & lateris vulnera, & punctiones ferreæ signa sunt: corpus autem Christi ad incorruptibilitatem reformatum, vnà cum corruptione, idest, interitu, vniuersa, quæ corruptionis sunt, debuit abiecisse. An forsam claudi in alia quoque vita claudicabunt? Aut lusci vno cum oculo resurgent? Et quomodo à

cor-

corruptione penitus humanum ge nus liberabitur? Si quæ interitum præcedunt, aut consequuntur nostris corporibus insita permanebunt? Non ignoro multa sublimiora de hac quæstione à curiosoribus ac peritis dici posse. Nos autem dicimus, nullas corruptionis reliquias, nullum signum, nulla consequentia, vel antecedentia post resurrectionem in hominibus futura: *Sed quod seminatum in infirmitate est, resurget in virtute*, vt ait Paulus: *Et quod in ignominia seminatum est, resurget in gloria.* Quod autem est in virtute atque in gloria resurgere aliud, quàm quod omni infirmitate omnique corruptionis dedecore procul depulso ad sinceram incorruptibilitatem genus humanum redditurum sit? Verùm, quoniam ad certiorem id fidem Thomas flagitauit, necessario Dominus noster Iesus Christus, ne vllam infidelitati causam præberet, sic & ipsi & cæteris apparet, vt illis conducebat: Imò etiã quùm in ipsum cælum ascenderet, cumque virtutibus potestatibusque superioribus mysterij sui totam seriem declararet, eodem habitu verè illis apparuit, vt non hominem solummodo factum, verũ etiam mortuum pro vita nostra crederent. Quod autem sic illis quoque apparuit, Esaias testatur dicens: *Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosrra?* Angeli enim mirantes Domini ascensum in cælos, idque magna cum potestate ita scribuntur dixisse: *Sanguine autem* tinctum videtes, & mysterium ignorantes rogant. *Quare ergo rubeum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Vina enim nuper intorculari expressa, colorẽ sanguinis cõ ferunt, Christus vero ad eos vt natura Deꝰ intelligatur. *Ego* (inquit) *iustitiam loquor.* Qui autem iustitiã lõquitur, id est, docet, quomodo author legis non est? & qui legis author est, is quomodo Deus non est? Figuras deinde clauorum mõstrante Christo Angeli rursus rogant, *Quid enim plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicit. His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.* Dilecta enim domus Israel erat, quæ Dominum clauis & lancea petijt. Militum enim temeritas non iniuriam Iudæis, qui crucifigere Christum voluerũt. Quùm igitur etiam ipsis Angelis non solis verbis contentus, passionis suæ signa ostenderit, vt resurrexisse vere credatur: quid mirum est, si ad corroborandam veritatem fidei lateris vulnus, & fixuras clauorum hominibus monstrauerit? Ac præter illud quod rerum cõditis requirit, propter vtilitatem nostram passionis notas retinuerit? Vt resurrectionis mysterium recte intelligamus, non aliud corpus resurrexisse credentes, quàm quod cruciatu mortuum fuit.

1. Corint. 15.

Esa. 63.

Zach. 13.

Chrysosto. in altera expositione in Matth. c. 24. homil. 49.

VIs autem scire quia ad signũ passionis suæ vulnera corporis sui seruauit? Audi post resurrectionem dicentem ad Thomã: *Infer digitum tuum hùc & vide manus meas: & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Qui mortuũ corpus suũ suscitauit, qui tulit costam de latere Adæ & suppleuit carnem: nũquid etiam non potuit corpus suũ sanare, & integrum suscitare? Sed corpus quidem suscitauit, vulnera autem eius seruauit, vt in die iudicij proficerent ad testimonium

Vulnera Christus quare seruauit.

Genes. 2. d. Christus vulnera seruabit in diem iudicij, contra peccatores vt iuste damnati fateantur.

mis contra Iudæos: & omnes, qui denegantes Filium Dei crucifixũ in corpore iudaizãtur. Propterea quasi manifesto signo conuenienter subiungit, dicens: *Tunc plangẽt se omnes tribus terræ.* Matt. 24.

Hiero. in explanatione fidei ad Cyrillum.

NON ergo debet esse confusio rerum, quamuis coniũctim res mortalis immortali Deo coniuncta est, propter nostram salutem: & ita creditur & post passionem corporis, in quo apparuit, in eo etiã permanet in perpetuũ, vt & illi qui crucifixerunt eum, aspiciant, & impassibilem suis conspectibus eius naturæ diuinæ per materiam conspicibilẽ contueantur, & iudicium visibiliter terminetur: & mysterij secreti scientia reueletur, & potentiæ eius maiestas & bonitas à cunctis hominibus cognoscatur.

Augustin. ad Deo gratias, de resurrectione Christi: Epist. 49. tomo. 2. ad 1. quæst.

SCiat sanè qui has proposuit quæstiones, Christum post resurrectionem cicatrices, non vulnera demonstrasse dubitantibus, propter quas etiam cibum ac potum sumere voluit, non semel, sed sæpius, ne illud non corpus, sed spiritum esse arbitrarentur, & sibi nõ solidè, sed imaginaliter apparere: Tunc autem illæ falsæ cicatrices fuissent, si nulla vulnera præcessissent, & tamẽ nec ipsæ essent si eas esse noluisset. Voluit autem certe dispensationis gratia, vt eis quos ædificabat in fide non ficta, non aliud pro alio, sed hoc quod cruci fixum viderant, resurrexisse mõstraret. Quid est ergò, quòd dicitur: Si propter incredulum fecit, finxit: quasi verò si quisquam vir fortis pro patria dimicans multa aduersa vulnera exciperet, & peritissimo medico, qui hæc ita curare valeret, vt cicatrices nullæ apparerent, ipse potius diceret, sic se velle sanari, vt magis essẽt in corpore suo vestigia vulnerum, tanquam tituli gloriarum, ideo ille medicus cicatrices finxisse diceretur, quia cum per artem efficere potuerit, vt non essent, certa existente causa, per artem effecit potius, vt essent, quę vno solo modo, sicut superius dixi, falsæ conuincerentur, si nulla vulnera sanarentur.

TEXTVS.

Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.

Hilarius de Trinit. lib. 7.

ECce enim non est accidens nomen, sed subsistens veritas, & manẽs causa, & naturalis generis proprietas. Et videamus an hanc Euangelistæ prædicationẽ, Apostoli Thomæ confessio consequatur, cum ait: *Dominus meus, & Deus meus.* Deus igitur suus est, quẽ Deum confitetur, & certe dictum non ignorabat à Domino: *Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est.* Et quomodo Apostolica fides principalis immemor est facta mãdati, vt Deum Christum confiteretur, cùm in vnius Dei esset confessione Num. 6.a.

fessione viuendum, sed Apostolus totius sacramenti fidem per resurrectionis virtutem intelligens, cũ frequenter audisset *Ego & Pater vnum sumus*: & *Omnia quæ Patris sunt, mea sunt*: Et, *ego in Patre, & Pater in me*, Iam sine fidei periculo naturæ nomen confessus est. Quia ab vnius Dei Patris professione religio non excederet Deum confessa Dei filium, cum in filio Dei nõ nisi Paternæ naturæ veritas crederetur, neq; sub alterius Dei impia confessione fides naturæ periclitaretur vnius, quia nõ alterius Dei naturam perfecta Dei natiuitas attulisset. Veritatem igitur Euangelij sacramẽti Thomas intelligens, Dominum suum & Deũ suum esse confessus est. Non hic honoris est nomen, sed naturæ cõfessio est: rebus enim ipsis, atque virtutibus Deum credidit, & Dominus professionis huius religionem non honores esse docuit, sed fidei dicens: *Quia vidisti me, credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt.* Videns enim Thomas credidit, sed quid credidit quæris? Est quid aliud credidit, quam professus est: *Dominus meus, & Deus meus*? Resurrexisset enim per se ex mortuis in vitam, nisi natura Dei nõ potuit, & creditæ religionis fides, hoc est professa, quòd Deus est. An ne ergò nomen Dei non naturæ res existimabitur, cùm professio nominis fidem naturę creditæ sit sequuta? Nam vtique religiosus filius, & qui non voluntatem suã, sed eius qui se miserat, faceret: & qui non honorem suum, sed eius à quo venerat quæreret, honorẽ huius in se nominis recusasset, ne ꝙ ipse vnum prædicauerat, solueretur, sed veræ & Apostolicæ fidei mysterium confirmans, & naturæ in se paternæ nomen agnoscens beatos esse docuit, qui cum se resurgentem à mortuis non vidissent Deum tamen per resurrectionis intelligentiam credidissent. Nomẽ igitur naturæ fidei nostræ nõ deserit professionem: nomen enim quod rem vnamquamq; significat, rem quoque eiusdem generis ostendit. Etiam non res duæ sunt, sed res generis eiusdem est. filius namque Dei Deus est, hoc enim significatur ex nomine. Nõ duos Deos connumerat vnum nomen, quia vnius atque indifferentis naturæ vnum Deus nomẽ est. Cùm enim, & Pater Deus & Filius Deus est, & proprium naturæ diuinæ nomen in vtroque sit, vterque vnum sunt. Quia cùm subsistat filius ex natiuitate, naturæ vnitate conseruat in nomine, neque ad professionem diuini Deorum natiuitas filij credentium fidem cogit quæ Patrem & Filium vt vnius naturæ, ita vnius profitetur & nominis.

Ioann. 10.

Ioann. 14.

Thomæ confessio fidei professio est.

Augustin. Pascentio cõtra Arrianos, epist. 174. tom. 2.

IAm nunc paululũ intuere, quæ scripturam eloquia nos cogãt vnum Dominum Deum confiteri, siue tantùm de Patre, siue tantum de Filio, siue tantùm de Spiritusancto, siue simul de Patre & Filio, & Spiritusancto interrogemur, certe scriptum est. *Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est.* De quo dictum putas? Si tantum de Patri, non est Dominus Deus noster Iesus Christus, & vbi est vox illa clangentis & clamantis, *Dominus meus, & Deus meus*, quam Christus ipse non reprehendit, sed approbauit dicens: *Quia vidisti me credidisti.* Porrò si & filius Dominus Deus est, & Pater Dominus Deus est, & ambo iam duo Domini, & duo dij, quomodo erit verum, *Dominus*

Deute. 6.

minus Deus tuus, Deus vnus est? An forte Pater est vnus Dominus, filius autem non vnus Dominus, sed tãtùm Dominus sicut sunt dij multi, & domini multi non sicut ille vnus, de quo scriptum est: *Dominus vnus est.*

In altercatione inter Augustinum & Pascentium, epist. 178. tomo. 2.

Deut. 17. IN *duobus* (inquit Scriptura) *aut tribus testibus stabit omne Verbũ.* Per duos enim verissimos testes iam probauimus vnius substantiæ esse æqualesq; Patrem & Filium, addamus & tertium, Thomam illiũ discipulum post dubitationẽ fortius confitentem Dominum & Deum, quem hunc surrexisse crediderat crucifixum, *Dominus meus* (inquit) *& Deus meus*, approbat filium dictum, quia se cognoscit à sua creatura iustissimè Deum, & Dominũ proclamatum, Patri vtiq; & sancto Spiritui coæternum.

Cyrill. in thesau. lib. 12. c. 15.

INsuper cùm discipuli Thomæ condiscipulo dicerent surrexisse Saluatorẽ è mortuis, sequè ipsum vidisse, subdubitans Thomas, respondit: *Si non immittam manus meas in locos clauorũ, nõ credam.* Quũ Dominus deinde rursum apparuisset, & manus atq; latus Thomę ostenderet, ad firmam reuocatus fidem, ille magna voce respondit: *Dominus meus & Deus meus.* Quo dicto & tunc laudatus fuit, & nunc à nobis in admiratione habetur; quia Saluatorẽ vere & Dominum, & Deum appellauit. Nec minus beati ab ipso Christo dicũtur, qui quanuis ipsum non viderint Dominum, tamen & Deum, vt Thomas, confitentur. Quomodo ergò erit creatura, si Deus & Dominus est? Quùm istę appellationes verè ac secundum naturam, increatæ solum naturæ vere congruant.

Beati dicuntur qui quãuis Christum non viderint, ipsum Dominum & Deũ cõfitentur, & non minùs beati quam seipsum vidisset

Cyrillus in Ioannem, lib. 12. capit. 59.

REspondit Thomas & dixit: *Dominus meus & Deus meus.* Paratissimus autem ad confessionẽ fuit, qui paulò ante tardior videbatur. Quùm enim & clauorum fixuras, & ipsum latus Dominus monstrauerit, animus illico Thomæ ab omni ambiguitate liberatus cõfirmatur. Sed dicet quispiã. Quamobrem per tàm minuta rerum signa mens Discipulorum ad fidem reducitur? Nonne sufficiebat eis ad cognoscendum Christi statura corporis, & faciei lineamẽta? Ambiguum hoc certè fuisset. Putare namque potuerunt spiritum quẽdam imaginem sibi Saluatoris assumpsisse, & ad hoc miraculosus per clausas fores ingressus facilè inducebat. Terrestre nãque corpus latiorem secũdum suã naturam viam desiderat. Necessario ergò Dominus noster Iesus Christus latus nudauit, & vulnera liboresq; carnis ostendit, vt Discipulos confirmaret. Nam & si solus verba dixerit: *Nisi misero manum meam in latus, & digitum meum in fixuram clauorum, non credam*: aliorũ tamen Discipulorum animus turbationis expers omninò nõ erat. Quanuis Thomæ dicerent: *Vidimus Dominum*: quod ita esse Lucas nobis declarat, dicens. *Quùm in medio eorum Christus stetisset, dixisseque Pax vobis*: pertimuisse illos, & spiritũ ab eis videri existimasse, Christumq; illis dixisse: *Quid turbati estis, & cur cogitationes ascendũt ad corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia*

Ostendit Dominus vulnera vt Discipulos firmaret in fide.

quia ego ipse sum. Palpate & videte quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cùm hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? Et illi obtulerũt ei partem piscis assi, & favum mellis: & cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Vides non modo Thomam, verumetiam cæteros animo dubitasse. Quibus etiam vulnera corporis nõ suffecerunt. Vnde alio quoq; signo ad fidem illos inducit, quod spiritui nullomodo conuenire potest. Comedit enim allatam sibi partem piscis: quæ res viuo solummodo corpori congruit, nam quanuis ab interitu liberatum corpus cibo non indiget, tamen vt vulnera & fixuras clauorum miraculose retinuit, ita etiam comedit, vt resurrectionis fide stabili fundaret mysterium, & nobis omnib⁹ prouideret. Operatur enim quæ aliena penitus à natura spiritus sunt. Quomodo enim nudo corpore spiritui cibus conueniet? Aut quomodo vulnera inerunt ei, qui nullo modo corporeus est? Quare ne spiritus aut vmbra quædam, & aereum corpus (quod nõnulli spirituale appellãt) sed illud ipsum quod cecidit surrexisse credatur, corpori nostro conuenientia diligenter retinuit. Præ gaudio autem magis quàm infirmitate mentis dubitasse Thomã diximus. Quoniam & de alijs dixisse Lucam non ignoramus. *Ad huc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio.* Verùm quum visus omnem dubitationis causam tollat, rectè Thomas statim clamauit, *Dominus meus, & Deus meus:* Nam qui Dominus omnium natura est, & Deus, hunc Deum quoque verum esse necesse est, quod retrò etiam vertitur: nam qui Deus natura est, is omnibus necessario imperat: cùm articulo autem dicitur vtrumque, ne quis nostra, vel Angelorum similitudine, sed singulariter ipsum Dominum, & ipsum Deum dici existimet. Multi enim, & in cælo & in terra dij & domini sunt, vt Paulus ait: singulariter autem Thomas, vt Dei veri Filium ipsum Dominum & ipsum Deum appellat, quodque maius est quùm hæc dicere Saluator Discipulum audiret, nõ increpat, nec repellit, sed laudat, atque complectitur & cæteros, ita prædicare hortatur. *Euntes* (inquit) *docete omnes gentes,* quod vna cum alijs quũ Thomas audisset, quid aliud poterat dicere, quod quod ipse credebat? Patet igitur quia non aliter quam Thomas confessus est, nos quoque confiteri Dominus vult. Natura enim Dominus & Deus est, etiam postquàm hominem assumpsit. Illud etiam animaduerte, quia Discipulus, qui pedes & latus palpauit, ita eum confessus est, vt in duos Filios partitus non sit. Vnum enim & eundem Dominũ Iesum Christum cognouit cum carne.

2. Corint. 8.

Matth. 28.

TEXTVS.

29. *Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati qui non viderunt & crediderunt.*

Augustin. in Psalm. 49.

QVID autem dictũ erat Thomæ palpanti: *Quia vidisti credidisti, beati qui non viderunt, & crediderunt.* Prædicti sumus, terra illa vocata à solis ortu vsq; ad occasum.

Non

Non vidit & credit: occultus ergò Deus Deorũ, & eis inter quos ambulauit, & eis à quibus crucifixus est, & eis à quorum oculis resurrexit, & nobis, qui credimus in cęlo sedentem, quem non vidimus in terra ambulantem, sed & si videre

A mus, nonne hoc videremus quod Iudæi viderunt & crucifixerunt? Plus est quod non videntes Christum credimus Deum, quàm quod illi videntes non nisi hominem putauerunt. (.?.)

TEXTVS.

QVia vidisti me credidisti: Beati qui non viderunt & crediderunt.

Cyrillus in Ioannem, lib. 12. capit. 60.

B rat. Beati ergo sunt omnes, qui per Apostolorum prædicationem crediderunt: illi enim, vt Lucas dicit, oculis mirabilia gerentem Iesum viderunt, & sermonis eius fuerunt ministri. Quibus adhibere fidem necesse est, si vitam æternam possidere, & in cælis regnare desideramus. Luca. 10.

MAgna prouidentia plenus est sermo Saluatoris, summamque nobis affert vtilitatem. Nam postquàm ad certiorem orbis fidem perforatum latus & fixuras clauorum monstrauit, postquã etiam cibum assumpsit, non indigens, ne vlla infidelitatis restaret causa, verbis etiam quid credendũ sit confirmauit. Non enim ignorauit futuros nonnullos, qui resurrectionem mortuorum non fatererentur, quique videre se velle dicerent palpareque non aliter quã Thomas, rectèque se ita facere cõtenderent, quoniam Discipulum Saluatoris imitarentur: hunc igitur lapsum depellit Christus his verbis, beatos appellans eos, qui non viderunt, & crediderũt. Nec id iniuria: nulla enim dubitationis causa videnti relinquitur. Qui autem credit, quod non vidit, sed docentium verbis audiuit eximię certe eum inquem credit honoC *Augustinus in Ioann. tract. 16. cap. 4.*

D *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Prædicti sumus nos & quod Dominus ante laudauit, & in nobis implere dignatus est. Viderunt qui crucifixerunt, palpauerunt, & sic pauci crediderunt. Nos non vidimus, non cõtrectauimus, audiuimus, credidimus, fiat in nobis, perficiatur in nobis, beatitudo quam promisit & hîc, quia patri ipsius prælati sumus, & in futuro seculo, quia pro ramis fractis inserti sumus.

DOMI-

DOMINICA SECVNDA POST PASCHA.

MISERICORDIAS.

Euangelium, Ioannis. 10. b. 11.

TEXTVS.

Esa. 40. c. 11. Ezech. 34. c. 23. & 37. f. 24.

EGO *sum Pastor bonus: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.*

Idacius Clarus aduersus Varimadum Arianum.

SI TIBI opposuerint, quòd ipse filius dixerit: *Quid me dicis bonum, non est bonus, nisi vnus Deus?* RESPONSIO. Quis malum iudicet, qui se ipsum pastorem bonum pronũciet? Aut quis inæqualem Patri affirmet, qui se vnum cũ Patre esse demõstrat. *Ego sum* (ait) *pastor bonus.* Et Dauid in persona Patris filium intimantis in Psalmo quadragesimoquarto dicit: *Eructauit cor meum verbum bonum.* Et Ieremias: *Bonus est Dominus eis qui sustinẽt eum, & in die tribulationis agnoscet eos qui timẽt eum.* Et ipse Dominus. *An oculus tuus inequã est, quia ego bonus sum?* Et in Psalm. *Bonus es Domine, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.* Et Apostolus. *Quoniam bonus odor Christi sumus, in his qui saluisunt, & in his qui pereunt.* Vides quia non caret bonitate, qui omnem in se diuinitatis continet plenitudinem.

Luc. 18.

Psalm. 44.

Tren. 3.

Psalm. 118.

2. Cor. 2.

Basilius concione in sanctũ Martyrem Manantem.

VIs discere quantæ dignitatis sit Pastor? *Dominus* (inquit) *pascit me.* Quis est hic Rex gloriæ, hic Pastor, ille Rex; & ne putes ab alijs quidem hoc ipsi testimonium præberi, ipsum vero hac appellatione pudefieri, sed silẽtio spurijs pastoribus imposito, verũ artis pastoralis testimonium sibi tribuit: *Ego sum Pastor bonus:* Ego sum & non alteratus sum. Quomodo cùm magna dicit: *Ego manu mea formaui terram, ego produxi cælum solus.* Quomodo cùm alia dicit, quæ digna sunt dici de Deo, sic dicit: *Ego sum Pastor bonus,* fugat spurios, & veritatem in se ipsum transfert. *Ego sum Pastor bonus:* Disce quis est pastor, & quis est bonus ipse interpretatur. *Verus pastor animam suam ponit pro ouibus, mercenarius autem, & qui non*

Ioann. 6.

Quis sit verus pastor, & quis mercenarius pastor, & quis lupus.

qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, non curat, vbi viderit lupum venientem. Hic quærit Eccleſia ſi paſtor eſt Dominus, quis ſit mercenarius paſtor, num Diabolus? Et ſi Diabolus eſt mercenarius paſtor, quis ſit lupus, at lupus quidem eſt diabolus, beſtia illa crudelis, ex rapto viuens, inſidiatrix comunis omnium hoſtis. Habeat itaq; propriam appellationem mercenarius paſtor. Mercenarios paſtores tunc ad eos qui tunc erant cõuerſos Domin⁹ dicebat: ſunt autẽ etiam nunc quod minime velim qui mercenariorum appellationẽ ſibi contrahunt. Tunc Pontifices iudicabantur ac Phariſæi, & tota illa adulterina Iudaica moneta, illos mercenarios paſtores dicebat, qui non propter veritatem, ſed propter ipſorum vtilitatem paſcendi poteſtatem arripuerunt: qui inani prætextu adorant, vt deuorent panem viduarum, ac pupillorum: Hi mercenarij ſunt, qui neceſsitati inſeruiunt. Qui præſens perſequuntur, & ad futurum non intendunt, mercenarij & nõ paſtores ſunt. Et nunc mercenarij multi qui pro miſera gloria vitam ſuam exponunt ac amittunt. Qui etiam nunc inſanis ac integris Domini verbis fiſſuram faciunt. Quùm enim dixiſſet hæc Dominus, diſſenſio inter ipſos facta eſt: *Et alij dicebant dæmonium habet, alij dæmon oculos cæcos, vt videant facere non potest.* Vides quod vetus eſt affectio diſſenſionis? Statim enim ventilabrum diſcernit, ac ſeparat paleas à frumento: & leue quidem ac inſtabile finditur, ac ſegregatur à nutriente. Quod verò ad alimentum ſpirituale commodum eſt manet apud agricolas. Quapropter diſſenſio facta eſt, & alij ſic diſſidebãt, alij ſic diſſidebant, alij ſic Iudæis conuenit, vt findantur ac diſſentiant. Verum Eccleſia Dei, quæ tunicam inconſutibilem ex integro textam, & quæ à militibus indefiſſa cõſeruata eſt, ſuſcepit, quæque Chriſtum induit, veſtem non findat: *Et cognoſco meas oues: cognoſcere igitur quid* dicit? ſubſtantiam intelligere magnitudinem metui? Tu verò factas quod illa deitatis cognoſcentur, quę tu tuo impudentiore profers, aut ex præcedentibus non intelligis mẽ ſuram cognitionis. Quid cognoſcimus Dei: *Oues meæ vocem meam audiunt.* Vide quomodo cognoſcitur Deus, ex eo quod nos audiuimus mandata ipſius, ex eo quòd audiẽtes facimus. Hæc eſt cognitio Dei ſeruare mandata Dei, quomodo non impertinẽs curioſitas de ſubſtantia Dei? Non inquiſitio rerũ ſuper mundanarum, non conſideratio inuiſibilium, *Cognoſcant me meæ, & cognoſco meas oues.* Sufficit tibi ſcire quòd eſſet Paſtor bonus, quòd poſuit animam ſuã pro ouibus. Hic eſt terminus cognitionis Dei. Quantus autem ſit Deus, & quæ menſura ipſius, & qualis ſecundùm eſſentiam. Talia periculoſa ſunt interrogante, dubia vero apud interrogatũ. Silentiũ autem talium medela eſt. *Meæ oues meam vocem audiunt*, dixit, *non inquirunt.* Hoc eſt, non negligenter trãſmittunt, non contentioſi ſunt. Audiuiſti filium? Ne mihi modos generationis proferas, neque ipſe à me exigas, neque ſub cauſarum rationem contrahe ea quæ nulli cauſarum rationi ſubiacent, neq; per figuram diuide, quod eſt coniunctum: propterea anteuertens te Euangeliſta præmuniuit, audiſti nuper, & ſanè audis: *In principio erat Verbum*: vt ne filium fætum humanum putes, & non exiſtente productum eſſe; *Verbum* tibi dixit, propter temporis remotionem;

Cognitio Dei eſt ſeruare eius mandata.

Periculoſum eſt inquirere quantus ſit Deus & quæ mẽſura eius, & qualis ſecundum eſſentiam.

Ioann. 6.

Ioann. 1.

Prin-

Principium, tibi dixit, quo genitū Patri cōnecteret. Vidisti quomodo ouicula obediens vocem Domini audiit. *In principio, & erat, & verbum.* Nec dic quomodo erat, & si erat generatus non est, & si natus est, non erat. Non est ouicula, quæ talia dicit, ouiculæ pellis est, intus autem lupus, qui loquitur, insidiator nostrarum. *Meæ oues meam vocem audiunt.* Audiisti filium? Intellige similitudinem ad Patrem, similitudinem dico, propter debilitatem potētiorum corporum. Nam re vera (non enim timeo accedere ad veritatem, nō sum promptus calumniator) verbo Patris & Filij identitatem, seruo, proprietatem, in subsistentia Filij formam intellige paternam, vt exactè imaginis rationem custodias, vt competenter de Deo sentias. *Ego in Patre* (inquit) *& Pater in me est*, non confundit essentias, sed vel similitudinem identitatē exprimit, at enim dilecte res ista sume videtur contraria. Vbi sanè etiam nostram debilitatē, vestrarum aurium obedientia quid aliquid dicere ac in medium afferre coegit, quo potentia Dei in organi debilitate maxime eluceſceret. Fortasis enim prēterea debilitas nostra superabūdauit, quo amplius glorificaretur, is qui debilitatem robustam facit. Cæterùm qui nostrum hunc conuentum circumegit, & præteriti anni precibus finem dedit, & succedenti tēpore caput largitus est (eadē enim dies præteritum circulum nobis terminat, & rursus in sequentis caput fit) Qui itaque nos congregauit & largitus est futuri actionem, cōseruet nos in ipso illesos, inoffensos à lupo securos. Custodiat Ecclesiam hanc, quæ magnis martyrum turribus munitur in concussam: omnis insidias ac insultum hæreticorum furorum inquiete auertat. Exhibeat autem nobis, vt diuina oracula edoceamur & gratiam spiritus quæ nobis præbetur, doceamus. Ipsi gloria & imperium cum sancto Spiritu nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ouis Dei est qui eius vocē audit, qui vero non audit eius vocē pelis eius est, & qui intus loquitur lupus.

Augustinus de salutaribus documentis, cap. 57.

NVLLA ergo pressura nos terreat, nulla calamitas fragat: Dominus in proximo est, & Pastor noster circa nos est, quid metuimus? Clamemus ad pastorem nostrum, vt nos audiat, clamemus in compunctione cordis dicentes: *Erraui sicut ouis, quæ perierat. Require seruum tuum Domine.* Clamemus & dicamus, *Libera à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam, & salua me ex ore leonis*: clamemus, & dicamus. *Perijt fuga à me, & non est qui requirat animam meam. Considerabo ad sinistram, Ecce Diabolus vt lupus rugit, sicut leo frendet, ecce lupus est, contra latrat canis*, clamaui ad te Domine, *Dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viuentium, libera me de manibus inimicorum meorum, & eorum qui me persequuntur.* Nunquid pastor noster bonus, qui animā suam posuit pro ouib⁹ suis, ad quē si clamemus dimittet nos diutius errare, aut à feris vel à bestijs delaniari atque consumi? Absit. Quinimo *relictis in deserto nonaginta nouem, perrexit vnam ouem quærere perditā.* Nec quia clamantem audiuit, ideò perrexit, sed antequam clamaret: ait enim Euangelista: *relictis nonaginta nouem in deserto, abijt quærere vnā ouem quæ perierat, quam inuentam, & lassatam, atque fatigatam, impositam humeris suis, reportauit ad gregem.* Pa-

Fiducia in pastore Christo

Psalm. 118.

Psalm. 21.

Psalm. 141.

Luc. 15.

ſtor eam ad gregem ſuis humeris reportare dignatus eſt, & miſericordia ſua ab errore reuocare. Quod verò ouem iſtã Dominus ſuis humeris impoſitam reportauit ad gregem, quantæ miſericordiæ eius gratiæ agendæ ſunt, qui tantùm ſe ad nos humiliauit, & inclinauit, portat, & refecit, regit & cuſtodit.

Origenes in Canticacanticorum, homilia. 2.

PVTO autem quòd & Prophèta de hoc loco, quem nũc ſponſa dicere ab ipſo ſponſo deſiderat, & audire etiam ipſe ſub eodem poſitus Paſtore dicat: *Dominus regit me*, ſiue (vt in alijs legimus) *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit.* Et quoniam ſciebat alios paſtores, vel ignauia, vel imperitia faciẽte greges in locis aridioribus collocare, de hoc optimo paſtore Dominus dixit: *In loco viridi ibi me collocauit, ſuper aquam refectionis educauit me.* Oſtendens paſtorem hunc, non ſolum abundantes aquas ouibus ſuis, ſed & ſalubres & puras & quæ per omnia reficiant prouidere, ſed quoniam ab hoc ſtatu quo, vt ouis ſub paſtore deguerat conuerſus ad rationabilia in excelſiora proficit, idquè adeptus eſt per conuerſionem ſubiungit, & dicit: *Animam meam conuertit. Eduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum.* Hinc verò, quandoquidem in hoc profecerat, vt iuſtitiæ incederet vias, iuſtitia autem habet ſine dubio impugnantem ſe iniuſtitiam, & neceſſe eſt eum, qui iuſtitię iter incedit, habere pugnas aduerſantium fide conuerſus, & ſpe dicit de eis. *Nam & ſi ambulem in medio* A *vmbræ mortis, non timebo mala. Quoniam tu mecum es.* Poſthæc verò quaſi gratiam referens ei, qui ſe paſtoralibus imbuerat diſciplinis. *Virga* (inquit) *tua & baculus tuus, quibus inſtitutus videor, ad paſtoris officium ipſa me conſolata ſunt.* Hinc verò, vbi vidit ſeſe à paſtoralibus paſcuis, ad rationabiles cibos, & myſtica ſecreta tranſlatum addit & ſubdit. *Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput* B *meum, & calix meus inebrians quàm* C *præclarus eſt. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ, vt inhabitem in domo Domini, in longitudine dierum.* Illa ergò prima, id eſt, paſtoralis inſtitutio, initium eorum fuit, vt in loco viridi, collocatus, ſuper aquã refectionis educaretur.

Cyrillus in Ioannem, lib. 7. capit. 5.

SVPERIOR Euangeliſtę ſermo monſtrauit Dominum noſtrum eſſe illud vnicum oſtiũ, per quod acceſſus eſt ad æternam ſalutem. Præſens verò, & qui nunc habetur in manibus, indicat eundem eſſe Paſtorem, & bonum Paſtorem. Paſtor quidem eſt, quia oues ſuas, id eſt, fideles, in eum credentes, ſcientia paſcit, & doctrina, & per rectam ſalutis viam ducit in æternæ vitæ paſcua. Quemadmodum dicit beatus Petrus. *Eratis ſicut oues errantes*, ſed *conuerſi eſtis ad Epiſcopum, & paſtorem animarum veſtrarum.* Bonus verò Paſtor, quia animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, quando pro nobis viuificandis acerbã & ignominioſam ſubijt mortem. *Dilexit enim nos* (vt ait ſacer Paul⁹) *& tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem*

Pſalm. 22.

1. Pet. 2.

Ad Epheſ. 5.

tionem & ostiũ Deo in odorem suauitatis. Ergò eius exẽplo quicumq; bonus pastor libẽter debet pro ouiũ salute animam suam pònere, & propriæ vitæ pati dispendium, potiusquam oues suæ pereant. Audite Ioannem in Epistola nos id admonentem: *In hoc* (inquit) *cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.*

Ioann. 3.

Augustinus in Ioannem tract. 46. cap. 6.

NON adderet, bonus, nisi essent pastores mali: sed pastores mali ipsi sunt fures & latrones, aut certè vt multum mercenarij. Omnes enim hic personas quas posuit requirere distinguere nosse debemus.

Et paulò post.

SI enim consideremus proprietates Dominus Christus, nec pastor est, sicut consueuimus nosse, & videre pastores, nec ostium est, non enim eum faber fecit: si autem secundum aliquam similitudinem, & ostium, & pastor est, audeo dicere, & ouis est, ouis nempe sub pastore est, tamen ille & pastor est & ouis. Vbi est pastor? Ecce hic habes, lege Euangelium, *Ego sum pastor bonus.* Vbi est ouis? Interroga Prophetam, *Sicut ouis ad immolandum ductus est:* Vbi est agnus? Interroga amicum sponsi: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Adhuc aliquid secundum istas similitudines mirabilius sum dicturus, & agnus enim & ouis & pastor inter se amica sunt. Contra leones autem à pastoribus oues custodiri solent, & tamen de Christo, cùm sit ouis & pastor legimus dictum: *Vicit leo de tribu Iuda.* Apoc. 5.

Esai. 53.

Ioann. 1.

A

Hæc omnia fratres, secundum similitudines, accipite, non secundùm proprietates, solemus videre pastores sedere supra petram, & inde commissa sibi pecora custodire. Vtique melior pastor quam petram super quam sedet pastor, & tamen Christus, & pastor & petra, totum hoc, secundùm similitudinem: proprietatem autem si quæras à me: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Si quæras à me proprietatem, Filius vnicus de Patre in æternum ab æterno genitus, æqualis gignenti, per quem facta sunt omnia, cum Patre incommutabilis, & acccepta forma hominis non mutatus, ex incarnatione homo, Filius hominis, & Filius Dei: hoc totum quod dixi, non similitudo sed res est: non ergò pigeat nos fratres secundum quasdam similitudines ipsum accipere ostium, ipsum ostiarium: quid est enim ostium? Quo intramus: Quis est ostiarius? Qui aperit: Quis ergò se aperit, nisi qui se ipsum exponit? Ecce Dominus dixerat ostium, non intellixeramus: quando non intelleximus clausum erat, qui aperuit ipse est ostiarius: nulla est ergò necessitas aliquid aliud quærere: nulla necessitas, sed fortasse est voluntas: si est voluntas noli exorbitare, noli à Trinitate discedere: si personam aliquam quæris ostiarij, Spiritus sanctus, occurrat, non enim dedignabitur ostiarius esse Spiritus sanctus, quando ipsum ostiũ esse dignatus est Filius: vide ostiarium forte Spiritum sanctum, Ipse Dñs Discipulis suis de Spiritu sancto dicit. *Ipse vos docebit omnem veritatem.* Ostium quid est? Christus: quid est Ioann. 16.

B

C

D

Christus? Veritas, quis aperit ostium, nisi qui docet omnem veritatem.

Bernardus super Cantica, sermo. 31.

VIuimus proinde in vmbra Christi, qui per fidem ambulamus, & carne ipsius pascimur, vt viuamus: *Caro enim Christi vere est cibus*, & vide ne propterea etiã nunc describatur hoc loco apparens, tanquam in schemate pastorali, vbi illum sponsa, quasi vnum quempiam de pastoribus videtur alloqui, dicens: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie. Bonus pastor, qui animam suam dat pro ouibus suis:* Animam pro illis, carnem illis, & illam in pretium, istam in cibum: Res mira ipse pastor, ipse pascua est, ipse redemptio. Verum sermo in lõgum pergit, quoniam locus amplius est, & grandia continens, & non explicabitur paucis, atque hac necessitate videtur mihi iam rumpendus potiusquam finiendus. Oportet autem, vt quoniam materia pendet, memoria vigilet, quatenꝰ vbi pausatum erit, inde mox resumatur, vt pertractetur, prout Dominus dabit Iesus Christus sponsus Ecclesiæ, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.

Ioann. 6. Cant. 1. Ioann. 3.

TEXTVS.

BONVS pastor animam dat pro ouibus.

Theophylus Episcopus Alexandrinus, lib. Paschali, 1.

HOrtamur eos, qui talia sapiunt, vt errores hæreticos relinquentes, acquiescant Ecclesiasticæ veritati, & festiuitatem Dominicæ Passionis non faciãt imperfectam, ne principalem, & maiorem hominis partem in Saluatore negent, absque anima & mente corpus illius asserentes: si enim ita erat, quid de se volens intelligi loquebatur. *Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus.* Et si tantum carnem hominis assumpserat, cui in passione dicebat: *Spiritus promptus, caro autẽ infirma.* Vnde sciendum est, quòd ex omni parte temperatum humanæ conditionis exhibens sacramentũ perfectam similitudinem nostræ cõditionis assumpserit, nec carnem tantùm, nec animam rationalem, & sine sensu, sed totum corpus, totamq; animam sibi sociãs, perfectum in se hominem demonstrauit, vt perfectam cunctis hominibus in se & per se largiretur salutem.

Matth. 26.

TEX-

TEXTVS.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est.

Augustin. contra 2. Gaudentij Epistolam, lib. 2. cap. 8.

MErcenarius autem, quem significat Dominus, viso lupo, non corpore sed animo fugit, quando deserit timore iustitiam, sicut fugit secundus vester Tygisitanus, quando purpureum Limatensem de homicidio confessum, magisque terribilem, ne primatū perderet, vel Episcopatū, timuit.

Cyrillus in Ioannem, lib. 7. capit. 5.

MErcenarius vero dicitur is, qui non pro amore salutis earum oues Dominicas, sed ad temporalem mercedem pascit: & quia plus terrenam substantiam, quàm oues diligit, merito nomen pastoris perdit. Vtrū verò pastor sit, vel mercenarius, quispiam cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Tranquillitas enim tempore plerumque ad greges custodiam sicut verus pastor, sic etiam mercenarius stat, sed lupus veniens indicat quo quisq; animo super greges custodiam stabat. Lupus autem diabolus est, animas hominum strangulans, *Et quærens quem deuoret* similiter & qui cumque illum sequuntur, de quibus dictum est: *Quod veniunt in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.* Quare hæreticus impietatem nouorum dogmatum à sinceritate fidei seducere tentans animas, lupus quoque dicendus est. Iniustus itidem & raptor fideles quosque, atque humiles sua tyrannide opprimens, tanquam lupus super oues venit: sed mercenarius hos lupos irruentes videns fugit, quia neq; diabolo, nec suis tentationibus ouem de ouili separet resistit, nec hæreticæ prauitati, aut violentiæ opprimentium sese murum opponit, & tunc lupus rapit, & dispergit oues, quia diabolus destitutas auxilio pastoris, factę per quælibet vitiorū præcipitia impellit, ac addigit. Hereticus itidem eas errorū laqueis innectit, atque perdeuia trahit errabūdas. Demum tyrannus eas diripit, & nullo suis obstante conatibus miseras dilaniat: à quo dùm mercenarius sibi periculum metuit, resistere eius iniustitiæ non præsumit. Fugit autem mercenarius, non mutando locum, sed substrahendo solacium, neque contra luporum rabiem vllo zelo feruoris accenditur: quia dùm solum commoda exteriora requirit, interiora gregis damna negligenter patitur, neque stare in periculo ouium potest, qui in eo, quod ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit: & ideò opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit amittat.

Chrysostomus homil. 59. in 10. capit. Ioann.

HÆC enim inter pastorem est & mercenarium differētia: Alter proprie cōremptis ouibus, alter sua contempta, ouium semper saluti inuigilat. Pastoris ergò exēplo deceptores duos meminit, furem mactantem, & rapientem oues, & mercenarium permittentem, neque defendentem commissas.

Quis dicatur mercenarius.

Lupus dicitur diabolus.

1. Petr. 5.

Matth. 7.

Quæ sit differentia inter pastorem & mercenarium.

miſſus. Per illum Theudam & eius aſſertores, per hunc Iudæorum magiſtros ſignat, qui nullam curam communis ouibus adhibebant, quod ſuperiori tempore Ezechiel his verbis inſectatus eſt. *Ve paſtoribus Iſrael? Nonne paſcebant ſemetipſos?* Nonne greges paſcuntur à paſtoribus? ſed illi contrarium faciebant ſemetipſos, quod maximæ malitiæ genus eſt pluribus rationibus: *Idcirco* (inquit) *neque quod abiectum erat reducebant, nec quod perierat, quærebant: nec confractum alligabant, nec infirmum cõſolidabant: quoniam ſe non gregem paſcebant.* Idem & Paulus ſignificat: *Omnes quæ ſua ſunt quærunt non quæ Chriſti Ieſu.* Et iterum. *Nec quod ſuum eſt quærat, ſed proximi.* Vnuſquiſq; verũ ab vtroque diſſidet Chriſtus, cùm illis qui in peccatis erant diceret propterea veniſſe, vt vitã haberẽt, & abundantius haberent: his autem qui oues à lupis rapi negligebant, ſe propter eas animam ponere, ne oues perirent. Nam cùm Iudæi ipſum interimere vellent nõ propterea deſtitit à doctrina, neque credentes tradidit, ſed perſtitit, & pertulit mortem, ideò frequenter inquit. *Ego ſum Paſtor bonus.* Quæ cum nullo vti teſtimonio viderentur. Quod enim poneret animam ſuam, non multum poſt re monſtratum eſt: quod autẽ vitam haberent, & abundantius haberẽt poſt huius vitę migrationem futurum erat, alterum ab altero confirmat.

Ezech. 34.

Phil. 2.

Etiãſi Iudæi Chriſti mortem machinarentur, ipſe enim vt bon' paſtor prædicatione perſtitit, vſque perferens mortem.

Auguſtinus tractatu in Ioãnem, 46.

DE mercenario autem quid dicimus? Non in bonis hic cõmemoratus eſt. *Paſtor bonus* (ait) *animam ſuam dat pro ouibus ſuis: Mercenarius, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues.* Non hic bonam perſonam mercenarius gerit, & tamen in aliquo vtilis eſt: nec mercenarius diceretur, niſi acciperet à conducente mercedem: Quis eſt ergò iſte mercenarius, & culpabilis, & neceſſari?. Hinc verò fratres luceat nobis ipſe Dominus, vt mercenarios intelligamus, & mercenarij non ſimus. Quis eſt ergò iſte mercenarius? ſunt quidam Eccleſiæ prępoſiti, quibus Paulus Apoſtolus dicit: *Sua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti.* Quid eſt ſua quærentes? non Chriſtum gratis diligentes: non Deum propter Deum quærentes, temporalia lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes, Hæc quando amantur à præpoſito, & propter hoc ſeruitur Deo, quiſquis eſt, talis mercenarius eſt, inter filius ſe non computet: de talibus enim & Dominus dicit: *Amen dico vobis, perceperunt mercedem ſuam,* audi de Timotheo ſancto quid dicit Apoſtolus Paulus: *Spero autem in Domino Ieſu, Timotheum cito me mittere vobis, vt & ego bono animo ſim cum cognouero, quæ circa vos ſint, neminem enim habeo tàm vnanimem, qui germane de vobis ſollicitus ſit: omnes enim ſua quærunt, non quæ Ieſu Chriſti.* Inter mercenarios paſtor ingemuit, quæſiuit aliquam qui ſinceriter diligeret gregem Chriſti, & circa ſe in eis qui cum illo eo tempore fuerant non inuenit: Nõ enim in Eccleſia Chriſti, & circa ſe in eis, tũc præter Paulũ Apoſtolum & Timotheum nemo erat qui germanè de grege ſollicitus eſſet, ſed cõtigerat vt eo tẽpore quo Timotheum miſit, circa ſe alium de filijs non haberet, ſed ſoli mercenarij cũ illo eſſent, ſua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti: & ta-

Quærentes Deum ipſum que amantes propter temporalia dicũtur mercenarij.

Matth. 6.

Ad Phil. 2.

& tamen ipse germanè de grege sollicitus, maluit filium mittere, & inter mercenarios remanere. Inuenimus, & mercenarios non eos discutit, nisi Dominus, qui cor inspicit, ipse discutit: tamen aliquando intelliguntur à nobis, non enim frustra dixit ipse Dominus etiam de lupis: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*: multos interrogant tentationes, & tunc apparent cogitationes, multi autem latent, habet ouile Domini, præpositos & filios, & mercenarios. Præpositi autem qui filij sunt, pastores sunt. Quomodo vnus pastor, nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris, cuius sunt oues propriæ, nam & ipsi membra sunt ipsius vnius ouis, quia *sicut ouis ad immolandum ductus est*. Audite autem quia & mercenarij sunt: multi quippe in Ecclesia commoda terrena sectantes, Christum tamen prædicant, & per eos vox Christi auditur & sequuntur oues, nō mercenarium, sed vocem pastoris, per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso Domino demonstratos: *Scribæ* (inquit) *& Phariſæi in cathedram Moysi sedent, quæ dicunt facite, quæ autē faciunt facere nolite*: quid aliud dixit, nisi per mercenarios vocem pastoris audite? sedendo enim Cathedram Moysi: legem Dei docent, ergò per illos Deus docet, sua verò illi si vellint docere, nolite audire, nolite facere, certe enim tales sua quærunt, nō quę Iesu Christi. Nullus tamen mercenarius ausus est dicere populo Christi, tua quærè, non quæ Iesu Christi. Qui enim male facit, non prædicat de Cathedra Christi, inde lædit, vnde male facit: non vnde bona dicit, botrum carpe spinam caue, benè, quia intelle xistis, sed propter tardiores dicā hoc idem planius quod modo dixi, botrum carpe spinam caue, cū Dominus dicat: *Nunquid colligunt de spinis vuam, aut de tribulis ficus?*

Matth. 5. Esai. 53. Matth. 23. Matth. 7.

TEXTVS.

EGO sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.

Cyrillus in Ioannem, lib. 7. capit. 6.

SED bonum Pastorē esse Dominus duplici indicio argumentoque demonstrauit. Primū quod cognoscat oues suas. ad æternam vitam eas eligens, & præuidens: Quemadmodum inquit Apostolus: *Non repellit Dominus plebem suam, quā præsciuit*. Sicut enim quos reprobat Dominus, nescire dicitur: vt fatuis virginibus, inquit: *Amen dico vobis, nescio vos*, ita quos ad salutem prædestinat, & præordinat, cognoscere recte censetur. Et reciproca mutuaque agnitione oues Christi ipsum agnoscunt: quia diligunt eum, & obsequuntur eius mandatis. Nempe qui non credit in Dominum, aut mandata eius contemnit, ignorare Dominum, & nescire dicitur: quemadmodum obduratus Pharao respondit Moysi: *Nescio Dominum, & Israel non dimittam*. Conuersa igitur, & retracta locutione, qui illabefactam eius fidem seruant, qui mandata illius custodiunt

Matth. 25. Exod. 5.

diunt, iure ipsum cognoscere dicuntur.

Chrysostomus homil. 59. in Ioannem.

A ET *cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* Quod & Paulus his verbis significauit: *Non expulit Deus populum suum, quem prædestinauit.* Et Moses: *Cognouit Deus qui erãt sui*, hoc est quos prædestinauit.

TEXTVS.

SICVT nouit me Pater, &c.

Cyrillus in Ioannem, lib. 7. capit. 6.

B DEINDE, vt non æstimes paremmensuram cognitionis Christi, & omnium, consequenter subiungit: *Sicut nouit me Pater, & ego cognosco Patrem*, cognitione quidem diuina immensa & inexplicabili hominibus filius Patrẽ agnoscit, quia sapientia Patris est, & eadem omninò notione Pater agnoscit Filium, vt splẽdorem ex se effulgentem, vt characterem, & imaginem suæ substantiæ, vt verbum sibi coæternum. Eo autem agnitionis genere oues Christum minime cognoscunt, neque Patrem eius: Quia, *Deum nemo vidit vnquam Vnigenitus autem, qui est in sinu Patris ipse enarrauit: nemo etiam nouit filium nisi Pater, nec Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare.* Et quemadmodum alio loco contestatur: *Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, is vidit Patrem.* Cùm itaque simili omninò cognitione Filius Patrem agnoscat, & Pater Filium. Quis sanæ mentis Filium Patre inferiorem aut imperfectiorem asseuerit, aut ad creaturarum conditionem detruserit? Nunquid creatura adæquam cùm Deo cognitionem potest assurgere, aut diuinam substantiam sicuti, est apprehende re? Incomprehensibilis enim Deꝰ & immensus: *Posuit tenebras latibulum suum*, & omnem supergreditur atque superexcedit creatarum mẽtium captum, haut minus quam infinita lux & splendoris immensi omnẽ subterfugit oculorum obtutum. Est igitur Filius omninò Patris æqualis virtute, æternitate, sapientia, cùm Patrem agnoscat, sicut eum agnoscit Pater, nulla prorsus interueniente dissimilitudine: vbi adiecta similitudinis particula omnimoda denotatur assimulatio.

Chrysostomus homilia 59. in Ioannem, cap. 10.

C COgnosco (inquit) *oues meas, & cognoscunt me meæ*, non tamẽ æqualiter, æqualis est Patris & Filij cognitio, vt inquit: *Sicut cognoscit me Pater, & ego cognosco Patrem.* D Quod nisi sensisset, cur ita dixisset, cum enim nonnunquam multitudini se connumerasset, & nemore hominis cognoscere putare tur, inquit: *Sicut nouit me Pater, & ego cognosco Patrem*, Tam certò ipsum scio, vt ipse me. *Propterea* (inquit) *nemo cognoscit Filium nisi Pater, & Patrem nisi Filius.* Discretam quãdam cognitionem indicans, qualem nemo alius habet.

TEX-

TEXTVS.

ET pono animam meam pro ouibus meis.

Cyrillus in Ioannem, lib. 7. capit. 6.

SEcundum vero signum, quo Dominus se comprobat bonũ esse Pastorem, explanatur: quia animam suã ponat pro ouibus suis, & sponte se morti tradiderit pro ouium suarum salute. *Omnes enim* (vt ait Esaias) *quasi oues errauimus: vnusquisque in viam suam declinauit. Ipse autem animam suã tradidit in mortem pro omnibus.*

Fulgentius ad Trasimundũ Regem Vandalorum, lib. 1.

HIC tamen puer sicut veram carnem, sic & veram habuit animam, vt illa vera diuinitas totam hominis & renouandam susciperet, & susceptam posse renouare naturam, sicut superius est Lucæ. testante, monstratum: *Quia puer* (id est Iesus) *proficiebat ætate, & sapientia & gratia apud Deum, & homines.* Propterea in se nec carnis nomen, nec animæ Dominus ipse prætermisit ostendere. Carnem quidem se habere verissime monstrans, cum dicit: Quod nascitur de carne caro est, cuius plena veritas operum quoque manifestatione resplenduit, cum infans natus non solum cunis inuoluitur, & angusto præsepe concluditur, sed etiam circuncisionem suscipiens, carnem veram habere monstratur. Præterea etiam post resurrectionem Discipulos cunctãtes informat, dicẽs: *Palpate & videte quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Animam quoque se suscepisse cum carne, nec nomine cessauit intimare nec opere dũ dicit: *Animam meam pono pro ouibus meis, & anima mea turbata est,* & cætera quæ inferius ostendentur.

Esai. 53.

Luc. 2.

Luc. 24.

TEXTVS.

ET alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.

Anticimenon, lib. 2.

INTERROGATIO. Quomodo Domin? dicit: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili?* Cum dicat: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.*

RESPONSIO. Quid est: *Nõ sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel?* Nisi quià præsentiam suã corporalem non exhibuit, nisi populo Israel: illud tamẽ quod dicit: *Et alias oues habeo*, pro gentibus hoc intelligi voluit. Ad quas gentes non perrexit ipse, sed misit, ad populum vero Israel, & misit & per se venit.

Matth. 15.

Basilius magnus in Psal. 28.

IDcirco Dominus, *& alias oues* (inquit) *habeo, quæ non sunt ex hoc*

ouili, de illis loquens, qui ex gentibus destinati sunt in salutem, præter Iudæorum aulam, propriũ ouile, propriamque aulam ostendit. Non itaque ex ira sanctam hanc aulam, sed in ipsa adorare Deum licet.

Idem in eũdem Psalm. Adorate Dominum in atrio sancto eius.

ET alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili. Ostendens nimirum, & aliud quoddam ouile verè sanctum esse, in quod congregandæ sunt oues Christi, ij videlicet qui ex gentibus ad salutem sunt præfiniti, hoc est, Ecclesiam istam, in qua veri adoratores adorãt Patrem, in spiritu & veritate. Nemo verò eorum, qui aliud quid præter Deum honore diuino colit Deũ adorare potest, in atrio & ouili sancto eius.

Cyrillus in Ioannem, lib. 7. capit. 6.

ALias autem oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, vt potè gentilem populum, qui non est de genere carnis Israel: Et illas oportet me adducere ad fidem per Apostolorum prædicationẽ & officium. Et vocem meam audiunt, quia gẽtilis populus Domini vocem per Apostolos auditam prompte suscepit fidemquè & præcepta eius studiosè custodiuit, quod per Prophetam prædictum fuerat: *Populus quem non cognoui, seruit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Psalm. 71.

Chrysosto. homilia in Ioannem 59. ex cap. 10.

ET enim alias oues habeo (inquit) *quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere.* Ecce iterũ hoc verbum oportet non necessitatis esse, sed futuri omnino significatiuum, quasi dicat, quid admiramini si me hæc secuturæ & vocem meã audituræ sunt? cum & alios me sequi, & vocem meam audire videritis, tunc maiorem immodum admirabimini. Nec te perturbet quod dicit, *Quæ nõ sunt ex hoc ouili.* Differentia enim in lege dumtaxat, vt inquit Paulus, *Neque circũcisio aliquid valet, neque præputium: Et illas oportet me adducere.* Vtrosque dispersos & mixtos, nec habentes pastorem hoc videt atque illos, nondum bono adueniente Pastore. Ad Gal. 5. & 6.

TEXTVS.

ET erit vnum ouile, & vnus pastor.

Cyrillus contra Iulianum, lib. 8.

TVm, vbi sic defecerũt de tribu Iuda, qui principatum gererent, natus est Christus, qui & gentium fuit expectatio, quæ & ipsę per fidem vocatæ sunt. Et hoc erat quod de illis dictum per vocem nostri omnium Saluatoris Christi: *Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & erit vnum ouile & vnus pastor.* Natus igitur (vt dixi) Dominus noster Iesus Christus, quum iam defecissent Reges ex Iuda, & factus est spes gentium, hoc enim illi repositum, non enim per vnũ

sancto-

sanctorum Prophetarū accersitæ sunt gentes, neque etiam per sapiẽtissimum Moysem, vel etiam per aliquem alium: sed ipsi potius vt dixi repositum fuit, vt imperaret, non iam soli Iudææ, sed etiam omnibus gentibus. Dixit enim alicubi & Propheta Zacharias de illo: *Et erit Dominus vnus & nomen eius circuiens vniuersam terram.* Psalit autẽ Dauid: *Dominus regnauit, & exultet terra.*

Psalm. 96.

Chrysostomus homilia 59. in Ioannem.

ET erit vnum ouile, quod iterum Paulus his verbis significauit: *Vt duos condat in semetipso in vnũ nouum hominem.*

Ad Ephes. 2.

August. tracta. in Ioannem 47. de capit. 10.

VT sit vnum ouile, & vnus pastor. De duobus istis gregibus tãquam duobus parietibus factus est lapis angularis. Ergò & ostiũ est, & lapis angularis omnia per similitudinem, nihil horum proprie: iam enim dixi: Et commendaui vehementer, & qui capiunt sapiũt: Immo qui sapiunt capiunt, & qui nondum intellectu sapiunt, fide teneant quod intelligere nõdum possunt. Per similitudines Christus multa est, quæ per proprietatem non est: Per similitudinem & petra est Christus, & ostium est Christus, & lapis angularis est Christus, & Pastor est Christus, & agnus est Christus, & leo est Christus: quam multa per similitudines & alia quæ commemorare lõgum est. Si autem proprietates discutias rerum, quas videre consuesti neque petra est, quia durus & sine sensu non est, nec ostium, quia faber eum non fecit: nec lapis angularis est, quia non est ab structore compositus. Nec Pastor est, quia custos ouium quadrupedum non est: nec leo est, quia fera non est, nec agnus est, quia pecus non est. Omnia ergò ista per similitudinem: quid ergò propriè? *In principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Quid de homine, qui apparuit? *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.*

De Christo multa dicuntur per similitudinem.

Cyrillus in Ioannem, lib. 6. capit. 7.

EX huiusmodi autem gentiũ adductione ad fidem, factum est vnum ouile, scilicet, Ecclesia credentium. Et vnus Pastor Christus. Nempe quasi ex duobus gregibus, vnum ouile Christus efficit, quia Iudaicum & Gentilem populum in sua fide coniũxit. Hinc dictus est lapis angularis duos parietes lõngè inter se diuersos, Iudæorum scilicet, & gentium populum in vnum connectens, colliganſq; in vnitatem fidei. De quo lapide meminit diuino Spiritu illustratus Psalmographus: *Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli.* Et Beatus Paulus de Christo dicit: *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* Siquidem vtraq; vnum fecit, quia Iudæos & gentes in vnam fidei confessionem ouileque connexuit.

Psalm. 117.

Ephes. 2.

(?) DOMI-

DOMINICA TERTIA POST PASCHA.

Euangelium, Ioannis.16.

TEXTVS.

16 MODICVM & iam non videbitis me. Et iterũ modicum & videbitis me, quia vado ad Patrẽ, &c.

Augustinus tract. in Ioann. 101. decap. 16.

MOdicũ est enim hoc totum espaciũ quod presens peruolat secu lum: vnde dicit idem ipse Euãgelista in Epi stola sua. *Nouissima hora est:* ideò nã que addidit: *quia vado ad Patrem.* Quod ad priorem sententiam re ferendum est, vbi ait: *Modicum & iã non videbitis me:* non ad posteriorẽ, vbi ait, *& iterum modicum & videbitis me.* Eundo quippe ad Patrem, facturus erat vt eum non videret: ac per hoc non ideò dictũ est, quia fuerat morituru s, & donec resurgeret ab eorum conspectibus re cessurus, sed quòd esset iturus ad Patrem: quod fecit postea quàm resurrexit, & cùm eis quadraginta dies conuersatus ascendit in cælum: illis ergò ait: *Modicum & iam non videbitis me:* qui eum corporaliter tunc videbant, quando iturus erat ad Patrem, & eum deinceps mortalem visuri non erant, qualem cum ista loquerebatur videbant, quod verò addidit, *Et iterum modicum & videbitis me,* Vniuersæ promisit Ecclesiæ, sicut vniuersæ promisit Ecclesiæ. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem seculi. Non tardat Dominus promissum modicum & videbitis eum.* Vbi iam nihil rogemus, nihil interrogemus, quia nihil desiderandũ remanebit, nihil quærendum latebit. Hoc modicum longum nobis videtur, quoniam adhuc agitur, cum finitum fuerit, tũc sentimus, quàm modicum fuerit: non ergo sit gaudium nostrum, quale habet mundus, de quo dictum est: *Mundus autem gaudebit.* Nec tamẽ in huius desiderij parturitione sine gaudio tristes simus, sed sicut ait Apostolus: *Spe gaudentes in tribulatione patientes,* quia & ipsa parturiẽs, cui comparati sumus, plus gaudet de mox fuit futura prole quam tristis est de præsenti labore.

1. Ioann. 2.

Matt. 28.

1. Petr. 2.

Rom. 12.

Cyri-

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 3.

QVùm per spiritum suum quæ opus erat reuelatum se dixerit passionis suæ occultius mentionem fecit. Post enim illam in cælum ascendens spiritum immisit: non enim conuersari cum Apostolis carnaliter poterat, quùm ad Patrem ascenderit. Ænigmatica verbo vtitur oratione, ne discipulorum mœrorem augeat. Multa propter eius absentiam, & grauissima pericula timentium. Quamobrem etiam aptissimè resurrectionis cõsolationem adiecit dicens: *Modicum & iam non videbitis me, & iterũ modicum & videbitis me*: Mors enim in ianuis iam erat propter quam Discipuli videre ipsum non poterãt, quousquè inferis spoliatis & vmbrarum portis perfractis templum suum suscitasset, tunc enim rursus ad Discipulos rediit, & esse cum eis semper pollicitus est: nã & si abest corpore Patrũ pro nobis apparens ac à dextris eius sedens habitat, tamẽ in sanctis per spiritum, nec patitur (vt dixi) illos orphanos esse. Paruo igitur admodum iam interiecto ad passionem tempore. *Modicum* (inquit) *& non videbitis me*, Debebat enim morte parumper occultari. Et rursus: *modicum & videbitis me*, triduus enim reuixit, quum etiam spiritibus prædicasset: sic enim plena misericordia ostenditur, si non solũ viuis in hoc mundo, verumetiam morte oppressis, & in tenebrosis recessibus abyssi sedentibus, dimissionem prædicauerit. Animaduertendum tamen est, quia de passione: *Modicum & non videbitis me*, dixit, & de resurrectione rursus *& iterum modicum & videbitis me*. Quũ verò, *quia vado ad Patrẽ*, subiecerit, tacuit quod sequebatur, non enim quanto tempore ibi manebit, aut quando rursus descendet significaret. Quamobrem: *Non est nostrum cognoscere tempora, vel momẽta, quem Pater* vt ipse alibi dixit, *in sua posuit potestate*. Actu. 1.

Chrysostomus homilia in Ioannem, 78. & 16. cap.

DOlentem & tristitia affectũ animum nihil à Deo deficere solet, quàm anxij sermones eũ frequẽter angẽtes. Quid ergo Christus cum dixerit: *Vado & iam non loquar vobiscum*: Eadem repetit, *modicum & iam non videbitis me, & vado ad eum qui me misit*? cũ eos ad se per Spiritus sancti sermonem reduxisset, tunc iterum eos percellit, ne efferentur. Cur hoc facit? eorum animum experitur, & probatiorẽ reddit, & vt in calamitatibus æquo animo decessum suum, & generosè perferant assuefacit. Qui enim audiendo id animo volutabant, rem ipsam postmodum facile laturos credibile erat: quod siquis diligentius incastigaret hoc ipsum consolatio est quod dicit ad Patrem ire. Erat enim argumentum, quòd nõ periret, sed mors eius translatio esset ad Patrem, & aliam intulit consolationem, non enim tantũ dixit: *Modicum & non videbitis me*: sed prosecutus est, *modicum & videbitis me*, se rediturum, & post breuẽ separationem perpetuò affuturũ significans; quòd non intellexerunt. Vnde & non immeritò quispiam admirari posset, quomodo sæpenumero idem audientes adhuc perinde ac si nihil audissent dubitant. Quare ergò non intellexerunt? Aut propter tristitiam, vt arbitror, ipsa enim in omnium quæ audierant oblivionẽ adduxerat: vel propter verborũ obscuritatem, vt contraria locutum arbitraren-

Ioan. 15.

trarentur. *Si videuimus te* (inquiũt) *quomodo vadis? Si vadis quomodo videbimus?* ideò dixerunt, ſi quid loqueretur ignorare. Quod enim abiturus eſſet norant, ignorabant autem paulò poſt rediturum, propterea eos arguit quòd non intelligerent. A

Bernardus ſuper Cantica, ſermone 74.

Modicum & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me. O modicum, & modicum, ò modicum longum. Pie Domine modicum dicis quod non videbimus te? Saluum ſit verbum Domini mei, longum eſt, multum valde nimis. Veruntamen vtrunque verum, & modicum meritis, & non modicum votis: habes vtrunque in Propheta: *Si moram fecerit* (inquit) *expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Quomodo nõ tardabit, ſi morã fecerit, niſi quod ad meritum ſatis eſt, ſed non ſatis ad votum. Abac. 2.

TEXTVS.

NESCIMVS quid loquitur.

Auguſtinus tracta. in Ioannem. 101.

HOC enim eſt quod eos mouebat, quia dixit: *Modicum & non videbitis me*: nam in præcedentibus, quia non dixerat modicum, ſed dixit: *Ad Patrem vado, & iam non videbitis me*, tanquam apertè illis viſus eſt locutus, nec inter ſe de hoc aliquid quæſierunt: nũc ergò quod illis tũc oſcurum fuit, & mox manifeſtum eſt, iam nobis vtique manifeſtatum eſt: poſt paululum enim paſſus eſt, & non viderunt eum. Rurſus poſt paululum reſurrexit, & viderunt eum: illud autem quod ait. *Iam non videbitis me*, quia iſto verbo, id eſt, iam intelligi voluit, quòd eum vlterius non viderẽt, ibi expoſuimus, quo modo accipiendum ſit, vbi dixit: *De iuſtitia arguet mundum Spiritus ſanctus, quia ad Patrem vado & iam non videbitis me*: quia ſcilicet mortalẽ Christum vlterius non viderunt. B

TEXTVS.

COGNOVIT autem Ieſus quòd volebant eum interrogare.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 4.

PRæuenit tamen Chriſtus interrogationem eorum opportuniſsimè oſtendens corda ſe hominum, vt Deũ cognoſcere. Quid enim latere poteſt eum cui omnia nuda ſunt? quĩ ad quendam ſanctorum dicit: *Quis eſt iſte qui me conſilium celat?* cum verba in corde contineat, celare me arbitratur: itavn diſque ad fidem eos corroborat. C

TEX-

TEXTVS.

AMEN *Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.*

Augustinus tractatu in Ioannem, 101.

ET hoc si accipi potest, quia contristati sunt Discipuli de morte Domini, & confestim de resurrectione lætati: mundus autem quo nomine significati sunt inimici, à quibus Christus occisus est, tunc vtique lætati sunt occiso Christo, quando sunt Discipuli contristati; mundi quippe nomine, malitia potest mundi huius amicorum, scilicet mundi huius hominum. Vnde Iacobus Apostolus in Epistola sua dicit, Quicumque voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur: quibus inimicitijs Dei factum est, vt neque eius vnigenito parceretur.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 5.

CVrioſius quærere volentibus prœueniens, expoſuit verborum ſuorum ſenſum: quæque illis imminebant, vt præmeditatione molliora fierent, apertius dixit quando ergò dixit vos à Iudæis me captum, cæſum & crucifixum videbitis, tunc plorabitis, flebitiſque amare: mundus autem, id eſt mundi voluptatibus inhiates, gaudebunt, ſignificat autem hic ſordidam Iudæorum multitudinem, & ſcribarum Phariſæorumque impias cateruas, qui aduerſus caput ſuum crucifixum deridentes modò dicebant: *Si filius Dei es, deſcende de cruce nunc, & credemus modò: Qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reſtituis, ſalua te ipſum.* Matt. 27. Sic ergò mundi faciente atque dicente inquit: Magna vos mœſtitia exagitabimini, ſed non longo hic mœror tempore perdurabit: ad gaudium enim cõuertitur triſtitia veſtra. Nam cum triduus reſurrexero omnem veſtram abſtergam lachrymam, & ad gaudiũ ſempiternum reducam. Viuit enim ſemper Chriſtus, & mors per eum deſtructa eſt: Contraria verò mundus omnia patietur, perpetuos cruciatus ſubiturus. Nam ſicut Chriſto, ſecundum carnem, mortuo, mœrore ſancti, mundus autem lætitia & affectus: ſic conſequenter deſtructa morte, ſuſcitatoque Saluatore, mœror ſanctorum in gaudium & lætitia, mundi in triſtitiam conuertetur.

TEXTVS.

MVLIER cùm parit triſtitiam habet.

Chryſoſt. hom. 78. in caput 16. Ioannis.

QVA parabola in calamitatibus Prophetæ vſi ſunt: quaſi dicat dolores capietis, ſed quales partus, qui lætitiæ cauſa ſunt. Simul & reſurrectionem confirmat, indi-

indicãs habitum ſuum perinde eſſe ac ſi ex vtero matris in lucem prodeat, quaſi dicat, nolite admirari ſi per hanc triſtitiam ad optima vos ducam: nam & mater in pariendo ſic per triſtitiam tranſit, ſignificat autem hic & myſterium quoddã quod mortis dolores ſoluerit, & nouum hominem regenerari fecerit. Nec dixit tantùm triſtitiam tranſituram, ſed magnitudine lętitiæ ſuccedente nihil eius penitus remanſurum, ita erit ſanctis, atqui non propterea gaudet mulier, quia venit homo in mundum, ſed quod filium peperit. Nam ſi id eſſet nihil prohiberet: quin quæ non pariunt, alijs parientibus gauderent. Qua ergò gratia ſic inquit? quia adhoc ſolum adduxit exemplum, vt breuem triſtitiam perpetuum gaudium ſecuturum & ſe ad vitam transferri, & magnum malorum lucrum oſtendere.

Auguſtinus tractatu 101. in Ioannem.

NEC iſta ſimilitudo ad intelligendum videtur eſſe difficilis, quoniam comparatio eius in promptu eſt, eodẽ ipſo exponente cur dicta ſit. Parturitio quippe triſtitiæ, partus autem gaudio comparatur, quod tunc maius eſſe conſueuit, quando non puella, ſed puer naſcitur: quod verò ait: *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*, quia gaudium ipſorum ipſe Ieſus ſignificatus eſt, quod & ait Apoſtolus: *Chriſtus reſurgens à mortuis, iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur.* Ad Rom. 6.

Cyrillus lib. 11. in Ioannem, capit. 6.

CONſolationis vim varia oratione ante oculos ponit perſpicuaque ſimilitudine ad ferendos illos hortatur dolores. Quorum ingens & perpetuum erit gaudium fructus igitur acerbæ, inquit amaræque proſuræ puer eſt: ſed ſi dolorem partus mulier fugeret ac ideò nuptias reduſaret, nunquàm eo animum gaudio afficeretur, quo procreatione oritur filiorum. Similiter ait vobis quoque accidet gaudebitis enim, quũ mirabilem mundo, atque incorruptibilem natum conſpexeritis puerum, & hoc gaudium nullus vnquã à vobis auferet. *Semel enim mortuus* (vt ait Paulus) *non amplius moritur.* Stabile igitur & perpetuũ gaudium eſt, nec quid iniuria. Nã ſi Chriſti mors mæſtitiam credẽtibus attulit, quis gaudium tollet noſtrum, cùm ſciamus viuere illum ſemper & ſpiritalia nobis bona largiri? ſed à ſanctis quidem gaudium auferri non poteſt. Ablatũ autẽ ab his ſtatim poſt reſurrectionem fuit, qui crucifixerũt eũ. Nam qui morte illius gaudebant, illis neceſſario per reſurrectionẽ mæror infertur. Rom. 6.

TEXTVS.

QVIA natus eſt homo in mundum.

Chryſoſt. in Ioan. hom. 78.

ET non dixit: Peperit filiũ, ſed quia venit homo in mundũ. Vbi ſuam ſignificat reſurrectionem, & non morte illi, ſed regno parturiendum: ideo nõ dixit, quia natus eſt filius, ſed homo.

TEX-

TEXTVS.

IN illo die me non interrogabitis quicpiam.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 7.

VIRTVTEM ex alto accepturos ac doctrina Spiritus prudentiores futuros Discipulos dicit: adeò vt omnia etiam absente ipso intelligant. Non enim quia lumine suo nõ indigebũt, nõ interrogaturos dicit: sed quia spiritum eius in cordibus suis habentes, omni perfecta scientia pleni erunt. Perfectam autem scientiam dicimus, rectam atque integram, per quam rectè de sancta Trinitate opinamur. Nam & si per speculum *in ænigmate, atque ex parte cognoscamus*: veris tamen Ecclesiæ dogmatibus inhærẽtes, & sensum Scripturæ sincere sequentes, perfectã scientiam habemus, quam consequi nemo potest, nisi fulgore Spiritus sancti. 1. Corint. 13.

Augustinus tracta. 101. in Ioannem.

HOC verbum, quod est rogare, non solum petere, verũ etiam interrogare significat: & Græcum Euangelium, vnde hoc translatum est, tale habet verbum, quod vtrumque possit intelligi, vt hæc ambiguitas nec inde soluatur: quanquàm & si solueretur, nõ ideò nulla quæstio remaneret. Dominum etenim Christum postquã resurrexit, & interrogatum legimus, & rogatum legimus, & rogatũ. Nã interrogatus est à Discipulis ascẽsur⁹ in cælũ, quãdo præsentaretur, & quãdo regnũ esset Israel: cũ verò iã esset in cælo rogatus à Stephano, vt spiritum eius acciperet: & quis audeat vel cogitare, vel Act. 1.

A dicere in cælo sedentem Christũ rogandum non esse, & in terra manentem rogatum fuisse rogandũ non esse immortalem, rogari debuisse mortalem? Imò charissimi rogemus eum, vt nondùm quæstionis huius ipse dissoluat lucendo in cordibus nostris ad videnda quæ dicit: puto enim quod ait: *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis*. Non ad illud tempus esse referendum, quo resurrexit, eisque suam carnem cernenduni, tangendumque monstrauit, sed potius ad illud, vnde iam dixerat: *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo me ipsum illi*: Iam quippe resurrexerat, iam se illis in carne monstrauerat, iam sedebat ad dexteram Patris, quando dicebat idem ipse Apostolus Ioannes, cuius est hoc Euangelium, in Epistola sua: *Dilectissimi Dei sumus, & nondum manifestũ est quid erimus: scimus, quia cùm manifestum fuerit similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est*. Ista visio non vitæ huius est, sed futuræ, non temporalis, sed æternæ. *Hæc est autem vita æterna*, dicente ipsa vita, *vt cognoscant te* (inquit) *vnum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum*. De hac visione, & cognitione dicit Apostolus: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum*: Nunc totius laboris sui fructum Ecclesia parturit gemendo, tũc paritura lętando: nũc parturit desiderando, tunc paritura cernendo: nunc parturit orando, tunc paritura & laudando: & ideò masculum, quoniam ad istũ Ioann. 14. 1. Ioann. 3. Ioann. 17. 1. Cor. 13.

fructum contemplationis cuncta officia referuntur actionis, solus est enim liber, quoniam propter se appetitur, & non refertur ad aliud. Huic seruit actio: ad hunc enim refertur quicquid bene agitur, quia propter hunc agitur, ipse autem non propter aliud, sed propter semetipsum tenetur & habetur: ibi enim finis qui sufficit nobis, æternus igitur erit: neq; enim nobis sufficit finis, nisi cuius nullus est finis. Hoc inspiratum erat Philippo, quando dicebat: *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis*: in qua ostensione se promisit & filius dicens: *Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est?* De hoc itaque quod sufficit nobis, rectissime audimus: *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis*, de his etiam quę superius dicta sunt melius existimo intelligi: *Modicum & iam non videbitis me, & iterum, modicum & videbitis me.*

Ioann. 14.

Chrysostomus homillia 78. in Ioannem.

SED quid significat me nõ rogabitis? Non indigetis aduocato, sed nominis mei inuocatio satis est ad omnia consequenda. Ostendit nominis potestatem, si quidem nec visus, nec rogatus, sed appellatus tantùm apud Patrem mirabiles reddit. Vbi autem hoc factum est, vbi dicit respice ad minas eorum, & da seruis tuis cũ fiducia accipere sermonem tuum, & facere in nomine tuo signa, & concussus est locus, vbi erant.

(?)

DOMI-

DOMINICA QVARTA POST PASCHA.

Euangelium, Ioannis 16.

TEXTVS.

NVNC autem vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me: Quò vadis?

Chrysostomus in Ioannem, homil. 77.

MAGNA tristitię vis, & multa nobis opus est fortitudine, vt ei affectui generosè resistamus, & vtilitatem indè superfluis abiectis, consequamur. Cùm enim vel nos, vel proximi peccant, tunc tristandum est. Cùm autem in humanos casſus incidimus, inutilis tunc tristitia. Quę cùm Discipulos nondùm perfectos oppugnaret, considera quomodo eos perterrendo arguit Christus. Cùm enim multi de hoc interrogassent: nam & Petrus dixit: *Quò vadis? Thomas nescimus quò vadis, & quomodo poterimus viam scire.* Et Philippus. *Ostende nobis Patrem, nũc audientes extra Synagogam vos facient, & odio habebunt vos Et qui interficit vos, arbitratur obsequium se præstare Deo.* Ira animo defecerunt, vt ne loqui quidem possent, quod exprobrãs eis Iesus

Ioann. 14.

Ioann. 16.

A inquit. *Hæc autem ab initio nõ dixi vobis, quia vobiscum eram, & nunc vado ad eum qui me misit. Et nemo ex vobis interrogat me: Quò vadis? sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implebit cor vestrũ.* Cuius nimietas grauis est, ad mortem viam parat: ideò Paulus dicebat. *Ne quando abundantiori tristitia absorbeatur talis. Hæc ab initio vobis non dixi* (inquit) Quare ab initio non dixi? Ne quis diceret à sępenumero contingentibus con iectatum esse. Et quid rem tam dif

2. Cor. 2.

B ficilẽ aggrederis. Sciebã (inquit) ab initio, & non quòd ignorarem, tacui, sed quia vobiscum eram, & hoc hominis iterùm more quasi dicat. Quia in tuto eratis, & licitũ erat interrogare cùm volebatis, & in me totũ bellum vertebatur, & superfluum erat hæc à principio dicere, hoc ergo tunc non dixit. *Nonne duodecim aduocans* (inquit) *Quoniam ad Principes & Reges ducemini, & flagellabunt vos in Synagogis?* Quomodo ergò inquit ab initio non dixisse? Quoniam verba, & expulsiones prædixerat, non

Matth. 10.

tamen quod mors eorum videretur experienda, vt obsequium arbitrarentur: Hoc enim præ omnibus eos perterrere poterat: siquidem tanquam impij & perditi homines erãt iudicandi. Præterea illud dicendum est, quòd tunc quidem quæ agentibus passuri erant dixit. Nunc verò quæ à Iudæis, & per excessum maximè & quod propè esset admonuit. *Nunc vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me: quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implebit cor vestrum.* Non parua hæc consolatio, quod sciret quanta tristitia afficerentur, & quòd relinquentur à Christo, & quòd multa essent passuri; formidabat enim an forti ea animo essent tolleraturi: sed qua gratia in tanta perturbatione nõ acceperunt Spiritum sanctum? Vt iam satis confirmatos intelligeres. Nam si nondùm accepto Spiritu sancto metu superati non resilierunt: cõsidera quales futuri essent gratia repleti? Quòd si tunc constanter perseuerassent, Spiritu ascribendum esset, tunc verò ipsorum voluntatis fructus & manifestum eorum in Christum amoris argumẽtum apparuit, cũ adhuc gratia nudi essẽt.

Augustinus tractatu in Ioãnem, 94. de c. 16. tom.

A Significat Dominus Iesus sic se iturum, vt nullus interrogaret, quod palam fieri visu corporis cernerent, nam superius interrogauerunt eum Discipuli, quò esset iturus, & respõderat eis, se iterum quò ipsi tunc venire non possent. Nunc verò ita se promittit iturum, vt nullus eorum quo vadit interroget. Nubes enim susceptit eum quando ascendit ab eis, & euntem in cælum non verbis quæsierunt, sed oculis deduxerunt. *Sed quia hæc loquutus sum vobis* (inquit) *tristitia implebit cor vestrum.* Videbat vtique quid illa sua verba in eorum cordibus agerent, spiritalem quippè nondùm interiùs habentes cõsolationem, quam per Spiritum sanctum fuerant habituri, id quod exteriùs in Christo videbant, amittere metuebant: & quia se amissuros esse illum vera denuntiantem dubitare non poterant, contristabatur humanus affectus, quia carnalis desolabatur aspectus. Nouerat autem ille quid eis potius expediret, quia visus interior ipse est vtique melior, quo eos consolaturus fuerat Spiritus sanctus, non cernentium corporibus ingesturus corpus humanum, sed seipsum credentium pectoribus infusurus.

Actor. 1.

TEXTVS.

SED ego veritatem vobis dico, expedit vobis vt ego vadam. Si ego non abiero Paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero mittam eum ad vos.

Ioann. 16.

Augustinus ibidem.

EXpedit vobis vt hæc forma serui auferatur à vobis, caro

D quidẽ factũ verbũ habito in vobis, sed nolo me carnaliter adhuc diligatis: & isto lacte cõtenti semper infantes esse cupiatis. *Expedit vobis vt ego*

ego vadam, ſi enim non abiero, Paracly A *tus non veniet ad vos.* Si alimenta te nera, quibus vos alui, nõ ſubtraxero, ſolidum cibum non eſurietis, ſi carni carnaliter hæſeritis, capaces ſpiritus non eritis: nam quid eſt: *Si non abiero, paracletus non venit ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos* Nunquid hic poſitus, eũ non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neque enim vbi ille erat, iſte inde receſſerat, & ſic venerat, à Patre, vt non maneret in Patre. B Poſtremò. Quomodo eum etiam hic conſtitutus non poterat mittere, quem ſcimus ſuper eum baptizatum veniſſe atque manſiſſe. Imò verò à quo ſcimus eum nunquam ſeparabilem fuiſſe? Quid eſt ergò: *Si non abiero, Paracletus non ve* 2. Cor. 5. *niet ad vos,* Niſi nõ poteſtis capere Spiritum, quandiu ſecundum carnem perſiſtitis noſſe Chriſtum? Vnde ille inquit qui iam cęperat ſpiritum, & ſi nouerámus inquit ſe C cũdum carnem Chriſtum ſed nũc iam non nouimus etiã ipſam quippe carnem Chriſti, non ſecundum carnem nouit, qui Verbum carnem factũ ſpiritaliter nouit. Hoc nimirum ſignificare voluit magiſter bonus dicendo: *Si enim non abiero Pacletus nõ veniet ad vos. Si autem abiero mittam eum ad vos.* Chriſto autem deſcendente corporaliter, non ſolùm Spiritusſanctus, ſed & Pater & Filius illis affuit D ſpiaitaliter, nam ſi ab eis ſic abſceſſit Chriſtus, vt pro illo non cum illo in eis eſſet Spiritusſanctus, vbi eſt eius promiſsio dicẽtis? *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad cõſumationem ſeculi, & veniemus ad eũ: Ego & Pater, & manſionem apud eũ faciemus,* cum & Spiritumſanctum ita ſe promiſſerit eſſe miſſurum, vt cum eis eſſet in ęternum, ac per hoc cum ex carnalibus, vel animalibus eſſent ſpirituales futuri. Profecto, & Patrem, & Filium, & Spiritumſanctum capaces fuerant habituri. In nullo ergò credendus eſt eſſe Pater ſine Filio: & Spiritu ſancto, aut ſine Patre & Filio Spiritusſanctus. aut Pater & Spiritus ſanctus ſine Filio: ſed vbi eorum quilibet vnus, ibi Trinitas Deus vnus. Oportebat autem ita inſinuari Trinitatem, vt quamuis nulla eſſet diuerſitas ſubſtantiarum, ſigilatim tamen commendaretur diſtinctio perſonarũ, vbi eis qui rectè intelliguut, nunquã videri poteſt ſeparatio naturarũ.

Bernardus de Aſcenſione Domini, ſermo. 3.

EXpedit vobis vt ego vadã. *Si enim non abiero Paracletus non veniet ad vos. Sed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.* Quid eſt quod Chriſto commorante in terris, Spiritusſanctus ad vos venire non potuit? an carnis illius conſortium abhorrebat, quæ de ipſo & per ipſum in Virgine & de Virgine matre concepta erat, & nata? Abſit, ſed vt oſtenderet nobis per quam ambularemus viam, formam apponeret cum imprimeremur. Et ille quidem illis plorãtibus eleuatus in cælum Spiritum ſanctum miſit, qui affectum eorũ, id eſt, voluntatem mundauit, imò potius alterauit: vt iam magis Dominum vellint aſcendiſſe, quã prius detenuiſſe voluerunt. Implet um eſt quod eis prædixerat: *Vos autem contriſtabimini ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.* Sic ergo eorum intelligentia per Chriſtum illuminata eſt, & voluntas emundata per ſpiritum, vt ſicut bonum nouerint, ſic & velint quòd ſolum perfecta religio, ve religioſa perfectio eſt. Recordor nunc Eliſæi ſancti, cui cum Elias dixiſ- 4. Reg. 2.

Quare Chriſto in terris manente, Spiritusſanctus non venerit in Apoſtolos?

ſet vt in diſceſſu vel aſcēſu ſuo po
ſtularet quod vellet. Reſpondit:
Oro vt fiat Spiritus tuus duplex in me.
At ille. *Rem difficilem poſtulaſti: attā*
men ſi videris quādo tollar à te erit quod
petijſti. Nonne tibi videtur Elias
aſcendētis Domini aſsignare per
ſonam, Eliſæus verò quorum Apo
ſtolicum in aſcenſione Chriſti an
xie ſuſpirantem? ſicut enim Eli-
ſæus ab Elia nullo pacto auelli
poterat, ſic nec Apoſtoli à Chriſti
præſentia poterant ſeparari. Vix
enim tandem eis perſuaſsis, quia
ſine fide impoſsibile eſt placere
Deo Quis eſt ergò Spiritus iſte
duplex, qui quæritur, niſi illumi-
natio intellectus, & affectus pur-
gatio? Res difficilis, quia rarus in
terris eſt, qui illum habere merea
tur: *attamen* (inquit) *ſi videris quādo*
tollar à te erit quod petijſti. Nihil eſt
quod propter hoc habeāt perdere,
vel debeant alumni tui Domine
Ieſu, quia videntibus illis & eleua
tus in cælum, & deſiderantibus o-
culis, te ſecuti ſunt gradientem in
multitudine fortitudinis tuæ.
Vel certè ſpiritum duplicem dice
re poſſumus, illud quod Saluator
ad Diſcipulos ait: *Qui credit in me,*
opera quæ ego facio & ipſe faciet, & ma
iora horum faciet. Nonne maiora
Chriſto per Chriſtū tamē fecit Pe
trus, de quo legitur, quia in platęis
ponebantur infirmi in lectulis, vt
veniēte Petro ſaltē vmbra illius
obumbraret quenquā illorum, & li
berarentur ab infirmitatibus ſuis?
Nuſquā enim Dñs vmbra ſua in-
uenitur infirmitates ſanaſſe. Non
dubito ego intellectū omniū veſ-
trū qui hic eſtis illuminatum eſſe,
ſed non affectū æque eſſe purgatū
manifeſtis approbabo cōiecturis.

Hebr. 11.
Ioann. 14.

Actor. 5.

Legitur vm-
bram Petri
multos ſanaſ-
ſe infirmos,
quod nullibi
legitur de vm-
bra Chriſti.

Caſsiodorus in Cantica. c. 8.

EXpediebat enim Apoſtolis & omni Eccleſię, vt Chriſtus re
diret, & preſentiam corporalē ab-
ſentaret: Quia dū in corpore præ-
ſens erat, nō poterāt eum ſpiritua
liter amare, nec poterāt cū quem
hominem cernebant, vt Deū inui
ſibilem & vbiq; præſentem cogi
tare. At poſtquàm ipſe cælos aſcē-
dit, cæpit eum Eccleſia ſpirituali-
ter diligere. Et ſic iam Deum co-
gitare & prædicare. Et hoc eſt
quod Apoſtolus dicit: *Et ſi nouera-*
mus Chriſtum ſecūdum carnem, ſed nūc
iam eum non nouimus. 2. Cor. 5.

Vigilius contra Euthycen. lib. 1.

SI enim ego non abiero, Paracletus
ad vos non veniet. Et certe ver-
bum Dei, virtus Dei, ſapiētia Dei,
ſemper apud Patrem, & in Patre
fuit, etiā quando in nobis, nobiſ-
cum fuit. Nec enim cum terrena
miſericorditer incoluit, de celeſti
habitatione receſsit: cum Patre
enim vbiq; eſt totus pari diuinita
te, quē nullus continet locus ple-
na ſunt quippè omnia Filio. Nec
eſt aliquis locus diuinitatis eius,
præſentia vacuus. Vndè ergò &
quò ſe iterum dicit, aut quomodo
ſe ad Patrem perrecturum aſſe-
rat, à quo ſine dubio nunquàm
receſsit. Sed hoc erat ire ad Pa-
trem, & recedere à nobis, auferre de hoc mundo naturam quam ſuſceperat ex nobis. Vides ergò eidem naturæ proprium fuiſſe, vt deferretur & abiret à nobis, quæ in fine tēporum reddēda eſt nobis ſecundùm atteſtantium vocē Angelorum *Hic Ieſus, qui receptus eſt à vobis, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.* Actor. 1.

Et ſi Chriſtus
nobiſcū erat,
etiam in Pa-
tre, & cum
Patre erat.

Filium ire ad
Patrem & re-
cedere à no-
bis quid ſit.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 39.

OPVS enim erat partici-
pes nos naturæ ſuæ fieri, &
in no-

Spiritus sancti aduentus commodissimus, post Christi in cælum ascẽsum

in nouam in auditamque vitam transformari, quod aliter quàm participatione Spiritus sancti fieri non poterat. Commodissima verò aduentus spiritus opportunitas post Christi ad cælos redditũ fuit. Oportebat autem Spiritum venire, vt illum habentes libere clamemus Abba Pater, & ad virtutem redacti, tam aduersus diabolum, quàm aduersus persecutiones hominum fortes efficeremur: quod autem præsentia Spiritus ad nouam vitam omnes, in quibus habitat transformantur, non est difficile à scripturis ostendere. Dicit enim Samuel ad Saulẽ: *Et insiliet in te Spiritus Domini & conuerteris in alium virum*: Et Paulus, *Nos vero* (inquit) *omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam Domini à Spiritu.* Vides quia ad alium sicuti vult spiritus imaginem nos vt Domini reformat: nempè qui facilè à terrenis ad cælestia nostros trãsponit animos: quod in Discipulis factum fuisse inueniemus. Per Spiritum sanè ad eam fortitudinem ab humana ignauia reducti sunt, vt nec vlla pericula timerent, & Christo inseparabiliter inhærerent. Expediebat igitur verè Discipulis, vt Saluator dicit in cælos ipsum abire: tempus enim iam aduentus Spiritus erat.

Ad Galat. 4.

Spiritus sancti aduẽtu fortiores efficimur ad vniuersa contraria.

1. Reg. 10. 2. Cor. 3.

Spiritus sanctus in aliam nos transformat imaginẽ

Gregorius in 7. caput Iob.

Si ego non abiero, Paracletus non veniet. Ac si apertè diceret: si ab intentionis vestræ oculis corpus non subtraho, ad intellectum vos inuisibilem per consolatorem Spiritum non perduco.

TEXTVS.

PARACLETVS consolator non veniet ad vos.

Didymus, lib. 2 de Spiritu sancto.

Spiritus sanctus consolator ab officio vocatur.

CONsolatorem autem venientem Spiritũ sanctum dicit: ab operatione ei nomen imponens: quia non solum consolatur eos quos se dignos repererit, & ab omni tristitia & perturbatione reddit alienos: verum incredibile quoddam gaudium & hilaritatem eis tribuit, in tantum vt possit quis Deo gratias referens, quo tali hospite dignus habeatur dicere: *Dedisti lætitiam in corde meo.* Sẽpiterna quippe lætitia in eorũ corde versatur, quorum Spiritus sanctus habitator est.

Psalm 4.

TEXTVS.

SI autem abiero mittam eum ad vos.

Idacius Clarus contra Varimadum Arianum.

IPSE te diuinus ordo dictorũ debuit edocere, quod perfidiæ errore cæcatus, non permitteris serena mentis intentione prospicere: quod enim tàm pium tamque

conueniens generi humano ſubſidium diuinitatis potuit procurare, quam vt is qui ſe ipſum veritatem eſſe prædixit. Spiritum etiam ſanctum veritatem eſſe ſua prædicatione ſignauerit. In quo, ſi ſecũdum vos veritas non fuiſſet, vel inferiorem à filio ſubſtantiam poſſideret, veniens vtique omnem veritatem Diſcipulos non doceret, ſed quia vna eſt deitas & potẽtia in vtriſque, idcirco, quæ filius docet, ea ipſe & ſpiritus noſcitur edocere, & in hoc Spiritusſanctus inferior Filio non poteſt appellari vel dici. Quoniam ſicut ipſe Spiritum Diſcipulis miſit, ita ſe ab Spirituſancto miſum Prophetica annuntiatione perdocuit, ipſo Eſaia loquente: *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus, miſit me prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, &c.* Et Euangeliſta ita de eo annuntiat: *Ipſe autem Ieſus ait, regreſſus eſt in virtute ſpiritꝰ in Galilæa.* Qui in ſpiritu regrediens virtutum opera exercebat, inferiorẽ à ſe Spiritumſanctum fuiſſe anuntiare non poteſt.

Is qui veritatem ſe eſſe teſtatur Spiritusſanctus veritatem vocat ut amborum vnitatẽ oſtendat.

Auguſtinus de Trinitate, lib. 1. cap. 12. tomo. 3.

NON dixit, mittemus, ſed ita quaſi tantum filius cum miſurus eſſet, & non Pater: cum alio loco dicat: *Hæc loquutus ſum vobis apud vos manens*, aduocatus autem ille ſpiritus ſcilicet, quẽ mittet Pater in nomine meo, ille vobis declarabit omnia. Hic rurſus ita dictum eſt, quaſi non cum miſurus eſſet & filius, ſed tantum Pater, ſicut ergò iſta, ita & illud quod ait: *Sed quibus paratum eſt a Patre meo*, cùm Patre ſe intelligi voluit parare ſedes gloriæ, quibus vellet.

A

Auguſtinus de Trinit. lib. 2. capit. 5. tomo. 3.

SEd in his conuicti ad illud ſe conuertunt, vt dicant maior eſt qui mittit, quàm qui mittitur: proinde maior eſt Pater Filio, quia filius à Patre ſe miſsũ aſsiduè commemorat, maior eſt & Spiritu ſancto, quia de illo dixit Ieſus: *Quem mittet Pater in nomine meo*, Et Spiritusſanctus vtroque minor eſt, quia & Pater eum mittit, ſicut commemorauimus. Et Filius cum dicit: *Si autem abiero, mittam eum ad vos, quia* quæſtione primũ quæro, vnde & quomodo miſſus ſit filius. *Ego* (inquit) *à Patre exiui, & veni in hunc mundum.* Ergò à Patre exire & venire in hunc mundum, hoc eſt mitti, quid igitur eſt, quod de illo idem ipſe Euangeliſta dicit: *In hoc mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit*: deinde coniungit, *in ſua propria venit.* Illuc vtique miſſus eſt, quò venit, ac ſi in hunc mundum miſſus eſt, quia rexit à Patre, & venit in hunc mundum, & in hoc mundo erat, illuc ergò miſſus eſt, vbi erat, nam & illud quod ſcriptum eſt in Propheta. Deum dicere: *Cælum & terram ego impleo*, ſi de filio dictum eſt, ipſum enim nonnulli volunt intelligi, vel Prophetis vel in prophetis locutum quo miſſus eſt, niſi illuc vbi erat? Vbique enim erat qui ait, *Cælum & terram ego impleo*: Si autem de Patre dictum eſt, vt eſſe potuit ſine Verbo ſuo, & ſine ſapientia ſua: *quæ protendit à fine vſque ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter.* Sed neq; ſine Spirituſancto vſquam eſſe potuit. Itaque ſi vbique eſt Deus, vbique etiam eſt ſpiritus eius, illũ ergò & Spiritusſanctus miſſus eſt, vbi erat. Nam & ille qui non inuenit locum quò iret à facie Dei, & di-

B C D

Miſſi Filium & Spiritum ſanctum quo modo dicitur

Ioann. 14.

Ioann. 1.

Ierem. 23.

Sapient 8.

Psalm.138. & dicit: *Si ascẽdero in cælum, tu ibi es, si descendero in infernum, ades*, vsque volens intelligi præsentem Deũ, prius nominauit Spiritum eius. Psalm.138. Nã sic ait, *Quò abibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?* Quo circa, si & Filius & Spiritus sanctus illùc mittitur, vbi erat, quærendum est, quomodo intelligatur ista missio, siue Filij, siue Spiritus sancti. Pater enim solus nusquam legitur missus. Et de Filio quidem ita scribit Apostolus. Ad Galat.4. *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suũ factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret: misit* (inquit) *Filiũ suum factũ ex muliere*, Quo nomine quis catholicus nesciat non cum priuationem virginitatis, sed differentiam sexus Hebræo loquendi more significare voluisse? cùm itaq; ait: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere*: Satis ostendit eo ipso missum filiũ quo factus est ex muliere. Quod ergò de Deo natus est, in hoc mundo erat. Quod autem de Maria natus est, in hunc mundum missus aduenit. Proinde mitti à Patre, sine Spiritu sancto non potuit, non solùm quia intelligitur Pater cum eũ misit, id est, fecit ex fœmina, nõ vtique sine spiritu suo fecisse: verumetiã quod manifestissimè atque apertissimè in Euangelio dicitur Virgini Mariæ quærenti ab Angelo: Luc.1. *Quomodo fiet istud: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et Matthæus dicit, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto*: Quanquam ita apud Esaiã Prophetam ipse Christus intelligitur de aduentu suo futuro dicere, Esai.48. *& nunc Dominus misit me, & Spiritus eius*: fortasse aliquis cogat vt dicamus etiam à se ipsum missum esse filium, quia ille Mariæ conceptus & partus operatio Trinitatis est, qua creante omnia creantur.

Filium mitti à Patre in mũdũ est incarnari.

Nusquam legitur Pater missus.

A Et quomodo iam (inquit) Pater eũ misit, si ipse se misit? Cui primum respondeo quærens, vt dicat si potest, quomodo Pater eum sanctificauit, si se ipse sanctificauit? Vtrũque enim idem Dominus ait: Ioann.10. *Quẽ Pater* (inquit) *sanctificauit, & misit in hunc mundum, vos dicitis quia blasphemat, Quoniam dixi Filius Dei sum,* Ioann.17. alio autem loco ait: *Et pro eis sanctifico me ipsum.* Item quæro, quomodo eum Pater tradidit, si ipse se tradidit? Vtrunque enim dicit Apo- B stolus Paulus: Ad Rom.8. *Qui Filio* (inquit) *proprio non pepercit*, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Alibi autem de ipso Saluatore, ait: *Qui me dilexit & tradidit se ipsum pro me.* Credo, respõdebit, si hęc probè sapit, quia vna voluntas est Patris, & Filij, & inseparabilis operatio. Sic ergo intelligat illam incarnationem, & ex Virgine natiuitatem, C in qua Filius intelligitur missus, vna eademque operatione Patris, & Filij inseparabiliter esse factũ, non vtique inde separato Spiritu sancto, de quo apertè dicitur, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Nam etiam si ita quæramus enodatius fortasis quod dicimus apparebit, quomodo misit Deus Filium suum? iussit vt veniret, atque ille iubenti obtemperans venit, an rogauit an tantum- D modo admonuit? Sed quodlibet horum sit verbo, vtiq; factum est, Dei autem verbum ipse est Dei Filius. Qua propter cùm eum Pater verbo misit, à Patre & verbo eius factum est, vt mitteretur. Ergò à Patre & Filio missus est idem Filius, quia verbum Patris est ipse Filius. Quis enim se tam sacrilega induat opinione, vt putet temporale verbum à Patre factum esse, vt æternus Filius mitteretur, & in carne appareret ex tempore? Sed vtique in ipso Dei Verbo, quod

Ad Rom.8. Pater tradidit Filium ad crucifigendũ.

Ad Galat.2.

Quomodo misit Pater Filium suum.

erat in Principio apud Deum, & Deus erat in ipsa, scilicet, sapientia Dei, sine tempore erat, quo tempore illum in carne apparere oporteret, itaque cum sine vllo initio temporis: *In principio esset Verbū, & Verbum esset apud Deum, & Deus esset Verbum: sine vllo tempore in ipso Verba erat, quo tempore Verbum caro fieret, & habitaret in nobis*: quæ plenitudo temporis cū veniſſet, *misit Deus Filium ſuum factum ex muliere*: id eſt, factum eſt in tempore, vt incarnatum verbum hominibus appareret, quod in ipſo verbo ſine tempore erat, in quo tempore fieret, ordo quippe temporum in æterna Dei ſapientia ſine tempore eſt. Cū itaque hoc à Patre & Filio factum eſſet, vt in carne Filius appareret, congruēter dictus eſt miſſus ille, qui in ea carne apparuit, miſiſſe autem ille, qui in ea non apparuit. Quoniam illa quæ coram corporeis oculis foris geruntur, ab interiori apparatu naturæ ſpiritualis exiſtunt: Propterea conuenienter miſſa dicuntur: forma porro illa ſuſcepti hominis Filij perſona eſt, non etiam Patris. Quapropter Pater inuiſibilis vna cum Filio ſecū inuiſibili eundem Filium viſibilē faciendo miſiſſe eum dictus eſt, qui ſi eo modo viſibilis fieret, vt cum Patre inuiſibilis eſſe deſiſteret, ideſt, ſi ſubſtantia inuiſibilis verbi increaturam viſibilem mutata, & tranſiens verteretur, ita miſſus à Patre intelligeretur Filius, vt tantum miſſus, non etiam cum Patre mittens inueniretur. Cū verò ſic accepta eſt forma ſerui, vt maneret in commutabilis forma Dei, manifeſtum eſt quòd à Patre & Filio non à parentibus factum ſit quod appareret in Filio, id eſt, vt ab inuiſibili Patre cū inuiſibili Filio, idem ipſe Filius viſibilis mitteretur, cur ergo ait: *Et à me ipſo non veni?* iam hoc ſecundum formam ſerui dictum eſt, ſecundum quam dictum eſt? *Ego non iudico quenquam.* Si ergo miſſus dicitur, in quantum apparuit foris in creatura corporali, qui intus in natura ſpiritali oculis mortalium ſemper occultus eſt, iam in promptu eſt intelligere etiam de Spiritu ſancto cur miſſus & ipſe dicatur, Facta eſt enim quædā creaturæ ſpecies ex tempore in qua viſibiliter oſtenderetur Spiritus ſanctus: ſiue cum in ipſum Dominum corporali ſpecie, velut columba deſcendit, ſiue cum decem diebus peractis poſt eius aſcenſionem die Pentecoſtes factus eſt ſubito de cælo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & viſi ſunt illis linguæ diuiſę tanquam ignis, qui & inſedit ſuper vnumquemquè eorum. Hæc operatio viſibiliter expreſſa, & oculis oblata mortalibus miſsio Spiritus ſancti dicta eſt, non ita vt appareret eius ipſa ſubſtantia qua & ipſe inuiſibilis & incommutabilis eſt, ſicut Pater & Filius, ſed vt exterioribus viſis hominum corda commota, à temporali manifeſtatione veniētis ad occultam æternitatem ſemper preſentis conuerterentur.

Ioann. 1.

Ad Gal. 4.

Actor. 2.

TEX-

TEXTVS.

ET cùm venerit ille arguet mundum de peccato, de iuſtitia & de iudicio, de peccato quidem, Quia non crediderunt in me.

Chryſoſtomus in Ioannem, homilia 77.

ILLVD autem verbum, *De peccato arguet*, hoc eſt, omnẽ auferet excuſationem, & ſine venia peccaſſe demonſtrabit.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 40.

PRimum igitur de peccato (inquit) *mundus a ſpiritu arguetur.* Nam quum in diligentibus Chriſtum, vt in hominibus dignis atq; fidelibus habitauerit, tunc, tũc inquã infideles, & voluptatibus inuolutos homines ipſa re arguet, condẽnabitque, vt peccati reos, & in turpitudine ſua morituros. Nam vt Deus nullo pacto perſonas accipiet, ſed in hominibus dignis tantummodo habitabit, qui ſincera fide Filium Dei accipientes, creatorem omniũ confeſsi ſunt. Quod igitur Iudæis Saluator dicebat: *Niſi credatis, in peccato veſtro moriemini.* Ioann. 8. Hoc verum eſſe re ipſa Paracletus oſtendet.

Auguſtinus tracta. in Ioannem 95. ſuper cap. 16. tomo. 9.

QVid eſt hoc? Nunquid nam Dominus Chriſtus non arguit mũdum de peccato, cùm ait: *Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habẽt de peccato ſuo:* Ioan. 15. Sed nequis fortè dicat hoc ad Iudæos proprie pertinere, non ad mundum, nõne alio loco (inquit) *Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret.* Nunquid non arguet de iuſtitia, vbi ait: *Pater iuſte mundus te non cognouit?* Ioann. 17. Nũquid non arguit de iudicio, vbi ſe ait ſiniſtris eſſe dicturum: *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius,* Matth. 25. & multa alia reperiuntur in ſancto Euangelio, vbi de his Chriſtus arguit mundum: quid eſt ergò quòd tanquam propriè tribuit hoc Spiritui ſancto? An fortè quia Chriſtus in Iudæorum gente tantùm loquutus eſt, mundum non videtur arguiſſe, vt ille intelligatur argui, qui arguit arguentem? Spiritus autem ſanctus in Diſcipulis eius toto orbi diffuſis, non vnam gentem intelligitur arguiſſe, ſed mundum: nam hoc illis ait aſcenſurus in cælum: *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate ſed accipietis virtutem Spiritus ſancti ſuperueniẽtis in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in tota Iudæa, & in Samaria, & vſque ad fines terræ.* Actor. 1. Hoc eſt arguere mundũ, ſed quis audeat dicere quod per Diſcipulos Chriſti arguet mundũ Spiritus ſanctus, & non arguat ipſe Chriſtus, cùm clamet Apoſtolus: *An vultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur, Chriſtus.* 2. Cor. 13. Quos itaque arguit Spiritus ſanctus, arguit vtique & Chriſtus: ſed quantum mihi videtur, quia per Spiritum ſanctũ diffundenda erat charitas in cordibus eorum, quę foras mittit timorem, quo impediri poſſent ne arguere mundum, qui perſecutio-

ſecutionibbs fremebatur auderẽt, propterea dixit: *Ille arguet mundum*, tanquam diceret: ille diffundet in cordibus veſtris charitatẽ, ſic enim timore depulſo arguẽ di habebitis libertatem, ſæpe autem diximus inſeparabilia eſſe opera Trinitatis, ſed ſigillatim cõmendandas fuiſſe perſonas, vt nõ ſolũ ſine ſeparatione, verumetiã ſine confuſsione, & vnitas intelligatur, & Trinitas: & exponit deinde quid dixerit de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. *De peccato quidem* (inquit) *quia non crediderat in me*. hoc enim peccatum quaſi ſolũ ſit præcæteris poſuit, quia hoc manente cætera detinẽtur, & hoc diſcedente cætera remittuntur.

Auguſt. in Pſalm. 109.

DE peccato quidem (inquit) *quia non crediderunt in me*. Quanta alia peccata Iudæorum, & tamen quaſi hoc vnum ſit, ita dixit de peccato quidem, *quia non crediderunt in me*: hoc eſt illud peccatum, A de quo alibi dicit: *Si nõ veniſſem peccatum non haberent*, quid eſt hoc, *Si non veniſſem peccatum non haberent?* Ergò ad iuſtos veniſti, & eos peccatores feciſti? Sed exceptis alijs peccatis, quæ poſſent remitti per fidem, hoc vnum peccatum nominauit, quod ſi non admitteretur, omnia relaxarentur: *De peccato quidem* (ait) *quia non crediderunt in me*. Et alibi: *Si non veniſſem, peccatum nõ haberent*. Eo enim ipſo quo venit, & non crediderunt in eum, inciderunt in peccatum: quod ſi nõ inciderent omnia cætera peccata dimitti poſſent per indulgentiã gratiæ impetratam per fidem. *Ergò de peccato, quia non crediderunt in me.* Ioann. 15.

C

Bernardus in paruis ſerm. ſermone, 21.

SPiritus ſanctus arguit mundum de peccato, quod diſsimulat: de iuſtitia quam non ordinat, dùm ſibi non Deo eã dat, de iudicio quod vſurpat dum tam de ſe quàm de alijs temere iudicat.

TEXTVS.

DE iuſtitia vero, quia vado ad Patrem, & iam non videbitis me.

Auguſtinus tractatu in Ioã nem, 95. de capit. 16.

HIC primò videndum eſt, ſi rectè quiſque arguitur de peccato, quomodo rectè arguatur, & de iuſtitia. Nunquid ſi arguendus eſt peccator propterea quia peccator eſt, arguendum putauit quiſquam & iuſtum, propterea quia iuſtus eſt? Abſit. Nam & ſi aliquando iuſtus arguitur, ideò rectè arguitur, quia ſcriptum eſt, D *Non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonũ & non peccet.* Quoniam etiam cũ iuſtus arguitur de peccato, arguitur, non de iuſtitia: quoniam & in illo quod legimus diuinitus dictum, *Noli effici iuſtus multum*, non eſt notata iuſtitia ſapientis ſed ſuperbia præſumentis: qui ergò fit multum iuſtus ipſe nimio fit iniuſtus: multum enim ſe facit iuſtum qui dicit ſe non habere peccatum, aut qui ſe putat non gratia Dei, ſed ſua voluntate ſufficiente effici iuſtum, Eccleſ. 7.

iuſtum, nec rectè viuendo iuſtus eſt, ſed potius inflatus putando ſe eſſe, quod non eſt. Quo pacto igitur mundus arguendus eſt de iuſtitia, niſi de iuſtitia credentium? arguitur itaque de peccato, quia in Chriſtum non credit, & arguitur de iuſtitia eorum, qui credunt: ipſa quippe fidelium comparatio, infidelium eſt vituperatio, hoc & ipſa expoſitio ſatis indicat: volens enim aperire quid dixerit, de iuſtitia verò inquit, *Quia ad Patrem vado & iam non videbitis me*, non ait & iam non videbunt me, de quibus dixerat, quia non credunt in me, ſed peccatum quod vocaret exponens de illis loquutus eſt dicēs: *Quia non credunt in me*. Exponēs autem, quam dixerat, iuſtitiam, de qua dixit, mundus arguitur, ad ipſos quibus loquebatur ſe conuertit, atque ait: *Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me*: qua propter mundus de peccato quidem ſuo, de iuſtitia verò arguitur aliena, ſicut arguuntur de lumine tenebræ. Omnia enim quæ arguuntur, ait Apoſtolus: *A lumine manifeſtantur*, quantum enim malum ſit eorum, qui non credunt, nō ſolùm per ſe ipſum, verumetiā ex bono poteſt eorum apparere, qui credunt. Et quoniam iſta vox infidelium eſſe conſueuit: *quomodo credimus, quod non videbimus*, ideo credentium iuſtitiam ſic oportuit definiri, *Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: beati enim qui non vident, & credunt*. Nam & qui viderunt Chriſtum non in eis laudata eſt fides eorum, qui credebant quod videbāt, ideſt, filium hominis, ſed quia credebant quod non videbant, id eſt Filium Dei: cùm verò & ipſa forma ſerui ſubtracta eorum eſſet aſpectibus, tùm verò ex omni parte impletum eſt: *Iuſtus ex fide vi-uit*. Eſt enim fides ſicut in Epiſtola

Ad Ephes. 5.

Ioann. 20.

Abac. 2. Quid ſit fides

A quæ ad Hebræos eſt deſſinitur: *Sperandarum ſubſtantia & conuictio rerū, quæ non videntur*. Sed quid eſt iam non videbitis me? non enim ait, *Ad Patrem vado, & non videbitis me*, vt temporis interualum quod nō videbatur ſignificaſſe intelligeretur, ſiue breue, ſiue longum tamen vtique terminatum, ſed dicendo: *Iam non videbitis me*, velut nunquā de cætero viſuros eos Chriſtum veritas prænuntiauit? Hæc ne iuſtitia eſt nunquam Chriſtum videre, & meum tamen credere, cùm

B propterea laudetur fides, ex qua iuſtus viuit, quoniam credit, quē modo non videt Chriſtum ſe aliquando eſſe viſurum? Poſtremo ſecundum hanc iuſtitiam nunquid dicturi ſumus Paulum Apoſtolū non fuiſſe iuſtum confitentem ſe Chriſtum vidiſſe poſt aſcenſionē eius in cælum, de quo vtique iam tempore dixerat: *Iam non videbitis me*? Nunquid ſecundum hanc iuſtitiam iuſtus non erat glorioſiſſi-

C mus Stephanus, qui cum lapidaretur ait: *Ecce video cælum apertum, & filium Hominis ſtantem ad dexteram Dei*? Quid ergò eſt, *Ad Patrem vado, & iā nō videbitis me, niſi quomodo ſum cum vobiſcum ſum*? Tunc enim adhuc erat mortalis in ſimilitudine carnis peccati, qui eſurire poterat atque ſitiri, fatigari atque dormire. Hunc ergò Chriſtum, ideſt talem Chriſtum cùm tranſiſſet de hoc mundo ad Patrem, non erant

D iam viſuri, & ipſa eſt iuſtitia fidei, de qua dicit Apoſtolus: *Et ſi nouerā mus Chriſtum, ſecundum carnem, ſed nunc iam non nouimus. Erit itaque* (inquit) *veſtra iuſtitia, qua mundus arguetur, quia vado ad Patrem, & iam non videbitis me*. Quoniam in eum, quem non videbitis credetis in me, & quando me videbitis, quod tunc ero, non videbitis me, quod ſum vobiſcum modo nō videbitis me humi-

Ad Hebr. 11.

Actor. 7.

2. Cor. 5.

humilem, ſed excelſum: non videbitis mortalem, ſed ſempiternum: non videbitis iudicandum, ſed iudicaturum, & de hac fide veſtra, id eſt, iuſtitia veſtra, arguet Spiritus ſanctus incredulum mundum.

Chryſoſtomus in Ioannem, homilia 77.

ET de iuſtitia, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me (hoc eſt) quia irreprehenſibiliter vixi, cuius ſignum eſt quod vado ad Patrem, nam cùm frequenter Iudæi Chriſtum accuſarent, quòd à Deo non eſſet, & propterea peccatore, & legis tranſgreſſorem dicerent, hinc omnis calumnia amouebitur. Nam ſi opinio quòd à Deo nõ ſim me tranſgreſſorem oſtendit, cùm ſpiritus me illuc abeuntem, nec ad horam, ſed permanentem oſtenderit: hoc enim per eam particulam: *Iam non videbitis me*, ſignificatur. Quidnam dicent? Animaduerte his duobus omnem malam ſuſpitionem aufferri: neque enim peccator miracula facere, neque eſſe apud Deum perpetuò poteſt, quare non poſſunt me amplius peccatorem & à Deo non eſſe dicere.

Auguſt. Pſalm. 109.

DE iuſtitia, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me. Hæc eſt iuſtitia, quia ad Patrem vadis, & iam non videbunt te. Hæc etenim iuſtitia ex fide eſt, *Iuſtus enim ex fide viuit.* Et tunc ex fide viuit, ſi non videat quod credit. Quia ergò & ad iuſtitiam pertinet ex fide viuere, & ex fide nemo viuit, niſi non videndo quod credidit, vt ipſam iuſtitiam faceret in hominibus, id eſt, vt crederent quod non viderent. *De iuſtitia* (inquit) *quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me. Hæc* (inquit) *erit iuſtitia veſtra, vt credatis in eum quem non videtis, & fide mandati eum, in quem credidiſtis, in die reſurrectionis poſtea videatis.*

Roma. 1.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 40.

SEcundo (inquit) mundus de iuſtitia arguetur, *Quia vado ad Patrem, & iam non videbitis me.* Credentes enim in Chriſtum, vt iure iuſtificatos defendit: quia vt Deũ verum ſuſceperunt, quem non viderunt crediderunt q; ipſum cum Patre in cælis conſeſſum habere. Quod autem qui ſic Chriſtum credunt beati ſint, ipſe Saluator his verbis ad Thomam diſcipulum oſtendit: *Quia vidiſti me credidiſti, air, beati qui non viderunt, & crediderunt.* Iure igitur qui ita credunt: à qua iuſtificatione mundus excidit, in turpitudine ſua perfixus Hæc nõ adludeos tantùm, ſed generaliter ad omnes incredulos & peccatores dicuntur. Mundi enim vocabulum tùm omnes homines ſignificat, tùm voluptati ac turpitudini deditos denotare ſolet. Generaliter igitur ad omnes hæc duplex de peccato ac de iuſtitia redargutio pertinet. Non enim Iudæos ſolum ad ſalutem (& ſi primum) ſed totum humanum genus poſtea vocauit, ita non in partem orbis, ſed in vniuerſam terram fidei bonum effuſ-

Ioann. 20.

ſum eſt.

TEX-

TEXTVS.

DE iudicio, quia Princeps huius mundi iam iudicatus est.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 40.

TERTIA redargutio iusta condemnatio huius mundi Principis est. Quomodo autē modo narrabo. Testimonium enim perhibebit Spiritus gloriæ Christi, quùm demonstrauerit ipsum rerum omnium Dominum esse magni erroris crimine mundum arguet, qui verum & natura Deum omisit, & diabolum in creaturis adorauit, qui iam cōdemnatus cecidit, quod passus non esset. Si verò Deus fuisset: nunc autem in tātum abest, nec cultum suum possit defundere, vt sub pedibus etiam fidelium iaceat, qui eum tentantē & repugnantem calcant. Quando igitur impuri dæmones virtute Spiritus sancti per orationem credentium fugantur: quomodo non dicemus sathanam iam condemnatum esse? Condemnatus enim est, quia nō potest iam sancto Spiritu ad iustitiam, & sanctionē per fidem Christi signatos superare: ita omnes vires eius fidelium pedibus premuntur. *Leonem* (inquit) *atque Draconem calcabitis.* Cùm igitur in animis sanctorum per fidē Spiritus habitauerit, tūc mundus peccati ab eo reus ostenditur. Expers ideò gratiæ suæ, quia Saluatorem non recepit, sed arguetur à spiritu mundus iterùm, quia non iure peccati crimine credentes accusat: qui quanuis Christum non viderint, iustificantur tamen Filium honorantes. Tale quid arbitror illis Paulum verbis intellexisse: Quis accusabit aduersus electos Dei? *Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Obstruxit enim iniquitas os suum,* (vt Psalmista canit) nec accusare potest eos, qui fidei iustitia gloriantur. Redarguet autem mundum etiam vt etiam seductū, & in condemnato, ac omni gloria priuato spem habentem. Vilipendi enim certe debent à credentibus in Deum verum, qui creaturis inhęrent. Principem autem huius seculi, nō quia ita vere sit, aut quia natura dominandi dignitatem habeat, appellauit: sed quia per deceptionem atque rapinam hanc gloriam habuit. Et nunc in errantibus propter turpem eorum vitam dominatur: nam errore vincti effugere à captiuitate nequeunt, licet in potestate sua situm sit per fidem Christi ad verum Deum venire ac diabolī vincula rumpere. Adulterinū igitur principatus nomen diabolo est nō natura, sed errantium prauitate perdurans.

Psalm 90. *Roma. 8.* *Psalm. 106.*

Augustinus tractatu in Ioānem, 95. tomo. 9.

QVis est iste, nisi de quo ait alio loco. *Ecce venit Princeps mundi & in me nihil inuenit:* Ideſt, nihil iuris sui, nihil quod ad eum pertineat nullum scilicet omnino peccatum? Per hoc enim est diabolus princeps mundi, non enim cæli & terræ, & omnium quæ in eis sunt est diabolus Princeps, quia significatione intelligitur mundus, vbi dictum est. Et mundus per eū factus est: sed mundi est diabolus Princeps, de quo mundo ibi continuo subiungit, atque ait: *Et mundus eum non cognouit,* hoc est homines infideles, quibus toto orbe terrarum

Ioan. 14.

rarum mundus eſt plenus, inter quos genuit fidelis mundus, quem de mundo eligit, per quem factus eſt mundus, de quo ipſe dicit: *Non venit filius hominis vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Mũdus eo iudicante damnatur, mundus eo ſubueniente ſaluatur, quoniam ſicut arbor folijs & pomis, ſicut area paleis & frumentis, ita infidelibus & fidelibus plenus eſt mundus. Princeps eſt ergò mundi huius, hoc eſt Princeps tenebrarũ harum, hoc eſt fidelium, de quibus eruitur mũdus, de quibus dicitur: *Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Princeps mundi huius, de quo alibi dicit *Nunc Princeps mundi huius miſſus eſt foras.* Vtique iudicatus eſt, quoniam iudicio ignis æterni irreuocabiliter deſtinatus eſt. Et de hoc itaque iudicio, quo Princeps iudicatus eſt, mundi arguitur ab Spiritu ſancto mundus. Quoniam cum ſuo Principe iudicatur, quem ſuperbus atq; impius imitatur. Si enim Deus (ſicut dicit Apoſtolus Petrus) *peccantibus Angelis non pepercit, ſed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos ſeruari*, quomodo non ab Spiritu ſancto de hoc iudicio mundus arguitur, quando in Spiritu ſancto hæc loquitur Apoſtolus? Credant itaque homines in Chriſtum, ne arguãtur de peccato infidelitatis ſuæ, quo peccata omnia detinentur, tranſeant in numerum fidelium, ne arguantur de iuſtitia eorum, quos iuſtificatos non imitantur, caueant futurum iudicium, ne cum mundi Principe damnentur, quem iudicatum imitantur. Etenim ne ſibi exiſtimet parci ſuperbia dura mortalium de ſuperborum ſupplicio terenda eſt Angelorum.

Ioann. 3.

Malis & bonis mundus plenus, & bonis mali conſeruantur.

Ad Epheſ. 5. Ioann. 12.

2. Pet. 2.

Chryſoſtomus in Ioannem, homilia 77.

DE iudicio autem, quia Princeps huius mundi iam iudicatus eſt. Iterum hoc in loco de iuſtitia verba facit, quia aduerſarium ſuperauit. Neque enim peccatori poſsibile eſſet quòd nemo iuſtorum valuit: quod autem propter me iudicatus eſt, ſcient, quia cum in poſterum peſſundabunt, & reſurrectionem meam manifeſte videbunt, quod iudicãtis eum eſt, nec enim valuit me ſuperare. Nam cum dicant, quòd dæmoniũ habeo, quòd deceptor ſum, omnia hæc falſa deprehendentur. Non enim illum vicisem ſi peccato eſſem obnoxius, num & iudicatus eſt & eiectus.

TEXTVS.

ADHVC multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.

Tertullianus, lib. de monogamia.

Ioann. 16.

ADhuc multa habeo quæ loquar ad vos, ſed nondum poteſtis portare ea cùm venerit Spiritus ſanctus, ille vos ducet in omnẽ veritatem: ſatis vtique prætendit ea acturum illũque & noua exiſtimari poſsint, vt nunquàm retrò edita, & aliquanto oneroſa, vt ideirco, & non edita. Ergo inquis hac argumentatione, quid vis nouum & oneroſum Paracleto adſcribi poterit. Et ſi ab aduerſa-

aduersario spiritus fuerit, nō vti-
que, aduersarij enim spiritus ex di
uersitate prædicationis apparet.
Primo regulā adulterans fidei, &
ita ordinē adulterans disciplinæ:
quia cui⁹ gradus prior est, eius cor
ruptela antecedit, id est, fidei quæ
prior est disciplina. Ante quis de
Deo hæreticus sit, necesse est tunc
de instituto. Paracletus autē mul-
ta habens edocere, quę in illū dif-
tulit Dñs secundū prefinitionem,
ipsum primo Christū cōtestabitur
qualē credim⁹ cū toto ordine Dei
creatoris, & ipsum glorificabit, &
de ipso cōmemorabit, & sic de prin
cipali regula agnit⁹ illa multa quę
sunt disciplinarū reuelabit fidem
dicente pro eis integritate prædi
cationis, licet nobis, quia nunc re
uelantur, licet onerosis, quia nec
nunc sustinentur, non alterius ta-
men Christi, quā qui habere se di
xit, & alia multa quæ à Paracleto
edocerentur, non minus istis one
rosa, quàm illis à quibus nondùm
tunc sustinebantur.

Tertullia. de præscript. aduersus hæret.

MVlta habeo adhuc vobis loqui, sed nō potestis modò ea sustine re: tamen adijciens. Cū venerit il-
le Spiritus veritatis, ipse vos dedu
cet in omnē veritatem: Ostendit
illos nihil ignorasse, quos omnem
veritatem consecuturos per Spiri
tum veritatis repromiserat, & vti-
que implebit repromissum, probā-
tibus Actis Apostolorum descen
sum Spiritus sancti.

Origenes cōtra Celsum, lib. 2

VObis multa habeo dicere, sed non potestis modò ea portare. Sūt nā
que procul dubio pleraq; spirituali
ter de lege exposita, quę minus po
terāt tunc ferri Discipuli, qui & na
ti inter Iudæos fuissent & educati.

A Sed arbitror equidē, quia figuram
lex prę ferebat, & vera essent & cer
tiora, quę erat sanctior ille Spiritus
edocturus illud Iesum dixisse. *Cū* Ioann.16.
venerit ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnē veritatē; perinde ac si di-
eret, rerū ipsarum apperiet veritā-
tem quarū figuras ipsi vt attigere-
tis vero cultu vos colere Deum
existimabitis, & sane pro Iesu pro
missione in Petrum deuenit, veri
tatis hic Spiritus, qui illum huius-
B modi de quadrupedibus reptilibus
que, & volatilibus cæli affatus
est: *Surge Petre, & occide, & comede*: Actor.10.
& secundo ad eum in superstitio-
ne sua perseuerantem, vox illa cę-
litus edita ad quam ille: *Nequaquā Domine, quia nunquam comedi omne cō mune, & immundum*, & cum Spiri-
tus inde dixisset: *Quod Deus purifica uit, tu commune ne dixeris*: Profectò
ad escarum doctrinam, quæ & ve
riores essent, & spirituales instituit,
ita vt post eam deinceps visionē,
C veritatis Spiritus ille, qui Petrum
in omnem deduceret veritatem,
quam multa illum commune fece
rit, vel adhuc in carne agentem,
dùm interea & Iesus secum diuer-
saretur, quæ ferre ipse nō poterat.

Anticimenon, lib. 2.

INTERROGATIO. Quo
modo Christus in Euāgelio di
D cit: *Omnia quæcunque audiui à Patre meo nota vobis feci*? Cùm ipse item
ibi post paululum dicat: *Adhuc mul to habeo vobis dicere, sed non potestis ea portare modò*.
RESPONSIO. Quod dicit: *Omnia, quæ audiui à Patre meo, nota vo bis feci*: Non quia ea nota iam fe-
cisset, sed ea quæ ad futurum nota
facere debuit, dixit, ac proinde cō
trarium non est loco isti, vbi di- Ioann.8.
cit: *Adhuc multa habeo vobis dicere*:
quia vtique multa nos vtiliter nes

cire in præſenti Dominus voluit, quæ tamen ſalubriter nobis in futurum ſcienda ſeruauit.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 41.

CVpientes futurorum habere cognitionẽ, eam videns non repræhendit, ſed congruo tempore à Paracleto id eos habituros pollicetur, fortaſsis autẽ quia imbecillos ad ſuſcipienda maiora ſine ſpiritu cognoſcebat. *Nondùm enim* (inquit Euangeliſta) *Spiritus ſanctus erat, quia Chriſtus nondùm fuit clarificatus.* Quia (inquã) imbecillos ad altiora videbat hæc dicit. Multa vero dicenda ſibi reſtare profunda, & vltra quam humanus animus ferre poſſet affirmat. Quæ ſilentio inquit trado, quia nondum ab ſpiritu meo reformati eſtis. Nã quando ab illo in alios viros euadetis, quando legales figuras illius patricinio aſpernabimini, quando ſpiritalis cultus pulchritudinem illius ope vmbris anteponetis: Tunc, tunc inquam myſterij de me vim omnem cognoſceris. Hæc arbitror per hunc locũ intelligi oportere quæ ſimilitudine quadam alibi etiã Saluator ſignificauit, dicens: Nemo committit cõmiſſuram panni rudis in veſtimentũ vetus: *Neque mittunt vinũ nouum in veteres vtres*, alioqui rumpuntur vtres & vinum effunditur, ſed vinum nouum in vtres nouos mittendum, qui enim nondum noua viuẽdi norma nouaq; doctrina per ſpiritũ reformati ſunt ijs prædictio Euangelij recens, & myſterium Trinitatis ſublime tradendum nõ eſt. Iure igitur renouationi per ſpiritum futuræ altiarum rerũ interpretatio reſeruatur. Quod autem ante reſurrectionem Saluatoris, & ante Spiritus aduentũ iudaicę Diſcipuli viuebant, facillimum eſt probare. Beatus enim Petrus Diſcipulorum omnium Princeps narrãti, quæ paſſurus erat Saluatori reſiſtebat clamans: Propitius tibi eſto Domine ne fiat tibi hoc. Ne quamuis Prophetę aperte omnia prædixerint intelligere illa potuit, in Actibus etiã ſcribitur quia cũ fameſcens guſtare aliquid vellet, vas quondam velut linteũ magnum, quatuor initijs ſubmitti de cęlo vidit, in quo vniuerſa terreſtria aerea & aquatica, videbantur animalia eſſe: cumque audiſſet vocem magnam dicentem: Immolato Petre atque commedito, non dubitauit reſpõdere: nequam Domine, nunquam enim comedi omne commune, aut impium. Iure igitur illi fuerat increpatum his verbis, quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Et certe oportebat eum recordari verborũ Domini dicentis, non inquinari hominẽ ab eo quod in os ingreditur. Vides quia reformari lumine ſpiritus ad meliorem eos habitũ oportebat. Idcirco quando per gratiam meliores facti fuerant libere dicentes audimus. Nos vero Chriſti mentem habemus, ſaluatoris mentem nullam rem aliã quam Spiritum ſanctum appellantes, quique ſcire opus erat aperte reuelabat.

Ioann. 7.

Matth. 9.

Matth. 16.

Actor. 10.

Matth. 15.

1. Corint. 7.

Auguſtinus de Trinit., lib. 1. capit. 12.

ET de die & hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neq; Filius niſi Pater. Hoc enim neſcit quod neſcientes facit, id eſt, q̃ nõ ita ſciebat vt tũc Diſcipulis indicaret, ſicut dictũ eſt de Abrahã: nũc cognoui q̃ timeas Deũ, id eſt, nũc feci vt cognoſceres, quia & ipſe ſibi in illa tẽtatione probatus innotuit; nam & illud vtique dictũ erat diſcipulis tempo-

Qua ratione filius dicatur neſcire diem, & horã quã ſcit Pater.

tẽpore opportuno, de quo futuro tanquã prẽterito loquens, ait. *Iam non dicam vos seruos sed amicos, seruus enim nescit voluntatem Domini sui, vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui a Patre meo, nota feci vobis,* quod nondũ fecerat, sed quia certe facturus erat quasi iam fecisset loquutus est. Ipsis enim ait: *Multa vobis habeo dicere, sed nõ potestis portare modo.* Inter quę intelligitur, & de die & hora. Nam & Apostolus. *Neq; enim iudicaui me, inquit scire aliquid inter vos, nisi Christũ Iesum, & hũc crucifixũ.* Eis enim loquebatur qui capere altiora de Christi deitate non poterãt, quibus etiam paulo post dicit: non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Hoc ergo inter illos nesciebat, quod per illum scire non poterãt, & hoc solum se scire, quod eos per illum scire oportebat.

Ioann. 15.

Ioann. 16.

1. Cor. 2.

Auguſt. trac. in Ioã. 96. to. 9.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Verũ illud quomodo dixerit, quod nondũ fecerat tanquam fecerit, sicut ea quę futura sunt Deum fecisse Propheta testatur dicens: *Qui fecit quæ futura sunt* iam cũ ipsa verba tractaremus, vt potuimus, exposuimus. Nunc ergo quæ ista sint, quæ Apostoli portare nõ poterant, vultis forsitam scire, sed quis nostrũ audeat eorum se dicere iam capacẽ, quæ illi capere nõ valebant? Ac per hoc nec à me expectanda sunt, vt dicãtur quæ forte non caperẽt, sinnili ab alio dicerẽtur, nec vos ea portare poſetis: etiam ſergo tãtus essem vt à me ista quæ vobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidem potest, vt sint in vobis aliqui ad ea capienda iam idonei, quæ alij capere nondum valent. Et sonon omnia de quibus Magister ille Deus dicebat, adhuc multa habeo vobis dicere, tamen eorum fortasse iam nulla. Sed quæ nam sint ista quæ ipse non dixit, temerarium est vel le præsumere & dicere: nam & mori pro Christo nondum erant idonei, tunc Apostoli quibus dicebat. Non potestis me sequi modo. Vnde primus corũ Petrus, qui hoc iã se posse præsumpserat aliud expertus est quã putabat. Et tamen postea & viri & mulieres pueri & puellę iuuenes & virgines, senes cum iunioribus innumerabiles martyrio coronati sunt, & posse inuentę sunt oues, quod tunc quando ista Dominus loquebatur nondum poterant portare pastores. Nunquid ergo debuit illis ouibus dici, in illo tentationis articulo, quod certare vsque ad mortem pro veritate oportebat, & pro Christi nomine vel doctrina sanguinẽ fundere. Nunquid inquam debuit eis dici, quis vestrum audeat idoneum se martyrio putare, cui Petrus idoneus nondũ fuerat quãdo eum os ad os ipse Dominus instruebat? sic itaq; dixerit aliquis nõ debere dici populis Christianis audire cupiẽtibus quę sint de quibus Dominus tunc dicebat. Adhuc habeo vobis multa dicere, sed non potestis portare modo, si Apostoli nondũ poterãt multominus vos potestis: Quia forte sic multi possunt audire quod tunc nondum poterat Petrus. Sic multi possunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat Petrus, præsertim iam misso Spiritu sancto qui tunc nondum erat missus.

Auguſt. tracta. in Ioan. 97.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Nõ vtiq; his Domini verbis nescio, quæ secreta nimis abdita suspicemur, quæ cum dici à docente possint, portari adiscente nõ possint:

ſint: ſed ea ipſa quę doctrina religionis in quorũlibet hominũ notitia legimus, & ſcribimus, audim⁹, & dicimus, ſi vellet eo modo nobis Chriſtus dicere, ſicut ea dicit Angelis ſanctis, inſeipſo vnigenito verbo Patri coæterno, qui nã portare homines poſſent etiam ſi iã eſſent ſpirituales, quales adhuc Apoſtoli non fuerunt, quando iſta eis Dominus dixit, quales poſtea veniente ſancto Spiritu facti ſunt? Nã vtiq; quicquid de creatura ſciri poteſt minus eſt ipſo creatore, qui ſummus, & verus, & immutabilis eſt Deus, Et quis eum tacet vbi non à legentibus diſputantibus, quęrentibus, reſpondentibus laudantibus, cantantibus, quoquomodo ſermoniantibus? poſtremo ab ipſis etiã blaſphemãtibus nominatur? Et cum eum nemo taceat quis eſt qui eum, ſicut intelligendus eſt capiat, cum de oribus & auribus hominum nõ recedat, quis eſt cuius acies ad eum mentis accedat? Quis eſt qui eum Trinitatem eſſe ſciſſet, niſi ipſe ſic innoteſcere voluiſſet? Et quis hominum iam iſtã ſileat Trinitatem, & tamen quis hominum ſicut Angeli ſapiat Trinitatem. Ea ipſa ergo quæ de Dei æternitate, veritate ſanctitate in prõptu, & palam ſine ceſſatione dicuntur ab alijs, bene ab alijs male intelligentia, imò ab alijs intelliguntur, ab alijs non intelligũtur: qui enim male intelligit nõ intelligit: ab eis ipſis autẽ à quibus bene intelligũtur, ab alijs minus, ab alijs amplius mẽtis viuacitate cernuntur, & à nullo hominũ ſicut ab Angelis capiũtur. In ipſa ergo mẽte, hoc eſt in interiore homine quodãmodo creſcitur, nõ ſolũ vt ad cibũ à lacte tranſcatur, verum etiã vt amplius atq; amplius cibus ipſe ſumatur. Non autẽ creſcitur ſpecioſa mole ſed intelligentia lu-

A minoſa, quia & ipſe cibus intelligibilis lux eſt. Vt ergò creſcatis eũque capiatis, & quanto magis creſcitis, tãto magis magiſq; capiatis, non ab eo doctore qui veſtris auribus ſonat, hoc eſt, foris inſecus operãdo plantat & rigat, ſed ab eo qui dat incrementũ petere, ac ſperare debetis, proinde ſicut præterito ſermone commonui cauete maxime qui paruuli eſtis, & adhuc alimẽtis lacteis indigetis, ne hominibus ſub hac occaſione deceptis ac deceptoribus, quia Dominus ait:

B *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modò.* Aurẽ curioſam prębeatis ad incognita ſciẽda, cũ mẽtes inualidas habeatis ad vera, & falſa diiudicanda, maxime propter obſceniſsimas turpitudines, quas docuit vanitas animas inſtabiles atq; carnales, ad hoc Deo ſinẽte vt eius vbiq; ſint treməda iudicia, & in comparatione impuræ nequitiæ dulceſcat puriſsima diſciplina, atque illi det honorem, ti

C morem autẽ, vel pudorem ſibi, qui in illa mala vel illo regẽte non cecidit, vel illo inde leuante ſurrexit, cauete timendo & orando, ne incuratis in illud ænigma Salomonis. Vbi mulier inſipiens & audax inops panis effecta conuocat prętereuntes, dicens panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinem. Hęc enim mulier vanitas eſt impiorum, cum ſint inſipientiſsimi, aliquid ſe ſcire opi-

D nantium, ſicut de iſta muliere dictũ eſt, inops panis efficitur. Quæ cum ſit inops panis promittit panes, id eſt, cum ſit ignara veritatis promittit ſcientiam veritatis, occultos tamen panes promittit, quos tamen dicit libenter attingi, & aquę furtiuę dulcedinem, vt ea ſcilicet, libentius & dulcius audiantur & agantur, quæ palã in Eccleſia dici crediq; prohibẽ-

Prouer. 9.

tur.

tur Ipſa quippe occultatione con diunt quodammodo nefarij Doctores ſua venena curioſis, vt ideò ſe exiſtiment aliquid diſcere magnũ, quia merentur habere ſecretũ, & ſuauius hauriant inſipientiã quã putant ſcientiam, cuius prohibitam quodãmodo furantur audientiam. Hinc & nefarios ritus ſuis hominibus ſacrilega curioſitate deceptis, vel decipiendis magicarum artium doctrina commẽdat. Hinc illæ illiciti diurnationes inſpectis pecudũ viſceribus ociſorum, aut vocibus & volatibus auiũ, aut ſignis multiformibus dæmoniorũ, inſuſurrãt aurib⁹ hominũ periturorum, per colloquia perditorum. Propter hęc illicita atq; punienda ſecreta, mulier illa non ſolũ inſipiens, verum audax etiam nuncupatur. Sed hæc non ſolum à re ipſa, verum & à nomine noſtræ religionis aliena ſunt, quandoquidem mulier hæc inſipiẽs & audax, ſub Chriſtiano vocabulo, tot ſceleſtas hereſes condidit, tot nefandas fabulas finxit. Vtinã tales quales in theatris ſiue cantantur, ſiue ſaltantur, ſiue inimica ſeueritate ridentur, & non quaſdã tales quales aduerſus Deũ, fingere potuiſſe, ſic illam doleamus inſipientiã, vt miremur audaciã, omnes autẽ inſipientiſſimi hæretici, qui ſe Chriſtianos vocari volũt audacias figmentorũ ſuorum, quas maximè exhorret ſenſus humanus hac occaſione Euãgelice ſententię colorare conantur, vbi Dñs ait: *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo*: quaſi hæc ipſa ſint quę tunc diſcipuli portare nõ poterãt, & ea docuerit Spiritus ſanctus quę palam docere, atq; prædicare quãlibet feratur audacia ſpirit⁹ erubeſcit immundus. Hoc Apoſtolus in Spiritu ſancto prouidens ait; 2. Tim. 4. *Erit enim tẽpus quo ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ſecundũ deſideria ſua magiſtros ſuos coacerbabunt pruriẽtes auribus & veritate quidem auditum ſuum, auertẽtes ad fabulas autem cõuertentur*: illa enim ſecreti fortiq; cõmemoratio, quę dicit panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiuę dulcedinẽ pruritum facit audientibus in auribus ſpiritaliter fornicãtibus, ſicut pruritu quodã libidinis etiam in carne corrumpitur integritas caſtitatis. Audite itaque Apoſtolum talia preuidentem, & ea vitanda ſalubriter admonentem. *Prophanas* (inquit) *verborum nouitates deuita: multum enim proficiunt ad impietatem. & ſermo eorum ſicut cancer ſerpit.* Et non ait verborũ nouitates, ſed addit prophanas, ſunt enim & doctrinæ religionis congruentes verborum nouitates ſicut ipſum nomẽ Chriſtianorum, quando dici cæperat ſicut ſcriptum eſt. In Antiochia enim primum poſt Aſcenſionem Domini appellati ſunt diſcipuli Chriſtiani, ſicut legitur in Actibus Apoſtolorũ, & xenodochia, & monaſteria poſtea ſunt appellata, nouis nominibus res tamen ipſæ & ante nomina ſua erant, & religionis veritate firmantur quę etiam contra ipſos non improbos defenduntur. Aduerſus impietatem quoque Arrianorum, Hæreticorum, nomen nouum Patris homouſion condiderunt, ſed non rem nouam tali nomine ſignauerunt; hoc enim vocatur homouſion, quod eſt ego & pater vnum ſumus, vnius videlicet eiuſdemque ſubſtantiæ. Nam ſi omnis nouitas prophana eſſet, nec à Domino diceretur. *Mandatum nouum do vobis*: nec teſtamentum appellaretur nouũ, nec cantaret vniuerſa terra canticum nouum, ſed prophanæ ſunt verborum nouitates, vbi dicit mulier inſipiens, & audax

2. ad Timo. 2

Acto. 11.

Ioann. 13.

audax panes occultos libenter attingit & aquæ furtiuę dulcedinẽ. Ab hac pollicitatione falſę ſcientiæ prohibet etiam illo loco Apoſtolus vbi dicit: O Timothæe depoſitum cuſtodi deuitans prophanas vocum nouitates & cum traditionis falſi nominis ſcientiæ, quã quidam promittentes circa fidem exciderunt: Nihil enim ſic amant iſti quam ſcientiam promittere & fidem rerum veterum quas credere paruuli precipiũtur, velut imperitiã deridere: dicit aliquis nihil ne ſpiritales viri habent in doctrina, quod carnalibus taceant & ſpiritalibus eloquantur? Si reſpondero non habent, continuò mihi dicetur ex Epiſtola ad Corinthios Apoſtoli Pauli, *Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus ſed quaſi carnalibus quaſi paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam, nondum enim poteratis: Sed nec adhuc quidem poteſtis: adhuc enim eſtis carnales:* & illud ſapientiã loquimur inter perfectos, & illud ſpiritalibus ſpiritualia comparantes: animalis autem homo nõ percipit, quę ſunt Spiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi. Hoc totum quale ſit ne rurſus propter hæc verba Apoſtoli, prophanis vocum nouitatibus ſecreta quærantur, & ea quæ debet caſtorum ſpiritus corpus vitare dicatur carnalis, ſuſtinere nõ poſſe ſermone alio ſi Dominus donauerit diſputãdum eſt vt iam iſtum aliquando claudamus.

1. Timot. 6.

1. Corint. 3.

1. Cor. 2.

Auguſtinus tracta. in Ioannem, 98. de cap. 16.

EX verbis Domini noſtri vbi dicit adhuc: *Multa habeo vobis dicere ſed non poteſtis portare modo*, exortam difficilem queſtionẽ me recolo diſtuliſſe vt inde otioſius tractaretur, quia illum modus cõ- petens compellebat finire ſermonem. Nunc ergo quoniam tempus eſt promiſſa reddẽdi pertractetur, vt Dominus ipſe donauerit, qui cordi noſtro vt proponeretur ingeſſit. Hæc eſt autem queſtio vtrũ ſpiritales homines habeãt aliquid in doctrina, quod carnalibus taceant, & ſpiritalibus dicant. Quia ſi dixerimus, non habent: reſpõdebitur nobis. Quid eſt ergò quod dicebat Apoſtolus ſcribens ad Corinthios: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, *Quaſi paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi non eſcam: nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis, adhuc enim eſtis carnales.* Si autẽ dixerimus, habent, timendum & cauendum eſt ne ſub hac occaſione in occultis nefaria doceantur, & ſpiritalium nomine velut ea quę carnales capere non poſſunt, non ſolum excuſatione dealbãda, verumetiã prædicatione laudanda videãtur. Primum ergo ſcire debet charitas veſtra quod ipſe Chriſtus crucifix⁹, quo velut lacte paruulos aluiſſe ſe dicit Apoſtolus, ipſa vero caro eius in qua facta eſt vera mors eius, & vulnera vera confixi ſanguiniſque excuſſi non eo modo à carnalibus, quo ab ſpiritualibus cogitatur, & illis eſt lac iſtis cibus eſt, quia & ſi non audiunt amplius, intelligunt amplius, non enim æqualiter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab vtriſque recipitur, ita fit vt prædicatus ab Apoſtolis Chriſtus crucifixus: & *Iudæus eſſet ſcandalum & gentibus ſtultitia*: & ipſis vocatis Iudæis & Græcis Dei virtus, & Dei ſapientia, ſed carnalibus paruulis id tantũ credendo tenẽtibus, ſpiritualibus autem capacioribus id etiam intelligendo cernentibus; illis ergo tanquam lacteus potus, iſtis tanquam ſolidus cibus, nõ quia hoc illi aliter

1. Cor. 3.

1. Cor. 1.

ter in populis, iſti aliter in cubicu
lis cognouerunt, ſed quod eodem
modo vtrique cum palam dicere-
tur audiebant pro ſuo modo qui-
que capiebant. Cum enim Chri-
ſtus propterea ſit crucifixus vt in
remiſsione peccatorum ſangui-
nem funderet, qua eius vnigeniti
paſsione diuina gratia commen-
datur, vt nemo in homine glo rie-
tur, quomodo intelligebant Chri
ſtum crucifixum qui adhuc dice-
bant: Ego ſum Pauli nunquid quo
Galat. 6. modo ipſe Paulus qui dicebat: *Mi-*
hi autem abſit gloriari niſi in Cruce Do
mini noſtri Ieſu Chriſti? De ipſo ita
que Chriſto crucifixo, & ipſe ci-
bũ pro ſua capacitate ſumebat, &
illos lacte pro eorum infirmitate
nutriebat. Denique illa quę ſcrip-
ſit ad Corinthios aliter vtriq; ab ip
ſis paruulis, aliter à capacioribus
poſſe intelligi ſciẽs ait: Si quis eſt
inter vos Propheta aut ſpiritalis
agnoſcat quæ ſcribo vobis, quia
Domini eſt mandatum: ſi quis au-
tem ignorat ignorabitur, ſolidam
profecto voluit eſſe ſcientiam ſpi-
ritualium, vbi non ſola fides accõ
modaretur, ſed certa cognitio te-
neretur: ac per hoc illi ea ipſa cre
debant quæ ſpiritales inſuper ag-
noſcebãt. Ignorabitur autem, ait,
qui ignorat, quia nondum ei reue
latũ eſt vt quod credit ſciat. Quod
cum fit in hominis mente ipſe di-
citur agnoſci à Deo, quia Deus il-
lum agnoſcentem facit, ſicut ali-
bi ait. Nunc autem cognoſcentes
Deum, imo cogniti à Deo: neque
enim tunc cognouerat eos Deus,
præcognitos & electos ante mun
di conſtitutionem, ſed tunc eos ſe
ipſum cognoſcere fecerat. Hoc
igitur primitus cognito, quod ea
ipſa quæ ſimul audiunt ſpiritales
atq; carnales pro ſuo modulo qui-
que capiunt, illi vt paruuli iſti vt
maiores, illi vt lactis alimentum
A iſti vt cibi ſolidamentum, nulla vi
detur eſſe neceſsitas, vt aliqua ſe-
creta doctrinæ taceantur & abſ-
condantur fidelibus paruulis, ſeor
ſum dicenda maioribus, hoc eſt in
telligentioribus, & hoc ideo facié
dum putetur, quia dixit Apoſtolus:
Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, 1. Corint. 3.
ſed quaſi carnalibus, quia id ſicut ſpi-
ritales capere non valebant. Vbi-
cumque autem ſpiritales inter eos
erant, ideſt, quod illi tanquam car
nales audiebãt, ſpiritali ipſi intel
B lectu capiebant vt ſic intelligatur
quod ait: *Non potui vobis loqui quaſi* 1. Cor. 2.
ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus: ac ſi
diceret: non potuiſtis quaſi ſpiri-
tales, ſed quaſi carnales, capere
quod loquebar. Animalis enim ho
mo, id eſt, qui ſecundum hominẽ
ſapit, animalis dicitur ab anima,
carnalis à carne, quia ex anima &
carne conſtat totus homo, nõ per
cipit quæ ſunt Spiritus Dei, id eſt,
quid gratia credentibus crux con
C ferat Chriſti, & putat hoc illa cru
ce actum eſſe, tantummodo vt vo-
bis vſque ad mortem pro veritate
certantibus imitandum præberetur exemplum: Nam ſi ſcirent hu-
iuſmodi homines, qui nollunt eſ-
ſe niſi homines, quemadmodum
Chriſtus crucifixus, *Factus ſit no-* 1. Cor. 2.
bis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſan-
ctificatio, & redemptio, vt quemad-
modum ſcriptum eſt: *Qui gloriatur*
in Domino glorietur, proculdubio nõ
gloriarentur in homine, nec car-
D naliter dicerent: *Ego quidẽ ſum Pau-* 1. Cor. 1.
li, ego autem Apollo, ego vero Cephæ. ſed 2. Cor. 10. &
ſpiritaliter ego ſum Chriſti. Verum il- Ierem. 9.
lud adhuc quæſtionem facit, quod Ad Gal. 6.
in Epiſtola ad Hebr. legitur. Cum
iam deberetis tẽpore ipſo eſſe do- Ad Hebr. 5.
ctores, iterũ doctrina indigetis,
quæ ſint elemẽta ſermonum Dei,
& facti eſtis opus habentes lacte
non ſolido cibo. Omnis enim qui
lactet inexpertus eſt verborũ iu-

ſtitiæ, infans eſt enim. Perfectorũ eſt autem ſolidus cibus eorum qui per habitum exercitatos habent ſenſus ad ſeparandum bonum à malo. Hic enim videamus tanquam diffinitum eſſe quam perfectorum dicit ſolidum cibum, & hoc eſſe illud quod ad Corinthios ſcriptum eſt: *Sapientiam loquimur inter perfectos.* 1.Cor.2. Quos autem perfectos voluerit, hoc loco intelligi ſubiecit atque ait, qui per habitum exercitatos habent ſenſus ad ſeparandum bonum à malo. Hoc verò qui inualida & in exercitata mente non poſſunt profecto niſi fidei, quodã lacte teneantur, & in viſibilia quæ non vident, & in intelligibilia quę nondum intelligunt, credant facile ad vanas & ſacrilegas fabulas, promiſsione ſcientiæ ducuntur, vt & bonum & malum nõ niſi corporalibus imaginibus cogitent, & ipſum Deum, non niſi aliquod eſſe corpus exiſtiment, & malum nõ niſi ſubſtantiam putare non poſſent, cum ſit potius ab immutabili ſubſtantia mutabilium ſubſtantiarum, quidam defectus, quas fecit ex nihilo, ipſa immutabilis, & ſuma ſubſtãtia qui eſt Deus. Quod profecto, quiſquis non ſolum credit, verumetiam exercitatis interioribus animi, ſenſibus intelligit, percipit, nouit: nõ eſt iam metuendum, ne ſeducatur ab eis qui malum putando eſſe ſubſtantiam, quam non fecit Deus mutabilem ſubſtantiam, faciunt ipſum Deũ, ſicut Manichæi, vel ſi quæ aliæ peſtes ita decipiunt, ſed mente ad huc paruulos, quos dicit Apoſtolus carnales lacte nutriẽdos. Omnis de hac re ſermo quo agitur, vt non ſolum credatur, verumetiam intelligatur, ſciaturque quod dicitur percipere, talia nõ valentibus emerſus eſt, faciliuſque illos premit quam paſcit: ex hoc fit vt ſpiri

A tales iſta carnalibus non omninò taceant propter catholicam fidẽ, quæ omnibus prædicãda eſt. Nec tamẽ ſic differant, vt volentes ea perducere, ad intelligentiam non capacem facilius faſtidiri faciant in veritate ſermonem, quam in ſermone percipi veritatem. Propterea dicit, ſcribens ad Coloſſenſes: *Et ſi corpore abſens ſum, ſpiritu vobiſcum ſum,* Ad Coloſ.2. gaudens & videns ordinationem veſtram, & id quod deeſt fidei veſtrę, in Chriſto eſt ad Theſſalonicenſes: *Nocte ac die* (inquit) 1.Theſſal.3.

B *abundantius orantes, vt videamus faciẽ veſtram, & ſuppleamus quæ deſunt fidei veſtræ,* intelligendi ſunt vtique ita primam catechizati, vt lacte alerentur non ſolido cibo, cuius lactis ad Hebræos commemoratur. Ad Hebr. 6. Vbertas eis quos volebat cibi ſoliditate iã paſcere, propter quod ait. Ideoq; remittẽtes initij Chriſti verbum in conſumationem reſpiciamus, non iterũ iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operi-

C bus mortuis, & fidei in Deum lauari doctrinæ impoſitionis, manuum reſurrectionis etiam mortuorum, & iudicij æterni. Hæc eſt lactis vbertas, ſine quo non viuũt, qui iam quidem ratione vtuntur, vt poſsint credere: ſed bonum à malo non credendo tantum verũ etiam intelligendo, quod pertinet ad ſolidum cibum ſeparare nõ poſſunt. Quod autem in lactis commemoratione poſuit, & doctrinã

D ipſa eſt quæ per ſymbolum traditur, & orationẽ Dominicam. Sed huic lacti abſit, vt ſit contrarius cibus rerum ſpiritalium, firma intelligentia capiendus. Qui colloſſenſibus, & Theſſalonicenſibus defuit, & ſupplendus fuit. Quando enim ſuppletur, quod defuit, non improbatur quod fuit: nam & ipſis quæ ſumimus alimentis vſque adeò nõ eſt lacti contrarius ſoli-

dus

dus cibus, vt ipſe lateſcat quod poſ
ſet eſſe aptus infantibus, ad quos
per matris vel nutricis peruenit
carnem: ſicut fecit etiam mater ip
ſa ſapientia, quæ cum ſit in excel-
ſis angelorum ſolidus cibus digna
ta eſt, quodāmodo lacteſcere par-
uulos, cum *Verbum caro factum eſt*
Ioann. 1. *& habitauit in nobis.* Sed ipſe homo
Chriſtus, qui vera carne, vera cru-
ce, vera morte, vera reſurrectio-
ne ſincerum lac dicitur paruulo-
rum, cum bene ab ſpiritualibus ca
pitur. Inuenitur Dominus Angę-
lorū. Proinde nec ſic paruuli ſunt
lactandi, vt ſemper non intelligāt
Deum Chriſtum, nec ſic ablactan
di, vt deſerant hominem Chri-
ſtum, quod alio modo idipſum ita
dici poteſt, nec ſic lactandi ſunt,
vt creatorē, nunquam intelligant
Chriſtum, neque ſic ablactandi, vt
mediatorem vnquā deſerant Chri
ſtum, in hoc quippe non conuenit
huic rei ſimilitudo materni lactis
& ſolidi cibi, ſed potius fundamē-
ti, quia & puer quando ablactatur,
vt ab alimentis infantiæ iam rece
dat inter ſolidos cibos, non repe-
tit vbera quæ fugebat: Chriſtus
autem crucifixus, & lac fugētibus,
& cibus eſt proficientibus: funda-
menti vero ideò eſt aptior ſimili-
tudo, quia vt perficiatur quod
ſtruitur additur ędificium nō ſub-
trahitur fundamentum. Quæ cum
ita ſint. O quicunque eſtis, qui ſine
dubio multi eſtis paruuli in Chri-
ſto proficite ad ſolidū cibum mē-
tis, non ventris proficite ad ſepa-
randum bonum à malo, & magis
magiſque inhærente mediatori,
per quam liberemini à malo, quod
non eſt à vobis loco ſeparandum,
ſed in vobis potius eſt ſanandum.
Quiſquis autem vobis dixerit, no
lite credere verum hominē Chri-
ſtum, aut nō à vero Deo corpus cu
iuſlibet hominis, vel cuiuſlibet a-

A nimātis creatū, aut nō à vero Deo
vetus teſtamentū datum, & ſi quid
huiuſmodi. Hæc enim vobis pri⁹,
ideo nō dicebantur, quando lacte
nutriebamini, quoniā ad vera ca-
pienda cor nōdum habebatis ido-
neum, non vobis iſte cibum præ-
parat ſed venenum. Propter quod
beatus Apoſtolus eos alloquens,
qui ſibi iam videbantur eſſe perfe-
cti, cum ſe imperfectum eſſe dixiſ-
ſet. Quicunque ergo (inquit) perfe Ad Philip. 3.
B cti ſumus, hoc ſapiamus, & ſi quid
aliter ſapitis, hoc quoque vobis
Deus reuelabit. Et ne forte incur
rerint in ſeductores qui eos vel-
lent à fide auertere, promittendo
ſcientiam veritatis, & hoc putarēt
eſſe, quod dixit Apoſtolus, id quo-
que Deus vobis reuelabit conti-
nuo ſubiunxit. Verumtamen in
id quod peruenimus in eo ambule
mus: ſed quid ergo intellexeris
C quod non ſit contra regulam ca-
tholicæ fidei, ad quam velut viam,
quę te ducat ad patriam peruenī-
ſti, & ſic intellexeris, vt inde dubi
tare omnino nō debeas, adde ędi-
ficium noli tamen relinquere fun-
damentum. Sic debēt maiores do
cere aliquid paruulos, vt omnium
Dominum Chriſtum & ſeipſis lon
ge maioris Prophetas & Apoſto-
los, non dicant aliquid fuiſſe men
titos. Non autem ſolum vaniloquos,
D quos, & mentis ſeductores fabulo
ſa, & falſa garrientes, & in eis vani
tatibus velut altam ſcientiam pro
mittentes, contra regulam fidei,
quam catholicam ſuſcepiſtis, caue
re debetis, verumetiam ipſos, qui
de ipſa diuinæ immutabilitate
naturæ, vel Incorporea creatura,
ſiue creatore veraciter diſputant:
& quod dicunt omnino documen
tibus atq; rationibus certiſſimis
probant, & tamen ab vno Dei &
hominum mediatore, conantur
auertere, tanquam peſtem inſidio

ſiorem, cæteris fugite. Tales enim ſunt de quibus dicit Apoſtolus,
Roma.1. *Quia cognoſcentes Deum non ſicut Deũ glorificauerunt.* Quod enim prodeſt habere intelligentiam veram, de immutabili bono, ei qui non tenet per quẽ liberetur à malo? Propterea admonitio beatiſsimi Apo
Galat.1. ſtoli, de veſtris cordibus non recedat. *Si quis vobis euangelizauerit preterquam quod accepiſtis anathema ſit.* Non ait pluſquam accepiſtis, ſed preterquam quod accepiſtis anathema ſit. Nam ſi illud diceret ſibi ipſi præiudicaret, qui cupiebat venire ad Theſſalonicenſes, vt ſupleret quæ illorum fidei defuerũt, ſed qui ſupplet quod minus erat addit, non quod inerat tollit. Qui autem prętergreditur regulam fidei, non accedit in via, ſed recedit de via, quod itaque ait Dominus: *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Adijcienda illis fuerant quæ neſciebant, non quæ didicerant euertenda. Et ille quidem, ſicut in priſtino ſermone iã expoſui, potuit hoc ita dicere, quia illa ipſa quæ docuerat, ſi vellet eis ſic apperire, vt in illo concipiuntur ab Angelis: Hoc infirmitas humana, in qua adhuc eran ferre non poſſet. Spiritalis autem homo quilibet poteſt alterum hominem docere quod nouit, ſi proficiẽdo capaciorem faciat Spiritus ſanctus, in quo & ipſe doctor aliquid ampliusaddiſcere potuit, vt ſint ambo docibiles Deo, quanque & inter ipſos ſpiritales ſunt, vtique alijs cibi capaciores, atque meliores, ita vt quidam illorum ad ea peruenerit, quæ non licet homini loqui. Qua occaſione vani quidã Apocalypſim Pauli, quam ſana nõ recipit Eccleſia, neſcio quibus fabulis plenam ſtultiſsima præſumtione finxerunt, dicentes hanc eſſe: vnde dixerat, raptum ſe fuiſſe
2. Cor. 12. in tertium cælum, & illic audiſſe ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui: vt cumque illorum tollerabilis eſſet audacia, ſi ſe audiſſe dixiſſet, quæ adhuc non licet homini loqui. Cum vero dixerit quæ non licet homini loqui, iſti, qui ſunt qui hæc audiant impudenter & infeliciter loqui? Sed iam iſtum ſermonem, hoc fine concludam, per quem vos eſſe cupio ſapiẽtes quidem in bono, integros autem à malo.

Auguſtinus de agone Chriſtiano, cap. 27. tomo. 3.

Reſpondet Auguſt. ad argumentũ quo Hæretici probant non eſſe futurum iudicium.

NEC eos audiamus, qui negant diem iudicij futurum, & commemorant quod in Euangelio ſcriptum eſt, eum qui credit in Chriſtum non iudicari: qui autẽ non credit in illum, iam iudicatũ eſſe. Dicunt enim ſi & ille qui credit non venit in iudicium, & ille qui non credit, iam iudicatus eſt, vbi ſunt quos iudicatur? eſt in die iudicij? Non intelligunt ſic loqui ſcripturas, vt præteritum tempus pro futuro tempore inſinuent: ſicut ſupradiximus, quod Apoſtolus dixit de nobis, quod ſimul nos ſedere fecit in cęleſtibus, nondum factum eſt, ſed quia certum eſt futurum, ita dictum eſt, quaſi iam factum ſit, ſicut & ipſe Dominus Diſcipulis dixit: *Omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis*: & paulo poſt dicit: *Multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis illa portare modò.* Quomodo ergo dixerat: omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis, niſi quia illud quod per Spiritum ſanctũ certiſsime facturus erat, quaſi iam feciſſet loquutus eſt.
Ioann. 15.

Auguſt. Pſalm. 5. tom. 8.

MVlta habeo vobis dicere, ſed nũc non poteſtis portare illa: 1. Cor. 3.
Et Apoſtolus Paulus cum ait *Non potui*

potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est nō esse culpandum, aliquando verum tacere, falsum autem dicere, non inuenitur concessum esse perfectis.

Augustinus in Psalm. 36. tomo 8.

Deut. 13. *Sed quid est, tentat vos vt sciat? tentat vos vt scire vos faciat?* Accipite ergo à contrario, regulam intelligentiæ, & quemadmodum cum Deum auditis dicere cognoui, intelligitis cognoscere vos feci, sic & cum auditis de Filio hominis, id est de Christo, dici quod illum diē nescíat, intelligite dici quod nescire faciat, quid est autem nescire faciat? Occultat vt ne sciatur, quod nobis prodi nō prodest. Hoc est quod dixi, Magistrum bonum nosse quid prodat, nosse quid tegat, sicut quædam cum legimus distuliſſe. Vnde intelligimus, non omnia promenda esse quę capere non possunt, hi quibus promuntur dicit enim alibi: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo.* Dicit & Apostolus. *Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Nec enim poteratis sed neque adhuc quidē potestis.* Quo proficit iste sermo? vt quoniā diem nouissimum scimus venturum: vtiliter autem scimus venturum, & vtiliter ignoramus quando venturus sit: paratum cor habeamus bene viuendo, & non solum non timeamus venturum illum sed amemus.

Augustinus de Genesi cōtra Manichæos. lib. 1. cap. 7. tomo 1.

INformis ergo illa materia quā de nihilo Deus fecit, appellata est primo cælum & terra, & dictū est: *In principio fecit Deus cælum & terram:* non quia iā hoc erat, sed quia hoc esse poterat. Nam & cælum scribitur postea factum. Quemadmodum si semen arboris considerantes dicamus, ibi esse radices & robur, & ramus, & fructus, & folia, non quia iam sunt, sed quia in de futura sunt. Sic dictum est. In principio fecit Deus cælum & terram, quasi semen cęli & terræ cum inconfuso adhuc esset cæli & terræ materia; sed quia certum erat, inde futurum esse cælum & terrā, iam & ipsa materia, cælum & terra appellata est. Isto genere locutionis etiam Dominus loquitur, cum dicit: Iam non dicam vos seruos, *Quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota vobis feci:* Non quia iam factū erat, sed quia certissime futurum erat, nam post paululū dicit illis: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo,* vt quid ergo dixerat, *Omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis?* nisi quia sciebat hoc esse facturum, sic etiam cælum & terra potuit dici materia. Vnde nondum erat factum cælum & terra, sed tamen non erat aliunde faciendum, innumerabiles tamen locutiones in scripturis diuinis inueniuntur. Sicut in consuetudine sermonis nostri, cū id quod certissime speramus futurum, dicimus iam factum puta.

Gen. 1.

Simile ad declarandū quare dicatur cælum in principio factū, cū postea fuerit factum.

Ioann. 15.

Augustinus Epistola 57. ad Vardanum: quomodo Christus sit vbiq.

MVLTA itaque dicūtur in scripturis, tanquam facta sint, cum in spe adhuc esse intelligantur. Vnde est illud quod Domi-

1. Cor. 3.

Domin⁹ Diſcipulis ait: *Omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Quod vſque adeò ſecundum ſpē di

A ctum eſt futurorum, vt eis poſtmodum dicat: *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo.*

TEXTVS.

CVM autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 41.

QVando veniet, inquit, ille Spiritus veritatis. Vide quam exquiſite ſingula conſcribuntur, cū enim prædixerit Paracletum ad eos venturum Spiritum veritatis, tum nominauit (ipſe autem eſt veritas) vt Diſcipuli ſcirent nō alienam ſe virtutem miſſurum: idcirco alio quodammodo ſe ipſum eis pollicetur veritatis ſpiritum, id eſt, ſuum miſſurus. Non enim eſt

Ioann. 14.

B ritas, in hac parua cognitione nobis refulſit. Vt igitur nullus ſcit quæ hominis ſunt, niſi hominis ſpiritus qui eſt in eo, ſic neque quæ Dei ſunt, niſi ſpiritus qui eſt in eo. Quum autem venerit ait non loquetur à ſe ipſo quicquam, ideſt, non aliam quam ego docui diſciplinam ſequetur, nec alias leges feret: ſed quum quaſi mens mea ſit ea quę mea ſunt reuelabit. Hæc à Saluatore dicuntur, non vt miniſtri locum habere ſpiritus videatur, vt imperite à nonnullis prædicatur: ſed vt eiuſdem eſſe cum filio ſubſtantiæ confirmetur. Propterea permiſit, quia etiam ventura annuntiauit vobis, ac ſi diceret: id ſignum vobis ſit, ex mea illum ſubſtantia eſſe, & mentem eſſe quaſi meam, quia futura vt ego vobis prædicet quod facere minime poſſet, niſi in me eſſet, & cum per me procedat eiuſdem mecum ſubſtantiæ ſit.

1. Cor. 13.

1. Cor. 2.

TEXTVS.

NON loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis.

Marius Victorinus aduerſus Arium, lib. 4.

VEnit ergo poſterior, ideſt fides poſterior operari cæpit,

D recedente enim Chriſto, qui per miracula & per præcepta ſeminauerat fidem, quod ipſe Dei filius eſſet, & vitam in ſe credentibus daret completa ſunt ſpiritu omnia

& fides

& fides cognitione in Christum adulta succreuit, ipso Christo semper presente. Sic enim dixit: *Non enim loquetur à semetipso, sed quæcumque audierit loquetur & futura annuntiabit vobis, ille me honorificauit quoniã de meo accipiet.* Ergo de vita intelligentia, & ipsa vita de viuendo, id est, de Patre Filius, de Filio Spiritussanctus, sic enim subiungit: *Omnia, quæcũque habet Pater mea sunt,* quia quæ Pater habet Filij sunt, esse viuere intelligere, hæc eadem habet Spiritus: omnia ergo, homousion.

Augustinus de Trinitate, lib. 2. cap. 3. tom. 3.

Philipp. 2. NAM de Spiritusancto, de quo non est dictum: *semetipsum exinaniuit formam serui accipiens,* ait tamen ipse Dominus, *cum autẽ venerit ille Spiritus veritatis, docebit nos omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Post hæc verba nisi continuo secutus dixisset: Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, & annũtiabit vobis, crederetur fortasse, ita natus de Christo Spiritussanctus, quem admodum ille de Patre, de se quippe dixerat: *Mea doctrina nõ est mea,* Ioann. 7. *sed eius qui me misit, de Spiritu autem sancto, non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis.* Sed quia reddidit causam cur dixerit, de meo accipiet, ait enim: omnia quecumque habet Pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet. Restat ergo vt intelligatur etiam Spiritussanctus de Patre habere, sicut & Filius. Quomodo nisi secundum id quod supradixi-

A mus: *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritũ veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Procedendo itaque à Patre dicitur non loqui à semetipso: Et sicut non ex eo Ioann. 5. fit vt minor sit Filius, quia dixit, non potest Filius à se facere quicquam nisi quod viderit Patrem facientem: non enim hoc ex forma serui dixit, sed ex forma Dei, sicut iam ostendimus, hæc autem verba B non indicant quod minor sit, sed quod de Patre sit. Ita non hinc efficitur, vt minor sit Spiritussanctus, quia dictum est de illo: *Non* Ioann. 5. *enim loquetur à semetipso sed quæcumque audiet loquetur.* Secundum hoc enim dictũ est, quod de Patre procedit. Cum verò & Filius de Patre sit, & Spiritussanctus à Patre procedat, cur non ambo Filij dicantur, nec ambo geniti, sed ille vnus C Filij vnigenitus hic autem Spiritussanctus, nec Filius nec genitus, quia si genitus vtique Filius, alio loco si Deus donauerit, & quantum donauerit differemus.

Augustinus tractatu in Ioãnem, 99. de cap. 16. tomo. 9.

NOn enim loquetur à semetipso, D *sed quæcumque audiet loquetur.* Simile est hoc, ei quod de semetipso dixit: *Non possum à me ipso facere quicquam, sicut audio iudico.* Sed illud cum exponeremus, secundum hominem posse accipi diximus, vt obedientiam suam qua factus est obediens vsque ad mortem crucis, prenunciasse Filius videretur, & iudicium futurũ quo viuos & mortuos iudicabit, quia hoc per id facturus est, quod Filij hominis est, Ioann. 5. propter quod dixit: *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio,*

Filio, quia in iudicio non forma Dei, qua æqualis est Patri, nec ab impijs videri potest, sed forma hominis apparebit, qua minoratus est etiam modico minus ab Angelis, quanuis iam in claritate non in pristina sit humilitate vēturus, conspicuus, tamē futurus à bonis, & malis: Hinc ait illud: *Et potestatē dedit ei iudicium facere, quoniam Filius hominis est.* In quibus verbis eius manifestatur, non eam formā præsentandam esse iudicio, in qua cū esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed illam quā cum semetipsum exinaniisset accepit: *Semetipsum enim exinaniuit formā serui accipiēs*: in qua videtur etiam ad faciendum iudicium, obedientiam suam commendasse, cum dixit: Non possum facere à me ipso quicquam, sicut audio iudico. Adā namque per cuius vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, non sicut audiuit iudicauit, quia quod audiuit præuaricatus est, & à semetipso fecit malum quod fecit, quia non Dei voluntatem, sed suam fecit. Iste autem per cuius vnius hominis obedientiam iusti constituuntur multi, non solum obediens fuit, vsque ad mortem crucis, in qua est viuus iudicatus à mortuis: sed obedientem se futurum promittens in ipso quoque iudicio, quo est de viuis iudicaturus, & mortuis. Non possum, inquit, à me ipso facere quicquam: sicut audio iudico: sed nunquid de Spiritusancto quod dictum est. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcumque audiet loquetur, secūdum hominem, vel secundum assumptionem, cuiusquā creaturæ dictum esse audiuimus opinari? Solus quippe in Trinitate Filius formam serui accepit, quæ forma illi ad vnitatem personæ coaptata est, id est, vt Filius Dei, & filius hominis, vnus sit Iesus Christus, nec nō trinitas, sed quaternitas prædicetur, quod absit à nobis: propter quā personam profecto vnam ex duabus substantijs diuina humanaquè constantem aliquando, secundum id quod Dominꝰ est loquitur, vt est illud quod ait: *Ego & Pater vnum sumus.* aliquā do secūdum id quod homo est, sicuti est illud: *Quoniam Pater maior me est*, secundum quod accepimus esse ab eo dictum, & hoc nunc disputo, non possum à me ipso facere quicquam, sicut audio iudico. In persona verò Spiritussancti, quomodo id accipiamus quod ait, nō enim loquetur à semetipso, sed quęcumque audiet loquetur, cum in ea non sit alia diuinitatis, alia humanitatis, vel alterius creaturę cuiuscūque substantia, magna exoritur difficultas. Illud enim quod sicut columba Spiritussanctus apparuit, specie corporali visio fuit ad horam facta, atque transacta: sicut etiam quando super Discipulos venit, visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnumquemque eorum. Quicr go dicit columbam, ad vnitatem personæ Spiritusancto fuisse coniunctum, vt ex illa & Deo, quia Spiritussanctus Deus est, vna Spiritussancti persona constaret, & hoc etiam de illo igne compellitur dicere, vt intelligat nihil horum debere se dicere: Ista enim quæ de substantia Dei quoquomodo vt opus erat significāda corporeis hominum sensibus se intulerunt atque transierunt, ad horam diuinitꝰ facta sunt, de creatura seruiē te, non de ipsa dominante natura, quæ in se manēs, quod vult mouet, & quod vult immutabilis mutat, sicut etiam vox illa de nube aures vtique attigit corporales, cū que sensum corporis, qui vocatur auditus,

Phil. 2.

Rom. 5.

Ioann. 10.

Ioann. 14.

Ioann. 1.

Actor. 2.

auditus,nec tamen vllo modo credendum eſt Verbum Dei,quod eſt vnigenitus Filius,quoniam verbũ dicitur ſyllabis,ſoniſq; finiri quia nec omnes ſimul ſonare poſſunt cum ſermo fit,ſed tanquam naſcẽtes morientibus ordine ſuo ſono quicunque ſuccedũt, vt totũ quod loquimur nouiſsima ſyllaba compleatur. Abſit vt ſic loquatur Pater ad Filium,hoc eſt Deus ad Verbum ſuum Deum, ſed hoc eorum eſt capere quantum ab homine capi poteſt, ad quos nõ lac pertinet, ſed ſolidus cibus. Cum igitur Spiritusſanctus, nulla ſuſceptione hominis ſit homo factus, nulla ſuſceptione Angeli,ſit angelus factus; nulla ſuſceptione cuiuſquam creaturæ,creatura ſit factus,quomodo de illo intelligẽdum eſt, quod Dominus ait:*Nõ enim loquetur à ſemetipſo ſed quæcumque audiet loquetur?* Ardua quæſtio nimis ardua, ipſe adſit Spiritus, vt ſaltim ſicut eã cogitare poſſumus,ſic eloqui poſsim⁹, ac ſic ad intelligentiam veſtram pro mei moduli facultate perueniat. Prius itaque noſſe debetis,& intelligere poteſtis, credere autẽ, qui intelligere nondum poteſtis, in ea ſubſtantia,quæ Deus eſt,non quaſi per corporis molem ſenſus locis proprijs diſtributos, ſicut in carne mortali quorumcumq; animalium alibi eſt viſus, alibi auditus,alibi guſtus,alibi olfatus, per totum autẽ tactus. Abſit hoc credere in illa incorporea immutabiliq́ue natura,audire. Ergo ibi & videre,idipſum eſt. Dicitur & olfactus in Deo, vnde dicit Apoſtolus: *Sicut & Chriſtus dilexit nos,& tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam Deo, in odorem ſuauitatis.* Et guſtus intelligi poteſt, ſecundũ quem Deus, & odit amadicantes; & nec frigidos, nec calidos ſed tepidos euomit ex ore ſuo: & Ieſus

Ad Galat. 2. & ad Ephe. 5

A Chriſtus dicit: *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui me miſit.* Eſt etiam tactus ille diuinus. Vnde dicit ſponſa de ſponſo: Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera eius cõplectitur me: non ſunt hæc in Deo per diuerſa corporis loca: cum enim dicitur ſcire ibi ſunt omnia & videre, & audire, & olfacere, & guſtare, & tangere, ſine vlla eius mutatione ſubſtantiæ, ſine vlla molle,quæ in alia parte maior, in alia minor, etiam in ſenſibus pueri li pectore cogitatur, quãdo De⁹ B ſic cogitatur. Nec mireris, quod ineffabilis Dei ſcientia,qua nouit omnia per varios humanę locutionis modos omnium iſtorum corporalium ſenſuum nominibus nũcupatur, cum & ipſa mens noſtra hoc eſt homo interior, cui vniformiter ſcienti per hos quinque veluti nuntios corporis diuerſa nuntiantur, quando immutabilem veritatem intelligit, eligit, diligit,& lumen videt,de quo dicitur: C Erat lumen verum,& verbum audit de quo dicitur,in principio erat verbum: & odorẽ capit de quo dicitur poſt odorem vnguentorũ tuorum currimus: & fontem bibit, de quo dicitur,apud te eſt fons vitæ,& tactu fruitur,de quo dicitur: Mihi autem adhærere Deo bonũ eſt: nec aliud atque aliud, ſed vna intelligentia tot ſenſuum nominibus nuncupatur. Cum ergo de D Spirituſancto dicitur: *Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur:* Multo magis ibi ſimplex natura, vbi veriſsime ſimplex eſt, vel intelligenda eſt, vel credenda quæ longe lateque naturam noſtræ mentis excedit. Mutabilis quippe eſt mens noſtra,quę percipit diſcẽdo, quod neſciebat, & amittit dediſcendo quod ſciebat: & veriſimilitudine fallitur, vt pro vero approbet falſum & obſcu-

ritate

Apoc.3.

Ioann.4. Cant.2.

Cant.1. Pſalm.35. Pſalm.72.

ritate ſua quaſi quibuſdam tenebris impeditur ne perueniat ad verum. Et ideo non eſt iſta ſubſtantia veriſsime ſimplex, cui non hoc eſt eſſe quod noſſe, poteſt enim eſſe nec noſſe. Atqui illa diuina non poteſt, quia id quod habet eſt ac per hoc non ſic habet ſcientiam, vt aliud illi ſit ſcientia qua ſcit, aliud eſſentia qua eſt, ſed vtrumque vnum eſt: neque vtrumque dicendum eſt, quod ſimiliter vnum eſt, ſicut habet Pater vitam in ſemetipſo, nec aliud eſt ipſe quã vita quę in ipſo eſt, & dedit Filio habere vitam in ſemetipſo, hoc eſt genuit filium, qui & ipſe vita eſſet. Sic itaque debemus accipere, quod de Spiritu ſancto dictum eſt, non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcũque audiet loquetur. Vt intelligamus nõ eum eſſe à ſemetipſo, Pater quippe ſolus de alio non eſt, nã & Filius de Patre natus eſt, & Spiritus ſanctus de Patre procedit. Pater autẽ nec natus eſt de alio, nec procedit. Nec ideo ſane aliqua diſparilitas, in ſumma illa Trinitate cogitatione occurrat humanæ, nã & Filius ei de quo natus eſt, & Spiritus ſanctus ei de quo procedit equalis eſt. Quid autem illic interſit inter procedere & naſci, & longum eſt quærendo diſſerere, & temerarium cum diſſerueris definire: quia hoc & menti vt cumq; cõprehendere, & ſi quid forte mens inde comprehenderit, linguæ difficillimum eſt explicare, quantuſlibet præſit doctor, quãtuſlibet adſit auditor. Non ergo loquætur à ſemetipſo, quia non eſt à ſemetipſo, ſed quæcũque audiet loquetur, ab illo audiet à quo procedit. Audire illi ſcire eſt: ſcire vero eſſe, ſicut ſuperius diſputatum eſt. Quia ergo non eſt à ſemetipſo, ſed ab illo à quo procedit, à quo illi eſt eſſentia, ab illo ſcientia, ab illo igitur audientia, à quo nihil eſt aliud quàm ſcientia, nec mouear quod verbum futuri temporis poſitum eſt. Non enim dictum eſt, quæcũque audiuit aut quæcumque audit, ſed quæcunque audiet loquetur. Illa quippe audientia ſempiterna eſt, quia ſempiterna eſt ſcientia, in eo autem quod ſempiternum eſt, ſine initio & ſine fine, cuiuſlibet temporis verbum ponatur, ſiue præteriti, ſiue præſentis, ſiue futuri, non mendaciter ponitur.

Cyrill. in theſauro, lib. 13. c. 3

Obiectio hæreticorum.

SEd quomodo (inquiunt) non erit ſtultum ex ſubſtãtia Dei Patris Spiritum prædicare, & Deũ ipſum putare? quũ Deus perfectus ſit & nihil habeat imperfectionis: Spiritus autem imperfectus, quippe qui nihil habeat ex ſeipſo, ſed quicquid habet participatione habeat: quod liquide Saluator in Euãgelijs dicit: *Non enim* (inquit) *loquetur à ſeipſo, ſed loquetur quæ audiet.* Certè ſi Spiritus perfectionem haberet, loqueretur etiam à ſeipſo, nec admonitione alterius ſemper egeret.

Solutio.

NOn iniuria mirabitur aliquis tantum eſſe hæreticorum, vel ſuperbiam, vel amẽtiam. Quibus enim doceri poſſunt Deũ eſſe Spiritum ſanctum, & fructum (vt ita dicã) diuinæ eſſentiæ, quoniam in ipſa eſt, & ex ipſa inſeparabiliter prouenit, & eiuſdem ſubſtãtiæ cum Patre, & Filio, & in propria hypoſthaſi illis ipſis magiſtur bari videntur, ſed peccatis (vt ſcribitur) proprijs oppreſsi rectã Diſcipulorum Chriſti viam agere non poſſunt. Non enim hæc Saluator de Spiritu ſancto dicit, vt imper-

imperfectionem eius ostẽdat, sed vt auditores intelligant se non aliud audituros à Spiritusancto, quam quod ipse vellit. Id autẽ eiusdem substantiæ Spiritum, & Filiũ probat. Mens enim Filij Spiritus est secundum Paulum: *Nos autem mentem Christi habemus*, inquit non ergo potest Spiritus alia loqui quã ille cuius mens est. Nihil ergo ex seipso loquuturum Spiritum dixit, quasi diceret: Ego ipse rursum loquuturus vobis sum: quemadmodum si humana mens de prodeunte ab ipse sermone diceret; Nihil loquetur à seipso, sed loquetur quę audiat non enim propter hoc sermonem hominis qui prius in mẽte. Vnde prodit formatur, & ea quę mentis sunt accipit, imperfectum aliquis dicet imo naturalem coniunctionem sermonis cum mẽte videbit: quoniam quæ in mente sunt, ea ipsa in sermone sunt. Huiusmodi aliquid de Spiritu quoq; sancto intelligere oportet. Nam cum mens Christi sit omnia quæ Christi sunt Discipulis loquitur. Non enim ex propria voluntate aut aliena volũtate eius, in quo & ex quo est loquitur, sed veluti ex substãtia eius naturaliter prodiẽs totam ipsius voluntatem operatio numque habet. Quod autẽ ex substantia Patris & Filij, Spiritus sanctus sit, beatus quoq; Moses ostendit, formato enim ex terra homine sufflasse in faciem ipsius Deum ait Spiritum vitæ & factum esse hominem in animam viuentem: Spiritum aut ita per sufflationem homini datum non dicimus animam esse hominis: esset enim immutabilis tanquam ex diuina progressa essentia: sed Spiritus sancti participationem, animæ hominis impositam credimus: creatura enim per spiritum perfectio est. Hinc ad imaginem Dei hominem factũ asserimus, quoniã participatione Spiritus sancti ad Deũ formatus fuit, sed quẽ spiritũ Moses per sufflationẽ datum homini asseruit. Hunc Christus denuo post resurrectionem in nobis renouãs, insufflauit Discipulis suis dicens: *Accipite Spiritum sanctum*, vt reformati ad pristinam imaginem creatori conformaremur, per participationem Spiritus sancti. Quoniã igitur Spiritus sanctus nobis datꝰ conformes nos Deo efficit, & quoniam ex Patre per Filium prodit, patet quod diuinæ substantiæ est in ipsa substantialiter, & ex ipsa prodiens, sicut Spiritus qui ex humano prodit ore. Quamuis parua & indigna similitudo videatur, omnia enim Deus excedit.

1. Corin. 7.

Genes. 2.

Idacius Clarus aduersus Varimadum Arrianum.

SI dixerint de Spiritusancto quod non à semetipso loquutus sit, sed quæ audiuit à Filio protulit. RESP. Nos igitur qui Spiritum sanctum Deum & Dominũ confitemur nõ iussione alterius, sed potestate propria ostendimus fuisse locutuũ Paulo Apostolo Dõctore gentium attestante: *Æmulamini* (ait) *spiritualia dona magis autem vt prophetis*: qui enim loquitur lingua non hominibus loquitur sed Deo: nemo enim audit, Spiritus enim loquitur mysteria. Et Dñs Discipulis dixit: *Cũ tradiderint vos nolite cogitare quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid dicatis, non enim vos estis qui loquimini, sed quod dabitũ fuerit vobis in illa hora id loquamini, non enim estis vos loquentes sed Spiritus sanctꝰ*. Ex hoc itaq; debes arguere quia nõ sunt ab inuicem Filius & Spiritus sanctus natura Deitatis diuersi, qui in vnitate Spiritus & vinculo pacis sibimet videtur esse coniuncti.

TEXTVS.

ILLE me clarificabit.

Auguſt. tract. in Ioan. 100. tomo. 9.

NON negligenter eſt tranſeundum, quod enim ait: ille me clarificabit poteſt intelligi, quia diffundendo in cordibus credentium charitatem ſpiritaliſq; faciendo declarauit eis, quomodo Filius Patri eſſet æqualis, quem ſecundum carnem prius tantummodo nouerant, & hominem ſicut homines cogitabant. Vel certe quia per ipſam charitatẽ fiducia repleti, & timore depulſo annuntiauerunt hominibus Chriſtum, ac ſi fama eius diffuſa eſt in toto orbe terrarum, vt ſic dixerit ille, me clarificabit, tãquam diceret ille vobis auferet timorem, & dabit amorem quo me ardentius prædicantes gloriæ, me dabitis odorem, commendabitis honorem. Quod enim facturi fuerant in Spiritu ſancto, hoc eundem ſpiritum dixit eſſe facturum, quale eſt etiam illud non enim vos eſtis qui loquimini, *ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis*. Verbum quippe Græcum quod eſt *doxaſe*, alius clarificabit, alius glorificabit: Latini interpretes in ſua quiſq; tranſlatione poſuerunt quoniã ipſa, quę Græce dicitur *doxaſe*. Vnde dictum eſt verbum *doxaſe*, & claritas interpretatur & gloria. Gloria nãq; fit quiſque clarus & claritate gloriofus, ac per hoc, quod vtroque verbo ſignificatur idipſum eſt, ſicut autem diffinierũt antiqui Latinę linguæ clariſsimi authores, gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude que cum eſt in hoc mũdo facta de Chriſto, non Chriſto credenda eſt magnum aliquid contuliſſe, ſed mundo. Bonum enim laudare non laudato, ſed laudantibus prodeſt.

Matth. 10.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 1.

QVIA myſterium Chriſti reuelaturus dignis Spiritus erat, vt ſcirent quis natura Chriſtus eſt, & quanta ſit virtus eius atque poteſtas, idcirco ait: quia ille me clarificabit. Ita parua de ipſo terreſtriaque ſecundum Iudæos opinari nos non patitur. Ille enim hominem nudum parum Prophetis, maiorem, aut etiam minorem putabant. Varia enim multaq; Iudæorum Principes de ipſo dicebant: modo quidem quis tu es? clamantes: *Abraham & Prophetæ mortui ſunt, & tu dicere audes: ſi quis ſermonem meum ſeruabit is mortem non videbit? quem te ipſum facis?* modo humilitatem generis eius exprobrantes nonne hic eſt dicebant Ioſeph filius, cuius nos, & Patrem & matrem cognouimus, cur ergo dicit quia de cælo deſcendi. Perſpicis Iudaicarum ratiocinationum miſeriam. Sic igitur multis propter carnem Domini affectis quãta ſit gloria mea, Spiritus, inquit meus docebit. Nec rationibus ſolummodo veris perſuadebit, ſed demonſtratione rerum animos eorum firmabit, quia Deus ſim, & fructus ſubſtantiæ Dei Patris. Quæ igitur demõſtratio eſt, quia Chriſtum clarificabit? cognitionem exquiſitam totius myſterij in mente hominum faciens, clarificationem atque

Ioann. 8.

Ioann. 6.

que gloriam illi acquirit: facile namque diuina natura cum vniuerſa in oculis eius nuda apertaque ſint abſque verbis docere poteſt, quos vult: clarificatur igitur à Paracleto, id eſt, à proprio Spiritu Filius clarificatur autem: qui cum Spiritus ei⁹ omnia ſcire poſſeque perſpiciatur quomodo neſcire ipſe quicquam aut minus poſſe credetur? Et ſi de ſeipſo accipit Spiritus qui omnia poteſt quomodo ipſe non erit omnipotens? Minimè autem alicuius rei Spiritus indiget naturaliter, vt accipere illi, quod nõ habeat, opus ſit: hoc enim credere impiũ eſt, verum quoniã conſubſtantialis Filio eſt, procediq; per eum omnem eius habens virtutem: ideo ait, quia de meo accipiet. Subſiſtere namque per ſe Spiritum credimus, & id eſſe vere quod dicitur. Verum cum inſit in ſubſtantia Dei, & ex ea procedat omnia, quæ Dei ſunt in ſeipſo naturaliter habet, non enim participatione aut habitudine, nec vt alius à ſubſtantia Dei, ſed quẽadmodum floris odor qualitatem eius naturalem olfatui offert, ita de Deo & de Spiritu ſancto intelliges ſublimius vim exempli accipiens: Nihil igitur detrahitur Spiritui, quum accipere à Filio creda tur. Nam cum per Filium naturaliter procedat vt proprius eius, quum omnibus quæ abſolute habet accipere dicit, quæ ipſius ſunt. Hæc ſi non ita ſignificantibus verbis dicta ſunt, conturbari non decet imbecillitatis, humanæ memores, quæ diuina hæc dicere vt oportet, non poteſt, annuntiabit ergo inquit vobis de meo accipiens, id eſt, non aliud quam ego vellim, exponet. Quumq; Spiritus meus ſit, ea dicet quæ mea ſunt.

Ad Hebr. 4.

TEXTVS.

ILLE me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Idacius Clarus aduerſus Varimadum Arianum.

SI tibi dixerint, quod de Spiritu ſancto dixerit Filius: ille me glorificabit, quia de meo accipiet. RESP. Spiritus ſancti potentia ſi qualis vel quanta ſit vultis agnoſcere. Ex Apoſtoli Pauli doctrina poteſtis vniuerſa condiſcere ipſo dicente: *Vnicuique datur inquit manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem, alijs quidem datur per Spiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, ſecũdum eundẽ Spiritum alteri fides in eundem Spiritum. Alij donatio curationũ in vno ſpiritu, alij operationes virtutũ, alij prophetia, alij diiudicatio Spiritus, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Omnia hæc operatur, vnus atque idem Spiritus diuidens propria ſingulis pro vult. Et Dominus in Euangelio. Nolite mirari inquit, quia dixi vobis, oportet vos denuo naſci, quia ſpiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis, vnde veniat aut quo vadat.* Et Apoſtolus. *Si enim ſermo qui per Angelos dictus eſt, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia iuſtam accipit retributionis mercedẽ:* quo modo nos effugiemus tantam negligentes ſalutem, quæ cum initium accepiſſet vt narraretur per Dominum ab his qui audierunt

1. Cor. 12.

Ioam. 3.

Ad Hebr. 2.

in nobis confirmata eſt conteſtante Deo ſignis & prodigijs, varijs virtutibus & Spiritus ſancti diuiſionibus, ſecundum ſuam voluntatem. Cum ergo non neſcias Spiritum ſanctum dona ſuperiùs comprehenſa, propria voluntate ſingulis ſuis ſepartitam quomodo eum adſtruis. Hæc omnia tanquam nihil habentem à Filio accepiſſe, qui & ipſum Dominum miſit & Prophetas, atq; Apoſtolos ſua virtute repleuerit.

Cyrill. in theſauro, lib. 13. c. 4

Obiectio hæreticorum.

SAnctificare inquiunt Spiritũ ſanctum etiam ipſi cõfitemur, ſed non quia ipſe per ſeipſum Sanctus ſit: ſed quemadmodum vaſculum quodpiam ex ferro (verbi gratia) vel auro, vel ex quacunque materia, velis cum participatione ignitum fuerit ignis ipſius opera facit: ſic & Spiritus ſanctus cũ ſanctitate Dei participatione refertus fuerit creaturas ipſe ſanctificat. Cuius rei Saluator ipſe teſtimonium perhibet dicens de Spiritu: *Quia ex meo accipiet.*

Ioann. 16.

Solutio.

VNdique argumentum hoc ſuum impietate refertũ probabitur. Nõ enim intelligere ſcripturas, ſed peruertere conari videntur. Nam verba etiam quædã Saluatoris ad comprobandam falſitatem proferunt, neque ſenſum textus exponentes, & multa conſequentia antecedentiaque cõſulto pretereuntes, vt ad ſententiam ſuam Euangelij verba doloſe accommodent. Non enim, inquit, Saluator ex meo accipiet, & ſanctificabit vos, quãuis etiã ſi recte intelligentibus pia veritas pateret: ſed de meo inquit accipiet, & annuntiabit vobis. Nõ enim inquit loquetur à ſeipſo, ſed quæcunque audiet loquetur. Nam quoniã carnis diſpenſatione iam fere abſoluta aſcenſurus erat ad Patrem, & Paracletum miſſurus, ne quis ſuſpicaretur alienã fortaſsis doctrinam Spiritus ſancti à ſua fore, vt oſtenderet ſuum eſſet Spiritũ ſanctum, ac ideo non alia verba locuturum, quam ipſe vellet, & eãdem voluntatem ac vnam doctrinam ſuam, & Spiritus oſtenderet: non loquetur inquit, à ſeipſo, ſed quæcumque audiet loquetur, quia ex meo accipiet. Simile enim pene eſt, ſi mel quoquè de dulcedine ſua, quæ qualitas ſibi naturalis ineſt, nihil ſui dulcedo mea dabit à ſe ipſa guſtantibus, ſed de meo accipiet, naturaliter enim ſubſtantiarum qualitas, atque inſeparabiliter prodit, ex ipſis, vt verbi gratia, dulcedo ex melle, calor ex igne, frigiditas ex aqua: ſicut igitur iſtæ qualitates non dicuntur participare ſubſtantias, in quibus ſunt ſed naturaliter in eis eſſe & ex eis prodire: ſic de Spiritu quoque ſancto intelligendum eſt. Prætereà quicquid per participationem ſanctitatis receptaculum eſt, in propria natura conſtitutum prius intelligitur, vt verbi gratia, homo Angelus aut aliqua alia rationalis natura. Dicant ergo nobis iſti qui per participationem Dei Patris, non naturaliter ſanctum eſſe Spiritum ſanctum contendunt, quid nam aliud eſt ipſe Spiritus ſanctus per ſe? ſed nihil aliud quam ſanctum eſſe à ſcripturis didicimus. Non ergo per participationẽ, nec per compoſitionẽ ſanctus eſt, ſed ſubſtantia eſt per ſeipſam, & naturaliter ſanctificatiua ex Deo prodiens, ſicut dulcedo ex melle, aut ſicut ex flore odor.

Ad

Ad hæc quod per participationem alicui datur auferri etiã ab eo potest, sola enim quæ naturaliter insunt inseparabilia sunt, si ergo quasi accidens Spiritui sancto sanctificatio accessit, poterit secundum ipsos, ipsa sanctitate Spiritus sanctus priuari, quod impium omninò est. Non igitur participatione sanctitatis, sanct⁹ est Spiritus, sed quia ex Deo naturaliter est: accedit quod Scriptura Spiritum Dei, sanctum semper appellat. Vnde ostenditur, non accidens aliquod, sed ipsam essentiam Spiritus sancti significari. Sanctus enim Spiritus dicitur, quia sanctus essentialiter est, naturalis enim & viua & subsistens Dei operatio est, quæ creaturas per suam participationẽ perficit. Postremò omnium rerũ nomina aut substãtias ipsas aut operationẽ vel ministerium significant. Vt si hominẽ dixeris substãtiam, hoc est ipsum hominem significasti. Prophetam autem aut Apostolũ si appellaueris, ministeriũ homini datũ expressisti: si ergo Spiritus sanctus per participationẽ sanctus est, erit sanctitatis nomẽ ministerij sui, nõ substantię significationum. Quare si non erit secundum essentiã sanctus, necesse est, aliud aliquid ipsum Spiritũ esse, & sanctificandi proprietatem extrinsecus sibi adiectam à Deo, & ita erit imperfectus essentialiter, quum Dei significatione indigeat. Quomodo igitur ipse si imperfectus est omnes perficit creaturas aut quomodo si participatione sanctus est, non solũ homines verũ etiam Angelos, Archãgelos, Potestates, Dominationes, Principatus, cæteraq; eorũ virtutes ipse sanctificata. Quomodo autẽ à Patre ipse sanctificatione repletur? Quia videlicet dicunt virt⁹ & operatio sanctificans à Patre in Spiritum sanctũ transit, sed quod opus est, Ovos qualitates & accidẽtia in Deo fingere, ipsam enim sanctificandi virtutẽ, quæ ex Patre naturaliter prodit, & creaturas sanctificat atq; perficit, Spiritum sanctũ appellam⁹, nõ enim per mediũ aliquod creaturę perficiuntur, aut sanctificantur, sed ipse Deus pro misericordia sua ad minima vsq; peruenit & perficit, atq; sanctificat omnia per proprium Spiritũ. Omnia enim ex Patre per Filiũ in Spiritu sancto facta sunt: ad hæc, *Lex* (inquit) *per Mosem data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est*. Magnũ quid, immo immẽsum inter Mosi & mediatoris Domini nostri Iesu Christi ministeriũ interesse videtur. Necesse enim est Mosi legem imperfectã, & quasi mancam concedere. Nihil enim secundũ Paulum perficit. At vero Saluatoris gratia, vera & perfecta esse scribitur. Quæ igitur hæc gratia est, nõ alia certa, quam sancti Spiritus in cordibus nostris facta infusio. Hæc quomodo vera erit, si per creaturam nobis ministrata est, sicut lex per Angelos fuit? Si enim Spiritus sanctus non est natura sanctus, sed participationem Deitatis sanctitate repletur, & datam sibi gratiam nobis infundit, perspicuum erit, per creaturã nobis sanctificationem infundi. Quæ igitur differẽtia erit inter legem per Angelos ministratam, & gratiam Saluatoris? Nulla profecto, aut parua secundum istos Euãgelium autem immensam esse prædicat, gratia autem, inquit, & veritas per Saluatorem facta est: gratia vero effusio sancti Spiritus in cordib⁹ nostris est. Ipse igitur Spiritus sanctus essentialiter vt Deus verus, sanctus est, & non participatione sicuti creatura.

Ioann. 1.

Ad Hebr. 7.

TEXTVS.

OMNIA quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi quod de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

Marius Victorinus aduerſus Arium, lib. 1.

DICIT Saluator: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt*: Et idcir
A eo dixi: ex meo accipiet. *Non enim loquetur à ſemetipſo ſed quæcunque audit, loquetur*: ſanctus igitur Spiritus ſi loquitur à Filio, loquitur ipſum autem à Patre, Vox igitur, & *logos*, & verbum, iſti tres, propter quod ad vnum tres: ſed Pater quidem in ſilentio, loquitur Filius in manifeſto, & in locutione: ſanctus Spiritus non in manifeſto loquitur, ſed qui loquitur ſpiritaliter loquitur. Iſta igitur tria rara lumina, magis autem vnum lumen verum, vnus logos, vna vox, vnum verbum, hoc eſt, vna potentia actiua conſonat, antequam faciet eſſe quidam.

Ambroſius de fide. lib. 2. c. 3.

C OMnia quæ Pater habet, mea ſunt. Quæ ſunt omnia? Non vtique locutus eſt de creatis, hęc enim omnia facta ſunt per Filiũ, ſed ea quæ Pater habet, id eſt æternitatẽ maieſtatem diuinitatemque naſcendo poſsidet. Ergo eum qui omnia habet quæ Pater habet Scriptum eſt enim: *Omnia quæ Pater habet, mea ſunt*. Omnipotentem eſſe dubitare non poſsimus.

Auguſtinus contra ſermonem Arianorum, capit. 23.

FIlius, inquiunt, adorat & honorat Patrem: Spiritusſanctus adorat & honorat Filiũ. Hic non opus eſt ſcrupuloſe velle diſcernere inter honorare, & adorare, quid diſtet. Propter formam enim ſerui dicuntur, iſta de Filio. Dicant ſi poſſunt vbi legerint adorari Filium à Spirituſancto? Quod enim ſubijciunt. Vnde hoc probare conentur, quia videlicet ſcriptum eſt: *Pater ego te honorificaui ſuper terram opus quod dediſti mihi conſummaui*: & de Spirituſancto, *Ille me honorificabit quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis*: Ad rem de qua agitur non pertinet. Honorat enim omnis qui adorat, nõ autẽ adorat omnis qui honorat. Nã & fratres ſecundum Apoſtolum inuicem ſe honore præueniunt, nec tamen inuicem adorant. Alioquin ſi honorificare, hoc eſt adorare: dicãt ſi placet quod Filium adoret, & Pater, & hoc iubente Filio, qui ei dicit honorifica me. Quod autem dixit de Spirituſancto: *De meo accipiet*: ſoluit ipſe quæſtionem, ne putetur quaſi per quoſdam gradus, ſic de illo eſſet Spiritusſanctus, quomodo eſt ipſe de Patre, cum ambo de Patre, ille naſcatur, ille procedat, quæ duo in illius naturæ ſublimitate diſcernere omnino difficile eſt. Ergo in hoc putaretur vt dixi; continuo ſubiecit: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt*. Propterea dixi de meo accipiet. Ita ſine dubio intelligi volens, quod de Patre accipiat: ſed ideo de ipſo quia omnia quæ habet Pater ipſi ſunt. Hæc autem non eſt diuerſitatis naturæ ſed vnius principij cõmendatio: ſecũdum hoc itaq; Spiritusſanctus nõ à ſeipſo loquitur, quia

B D Ioann. 17.

quia non eſt à ſeipſo, qui de Patre procedit, ſicut nec Filius poteſt à ſe facere quicquam, quia nec ipſe à ſeipſo eſt ſicut iam ſuperius expoſui: nam quod in omnibus nutum Patris expectet: non enim ait, niſi quod videret Patrem inuẽtem, ſed quod viderit Patrem facientem ſecundum ea quæ iam diſputauimus. Quod autem in omnibus Spiritus ſanctus Chriſti præceptum expectet (vt dicunt) legãt ſi poſſunt. Quod enim dictum eſt, non à ſe loquetur non eſt dictum, quæcumq; à me audierit, ſed *quæcunque audierit loquetur*. Cur autem dictum ſit pauloante iam claruit ex ipſius quam commemoraui Domini expoſitionẽ vbi ait: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt*: propterea dixit, *de meo accipiet*. Vnde autem accipiet, inde eſt proculdubio quod loquitur, quia inde audit vnde procedit. Scit enim Dei verbũ procendo inde, vnde naſcitur Verbum, ita vt ſit communiter Spiritus, & Patris, & verbi.

Cyrillus in theſauro, lib. 12. cap. 15.

OMnia deinde (inquit) quæ Pater habet, mea ſunt. Si omnia quæ Patris, ſunt Filij quoque ſunt. Eſt autem præcipuum eſſentiæ Patris, vt increatæ ſubſtantiæ ſit. Erit ergò etiam Filius ſimiliter increatus, & ita in principio cum Patre, & in Patre verbumque eius, & Filius, eius eſt ſecundum ineffabilem, & incomprehenſibilem, generationeſque modum.

Cyrillus in theſauro, lib. 6. capit. 1.

Ioann. 16. OMnia (inquit) *Patris mea ſunt*. Eſt autem in Patre creandi virtus, eadem ergo etiam in Filio A eſt. Similiter ſaluare, ſanctificare, & omnia quæ Deo conueniũt, ita in Filio ſunt, ſicut in Patre. Deus igitur verus non aliter quam Pater eſt non factus, vt hæretici fingunt, ſed ex Patris & ſubſtantia proprie profluens.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 2.

B OMnia quæcunque habet Pater mea ſunt; Propterea dixi, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. Characterem rurſus exactum atque ſincerum hypoſtaſeos patris his ſe verbis Filius oſtẽdit. Intelligere namque facit quia cum ſit fructus ſubſtantiæ Patris, omnia quę eius ſunt ſe ſecũdum naturam attrahit, ita vt propria ſua merito, & ſint & appellentur. Quum enim nihil à Patre penitus Filius differat, præterquam quod Pater non C eſt, cumque in vtroque eadem ſubſtantia, eodem modo perfulgeat, quomodo non erunt communia. Immo vero eadem in vtriſque? vt quæcumque in Patre ſunt, eadem etiam in Filio ſint: & quæcumque in Filio, in Patre quoque ſimiliter: ideò vt ego puto exquiſitiſſima eſt vſus oratione: non enim dixit, quia quæcumque Pater habet, & ego habeo: nec imago quædam exterior ad primitiuum formata, quẽ admodum homines qui ad imaginem Dei facti ſumus, eſſe videatur, ſed mea ſunt ait, idẽtitatem ſubſtantiæ vltimam impropriet atibus incõmutabilibus in vtriſque oſtendens: quod alibi etiam ad Patrem apertiſsime dicit: *Omnia enim mea tua ſunt, inquit, & tua mea*: In quibus enim nulla differentia eſt, ſed ſubſtantiæ idẽtitas maxima, quomodo illis eadem omnia natura non erunt? Habet ergo Deus Pater ex ſeſe & in Ioann. 17.

ſeſe proprium Spiritum quo in ſanctis habitat, per quem myſteria reuelare ſolet, non per miniſtrum. Nihil enim tale recordari oportet, ſed vt per eum qui in ſe ſubſtantialiter ſit, & ex ſe inſeparabiliter procedat. Ac ideo vt propria interpretatur ea quæ ſunt eius in quo eſt: non enim aliter creaturis Pater inhabitat quam per Filium in Spiritu: ſed hic Spiritus Vnigeniti etiam proprius eſt, conſubſtantialis enim Patri Filius eſt. Quoniam ergo, inquit Deus Pater, in Spiritu proprio ſanctis reuelatur, & per eum quæcumque vult, operatur, & hic ipſe Spiritus mihi etiam naturaliter ineſt, hac de cauſa dixi, quia de meo accipiet. Nullus vero turbetur accipiendi verbo, ſed recordetur nos quidem vt homines ea de Deo loqui, quæ non vt verba ſonant, ſed ſublimius intelliguntur. Accipere namque diximus Spiritum ex Patre & Filio, quæ illorum ſunt, non quia non habuerit aliquando, & tunc ſolum habuerit quãdo accepit, ſemper enim ſapiẽs & omnipotẽs Spiritus eſt, imò vero re ipſa ſapientia & virtus, non participatione ſed naturaliter; ſed quemadmodum aromatum odor ex ipſis in olfatum prodit, virtutem illorum naturaliter ac ſemper habens tale quid, imo verò etiam ſuper hoc de Deo, & de Spiritu ſancto intelliges, quaſi enim odor ſubſtantiæ Dei eſt, viuens atque actiuus, à Deo ad creaturas quæ Dei ſunt tranſportans, ac participationem eius immittens. Nam ſi aromatum odor propriam virtutem eorum veſtibus relinquit, & tranſmittit quoddam ad ſe ipſum modo enim in quib⁹ adheſit: quomodo Spiritus ſanctus qui ex Deo naturaliter eſt particeps diuinæ naturæ eos non efficiet, in quibus habitabit, fructus ergo & character, hypoſtaſeos Patris Filius quum ſit diuinaque illius ſunt ſecundum naturam attrahit: ideo ait, Quæcumque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi vobis, *quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Spiritus videlicet ſanctus, qui per eũ, & in eo eſt, per quem in ſanctis, vt & Pater habitat. Non enim aliud præter eum Spiritus eius eſt, licet in propria perſona ſubſiſtat: Spiritus enim ſanctus & non Filius eſt.

Cyrillus in Ioannem, lib. 1. capit. 4.

AD hæc quum ſe Deum verum & ex Deo vero vnigenitum Dei Filium voluerit oſtẽdere: *Omnia* (inquit) *quæ Pater habet, mea ſunt*: Omnium enim quæ Patri naturaliter inſunt. Quoniam ex eo ſecundum naturam eſt, Heres eſt Filius, Pater ſolammodo eſſe nũquam poterit. Id enim vnũ eſt, quod Pater eſt. Erit autem Filius omnium quæ inſunt Patri, ſic hæres, vt nullo careat, etiam ſi Pater nunquam ſit. Et quemadmodũ ipſe omnia Patris poſsidet bona, eodem modo quæ Filij ſunt omnia Patri natura inſunt. Quanuis nunquam in Verbum & in Filiũ, Pater mutari poſsit, ſed maneat ſemper id quod eſt Pater. Hoc enim modo & Pater & Filius immutabilitatem habere intelligentur. Poſtremo non ignoramus, à legis authore Deo nõnullos, quia inter ſanctum & prophanum non diſtinguebant accuſatos fuiſſe. Magna enim inter hæc differentia, contrarietaſque omnibus, qui recte iudicant, eſſe videtur, ſed ſi poſsibele omnino ſit, vt conſubſtantialium natura in ſe ipſam cõfundatur, vt ſingularium & hypoſthaſium propria ad alias hypoſthaſes

Ezech. 22.

ſthaſes eorundem generũ aut ſpecierum tranſeant, quænam ratio ſanctum à prophano diſtinguere poterit? Si nulla ſingulorum differẽtia, quæ hoc aut hoc conſtituat, propter identitatem ſubſtãtię, cõperietur: erunt igitur omnia nobis ſingularium rerum ablata cognitione, inter ſe confuſa: vt Iudas proditor, Petrus aut Paulus ſit. Petruſque rurſum, vel Paulus Iudas ptoditor, quoniam eiuſdem cum eo naturæ ſunt. Quod ſi omni furore furioſius dictu eſt, eiuſdẽ generis aut ſpeciei, atque naturæ ſingularia non amittent: quia eiuſdẽ naturæ ſunt ſingulares propriaſq; ſuas differentias, quibus hoc, & hoc ſunt. Quare nulla humana ratio, tantum vnquam valebit, vt cogere poſsit verbũ, & eſſe & vocari Deum Patrem oportere, quoniam verbo ſuo conſubſtantialis, piè ac vere creditur, manet enim ſemper Pater, nunquam enim deſtinguentem proprietatem, qua hoc eſt, amittere poteſt. Nec propter identitatem ſubſtantiæ, nihil propriũ Patri eſſe, vnquam concedimus. Nec quoniam ita ſe res habet plus quicquam quam Filius habebit: qui cum ex eo propriè ſit immutabilitatem, & æternitatem genitoris poſsidens filiationem ſuam, ita conſereat vt in Patrem mutari non poſsit, ſicuti nec Pater in Filium.

(.?.)

DOMINICA QVINTA POST PASCHA.

Euangelium, Ioannis.16.

TEXTVS.

AMEN *Amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

Gregorius, homilia, 17.

QUOT *quodcumque petieritis Patrem in nomine meo det vobis.* Ecce hic dicit, quodcumque petieritis Patrem in nomine meo det vobis. Rurſum alibi per eundem Euangeliſtam dicit: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis, vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo.* Si omne quod petimus in nomine Filij dat nobis Pater. Quid ergo eſt quod Paulus ter dominum rogauit, & exaudiri non meruit, ſed dictum eſt illi: *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur?* Nunquid ille tàm egregius prædicator in Filij nomine non petijt? Quare autem non accepit quod petijt? Quomodo ergò verũ eſt quia quicquid petierimus Patrẽ in nomine Filij, dat nobis Pater, ſi auferri à ſe angelum ſathanæ petijt Apoſtolus in nomine Filij, & tamen quod fecit non accepit? ſed quia nomen Filij Ieſus eſt, Ieſus autem Saluator, vel etiam ſalutaris dicitur: ille ergo in nomine Saluatoris petit, qui illud petit, quod ad veram ſalutem pertinet. Nam ſi id quod non expedit petitur, nõ in nomine Ieſu petitur Pater. Vnde & eiſdem Apoſtolis adhuc infirmantibus Dominus dicit: *Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo.* Ac ſi aperte diceretur: Non petiſtis in nomine Saluatoris: Qui neſcitis quærere æternam ſalutem. Hinc eſt quòd & Paulus non exauditur: quia ſi liberaretur à tentatione ei non prodeſſet ad ſalutem.

2. Cor. 12.

Quando dat Pater quod petimus ipſum in nomine Chriſti, & quando non.

Marius Victorinus aduerſus Arium, lib. 3.

QVID eſt petere in Chriſti nomine, animam æternam fieri, lucem Dei videre ad ipſum, videndum venire, æternam vitam habere, non diuitias, non filios, non honores, nihil mundanum, ſed ſpirituale omne, atque omne, quo vniti Deo Chriſto iungamur.

Hoc

Hoc enim est vt glorificetur Pater in Filio, id est, in vita æterna quam petentibus dabo.

Cyprianus sermone 6. de Oratione Dominica.

ORemus itaque fratres dilectissimi, sicut Magister Deus docuit. Amica & familiaris oratio est Deum de suo rogare, ad aures eius ascendere Christi orationem, agnoscat Pater Filij sui verba cum precem facimus. Qui habitat intus in pectore, ipse sit in voce. Et cum ipsum habeamus aduocatum apud Patrem, aduocatū pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri verba promamus. Nam cum dicat, quia quodcumq; petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis: quanto efficatius impetramus, quod petimus in Christi nomine, si petamus ipsius oratione.

Augustinus tractatu in Ioannem, 102.

IAm dictum est in superioribus huius Dominicæ sermonis partibus, propter eos qui nonnulla petunt à Patre in Christi nomine nec accipiunt, non petitur in nomine Saluatoris, quicquid petitur contra rationem salutis, non enim sonum literarum, ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat, & quod eo sono recte ac vere citer intelligitur, hoc accipiēdus est dicere, cum dicit in nomine meo: Vnde qui hoc sentit de Christo, quod non est de vnico Dei Filio, sentiēdum non petit in eius nomine, etiamsi nō taceat literis ac syllabis Christum, quoniā in eius nomine petit, quem cogitat cum petit, qui vero quod est de illo sentiendum sentit, ipse in eius nomine petit, & accipit quod petit, si nō contra suam salutem sempiternā petit: accipit autem quando debet accipere, quædam enim non negātur, sed vt congruo dentur tempore, differuntur. Ita sane intelligendum est quod ait dabit vobis, vt ea beneficia significata sciantur his verbis, quæ ad eos qui petunt proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiūtur, vel amicis, vel inimicis suis, vel quibuslibet alijs quia non vt cumque dictum est dabit, sed dabit vobis

TEXTVS.

VSque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 7.

VIrtutem ex alto accepturos ac doctrina Spiritus prudētiores futuros Discipulos dicit: adeò vt omnia etiam absente ipso intelligant: non enim quia lumine suo non indigebunt, non interrogaturos dicit: sed quia Spiritum eius in cordibus suis habentes omni perfecta scientia pleni erunt: perfectam autem scientiam dicimus, rectam atque integram per

quam

quam recte de ſancta Trinitate opinamur. Nam & ſi per ſpeculum in ænigmate ac ex parte cognoſcamus: veris tamen Eccleſiæ dogmatibus inhærentes, & ſenſum ſcripturæ ſyncerè ſequentes, perfectam ſcientiam habemus: quam conſequi nemo poteſt, niſi fulgore Spiritus ſancti. Prætereà adpetendum cum fiducia impellens eos. Amen amen, firmans dixit impetrabitis à Patre quicquid in nomine meo petieritis. In nomine autem meo addidit, vt mediatorem ſe & collargitorem oſtendat. Nullus enim accedit ad Patrem niſi per Filium, per quem adductionẽ habemus ad Patrem in Spiritu, vt ſcriptum eſt: ideo ſe portam & viã appellat. Quia inquit: *Nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Nam in quantum Filius & Deꝰ eſt, vna cum Patre nobis bona largitur. Quod oſtendens Paulus dicebat: *Gratia vobis & pax à Deo Patre & Domino Ieſu Chriſto.* In quãtum verò mediator eſt, & Pontifex, & Paracletus, noſtras preces ad Patrem adducit. Ipſe enim nobis libertatem, atque fiduciam ad Patrem largitur. Orãdum igitur eſt in nomine Saluatoris, ſi exaudiri à Patre volumus, vt accipientes quæ petierimus Spiritali gratia repleti, & prudentiores Spiritum facti aduerſus ſordidas poſsimus voluptates militare, & ita amore virtutis indies, ardiores & fortiores, ad opera ſanctificationis facti retributionis ſpe gaudemus: & mæſtitia conſcientiæ criminũ depulſa gaudio Chriſti mentes noſtras repleamus. Hic orãdi modus priſcis omninò fuit ignotus, conſtituitur autem modo à Chriſto, quando emendationis tempora effulſerunt, & omne nobis bonum per ipſum abſolutè conceſſum eſt: nam ſicut nihil à lege conſumatum fuit, ſicut iuſtitia eius imperfecta, ſic & orandi modus mancus in ea inueniebatur.

1. Cor. 13.

Ad Epheſ. 2.

Ioann. 10.

Ioann. 14.

Roma. 1.

Nouã forma orãdi traditur à Chriſto quam Patres antiqui non habuerunt.

Auguſtinus tracta. in Ioannem, 102. tomo.

VSque modo, inquit, non petiſtis quicquam in nomine meo, petite ac accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum. Hoc quod dicit (gaudium plenum) profecto nõ carnale, ſed ſpiritale gaudium eſt, & quando tantum, erit vt aliquod eiiam nõ ſit addendum, proculdubio tunc erit plenum. Quicquid ergo petitur, quod pertineat ad hoc gaudium conſequendum, hoc eſt in nomine Chriſti petendum, ſi diuinam intelligimus gratiam, ſi vero beatam poſcimus vitam: quicquid autem aliud petitur, nihil petitur. Non quia nulla omnino res eſt, ſed quia in tantę rei comparatione quicquid aliud concupiſcitur, nihil eſt, nec enim prorſus nulla res eſt homo, de qua ait Apoſtolus: *Qui ſe putat aliquid eſſe cum nihil ſit in comparatione:* quippe ſpiritalis hominis, qui ſcit gratia Dei ſe eſſe quod eſt, quiſquis vana præſumit nihil eſt. Sic ergo etiam recte intelligi poteſt: Amen amen dico vobis *ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*: vt hoc quod ait, ſi quid, non quodlibet intelligatur, ſed aliquid quod in Beatæ vitæ comparatione, non nihil ſit. Et quod ſequitur, *Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo*: duobꝰ modis intelligi poteſt, vel quia nõ nomine meo petiſtis, quod nomẽ non ſicut cognoſcendum eſt cognouiſtis, vel non petiſtis quicquã, quoniam in cõparatione rei, quã petere debuiſtis, pro nihilo habẽdum eſt quod petiſtis. Vt igitur in eius nomine nonnihil ſed gaudium plenum petant, quoniam ſi aliquid aliud petunt, idem aliquid nihil

Ad Galat. 6.

nihil est exhortatur dicens: *Petite & accipietis, vt gaudium vestrũ sit plenum.* Id est, hoc in nomine meo petite, vt gaudium vestrum sit plenũ, & accipietis. Isto enim bono in petendo perseuerantes sanctos suos, nequaquam misericordia diuina fraudauit.

Theophylatus in Ioannem.

QVando resurgam, tunc venit super vos Paracletus, & inducet vos in omnẽ veritatem, meq; non rogabitis quicquam tale quale prius, Quò vadis? & ostende nobis Patrem, omnia enim scietis in Spiritu, vel rogabitis, hoc est obsecrabitis, orabitis. Quum igitur ex mortuis resurrexero mittam vobis Paracletum, tunc me non rogabitis: hoc est petetis ita vt sim vester mediator, sed sufficit vobis nomen meum, vt à Patre accipiatis petitiones. Ostẽdit igitur hoc loco nominis sui virtutem: si quidem quum neque videatur, neque obsecratur, sed cùm nominatur, solum talia facit. *Hucusque inquit, non petistis quicquam sub nomine meo.* Ex hoc autem tempore petite, & omnino recipietis, & ita expedit vobis vt ego moriar, siquidem apud Patrem maiorem quam nunc fiduciam inuenturi estis, nõ enim quod separer à vobis existimate vos à me relictos, sed nomen meũ maiorem vobis fiduciam dabit, & gaudium vestrum tunc erit plenissimum, quum accipietis omnes petitiones. Considera autem quod ille sumit, qui sub nomine Christi petit. Nullus igitur ex his qui mũdana petunt, ac animabus damnosa in nomine Christi petit, ideo nec accipit. Nomen enim Christi diuinum est ac salutare, quando autem quis petit, quæ ad perditionem animæ pertinẽt quomodo dicemus illum in salutaris nomine petere?

TEXTVS.

HAec in prouerbijs locutus sum vobis, venit hora cum iã non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de Patre meo annunciabo vobis.

Augustinus tracta. in Ioannem, 102. tom. 9.

POSSEM dicere hanc de qua loquitur horam, futurum oportere seculum intelligi vbi videbimus palam quod Beatus Paulus dicit: *Facie vel faciem*, vt quod ait, hæc in prouerbis loquut⁹ sum vobis, hoc sit quod ab eodem Apostolo dictum est: videmus *nunc per speculum in ænigmate.* Annunciabo autem vobis, quia per Filium Pater videbitur, iuxta illud quod alibi ait: *Nec Patrem quis cognoscet nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare*: Sed istum sensum videtur impedire quod sequitur: *Illo die in nomine meo petetis.* In futuro enim seculo cum peruenimus ad regnum, vbi *similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*: Quid petituri sumus quando satiabitur in bonis desiderium nostrum? Vnde & alio Psalmo legitur: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Petitio namque alicuius est indigentiæ quæ ibi nulla erit, vbi hæc satietas erit. Relinquitur itaque

1. Corint. 13. *Venit hora seculi futuri statum declarat.*

Psalm. 6.

Promittit Christus discipulos suos de carnalib' spirituales facere.

itaque quantum sapere valeo, vt intelligatur Iesus Discipulos suos de carnalibus, vel animalibus spiritales promisisse facturum, quãuis nondum tales, quales erimus, quando spiritale etiam corpus habebimus, sed qualis erat qui dicebat: *Sapientiam loquimur inter perfectos, & non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.* Et non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis quæ & loquimur, non in sapiẽtiæ humanæ doctis verbis, sed docti spiritu à spiritalibus spiritalia comparantes: animalis autem homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei.

1.Cor.2.

Lib.2. Anticimenon.

Ioan.18.

IN ter eum in Euangelio Ioannis agnoscatur Christum dixisse: *Ego palam locutus sum mundo*, quomodo quasi è contra in eodẽ Euãgelio videtur promisisse ad Discipulos dicens: *Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis, venit hora cum iam in prouerbiis loquar vobis, sed palam de Patre meo annunciabo vobis.* Si ergo ipsis coniunctioribus Discipulis non loquebatur palam, sed horàm promittebat, quando palam fuerat locuturus, quomodo palam locutus est mundo. Deinde illis ipsis, sicut aliorum quoque Euangelistarum testatur authoritas in eorum cõparatione qui discipuli eius non erant: multum vtique manifestius loquebatur, quando cum solis erat remotus à turbis; tunc enim eis & parabolas aperiebat quas clausas proferebat ad alios. Quid est ergo in occulto locutus sum nihil? RESP. Sed intelligendum ita eũ dixisse: Palã locutus sum mũdo, ac si dixisset: Multi me audierunt, ipsum autem palam modo

Christus manifestius loquebatur discipulis cũ solus erat remotus à turbis.

A quodam erat palam: palam quid secerat, quia multi audiebãt: & quod seorsus Discipulis loquebatur, nõ occulto itaque loquebatur. Quis namque in occulto loquitur. Cũ scriptum sit: *In ore duorum vel trium testiũ stabit omne verbum*, præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos vellit innotescere multis: sicut ipse Dominus ait illis, quos ad huc paucis habebat: *Quod dico vobis in tenebris*, vsque super tecta. Ergo & hoc ipsum quod ab eo diuidebatur occulte, ac per parabolas totũ argumentum ostendens. Quid igitur Dominus multa eis occulte dixerat, & parabolam narrarat de muliere ac partu dicit. Hæc per paræmias nunc locutus vobis: *Sed venit hora quam non vltra in parabolis loquar, sed libere de Patre annuntiabo vobis.* Post resurrectionem enim eũ se exhibuisset viuum per quadraginta dies, loquebatur eis de Patre magis mystica & manifestiora.

1.Cor.13.

Matt.10.

B

C

D

Chrysostomus homilia in Ioannem, 78.

TEmpus enim cũ omnia aperte intelligetis, hoc est resurrectionis tempus: tunc cum fiducia de Patre annuntiabo vobis. Etenim quadraginta dies, & versatus & locutus est cum eis annũtians, & exponens arcana regni Dei. Nũc enim cum timeatis verbis meis non attenditis: cum vero & me resurrexisse videritis, & cognouerit is fidenter communia intelligere poteritis, quoniam ipse Pater vos amabit cum vestra de me fides confirmabitur.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 8.

Prouerbium quid sit?

PRouerbium modo occultiorem & obumbratum sermonem

nem appellauit: qui cum obſcuritate tegatur, non facile ab audiẽtibus capitur, tali enim dicendi modo prouerbiorum pacto ad vos dixit, veniet hora & tẽpus, in quo palam vobis de gloria Patris loquar, & cognitionem ſupra mentem humanam largiar. Quod autem tempus hoc ſit, ipſe quidem aperte non dixit: nos autem putamus aut illud forſam ſignificari, in quo ſpiritũ ſuum accepimus, aut futurum illum diem poſt, quando huiuſmodi figura tranſiuit, quando gloriam Dei aperte conſpicie- 1. Cor. 12.
mus, & ſcientiam eius abſolutè habebimus, quando prophetia omnis euacuabitur, & omnis ceſſabit cognitio (vt ait Paulus) omnis ea ſcilicet, quam nunc ex parte, & in ſpeculo videmus. Euacuabitur enim quod eſt ex parte, cum perfectio venerit. Quomodo inquies, dicam rurſus. Nam quemadmodum in nocte ſerena ſtellarum ſplendor & pulchritudo apparet, ſole autem oriente particularis ſtellarum ſplendor euacuatur, eodem arbitror modo cognitio iſta præſens, tempore illo deſinet cum perfecta cognoſcendi lux nobis infuſſa fuerit, tunc igitur libere ea pacibus nobis de Patre ſuo Chriſtus nũtiabit. Nam modo per exẽpla nonnunquam atque per ſimilitudines quaſi per vmbras, propter imbecillitatem mentis noſtræ docemur: tunc autem non ita, ſed nuda, vt ita dicam facie atque mente nullo modo impeditam naturę deitatis Patris pulchritudinem, intelligemus gloriam vnigeniti eius conſpicientes: *Videbimus enim ipſum ſicuti eſt* (vt Ioannes ait.) Nũc enim gloriam eius propter naturam humanam, & imbecillitatem noſtram integrè aſpicere nequimus, tempore autẽ illo in propria Patris gloria apparebit. Cũ enim Deus ſit ſecundum naturam atque adeò Patri conſubſtantialis, inæquali dignitate atque gloria fulgere conſpicietur. 1. Ioann. 3.

TEXTVS.

IPSE *Pater amat vos, quia me amaſtis, & credidiſtis quia a Deo exiui.*

Clemens Alexandrinus in Pædagogo, lib. 1. cap. 5.

IN omnibus prodeſt, & in omnibus probat Dominus, & tanquã homo, & tanquam Deus peccata quidem remittens vt Deus, ne peccemus autem Pædagogi ritu inſtituens vt homo, iure ergo homo eſt Deo charus quoniam eius figmentum homo charus, & talia quidem ſolo iuſſu fecit: hominem autem per ſe manu fabricatus eſt, & quid ei proprium inſpirauit quod ergo ab ipſo & ad eius imaginem factum eſt, vel tanquam propter ſe Deo eligendum, ab ipſo Deo fabricatum eſt, vel tanquam propter aliud eligendum effectũ eſt. Si ergo homo eſt propter ſe res eligenda, cum bonus ſit, bonum amauit, & intus eſt in homine id amatorium, quod Dei inſpiratio ſeu inſufflatio dicitur: ſi autem homo res propter alia eligenda factus eſt, non alia fuit Deo cauſa cur hunc faceret quam quod abſq; eo neque

Quare homo tam charus eſt Deo.

Quid ſit inſufflatio Dei.

Abſque hominis factura non poterat ſe Deus inſignem artificem declarare.

neq; Deus poterat eſſe bonus opifex, neque homo peruenire ad Dei cognitionem. Non enim aliter id cuius cauſa homo factus eſt Deus feciſſet, ſi non homo factus eſſet, & quam habuit abſconſam volendo potẽtiam, per externam implet uit faciendi poteſtatem Deus ab homine acceptam, qui fecit hominem, & vidit quem habuit & factum eſt quod voluit, nihil eſt autem quod Deus non poſsit, homo ergo quem fecit Deus, res eſt per ſe eligenda. Quæ res autem per ſe eſt eligenda ei eſt propria ac familiaris, cui per ſe eſt eligenda. Ea autem res eſt expetenda & diligenda, ſed etſi quid eſt diligendũ non poteſt id ab ipſo non diligi. Diligendum autem hominem eſſe oſtẽſum eſt, homo ergo à Deo diligitur, qui enim fieri poteſt, vt non diligatur, propter quem vnigenitus ex ſinu Patris demittitur, Verbũ fidei fides & ſuperabundantia ipſe Dominus, qui aperte confitetur & dicit: *Ipſe enim Pater vos diligit, quia vos me dilexiſtis*: Et ipſe rurſus. *Et dilexiſti ipſos, quemadmodum me dilexiſti.*

Ioann. 16.

Auguſtinus tract. in Ioann. 102. ſuper cap. 16.

IDeo amat ille quia nos amamꝰ, an potius quia ille amat ideo nos amamus? Ex Epiſtola ſua Euãgeliſta, idem ipſe reſpondeat: *Nos diligimus inquit, quia prior ipſe dilexit nos*: Hinc ergo factum eſt vt diligeremus, quia dilecti ſumus, prorſus donum Dei eſt diligere Deũ, quoniam ipſe vt diligeretur dedit qui non dilectus dilexit. Diſplicentes amati ſumus vt eſſet in nobis, vnde placeremus: non enim amaremus Filium, niſi amaremus & Patrem, amat nos Pater, quia nos amamus Filium, cum à Patre & Filio acceperimus, vt & Patrẽ & Filium amemus: diffundit enim charitatem in cordibus noſtris ambo rum Spiritus, per quem Spiritum & Patrem amamus, & Filium, & quem Spiritum amamus cum Patre & Filio, amorem itaquen oſtrum pium quo colimus Deum fecit Deus & vidit quia bonum eſt: ideo quippe amauit ipſe quod fecit, ſed in nobis non faceret quod amaret, niſi antequam id faceret nos amaret.

1. Ioann. 4.

Donum Dei eſt diligere ipſum.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 9.

PEtere aliquid per orationem à Patre nullo modo permittit, niſi in nomine ſuo, Patremque facillime daturum pollicetur, non ſolum mediatione ſui, ſed vltro ad hoc præparatum, quaſi debitum rederet ijs qui Chriſtum peramãt. Nec vllus putet propter tantam Patris beneuolentiam non indigere nos Chriſto: omnia enim per ipſum ex Patre in Spiritu ſunt. Paracletus enim eſt, non ſolum pro peccatis noſtris, ſed etiã pro vniuerſo mundo, ita oſtendit gratiſsimum eſſe Patri, vt ipſe honoretur atque ametur: quod cum non intelexerint Iudæi, non dubitarunt omni eum modo vexare, quia credentium animos à ruditate legali in Euangelicam ſpiritualitatẽ traducebat. Iniquas enim in ipſum linguas mouentes dicebant: ſi à Deo eſſet hic homo, non vtique ſolueret Sabbathum, facillime igitur Patris beneuolentiam habituros affirmat, abſque ambiguitate credentes à Deo Patre ipſum exiuiſſe. Qui benedictione inquit ſpiritali mentes eorum illuminabit, qui rectam de me habẽt opinionem. Exiuiſſe autem à Deo nihil aliud eſt niſi natũ eſſe effuſiſſeque

1. Ioan. 2.

Ioann. 9.

Exire à Deo Filium eſt natum eſſe à Patre.

ſeque ex ſubſtantia Patris eo proceſſu quo eſt, & in propria intelligitur ſubſiſtentia, quanuis nũ omnino diſsiparetur à Patre, in Filio enim Pater, & in Patre Filius ſecundum naturam eſt: aut exiuiſſe à Patre dicit, id eſt, homo factus ſum, & ad veſtram naturam deſcendi. Quaſi enim locus omnium rerum ſua natura eſt, à qua exire videntur, cùm aliud quid quod non habeant aſſumant. Nec dicimus ipſum, quia homo factus eſt, à natura deitatis mutatum fuiſſe. Idem enim eſt in ſecula, ſed quoniam quãuis naturam ſuã ſemper ſeruauerit, atque ſeruet, aſſumpſit tamen in ſe quod non erat, propterea exiuiſſe à Patre dicitur. Sed alio quodam etiam pacto exiuiſſe à Patre intelligi poteſt. Nam cum Phariſæorum imperitia putaret, non à Deo miſſum, ſed à ſe ipſo ad ſoluendam legem veniſſe, atque ita legi voluntatem Dei Patris ſe propugnare, & ipſum vt Deo inimicum pellere, à Deo exiuiſſe affirmat, quod qui crediderint, & amauerint eum hac de cauſa, vt paulò ante dicebamus, viciſsim à Patre amantur: quod ſi Deo amici ſunt, quia à Patre miſſum crediderunt Dei aduerſarij ac inimici neceſſario ſunt qui non crediderunt. Et ſi amantes Filium Pater exaudiuit eorũ qui non amant, orationes nequaquam ſuſcipiet. Quod Eſaias Iudæis prædixit: *Cum extenderitis manus veſtras auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationẽ, non exaudiam manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.*

Ioann. 14.

Ad Heb. 13.

Eſai. 1.

TEXTVS.

EXIVI à Patre & veni in mundum. Iterum relinquo mundum & vado ad Patrem.

Tertullianus aduerſus Praxeam.

EGo enim ex Deo exiui & veni: & tamen non ſeparantur, licet exiſſe dixerit, vt quidam arripiũt huius dicti occaſionem. Exiuit autem à Patre vt radius ex ſole, vt riuus ex fonte, vt fructus ex ſemine.

Simile ad declarandũ quo pacto & modo exiit Filius à Patre.

Auguſtinus de Geneſi cõtra Manichæos, lib. 2. c. 24.

SEd in hoc ſermone pollicitus ſum conſiderationem rerum factu nũquam puto explicatam; & deinde conſiderationem prophetiæ quæ remanet explicanda iam breuiter. Poſito enim tanquam ſigno quodam manifeſto quo cætera dirigantur, non diù nos quantum arbitror iſta conſideratio detinebit. Dicit enim Apoſtolus. *Sacramentum magnum eſſe quod dictum eſt propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Quod ipſe interpretatur ſubijciendo. *Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia:* Ergo quod per hiſtoriam impletum eſt. in Adam per Prophetiam ſignificat Chriſtum, qui reliquit Patrem, cum dicit, Ego à Patre exiui, & veni in hunc mundum: ſed non loco reliquit, quia Deus loco non cõtinetur, nec auerſione peccati, ſicut apoſtatæ relinquit Deum ſed

Ephes. 5.

apparendo hominibus in homine
Ioann.1. *Cum verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Quod ipſum non commutationem naturæ Dei ſignificat, ſed ſuſceptionem naturæ inferioris perſonæ, id eſt, humanæ. Ad hoc valet etiam quod dicitur:
Ad Philip.2. *Semetipſum exinaniuit*, quia nõ mea dignitate apparuit hominibus, in qua eſt apud Patrem blandiẽs eorum infirmitati, qui cor mundum nondum habebant: vnde videretur verbũ in principio Deus apud Deum. Quid eſt ergo quod diximus reliquit Patrẽ, niſi reliquit apparere hominib⁹ ſicut eſt apud Patrem? Itẽ reliquit & matrem, id eſt, Synagogæ, veterem atq; carnalẽ obſeruãtiã, quę illi mater erat, ex ſemine Dauid ſecundũ carnem, & adhęſit vxori ſuę, id eſt, Eccleſiæ, vt ſint duo in carne vna. Dicit enim Apoſtolus: ipſum eſſe caput Eccleſiæ, & Eccleſiã corpus eius, ergo & ipſe ſopitus eſt, ex dormitione paſſionis, vt ei cõiux Eccleſia formaretur, quam dormitionẽ cãtat per Prophetã dicens: *Ego dormiui & ſomnum cepi, & eſurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me.* Formata eſt ergo coniux Eccleſia de latere
Pſalm.3. eius, id eſt, de fide paſſionis & Baptiſmi, nam percuſſum latus eius,
Ioann.19. lancea ſanguinem & aquam fudit.
Ad Roma.1. Factus autẽ vt ſupra dixi: *Ex ſemine Dauid ſecundum carnem*, ſicut Apoſtolus dicit, id eſt, tanquam de limo terræ, cum homo non eſſet qui operaretur in terra, quia nullus
Geneſ.2. homo operatus eſt in virgine, de qua natus eſt Chriſtus, fons autem aſcendebat de terra, & irrigabat omnẽ faciem terrę, id eſt, dignitas terræ mater Domini Virgo Maria, rectiſsime accipitur, quã irrigauit Spiritus ſanctus, qui fontis
Ioann.7. & aquæ nomine in Euangelio ſignificatur, vt qualis de limo terræ talis homo ille fieret, qui cõſtitut⁹ A eſt in Paradiſo, vt operaretur ibi, & cuſtodiret, id eſt, in volũtate Patris vt eã impleret atque ſeruaret.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 10.

EXiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. His firmiter nõ Pſeudo prophetam eſſe nec aliã quam Pater vellet doctrinam traddere (vt Iudęi putabant, demõſtratur. Nã B ſi vere Chriſtus non eſſet ò Iudæi quiſpiam diceret, ſi preter voluntatem Patris Euangelicam prædicaret doctrinã mandata legis non ſufficere ad perfectam pietatem oſtendens ſi Sabbathũ Patre nolente ſolueret, ſi in dæmoniorũ principe eieceret dæmonia, vt vos dicebatis, quomodo poſtea in ipſos cęlos aſcẽdit? Quomodo Pater ad conſeſſum ſuũ libẽter rebellẽ accepit? An forte clam aſcendit? ma C gna multitudo aderat, quibus ab Angelo dictum eſt. *Viri Galilæi cur ſtatis reſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntẽ in cælum.* Quid dicitis, ò Iudæi? nõ recipitis Angeli teſtimonium? Cũ que lex veſtra iubeat in ore duorum aut trium teſtium omne verbum ſtare: vos tantæ multitudinis eorum qui viderunt teſtimonium repudiabitis? Quomodo ergo Pſeu D dopropheta erat, quí cum ſumma poteſtate in cælum ferebatur? aut potius quomodo negare poteritis nõ eſſe ipſum ex Deo Patre, quem lex & Prophetæ prædixerunt? Veniſſe autem in hunc mundũ ait, & nunc ex mundo ad Patrem redire qui neque à Patre aberat homo factus, neque cum ad cælos cum carne redierit, à terris abſit, De⁹ enim verus eſt, & ineffabili virtute omnia replens.

Luc.11.

Actor.1.

Deute.19.

Augu-

Auguſtinus de Trinitate, lib. 1. cap. 10.

HÆC vobiſcum loquutus ſum in ſimilitudinibus, veniet hora quando iam non in ſimilitudinibus loquar vobis, ſed manifeſte de Patre nuntiabo vobis, ideſt, iam non erunt ſimilitudines, cum viſio fuerit facie ad faciem. Hoc eſt enim quod ait, ſed manifeſte de Patre nuntiabo vobis, ac ſi diceret, manifeſte Patrē oſtendam vobis. Nuntiabo quippe ait, quia verbum eius eſt: ſequitur enim & dicit: *Illa die in nomine meo petetis, & non dico vobis quia ego rogabo Patrem: Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia à Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in hunc mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Quid eſt à Patre exiui, niſi non in ea forma qua æqualis ſum Patri, ſed aliter, id eſt in aſſumpta creatura minor apparui? Et quid eſt, veni in hunc mundum, niſi formam ſerui, quam me exinaniēs accepi, etiam peccatorum, qui mundum iſtum diligunt, oculis demonſtraui? Et quid eſt, iterū relinquo mūdum, niſi aſpectu dilectorum mundi aufero quod viderunt: & quid eſt vado ad Patrem, niſi doceo me ſic intelligendum à fidelibus meis, quomodo æqualis ſum Patri? Hoc qui credunt digni habebuntur perduci à fide ad ſpeciem, id eſt, ad ipſam viſionem quod perducens dictus eſt tradere regnum Deo, & Patri: fideles quippe eius pro quibus paſſus eſt redemitque ſanguine ſuo dicti ſunt regnū ei⁹, pro quibus nunc interpellat, tunc autem illic eos ſibi faciens inhęrere, vbi æqualis eſt Patri, non iam rogabit Patrem pro eis: *Ipſe enim* (inquit) *Pater amat vos.* Ex hoc enim rogat quo minor eſt Patre, quo vero æqualis eſt exaudit cum Patre. Vnde ſe ab eo quod dixit: Ipſe enim Pater amat vos, vtique ipſe non ſeparat, ſed ſecundum ea facit intelligi, quæ ſupra commemoraui ſatiſque inſinuaui, plerumque ita nominari in Trinitate, vnamquamque perſonam, vt & aliæ illic intelligātur: ſic itaque dictum eſt, Ipſe enim Pater amat vos, vt conſequenter intelligatur, & Filiꝰ, & Spiritus ſanctus. Non quia modo nos non amat, *Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum.* Sed tales nos amat Deus quales futuri ſumus, non quales ſumus. Quales enim amat, tales in æternum conſeruat: Quod tunc erit cum tradiderit regnum Deo & Patri, qui nunc interpellat pro nobis, vt iam non roget Patrem quia ipſe Pater amat nos. Quo autem merito niſi fidei qua credimus antequam illud quod promittitur videamus? Per hanc enim peruenimus ad ſpeciem, vt tales nos amet, quales amat, vt ſimus nō quales odit, qui mali ſumus & hortatur ac prę-
ſtat, nec tales eſſe ſemper velimus.

(.?.)

Ad Roma. 8.

Merito fidei amamur à Patre.

TEXTVS.

Dicunt ei Discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.

Cyrillus in Ioannem, lib. 11. capit. 11.

ADmirantur demonstrationis vires perspicuas, apertè nanque ac breuis facta oratio est. Quare lætātur, quia penitus intellexerūt, nec prouerbij idest, obscuritatis quicquam impedimēto sibi fecit. Illud etiā addunt. Quoniam enim inquiunt præuenisti modo antequā interrogauerimus, propterea credimus, quia ex Deo exiuisti; corda enim hominū noscere soli⁹ Dei esse rectissimè creditur. Quoniā igitur omnia nosti, quomodo perspicuum non est, ex Deo qui omnia scit, te processisse? Fidē ergo Discipulorum hoc quoq; auxit signo. Dicunt autem nunc, nō quod credere cęperint, quando hæc audientes omnia scire dominum perspexerunt, sed quia tunc ampliores fidei radices iacere cæperunt.

2. Paral ip. 6

Theophylactus in Ioannem.

QVum audissent Discipuli ami cum illis futurū Deum & Patrem neq; indigere se illius intercessione, vti maximè familiares Patri exisseq; illum à Deo dicūt. *Nunc scimus quod scis omnia*, hoc est, cognoscis quæ vniuscuiusque cor offendunt, & non opus habes, vt ab aliquo discas ea, & in hoc credimus quod à Deo exieris. Dei est enim scire occulta cordis. Vide autem quomodo imperfecti fuerint dicentes. Nunc scimus, qui enim tantas audierant doctrinas, dicūt nunc scimus Christus autem ostendens eis quod imperfecti sint,

1. Reg. 16. Psalm. 43.

Cordis occulta scire soli⁹ Dei est.

A & quod nondum quicquā magni de se intellexerint, sed deorsum & in terrenis versentur, inquit: *Nunc creditis.* Quodammodo improperat eis & tarditatem fidei illorum. Vt autē ne videātur gratificari & adulari, talia de seipso sentientes, inquit. Venit hora vt dispergamini vnusquisque, vos enim inquit videmini de me magnum quiddam sentire: Ego autem dico vobis, quod vsque adeò imperfecti estis, vt me derelicturi sitis, & inuasura est vos

B formido, & ita neque iunctim secedetis, sed separatim dispergimini, & vnusquisque sibi ipsi de salute & profugio prospiciet. Verum ego propterea non habebo peius, non enim solus sum, sed habeo & Patrem mecum atque ita nec per impotentiam patior, sed voluntarium me permitto crucifixoribus. Cum igitur audieris clamantem vt quid me dereliquisti, ne sic

C simpliciter intellige quod derelictus sit saluator à Patre, alioqui quomodo hoc loco testaretur, Pater mecum est? Sed intellige vt ab humana natura dictum, derelicta propter peccatum, & abiecta, in Christo autem reconciliata, & assumpta per Patrem.

Matth. 27. Marc. 15.

Augustinus tracta. in Ioannem, 103.

D QVales erant Discipuli Christi, quando cum eis ante passionem loquebatur magna cum paruis, sed sic oportebat vt magna dicerentur, & paruis, quia nondū accepto Spiritusancto, quemadmodum eum post resurrectionem eius

eius, vel ipſo inſufflante, vel de ſuperueniente acceperunt, humana magis quam diuina ſapiebãt, multis indicijs per totum Euangeliũ declaratur: Vnde & hoc eſt, quod in iſta lectione dixerunt: ait enim Euangeliſta dicũt Diſcipuli eius: *Ecce nunc palam loqueris & prouerbium nullum dicis nunc ſcimus quia noſti omnia & non opus eſt tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo exiſti*: Ipſe Dominus paulò ante dixerat. *Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis, venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis.* Quomodo ergo iſti dicunt. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis? Nunquid hora iam venerat, quia non iam in prouerbijs ſe promiſerat loquuturum? Prorſus quod nondum illa hora veniſſet, continuatio verborum eius oſtendit, quæ ita ſeſe habet. *Hæc* (inquit) *in prouerbijs loquutus ſum vobis, venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palam de Patre meo annunciabo vobis, illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis, ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia à Deo exiui, Exiui à Patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Cũ per hæc omnia verba adhuc illam promittat horam qua non iam in prouerbijs loquetur, ſed palam de Patre annuntiabit eis, in qua hora dicit eos in ſuo nomine petituros, nec ſe Patrem de illis rogaturum, eo quod ipſe Pater amat eos, quia & ipſi amauerunt Chriſtum, & crediderunt quod à Patre exierit & venerit in mundum. Iterum relicturus mundum & iturus ad Patrem. Cum ergo adhuc promittatur hora illa, in qua ſine prouerbijs locuturus eſt, cur iſti dicunt. *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis*, niſi quia illa quæ ſcit ipſe non intelligentibus eſſe paouerbia illi vſque adeò non intelligunt: vt nec ſaltem non ſe intelligere intelligant? Paruuli enim erant, & nondum ſpiritaliter diiudicabant quæ de rebus non ad corpus, ſed ad ſpiritum pertinentibus audiebant: Denique de ipſa eorum ætate ad huc ſecundum interiorem hominem parua & infirma eos admonens. Reſpondit eis Ieſus: modo creditis: Ecce venit hora, & iam venit vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis, & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt, paulò ante dixerat: *Relinquo mundum & vado ad Patrem*, nunc dicit, *Pater mecum eſt*: quis vadit ad eum qui cũ illo eſt? ſed hoc intelligenti eſt Verbum, non intelligenti prouerbium, ſic tamen quomodo à paruulis non intelligitur, & vtcumque ſuggitur & eis etiam ſi non prebet, quia nõdum eum capiunt ſolidum cibum, ſaltem lacteum, non denegat alimentum. Ex hoc alimento eſt, quod ſciebant eũ noſſe omnia nec opus ei eſſe vt eũ quis interroget: quod quidem cur dixerit quæri poteſt. Videtur enim potius fuiſſe dicendum, non opus eſt tibi, vt quemquam interroges, non vt quis te interroget: dixerunt quippe *Scimus quia noſti omnia*, & vtique qui nouit omnia magis à neſcientibus interrogari ſolet, vt interrogantes audiant, quod volunt ab eo qui nouit omnia non ipſe interroget tanquam volens aliquid ſcire qui nouit omnia. Quid ſibi ergo vult quod ei quem ſciebant noſſe omnia eum dicere debuiſſe videantur, non opus eſt tibi vt quenquam interroges, dicendum potius putauerunt non opus eſt tibi vt quis te interroget? Quid quod vtrunq; legimus, factũ

& interrogaſſe ſcilicet, Dominũ & interrogatũ fuiſſe, ſed hoc cito ſoluitur, quia hoc non ei ſed illis potius opus erat, quos interrogabat, vel à quibus interrogatur. Ne quę enim aliquos ille interrogabat, vt ab eis aliquid diſceret, ſed eos potius vt doceret, qui interrogabant eum volẽtes ab eo aliquid diſcere, illis profecto id opus erat, vt ſcirent aliqua ab illo qui nouerat omnia. Nimirum ergo propter ea ei opus non erat, vt eum quis interrogaret, quemadmodum nos quando interrogamus ab eis qui volũt aliquid à nobis ſcire, ex ipſis interrogationibus eorum cognoſcimus quid velint eliſcere. Opus eſt ergo nobis ab eis interrogari, quos docere aliquid volum⁹, vt inquiſitiones eorum, quibus reſpondendum eſt nouerimus. Illi autem ne id quidem opus erat, qui omnia nouerat, nec opus habebat quod ab eo quiſque ſcire vellet per eius interrogationem cognoſcere, quia priuſquam interrogaretur interrogatoris nouerat voluntatem, ſed ideo ſe patiebatur interrogari, vt vel eis qui tunc aderant, vel qui hæc ſibi dicta fuerant audituri, ſiue ſcripta lecturi quales eſſent à quibus interrogabatur oſtẽderet: eoq; modo noſſemus vel quibus non circumuenire tur fraudibus, vel quibus apud eũ proficeretur acceſſibus. Pręuidere autẽ cogitationes hominũ, & ideo non opus habere, vt eũ quis interrogaret, magnũ Deo non erat, ſed magnum paruulis erat, qui ei dicebant: *In hoc credimus quia à Deo exiſti.* Multo autem maius erat, ad quod intelligendum eos volebat extẽdi & creſcere: quod cũ illi dixiſſent, verum á; dixiſſent à Deo exiſti, ait ille Pater mecum eſt, nec ſic à Patre Filium cogitarent exiſſe, vt putarent etiam receſiſſe. Deinde ſermonem iſtum magnũ prolixumq; concludens: Hęc inquit loquutus ſum vobis vt in me pacẽ habeatis, in mũdo preſſuram habebitis, ſed confidite: Ego vici mũdum, illud initium fuerat habitura iſta preſſura, de quo ſuperius vt eos oſtenderet paruulos, quibus adhuc non intelligentibus, & aliud pro alio ſentientibus prouerbia quodammodo eſſent quæ cum magna & diuina dixiſſet ait: modo creditis: *Ecce venit hora & iam venit vt diſpergamini vnuſquiſque in propria.* Ecce initium preſſuræ, ſed nõ eo modo perſeueraturæ: quod enim adiunxit & me ſolum relinquatis, nõ vult eos tales eſſe, in conſequenti preſſura, quã poſt eius aſcenſionẽ in mundo fuerant habituri, vt relinquant eum, ſed vt in illo pacẽ habeant permanentes in eo. Non enim quando comprehenſus eſt tantummodo carne ſua eius carnem verumetiam mente reliquerunt fidem. Adhoc pertinet quod ait, *Modo creditis, ecce venit hora vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis:* tanquam diceret, tunc ita perturbabimini, vt etiam quomodo creditis relinquatis. Venerunt enim ad tantam deſperationem & ſuæ priſtinæ fidei, (vt ita dixerim) mortem, quanta apparuit in illo Cleopha, qui poſt eius reſurrectionem cum illo ſe loqui neſciens, & quod ei contigerit narrans: *Nos, inquit, ſperabamus quod ipſe fuerat redempturus Iſrael.* Ecce quomodo cum reliquerant deſerẽdo etiam ipſam fidem, qua in eum ante crediderãt. In ea vero preſſura, quam poſt eius glorificationem accepto Spiritu ſancto pertulerũt, non eũ reliquerunt, & quanuis fugerẽt de ciuitate in ciuitatem, ab ipſo non refugerunt, ſed vt habẽtes preſſuram in mundo, in illo pacem tenerent, non ab ipſo refugerunt,

Lucæ. 24.

runt, ſed ipſum potius refugium habuerunt, dato quippe illis Spiritu ſancto, factum eſt in eis quod nunc dictum eſt eis: *Confidite quia ego vici mundum*: confiderunt & vicerũt in quo niſi in illo? Nõ enim viciſſet ille mundum, ſi eius membra vinceret mundus. Vnde ait Apoſtolus: *Gratias Deo qui dat nobis victoriam*, continuoq; ſubiecit, *per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum*, qui dixerat ſuis: *Cõfidite ego vici mundũ.*

1. Cor. 15.

Auguſt. parte ſecunda quæſtionum ex nouo teſtamento, quæſt. 91.

ECce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus quia noſti omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus quoniam à Deo exiſti. Nunc videamus ſi de virtutibus ambigerent Diſcipuli vtrum à Deo exiſſet, cum vidiſſent Lazarum iam fœtidum quarta die reſuſcitatum: cæco à natiuitate oculos reformatos, tactu fimbriæ mulierem à profluuio liberatam. Aquæ naturam mutãtam in vinum, aut de perſona Domini nemo planè dubitauit, vel de virtutibus: quippe cum dicerent illum: *Alij eſſe Eliam, alij Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.* Nam cum lapidare vellent illum Iudæi, reſpõdit eis Ieſus: *Multa opera bona oſtendi vobis à Patre meo, propter quod eorum opus lapidatis me?* Dixerunt ei Iudæi: *Nos de bono opere non te lapidamus, ſed propter blaſphemiam: & quia cũ ſis homo facis te Deum.* Si ergo Iudei, quod Dei opera eſſent, nõ ambigebant: Apoſtoli ambigebant? Quoniã ergo omnis dubitatio de Saluatoris perſona erat. Res enim inaudita, & quæ inſenſum humanũ non ruerat, ſtuporem hominibus faciebat, cum audiebant dicẽtem illũ ſe à Deo exijſſe & propriũ ſibi Patrem eſſe Deũ. Idcirco Diſcipuli ſatis ſibi eſſe factum confitẽtes, manifeſtatione verborum Domini dixerunt ad eum: *Nunc ſcimus quoniam noſti omnia, & non eſt opus vt quis te interroget, in hoc credimus quoniam à Deo exiſti.* Si enim nõ vere à Deo exiuit, fides Apoſtolorum exinanitur: ſed nõ poteſt quia à Salua tore probata eſt. Reſpondit enim eis. Modo creditis, id eſt, tãta ſigna videntes non credebatis. Itaq; probatum eſt Apoſtolis Chriſtum à Deo exijſſe & veniſſe, vt per hãc exitionẽ Filium iſtum Dei credere non eſſet ambiguũ. Si enim nemo vidit Deum niſi qui eſt à Deo, hic vidit Deum, & ſi nemo nouit Patrem niſi Filius, hoc eſt vere apud Deum Patrem fuiſſe, & ab eo exijſſe & veniſſe, nemo enim alius poterat à Deo exire, niſi hic qui in principio erat apud Deũ, quia nec quiſquam alius ſciebat aut viderat Deum, ideo non incredibile vobis eſt verum Filium hunc Dei credere, ſicut dicit Ioannes in Epiſtola 1. Et ſumus, inquit, in vno Filio eius Ieſu Chriſto, hic eſt verus & vita æterna. Et Apoſtolus, *Qui proprio, inquit, Filio non pepercit.* Et Euangeliſta, qui proprium, ait, ſibi Patrem dicebat Deum. Si verus ergo Filius Dei eſt Chriſtus, quomodo homo tantum eſt, verus enim non diceretur, niſi proprio ab eo eſſet genitus? Aut dicat Photinus. Quare verus Filius Dei creditur ſi non eſt verus? aut quid opreſerat hũc credere Filium Dei, ſi vnus eſſet de cæteris ſanctis qui Filij Dei digni ſunt appellari, aut nunquid aliqua indignitas in hoc eſt, per quam Filius Dei ſicut cæteri ſunt, credi nõ poſſet; & idcirco dicitur vt hic de quo incredulum videtur credatur Filius eſſe Dei.

Ioann. 11.

Ioann. 9. Matt. 9.

Ioann. 2.

Matt. 16.

Ioann. 10.

Ad Roma. 8. Ioann. 5.

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

Euangelium, Ioannis. 15. & 16.

TEXTVS.

CVM autem venerit Paracletus, quem ego mittã vobis à Patre, ſpiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me: & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecũ eſtis.

Auguſtinus lib. contra ſermonem Arrianorum, capit. 19.

TORRO Scriptura ſancta quæ iſtos diuinos actus non differentia potestatum, ſed operum ineffabilitate metitur, aduocatum noſtrum etiã ipſum iudicem nouit, dicẽte Apoſtolo Ioanne: *Si quis peccauerit aduocatum habemus ad Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum*: quod etiam ipſe ſignificat vbi dicit. Rogabo Patrẽ & alium aduocatum dabit vobis. Nec enim eſſet Spiritusſanctus aduocatus alius, niſi hoc eſſet & Filius: qui tamẽ vt in ſeparabilia ſua & Patris opera demonſtraret, ait, cum ipſe iterò mittam eum ad vos, quanuis alio loco dicit: *Quem mittat Pater in nomine meo*: vbi oſtenditur, quod & Pater & Filius miſerint Spiritumſanctum, ſicut oſtenditur per Prophetam, quod & Pater & Spiritusſanctus miſerint Filiũ. Nam quis niſi Filius per Eſaiã aduentum ſuum prænuntians dicit, Audite me Iacob & Iſrael, quẽ ego vocabo: Ego ſum primus, & ego in æternũ, & manus mea fundauit terram, dextera mea ſolidauit cælos: vocabo illos & aſtabũt, ſimul conuenient etiam vniuerſi & audient, quis illis annuntiabit hæc? Diligens autem te feci volũtatem tuam ſuper Babylonem, vt tollatur ſemen Chaldæorum: Ego locutusſum, Ego vocaui, adduxi illum, & proſperam viam eius feci. Conuenite ad me, & audite iſta, nec enim ab initio in obſcuro loquutus ſum, cum fiebant ibi eram, & nunc Dominus miſit me, & Spiritus eius. Quid euidentius? Ecce ipſe ſe dicit miſsum à Spirituſancto, qui fundauit terram & ſolidauit cælum, vbi agnoſcitur vnigenitus, per quem facta ſunt omnia cõſolatorem vero, quod officium tãquam perſonæ infimæ in illa Trinitate

1. Ioan. 2.

Ioann. 16.

Ioann. 14.

Eſai. 48.

nitate iſti Spirituiſancto deputãt, Deum dicit Apoſtolus, ſicut in Epiſtola eius legimus ad Corinth. *Is qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus in præſentia Titi.* Sanctorũ ergo Deus eſt cõſolator, ipſi quippe ſunt humiles. Vnde tres viri illi in camino dicunt: *Benedicite ſancti & humiles corde Dominum.* Deus eſt itaque Spiritusſanctus, qui conſolatur humiles. Proinde iſti aut quod nolunt, fateantur Deum eſſe Spiritumſanctum: aut ſi hoc de Patre, vel de Filio, dictum ab Apoſtolo volunt accipi, deſinant conſolationis tanquam munere proprio ſeparare à Patre, & à Filio, perſonam Spiritusſancti.

2. Cor. 7.

Daniel. 3.

Baſilius lib. 3. contra Eunomium.

QVare Paracleti quoque appellatio non parum ad demonſtrationem maieſtatis Spiritusſancti confert. Ac nomina quidem talia magnitudinem naturæ oſtendentia, operationes vero Spiritus ſancti quales? *Verbo* (inquit) *Domini cæli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Vt ergo Dei verbum creator cælorum eſt, ſic Spiritusſanctus firmam ac ſtabilem virtutem cæleſtibus præbet, & poteſtatib⁹. Et rurſus Iob: *Spiritus Domini qui fecit me*, non de creatione, vt arbitror, ſed de humanæ virtutis perfectione dicens; Eſaias vero, cum de perſona loquitur, ideſt, ſecundum humanitatem eius, *Dominus* (inquit) *miſit me & Spiritus ei⁹.* Et Pſalmiſta rurſus per vniuerſa pertranſire Spiritus virtutem probãs. Quo ibo, inquit, à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. Beneficẽtiæ vero ab ipſo ad nos peruenientes, quales & quantæ ſunt? Sicut ipſe Dominus dedit poteſtatẽ ſuſcipientibus eum, *Filios Dei fieri*, ſic

Pſalm. 32.

Iob. 33.

Eſai. 48.

Pſalm. 138.

Ioann. 1.

A & Spiritusſanctus, Spiritus adoptionis eſt, & ſicut Magiſter verus Dominus noſter, ſecundum quod dicitur, *Vos autem nolite vocare magiſtrum veſtrum in terra, vnus enim magiſter veſter eſt Chriſtus*, ſic & Spiritusſanctus omnes docet, qui in nõmine Domini crediderint, vt ab ipſo Domino teſtimonium perhibetur dicente: *Paracletus autem Spiritusſanctus, quem mittit Pater meus, ille vos docebit omnia.* Et quemadmodum diuidere operationes dignis ſuſceptione operationũ Pater di-

Matth. 23.

B citur, & diuidere miniſtrationes Filius in dignitatibus miniſterij, ſic & Spiritusſanctus diuidere gratias dignis eam ſuſcipere perhibetur: *Diuiſiones enim gratiarum ſunt. Idem autem Spiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus, & diuiſiones operationum ſunt, & idem Deus eſt, qui operatur omnia in omnibus.* Vide quomodo hic quoq; Spiritusſancti operatio operationi

C Patris, ac Filij coordinata eſt. Deinde ex eo etiã, quod ſequitur magis diuinitas naturæ ſancti Spiritus aperitur. Quid enim ait? *Hæc autem omnia operatur vnus atq; idẽ Spiritus diuidens ſingulis prout vult.* Nihil aliud quam authoris & Domini poteſtatem ipſi atteſtatur. Quapropter in nouo teſtamento Prophetæ clamant: hæc dicit Spiritusſanctus. Inueſtigatio autem profunditatum Dei, vnde Spiritui adeſt: *Sicut enim* (inquit) *nemo ſcit hominum*

D *ea quæ hominis ſunt niſi ſpiritus hominis qui eſt in eo, ſic & ea quæ ſunt Dei nullus cognouit niſi Spiritus Dei.* Nam quemadmodum nullus alienus ac peregrinus intrinſecas poteſt animæ cogitationes inſpicere, eodẽ ſcilicet modo, ſi quis cum Deo comuniter eius ſecreta perſpicit, nõ alienus nec peregrinus ab eo profunditates iudiciorum ipſius inueſtigare poteſt. Præterea & vita no-

1. Cor. 2.

bis à Deo per Christum in sancto Spiritu præbetur. Viuificat enim omnia, vitã autem præstat Christus; *Oues enim* (inquit) *meæ vocem meã audiunt, & ego vitam æternam do illis.* Viuificamur autem per Spiritum, vt inquit Paulus, qui excitauit Christum è mortuis, viuificauit etiã mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum sanctum in vobis.

Ioann. 10.

Ad Rom. 8.

Augustinus tracta. in Ioannem, 92. in cap. 15.

DOminus Iesus in sermone, quem loquutus est Discipulis suis post cænam proximus passioni, tãquam iturus & relecturus eos præsentia corporali cum omnibus autẽ suis, vsque in consummationem seculi, futurus præsentia spiritali, exhortatus est eos ad perferendas persecutiones impiorum, quos mundi nomine nuncupauit: ex quo tamen mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit, vt scirent se Dei gratia esse quod sunt, suis autem vitijs fuisse quod fuerunt. Deinde persecutores & suos & ipsorum Iudæos euidenter expresit vt omnino appareret etiam ipsos mundi damnabili appellatione cõclusos, qui persequũtur sanctos, cumque de illis diceret quod ignorent eum à quo missus est, & tamen odissent, & Filiũ, & Patrem, hoc est eum qui missus est, & eum à quo missus est, de quibus omnibus in alijs sermonibus iam disseruimus, ad hoc peruenit, vbi ait, vt adimpleatur sermo, qui in lege eorũ scriptus est, quia *odio habuerunt me gratis.* Deinde tanquã consequenter adiunxit: vnde modo disputare suscepimus. *Cum autẽ venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Quod hoc pertinet ad illud quod dixerat: *Nunc autem & viderunt, & oderunt, & me & Patrem meum. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorũ scriptus est, quia odio habuerunt me gratis*: an quia Paracletus quando venit Spiritus veritatis, eos qui viderunt, & oderunt, testimonio manifestiore conuincit? Imo vero etiã aliquos ex illis qui viderunt, & adhuc oderant, ad fidem, quæ per dilectionem operatur, sui manifestatione cõuertit. Hoc vt intelligamus ita factũ esse recolimus. Venit enim die Pentecostes Spiritus sanctus in centum viginti homines congregatos, in quibus & Apostoli omnes erant, qui illo adimpleti cũ linguis omnium gentium loquerentur, plures ex his qui oderant, tanto miraculo stupefacti, quãdo quidem viderunt, loquente Petro tam magnum atque diuinum testimonium perhiberi de Christo, vt ille qui occisus ab eis inter mortuos deputabatur, resurrexisse, & viuere probaretur, compuncti cor de conuersi sunt: & tanti sanguinis, tam impie atque immaniter fusi indulgentiam perceperunt, ipso redempti sanguine quem fuderunt: Christi enim sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fussus est, vt ipsum etiam peccatum posset delere quo fussus est. Hoc ergo intuens Dominus dicebat: *Odio me habuerunt gratis. Cum autem venerit Paracletus, ille testimoniũ perhibebit de me*: tanquam diceret, odio me habuerũt, & occiderunt, videntes, sed tale de me Paracletus testimonium perhibebit, vt eos faciat in me credere non vidẽtes. *Et vos* (inquit) *testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Perhibebit Spiritus sanctus, perhibebitis & vos, quia enim ab initio mecum

A

B

C

D

Ioann. 15.

Actor. 2.

mecum eſtis poteſtis prædicare, quod noſtis, quod vt modo non faciatis illius Spiritus plenitudo nõ dum adeſt vobis dabit in vobis fiduciam teſtimonium perhibendi: *Charitas Dei diffuſa in cordibus veſtris per Spiritum ſanctum qui dabitur vobis.* Quæ vtique Petro adhuc defuit, quando mulieris ancillæ interrogatione perterritus non potuit verum teſtimonium perhibere, ſed contra ſuam pollicitationem timore magno compulſus eſt ter negare: timor autem iſte non eſt in charitate, ſed *perfecta charitas foras mittit timorem.* Deniq; ante paſsionem Domini ſeruilis timor eius interrogatus eſt à femina ſeruitutis, poſt reſurrectionem vero Domini liberalis eius amor ab ipſo Principe libertatis, & ideo ibi turbabatur, hinc tranquillitabatur, ibi quem dilexerat, negabat hic quẽ negauerat diligebat. Sed adhuc etiam tunc amor ipſe infirmus fuerat, & anguſtus donec eũ roboraret & dilataret Spiritus ſanctus, qui poſteaquam illi eſt abundantia gratiæ largioris infuſus, ſic ad perhibendum de Chriſto teſtimonium quondam eius frigidum pectus accendit, atque illa prius trepida quę veritatem ſuprę ferant orare ſeruit, vt cum omnes in quos venerat Spiritus ſanctus linguis omnium gentium loquerentur, Iudæorum circunſtantibus turbis ſolus ad teſtimonium de Chriſto perhibendum præ cæteris promptius emicaret, eiuſque interfectores de illius reſurrectione confunderet: ſi quem delectat tam ſuauiter ſanctum tale ſpectaculum intueri actus Apoſtolorum legat, ibi beatum Petrum quem negantem doluerat ſtupeat prædicantem: ibi linguam illam videat ad fiduciam ea diffidentia, & ad libertatem à ſeruitute tranſlatam, tot linguas inimicorum conuertere ad Chriſti confeſsionem, quarum non valendo vnam ferre verſa fuerit in negationem. Quid plura tantus in illo fulgor gratiæ tanta Spiritus ſancti plenitudo apparebat, tanta de ore prędicãtis prędioſiſsimæ veritatis pondera procedebant, vt ingentis multitudinis aduerſarios interfectores Chriſti Iudæos faceret pro illo paratos mori, à quibus cum illo formidabat occidi: hoc fecit Spiritus ſanctus tunc miſſus, ante promiſſus: iſta Dominus magna atq; miranda ſua beneficia præuidebat, quando dicebat: *Et viderunt & oderunt, & me & Patrem meum, vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis, cum autem venerit Paracletus quem ego mittã vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis:* ille quippe teſtimonium perhibẽs, & teſtes fortiſsimos faciẽs, abſtulit Chriſti amicis timorem, & inimicorum odium conuertit in amorem.

Ad Roma. 5.

Matt. 26. I. Ioann. 4.

De laudibus Petri.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 33.

CVm autem venerit Paracletus quẽ ego mittam vobis à Patre Spiritũ veritatis qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibete, quia mecum ab initio eſtis, Cum odio tam ſe, quam Patrem ab impietate Iudæorum gratis haberi dixerit, Spiritus modo ſanctimentionem facit, vt & perſonarum Trinitatem ſermo adimpleat, & Spiritus vna cum Patre, ac Filio negligi doceatur. Ita Iudæorum delictum in naturã Deitatis ſimpliciter aſcendit. Quid enim tibi voluiſti (ò Iudæe) quiſpiam dicet? Opera vidiſti à Chriſto geri

to geti quæ nullus alius fecit, vt & ipſe dicit & res docuit. Deinde tu Moſen, qui miniſter non author miraculorum fuit laudibus in cælum effers, & tantorum authorem miraculorum paruipendere non erubeſcis, præſertim ſcriptis Moſi prænuntiatum Spiritus igitur mẽtionem fecit in dignitate patris, & ſua eum collocans, & verum eſſe oſtendens diligi patrem nõ poſſe ab eo qui filium oderit. Quomodo autem attende quæſo diligenter: nam cum Spiritũ veritatis id eſt ſuum (ipſe enim veritas eſt) Paracletũ appellauerit, ex Patre ipſum procedere, ait. Nam ſicut Filij Spiritus eſt naturaliter in ipſo manens, & per ipſum procedens: ſic certe Patris quoque Spiritus eſt. Quibus autem Spiritus communis eſt ij profecto ſubſtantialiter diſſeparari non poſſunt. Nemo enim impiorum nos ad ea quæ intelligere nefas eſt verbis ſuis impellere conetur. Nemo inquã Spiritum Patris per Filium, vt per miniſtrũ mitti ad creaturas credat: nam etiam id nonnulli dicere auſi ſunt, credere namque debemus, quoniam Spiritus ſic proprius Filij eſt, ſicut ſane ipſius quoque Dei Patris, idcirco ad ſanctificationẽ ſuorum Diſcipulorum ab eo mitti. Si vero non erubeſcunt miniſtrum mittendi Spiritus à Patre Filium dicere, non erit incongruũ ad eos dicere, fatui, ac ceci nõ ſentitis ad quænam præcipitia ruitis, Vnigeniti gloriam minuentes, & friuolas rationes per imperitiam excogitãtes? Si enim vt miniſter Spiritum à Patre Filius largitur, quomodo non erit neceſſe alienũ à ſubſtantia Filij Spiritum confiteri? Nam ſi ex Patre, ideſt, ex ſubſtantia Patris Spiritus ſecundum vos procedit, & Filius ab eo alienus eſt, quia miniſter ſuperior natura Filio Spirit? videbitur. Quid igitur reſpõdebimus: Cum Filius clare dicat: *Ille me clarificabit quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis*? Prę terea ſi miniſterio Filij Patris & non Filij Spiritus mittitur: cum Spiritus natura ſanctus ſit, non ſecundum naturam ſed participatione vt nos Filius ſanctus erit. Dicunt enim ex imperitia impij alienum eſſe à Patris ſubſtantia Filiũ. ex qua Spiritus procedit, qui per eum præbetur, poſsibile igitur erit ſi proprius Filius Spiritus non eſt, ſed forinſecus, etiam ipſe ficut creatura ſanctificatur ſanctũ ſanctificationem amittere. Quod enim exterius acquiritur quomodo abeſſe non poterit? Sed quis hanc peruerſitatẽ dogmatum non effugiet? Nos ergo quibus veritas & Eccleſię dogmata ſequẽda ſunt, omnibus his contemptis Sanctorum Patrum ſequamur fidem, & Spiritum ſanctum proprium Filij non extrinſecus aduenientem, neque aduentitium in ipſo, ſicut in ijs qui ſanctitatis ſuſceptibiles ſunt, & ex nihilo producti, ſed conſubſtantialem ei, ſicut etiam certe ipſi Patri confiteamur. Hoc enim modo non in multorum fabulas Deorum veritas Eccleſiaſtici dogmatis excidit, ſed in vnã rationem deitatis Trinitas conſtringetur. Identitatem ergo ſubſtantiæ Filij ac Patris oſtendens, cum veritatis Spiritum, dixerit à Patre illum procedere aſſeruit: ita Chriſti hoſtem Dei eſſe hoſtẽ comprobauit, qui enim in Filium inſultat, illum non veneratur. Vnde Filius eſt, quando igitur venerit Paracletus aut Spiritus veritatis, id eſt, meus qui ex Patre procedit ille teſtimonium perhibebit de me. Quomodo autem perhibebit? Magna in vobis & per vos miracula faciens diuinæ meę

Ioann. 16.

poteſta-

potestatis atque virtutis testis erit grauissimus, spiritus enim meus est, qui operabitur in vobis: sed sicut merces est, sic & Dei Patris. Necesse autem est intelligere omnes etiam qui in persona Christi, in quo habitauit corporaliter plenitudo deitatis secundum Pau-

Ad Coloss. 2.

lum miracula per Spiritum ad probationem fidei fecerunt non minus iniurijs contemptu prædicationis affici, sed ad testificationē Spiritus ait: Vos quoque qui mecum semper fuistis, & signa oculis vestris vidistis testimonium perhibete.

Act. 10.

TEXTVS.

QVEM ego mittam.

Theophylactus in Ioannem capit. 15.

CVm autem venerit Paracletus quē ego mittam vobis à Patre Spiritus veritatis qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testis estis quia ab initio mecum estis. Dixerat Discipulis: Persecuturi sunt vos, sermonem vestrum non seruabunt. Vt igitur dicere non possint, & nunc, ò Domine, quò mittis nos? Quomodo digni fide erimus? Quis ad nos attendet quis persuadebitur? ideo subdit? Cum autem venerit Paracletus ille testabitur de me fidelis (inquit) testis ille est: & ita redarguti à Spiritu quod absque excusatione peccarint prædicationem suscipiēt. Et vos quoque testabimini qui ab initio mecum estis, quia & operibus & sermonibus feci deesse ipsis excusationem. Bono igitur animo sitis, prædicatio non caritura est testibus, sed & spiritus cum signis, & prodigijs meis, testabitur, fidelisque testis erit. Est enim Spiritus veritatis: igitur Spiritus veritatis vera testificabitur, nam à Patre procedit, & omnia clare nouit. Est enim ex eo à quo omnium scientia: iam quod dicit. Quem ego mittam æqualitatem

A

B erga Patrem significat, nam alio loco de Patre dixit, quod mittat Spiritum: hoc autem loco quod ipse mittat, vtique sanè æqualitatem significans. Vt autem ne videatur obluctari Patri, quasi ab alia substantia mittat Spiritum addidit à Patre. Nam & ipse quidem mittam, sed à Patre hoc est approbante Patre, & simul mittente. Nō enim ex proprio sinu ipse pri⁹ mitto sed à Patre per me supeditatur. Cum autem audieris quod

C

C procedit: ne intelligas per processionem missionem, quali emittūtur ministratorij Spiritus, sed naturalis subsistētia Spiritus est processio: nam nisi processionem sic intellexerimus, sed externam quandam missionem, incertum erit, de quo Spiritu dicat, innumeri enim sunt, qui in ministeriū mittuntur propter eos qui hæreditabunt salutem. Cæterum hoc

D

D loco singularis quædam & separata proprietas est procedere vni proprio Spiritui attributa. Non igitur intelligemus per processionem simplicem emissionem, sed naturalem ex Patre subsistētiam. Hic igitur Spiritus testis erit predicationis, & vos quoque testabimini quod non ex alijs audieritis, sed ipsi ab initio mecum estis.

Filius etiam mittit Spiritum sanctum.

Hebr. 1.

Non

Non paruum autem eſt hoc teſtimonium ab initio ſimul eſſe quod & ipſi Apoſtoli poſtea concionati ſunt dicentes: *Qui ſimul comedimus ſimulque bibimus cum eo.* Duplex igitur teſtimonium à vobis, & à Spiritu. Nam licet vos ad gratiam teſtari videamini: at non item ad gratiam teſtificabitur, & Spiritus

Actor. 10.

TEXTVS.

QVI à Patre procedit.

Gregor. Nazianzenus lib. de Theologia. 5.

NAM vbi tandē ponesillud proceſſiſſe, dic mihi quod diuiſionis tuæ tertium apparuit, & à Theologo multo quam tu ſis meliore nempe ſernatore noſtro introducitur? Niſi fortaſſe propter tertium tuum teſtamentum ſtatuendum vocem hanc & tuis Euāgelijs eraſiſti Spiritus ille ſanctus qui à Patre procedit? Is quoniam illinc procedit non eſt creatura: quia vero non eſt genitum nō eſt Filius: at quoniam ingeniti, & geniti medius eſt, Deus erit. Hac via Deum eſſe, eū quem appareat ratiocinationum tuarum laqueos effugit, multo robuſtior quam vt diuiſione tua teneri queat. Quæres igitur quæ hæc eſt proceſsio? Quin tu rationem ingeniti Patris mihi explicas, & ego viciſsim tibi & Filij generationem velut naturæ eius interpres expediam, & Spiritus proceſsionem aperiam, vt ambo inſaniamus Dei ſecreta timando, cur enim vereor de nobis ſic loqui, qui ne quæ ante pedes noſtros iacēt cognoſcere poſſumus: neque arenam maris, neque ſtillas pluuiæ, neque dies ſeculi dinumerare, ne dum Dei profunditates ingredi, & ineffabiles à Deo naturæ rationem, quauis ratione ſuperioré ſuſtinere. Quid ergo, inquit, Spiritui deficit, quo minus ſit Filius? Si enim nihil deeſſet, vtique Filius eſſet. Nihil deeſſe dicimus, neque enim egens eſt Deus: ſed eloquutionis ipſius (vt ſic dicam) ſiue relationis, quia ſe inuicem reſpicerent, diuerſitas diuerſam quoque appellationem ipſis dedit. Neque enim Filio ad hoc, vt Pater ſit, aliquid deeſt, nō enim egere eſt filium eſſe, verum qui Filius eſt, non & præter hoc Pater eſt, aut eadem ratione & Patri quoniam Filius ſit deerit aliquid. Non enim qui Pater, is, & Filius: atqui hæ appellationes neque egeſtatem. Vnde enim hoc, neque eſſentiæ imminutionem ſignificant, verum ipſum illud ingenitum eſſe, & eſſe genitum procedere fecit, vt hic quidem Pater, alter autem Filius: atqui hæ appellationes: tertius vero hoc quod audit nempe Spiritus ſanctus nominetur, nimirum vt in vna & natura & dignitate Deitatis, & confuſa trium perſonarum ſeruetur diſtinctio. Neque enim Filius eſt Pater. Vnus enim eſt Pater: ſed quod Pater nec Spiritus ſanctus, propterea quod ex Deo proficiſcitur, & Filius eſt: vnus enim eſt vnigenitus, ſed quod Filius eſt, hoc & Spiritus eſt, tria hæc dignitate ſunt vnum, & vnum hoc perſonarum proprietate tria: ſic vt neque vnū illud ſit Sabellij confuſaneū, neque

Inſania eſt ſecretam Dei naturam rimari.

Obiectio ſecunda aduerſus Spiritum.

neque tria iuxtà tractatam modo malignam diuiſionem. Quid ergo Deus ne Spiritus? maxime, tum an non & *omouſios*? Quid ni? Si quidem eſt Deus? Da ergo, inquit mihi ex ipſo hoc quidē Filium, hoc autem non Filium, deinde *omouſio*, & colligam Deum, & Deum hoc eſt bis Deum: Quin & tu mihi aliū Deum, aliam Dei naturam, & ipſe eandem tibi vna cum eiſdem tum rebus, tum nominibus dabo Trinitatem, ſed ſi vnus eſt Deus, vna natura ſuprema, vnde queſo ſimilitudinem aliquā exhibuero? An rurſus tuo more ex infirmis his rebus & tuis, diuinarum coniecturā facis? Profecto valde quidem turpe eſt, atque adeò non turpe modo ſed & plane ſtultum, ex rebus humanis imaginem colligere diuinarum, & res immobiles ad naturam fluxam exigere, adeoq; quod Eſaias ait, viuentia inter mortuos inquiri. Tametſi in tuam gratiam rationi iſti, vel hinc opem aliquā ferre conabor, quanquam autem ex naturę animantium hiſtoria, quæ commemorare ſic poſſem, ſuppetunt multa. Quorum fane quædam ſatis familiariter nobis ſunt comperta, quædam paucis tantum cognita, quippe quę in generandis animalibus natura obſeruat: tamen cætera miſſa faciam, vt quod dicuntur naſci, nō tantū ex eiſdē eadē, neq; ex alteris altera, ſed ex alteris eadē, & ex eiſdē altera q̄ ſi credi hoc poteſt, eſt & alia quædā generationis ratio ſecundum quā idē quidam à ſeipſo & perit & naſcitur, ſunt & quę extra ſeſe mutātur, & ex alijs animantibus in alio trā ſeūt, transformanturq; ambitioſo quodā naturæ ludo: iam & idē eſt genitum, & non genitum quæ tamē eiuſdem ſunt eſſentiæ, id quod præſenti conſiderationi magis etiam cōuenit. Ipſe vero vno quodam, ex noſtrorum librorum penu de prompto, quod & ipſum familiare eſt ad aliam diſputationē progrediar. Adam quid tandem erat figmentum Dei, tum quid Eua? ſectum quiddam ex figmēto. Quid autem Seth? Vtriuſq; proles. Non enim id videtur figmentum, ſectū & genitū? Quid ni? ſed *omouſio*. Hęc aut dic quid aliud? quid ni? Confeſſum itaque eſt nobis etiam ea quę diuerſæ ſubſiſtunt eiuſdem eſſentiæ reperiri, dico autem: hæc non hoc agens vt fictionem ſanctionē que aut quippiam eorum, quæ corporis ſunt tribuam Deitati, ne aditus per hoc rurſum ad me pateat contētioſis, ſed vt hic velut in ſcena, ipſa intellectilia vtrumq; conſiderem: neque enim nulla imago, tā eſt perfecta quæ per omnia verā illam primam rei formā referat, & non aliqua ſui parte deficiat. Et quid hæc inquiunt ad rem, neque enim vnius & eiuſdem hoc quidē eſt genitum aliud vero, aliud aliquid: Ergo quid Eua & Seth, an nō eiuſdem nempe ipſius Adam? aut cuius alius? an ambo ſunt genita? minime. Quid ergo? hoc quidem eſt ſectū illud vero genitum, atqui hæc inter ſe ſunt eadem: homo enim eſt vterque, nemo contradicit? Deſinat ergo oppugnare Spiritum ſanctum, hoc arietē vt vel genitum eſſe eum, vel non *omouſion*, neque Deum efficiat. Atq; hoc facit dum Dei occultam facultatē noſtri captus anguſtijs metitur. Et quidem ſatisfecerint hæc tibi vtiq; opinor, ſi non contentioſas eſſe nec aduerſus manifeſtam veritatem pugnare ſtatuiſſes.

Nihil eſt in creaturis quòd Dei naturam pro dignitate refe rat.

Geneſ. 2.

Cyrillus in argumētis, quod Spiritus ſanctus ſit Deus, & non creatura.

CVm autem venerit Paracletus, quē ego mittam vobis à Patre Spiritū veri-

ueritatis qui à Patre procedit, illa teſtificabitur de me: Si à Deo & Patre procedit Spiritusſanctus, & quaſi vapor vel qualitas eſt ſubſtãtiæ eius, genitus autem & non creatus eſt Pater. Quomodo igitur Spiritus qui ex illo procedit eſſet factus? quomodo etiam nos templa Dei appellamur, qui Spiritum Dei accepimus, ſiquidem ſecundum quorundam inconſiderantiam non eſſet Deus.

Athanaſius de Arriana & cathol. confeſſ.

ARriani dicunt Filium Dei non de ſubſtantia Dei Patris genitum, ſed extrinſecus creatum. Ego credo Dei Filium de Patris natum ſubſtantia, non creatũ ſicut & Spiritumſanctum Paracletum, qui eſt Filij à Patre procedẽs, & ideo dico homouſion, ad Filium Patre dicente: Tecũ principium in die virtutis tuæ in ſplẽdoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Nam & cum tempore paſſionis Pilatus ab eo accuſantibus Iudæis requireret, Num Rex eſſet, reſpondens Dominus ait: Ego in hoc natus ſum. De Spiritu quoque ſancto Dominus dicit: Spiritusſanctus qui à Patre meo procedit. Conſtat ergo ſecundum vnam diuinitatis ſubſtantiam Filium genitum à Patre procedentem, & totum eſſe Filij ſicut fons de fonte eſt, & lumen de lumine.

Ioann. 15.

Auguſtinus tracta. in Ioannem, 92. in cap. 15.

DOminus Ieſus in ſermone quem loquutus eſt Diſcipulis ſuis, poſt cænam proximus paſſioni, tanquam iturus & relicturus eos preſentia corporali, cum

A omnibus autem ſuis vſque in conſummationem ſeculi futurus præſentia, ſpiritali exhortat? eſt eos ad perferendas perſecutiones impiorum, quos mundi nomine nuncupauit: ex quo tamen mundo etiam ipſos Diſcipulos ſe elegiſſe dixit, vt ſcirent ſe Dei gratia eſſe quod ſunt, ſuis autem vitijs fuiſſe quod fuerunt. Deinde perſecutores & ſuos & ipſorum Iudæos euidenter expreſsit, vt omnino appa-
B reret etiam ipſos mundi damnabili appellatione concluſos, qui perſequuntur ſanctos, cumque de illis diceret quòd ignorarent eum, à quo miſſus eſt, & tamen odiſſent & Filium, & Patrem, hoc eſt, & eũ qui miſſus eſt, & eum à quo miſſus eſt, de quibus omnibus in alijs ſermonibus iam diſſeruimus, adhoc peruenit, vbi ait, vt adimpleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt: *Quia odio habuerunt me gratis.*
C Deinde tanquan conſequenter adiunxit, vnde modo diſputare ſuſcepimus: *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.* Quid hoc pertinet ad illud quod dixerat, nunc autem *& viderunt & oderunt & me & Patrem meum*, ſed vt impleatur ſermo, qui
D in lege eorũ ſcriptus eſt: *Quia odio habuerunt me gratis*: An quia Paracletus, quando venit Spiritus veritatis, eos qui viderunt & oderũt teſtimonio manifeſtiore conuincit. Imo vero etiam aliquos ex illis, qui viderunt, & adhuc oderant ad fidem quæ per dilectionem operatur ſui manifeſtatione conuertit: hoc vt intelligamus ita factum eſſe recolimus. Venit enim die Pentecoſtes Spiritusſanctus.

Auguſti-

Auguſtinus tracta. in Ioannem, 93. ſuper cap. 16.

IN his quæ præcedunt hoc Euangelij capitulum Dominus Diſcipulos ſuos, ad inimicorum odia perferenda confirmans, ſuo quoq; reparauit exemplo, vt eum imitando fierent fortiores, addens & promittens eis quod vēturus eſſet Spiritusſanctus, qui de illo teſtimoniū perhiberet, & adijciēs quod & ipſi fierent teſtes eius, hoc vtiq; in eis operante Spirituſancto, ſic enim ait: *Ille teſtimoniū perhibebit de me, & vos teſtimoniū perhibebitis*, vtique quia ille perhibebit, etiā vos perhibebitis, ille in cordibus veſtris, vos in vocibus veſtris; ille inſpirādo vos ſonando, vt poſsit impleri. *In omnē terram exiuit ſonus eorum*: parū quippe fuerat eos adhortari exēplo ſuo niſi impleret Spiritu ſancto. Deniq; Apoſtolus Petrus, cum iam verba eius audiſſet, vbi dixerat: *Non eſt ſeruus maior Domino ſuo: ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur*: Et hoc in illo iam videret impleri, in quo patientiam Domini ſui, ſi exemplum ſufficeret debuit imitari, ſuccubuit & negauit, non vtique ferens quod illum ferre cernebat: cum vero accepit donum Spiritusſancti quem negauerat prædicauit, & quem confiteri timuerat nō timuit profiteri. Prius enim exemplo quidem fuerat edoctus, vt quod fieri conuenerat noſſet, ſed nondum fuerat virtute fultus, vt quod nouerat faceret inſtructus erat, vt ſtaret, ſed non erat firmatus, ne caderet, quod poſteaquam per Spiritumſanctum factum eſt annuntiauit vſque ad mortem, quem negauerat timens mortem. Ideo Dominus in hoc conſequenti capitulo, de quo nunc nobis loquendum eſt. Hæc inquit, locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Canitur quippe in Pſalmo: *Pax multa diligentibus legem tuam Domine, & non eſt illis ſcandalum*. Merito itaque promiſſo Spirituſancto, quo in eis operante fierent teſtes eius ſubiunxit: *Hæc loquutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini*. Cum enim charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per Spiritumſanctum, qui datus eſt nobis fit pax multa diligentibus legem Dei, vt non ſit illis ſcandalum. Deinde quæ paſſuri eſſent, iam exprimens ait. *Extra Synagogas facient vos*. Quid autem mali erat Apoſtolis, expelli de Synagogis Iudaicis, quaſi non inde fuerant ſe ſeparaturi, etiam ſi eos nullus expelleret? Sed nimirū hoc voluit denūtiare, quia Iudæi Chriſtum non fuerant recepturi, à quo iſti non fuerant receſſuri, & ideo futurum erat vt foras mitterētur cum illo ab eis, qui eſſe nollēt in illo, ij qui eſſe non poſſent ſine illo; nā profecto, quia non erat vllus alius populus Dei, quam illud ſemen Abrahæ, ſi agnoſcerent & reciperent Chriſtum, tanquam rami naturales in oliua permanerent, nec alię fierent Eccleſiæ Chriſti, aliæ Synagogę Iudæorum eædem quippe eſſent, ſi in eodem eſſe voluiſſent, quod quia noluerunt, quid reſtabat niſi vt remanentes extra Chriſtum, extra Synagogas facerent eos, qui non relinquerent Chriſtum? Accepto quippe Spirituſancto teſtes eius effecti non vtique, vt tales eſſent de quibus dicitur: *Multi Principes Iudæorum, crediderunt in eum*, ſed propter metum Iudæorum ne repellerentur de Synagogis, non audebant confiteri eum, dilexerunt enim gloriam hominum magis quam Dei. Crediderunt ergo in eum ſed non ſic,

Pſalm. 18.

Ioann. 13.

Pſalm. 118.

Ioann. 12.

quomodo eos volebat credere, qui dicebat, quomodo poteſtis credere gloriam ab inuicē expectantes,
Ioann. 5. & gloriam quæ à ſolo Deo eſt non quærentes Diſcipulis, ergo ſic in eū credentibus vt impleti Spiritu ſancto, hoc eſt dono gratiæ Dei, non ſint de numero eorū qui ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volē tes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti, nec de illorū, de quibus dictum eſt, dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei: illa congruit Prophetia, quæ de
Pſalm. 88. ipſis inuenitur impleta: *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in tua iuſtitia exaltabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tu es*: Merito eis dicitur extra Synagogas facient vos, illi, ſcilicet, qui zelum Dei habent, ſed non ſecundum potentiam: propter quod ignorātes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, eos expellunt, qui nō in ſua ſed in Dei iuſtitia exaltabuntur, nec expulſi ab omnib⁹ erubeſcūt: *Quoniam gloria virtutis eorum ipſe eſt*: Deniq; cum hoc eis dixiſſet adiecit: *Sed venit hora vt omnis qui interfecit vos arbitretur obſequium ſe præſtare Deo, & hæc facient vobis quia non cognouerunt Patrem, neq; me*: hoc eſt, nō cognouerunt Deum, neq; eius Filiū, cui ſe in vobis occidendis prę ſtare arbitratur obſequiū: quę verba Dominus ita ſubiunxit tanquā ex hoc cōſolaretur ſuos, qui de Synagogis Iudaicis expellerētur, prę nuntiās enim quæ mala eſſent pro eius teſtimonio perpeſſuri extra ſuri: *Extra Synagogas*, inquit, *facient vos*, nec ait, *& venit hora, vt omnis qui interfecit vos, arbitretur obſequiū ſe præſtare Deo*. Quid ergo ait, ſed venit hora, quemadmodū diceret, ſi aliquid boni poſt iſta mala prędiceret. Quidquid ſibi ergo vult *extra Synagogas facient vos*? ſed venit hora

A tanquā hoc dicturus fuiſſet ſepara bunt quidē illi vos, ſed ego vos colligā, aut ſeparabunt quidē illi vos, ſed venit hora lætitiæ veſtræ: quid ergo ibi facit hoc verbū quod ait, ſed venit hora, quaſi conſolationē eis promittere poſt tribulationem, cum magis diceret debuiſſe videatur indicatiuo modo, & venit hora? ſed non ait, & venit cum tribulationē ſuper tribulationem non conſolationē poſt tribulatio
B nē venturam illis eſſe prædiceret, an forte ſic eos illa de Synagogis ſeparatio fuerat turbatura, vt mori malent quam in hac vita ſine Iudęorum congregationibus immo rari? abſit vt ſic turbarentur, qui Dei non hominum gloriam requirebant: quid ergo eſt: *Extra Synagogas facient vos*? ſed venit hora cū potius dicere debuiſſe videatur: *Et venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitratur obſequium ſe præſtare Deo*? Neque enim ſaltem dictum eſt,
C ſed venit hora vt interficiant vos, quaſi vt eis mors pro conſolatione illius ſeparationis accideret, ſed venit hora, inquit, *vt omnis qui interficit vos arbitretur obſequium ſe præſtare Deo*. Prorſus non mihi videtur aliud ſignificare voluiſſe, niſi vt intelligerent, atque gauderent, tam multos ſe Chriſto acquiſituros, cum de Iudæorum congregationibus pellerentur, vt
D eos quidem non ſufficerent pellere, ſed non ſinerent viuere, ne omnes ad nomen Chriſti ſua prædicatione conuerterent: & ab obſeruatione Iudaiſmi, tāquam diuinæ veritatis auerterent. Hoc enim de Iudæis dictum debemus accipere, de quibus dixerat: *Extra Synagogas facient vos*. Nam teſtes, id eſt, Martyres Chriſti, etiam ſi occiſi ſunt à gentilibus, non tamen illi arbitrati ſunt Deo, ſed dijs ſuis falſis obſequium ſe

præ-

ſe præſtare, cum hæc facerent, Iudæorum autem omnis qui occidit prædicatores Chriſti, Deo ſe putauit præſtare obſequium, credens quod deſererẽt Deum Iſrael, quicunq; conuerterentur ad Chriſtum, vt enim & ipſum Chriſtum occiderent, iſta ratione commoti ſunt, nam eorum de hac re etiã verba conſcripta ſunt: *Videtis quia totus mundus poſt eum abijt, ſi dimiſerimus eum ꝟiuere ꝟenient Romani, & tollent nobis, & locum & gentem*, & quod Cayphas dixit: *Expedit ꝟt ꝟnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat.* Et in hoc ergo ſermone ſuo Diſcipulos ſuos erexit exemplo, quibus dixerat: Si me perſecuti ſunt & vos perſequentur, vt quemadmodum illum occidendo, Deo ſe præſtitiſſe obſequium putauerunt, ſic etiam illos: Iſte itaque ſenſus eſt, in his verbis: *Extra ſynagogas facient ꝟos*, ſed nolite ſolitudinẽ formidare: ſeparati quippe à congregatione eorũ, tam multos in nomine meo congregabitis, vt illi metuentes ne templum quod erat apud eos, & omnia veteris legis ſacramenta deſerantur interficerent vos, ſic fundentes ſanguinem veſtrum vt Deo ſe preſtare arbitrentur obſequium. Ecce eſt illud quod de his dixit Apoſtolus: zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, obſequium ſe putant præſtare Deo, interficiẽdo famulos Dei. O error horrendus ita ne vt placeas Deo percutis placẽtem, Deo, & templum Dei viuum te ferente proſternitur, ne Dei templum lapideum deferatur? O execrabilis cæcitas: ſed ex parte in Iſrael facta eſt, vt plenitudo gentium intraret, ex parte in quam facta eſt non ex toto. Non enim omnes ſed aliqui ex ramis fracti ſunt vt inſereretur oleaſter: nam Spiritu ſancto impleẽte Diſcipulos Chriſti, cum linguis omnium gentium loquerentur, cum per eos diuina miracula frequentarentur, & diuina eloquia ſpargerentur, etiam occiſus ita dilectus eſt Chriſtus, vt eius Diſcipuli à congregationibus Iudæorum, ex ipſis quoque Iudæis in gentem multitudinem congregarent, & nullam ſolitudinem formidarent. Hinc ergo accenſi cæteri reprobi, & cæci zelum Dei habentes, ſed non ſecundum ſcientiam, & obſequiũ ſe preſtare Deo credentes, occidebant eos, ſed pro illis occiſis colligebat eos, qui de his futuris antequam occideretur inſtruxerat eos ne ignaros atq; imparatos animos mala inopinata, & improuiſa, quãuis cito tranſitura turbarent, ſed præcognita & patienter accepta ad bona ſempiterna perducerent. Hanc enim fuiſſe cauſam vt hæc eis prẽnuntiaret, etiam ipſe demonſtrauit adiungens: *Sed hæc loquutus ſum ꝟobis, ꝟt cum ꝟenerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi ꝟobis.* Hora eorum, hora tenebroſa, hora nocturna, ſed in die mandauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte declarauit, quando nox Iudæorum ſeparatum à ſe diem Chriſtianorum, nulla confuſione fuſcauit, & quando carnẽ occidere potuit, fidem tenebrare non potuit.

Ioann. 12.

Ad Rom. 10.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 34.

HÆC *locutus ſum ꝟobis ꝟt non ſcandalizemini* Iudæorum ſuperbiam Diſcipulis Saluator exponens pleraq; ſiluit. Poterat enim aperte ad tantam illos impietatem venturos dicere, vt auribus penitus obſtructis, nec quãuis duplici teſtimonio diuino, ſcilicet,

atque humano veritas comprobetur velint attendere, ſed & ſi lex
Deute. 19. clamet: *In voce duorum aut trium teſtium ſtare*: oportere reſilient tamẽ atque deridebunt, ſed hæc particularius dicere omiſit, ne in deſperationem Diſcipuli caderent, & tã ſe quam Paracletum contemptum iri audientes, nec minus Patrem ſimul ac Filium, quanuis multa mirabiliter per Spiritum agãt fruſtra ſe laboraturos putarent, & ſilentium prædicationi præponerent particularioribus igitur ſilẽtio traditis ad ea orationem conuertit, quæ animos eorum poterãt roborare. Nam quod non expectatum præter opinionem ſubito irruit magnos etiam plerunque animos turbat: quod autem præuidimus quanuis grauius inferatur, leuius tamen propter præmeditationem videtur. Sed illud puto etiam ſignificari occultius, ſi enim inquit vobis teſtibus, tot tantaque mirabilia feci, ſi Paracletus quoq; in vobis ſimilia faciet: nec tamen Iudæi ad meliora reducentur. Nolite conturbari ſi oratione veſtra conuertere illos nõ poteritis, ſed mementote vbique ſermonis mei:
Matt. 10. *Non eſſe Diſcipulum ſupra Magiſtrum, ſed nec ſeruum Domino ſuo maiorem.*

Theophylactus in Ioannem. capit. 16.

DIxi inquit vobis, hæc priuſquam fierẽt, vt ne poſtea offendamini, cum videritis multos non credere, & vos multa aſpera pati, ſed cogitate quod etiam antequam factum ſit dixerim vobis, ſuſcipite poſthac à me conſola-
A tionem, quod neque in hoc decipiam vos, ſicut neq; in prædictione paſsionum, nam & abſque ſynagogis facient vos, & excludentia concilijs honeſtatiſque conditionibus, & in ſumma à ſua cõmunione ſeparabunt. Etenim iam conſpirauerant, quod ſi quis confiteretur Chriſtum ejiceretur à Synagoga. Nõ ſolum autem à Sy- Matt. 5. Ioann. 9.
nagoga vos alienos facient, ſed & morte punient, morteque ignominioſiſsima, vt pote ceu pernicioſos & vt inimicos Dei occident vos,
B & omnis qui occiderit vos, tanto ſtudio occidet vt videatur Deo cultum præſtare, hoc eſt putauit ſe rem piam Deoque gratam facturum: ſubdit autem conſolationẽ quæ ſufficere queat. Hæc enim inquit, facient quia non nouerunt Patrem, neque me; propter me (inquit) & Patrem hæc patiemini, igitur ſuſtinete: Beati enim eſtis cũ Matth. 5.
exprobrauerint, & perſecuti vos
C fuerint, & dixerint omne malum verbum contra vos, mentientes propter me. Hæc beatitudo veſtra conſolatio cum eius fueritis recordati. Hæc autem locutus ſum vobis, vt quando videritis moleſta illa eueniſſe credatis, & de reliquis. Non enim poteritis dicere, quod iucunda prædixerint vobis, decipere vos cupiens, verum ſicut annuntians triſtitia, non decipi,
D ita neque læta dicens indignus fide fuerim, inſuper vt ne ſitis minus præparati, ſed inſtructi recordemini, quod ego vobis ea dixerim, & idcirco ſtetis fortiter contra aduerſa.

(.?.)

TEX-

TEXTVS.

ET HAEC facient vobis quia non nouerunt Patrem neque me.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 36.

IVDÆORVM zelum non fuiſſe per cognitionem (vt etiã Paulus dicebat) oſtendit, nimirũ enim à recta via errarunt, licet putarent Moſaicæ literæ defenſione legis largitorem Deum lætari. Idcirco enim in prędicatores Euãgelij acerbe inſurgebant, ſed neſciebant Patrem nimium offendi, quando negligitur Filius. Imo vero quid Pater ſit & quid Filius qui ab eo natus eſt penitus ignorabãt. Vnde Moſem, quidẽ qui legis mi niſter fuit, ad aſtra laudibus extol lebant Dominum vero noſtrum Ieſum Chriſtum, qui Patris ineffa bile cõſilium interpretabatur, qui nihil à ſe facere, ſed à Patre man datũ accepiſſe, quid dicat, & quid loquatur affirmabat, turpiſsima morte occidere non dubitarunt: nec miracula Patris aut ſenſibilem vocem, qua deſuper teſtificabatur dilectum ſibi Filium, illum eſſe veriti, illo modo fuerũt. Quare non eſt ambiguũ ſi quis Dei verbũ prædicantur inuadit eũ in magna ignorantia ſanctæ ac conſubſtantialis Trinitatis conuerſari. Nullus enim naturam rerum attentius examinans, vnquam negauit cuncta per Filium, qui conſubſtantialis Patris eſt, ex voluntate Patris, & dici & geri, & vt cõ glorificatio vna eſt vtriuſque, ita negligi alter non poteſt altero, non contempto: ſed Apoſtolorũ quoque vexatio in eum aſcendit, qui illos in Apoſtolatus apicem euexit, ſic enim etiam ad Samuelem de Filijs Iſrael dictum eſſe diximus: non te, inquit, ſed me contempſerunt. Periculoſum igitur nimium eſt conuenientem honorem ſanctis, non attribuere, cum eorum contemptus in illum tranſeant à quo miſi ſunt.

Ioann. 12. Matth. 3.

TEXTVS.

SED hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 37.

NOn illa hac ait, cauſa dixi vt vigor veſtrę mẽtis eneruaretur, & antequam pericula veniant formidetis: ſed primũ vt recordati hæc à me vobis prædicta fuiſſe magis admiramini, & in ipſo tempore periculorum certior ab euentu rerum ſtabiliorque in mẽ fides efficiatur. Quomodo enim Deus natura non eſt, qui futura vt præſentia nouit? Deinde vt ventura pericula prę meditatione molliantur, & mẽs diuina magis cogitatione formetur, acerba enim valde repentina videri ſolẽt. Vnde Pſalmiſta quoque dicebat: *Paratus ſum, & non ſum turbatus.* Reminiſci ergo iubet prædicta ſibi omnia fuiſſe, vt etiam hinc verum eſſe Deum firmiter credant, ac facile poſſe à periculis per eum liberari non dubitent.

TEXTVS.

HAEC autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram,

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit 38.

ALIA quadam ratione per vtili animos nunc Diſcipulorum confirmat, nam cum longo tempore cum illo vixiſſent, & omnipotentiã eius in multis perſpexiſſent, dubitare non poterant omnia ſe pericula virtute illius ſuperaturos. Verum quoniam prẽter ſpem modò magnos ſibi futuros audierunt dolores: ne turbati cogitent ſecum & dicant, fefellit ergò nos ſpes noſtra, qui ad bona fuiſſe vocatos credidimus: & nũc calamitates ac ærumnæ imminere prædicuntur: neceſſario cauſam affert quare iſta ſibi ab initio non expoſuerit. Hæc non dixi, (ait) quia vobiſcum eram: ſufficiebat quippe præſentia eius, ab omni tentatione ipſos eripere. Verũ quoniam nunc ad Patrem vadit, opportune omnia illis explicauit. Antea vero ſilentij tempus erat, cum nihil opus eſſet, vt hæc cognoſcerent. Quomodo igitur diceret quiſpiam, pollicitus eſt cũ eis ſe futurum vſque ad conſummationem ſeculi, nunc autem prædictione futurorum, ideo illos munire ait, quia ſecum futurus non eſt? Nullus ambigit cum ad cælos aſcenderit, quanuis virtute Spiritus ſemper affuerit, præſentia tamen carnis ipſum affuiſſe. Quæ res magno mærore corda Diſcipulorum afficiebat, nec eum interrogant qua de cauſa ita faciet, intelligentes ſic illum iam determinaſſe, veniam igitur illis, quanuis non opportune tacerent, vltrò cõcedit. Interrogantes enim potuiſſent cauſam latius diſcere, qua ex re plurimum vtilitatis conſequerentur.

Matt. 28.

Auguſtinus tracta. in Ioannem, 94.

CVm Dominus Ieſus prædixiſſet Diſcipulis ſuis perſecutiones quas paſſuri fuerãt poſt eius abſceſſum, ſubiũxit atq; ait: *Hæc autẽ vobis ab initio non dixi, quia vobiſcũ eram: nunc autem vado ad eum qui me miſit.* Vbi primum videndum eſt, vtrum eis futuras non prædixerit ante paſsiones, ſed alij tres Euãgeliſtæ ſatis eũ prædixiſſe iſta demonſtrant, antequam ventum eſſet ad cænam, qua peracta ſecundum Ioannem iſta locutus eſt, vbi ait: *Hæc autem vobis ab initio nõ dixi, quia vobiſcum eram.* An forte hinc iſta ſoluitur quæſtio, quia & illi eũ narrant paſsioni proximum fuiſſe, cum hæc diceret? Non ergo ab initio, quando cum illis erat, quia iam diſceſſurus, iamque ad Patrẽ perrecturus hæc dixit: & ideo etiã ſecundum illos Euangeliſtas verũ eſt, quod hic dictum eſt: *Hæc autem vobis ab initio nõ dixi.* Sed quid agimus de fide Euangelij ſecundum Matthæum, qui hæc eis à Domino, non ſolum cum iam Paſcha eſſet cum Diſcipulis cenaturus, imminente paſsione, verum & ab initio denũtiata eſſe commemorat? Vbi primum nominatim duodecim exprimuntur Apoſtoli, & ad opera diuina mittuntur. Quid ſibi ergo vult quod hic ait: *Hæc autem vo-*

tem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram: niſi quia ea quæ hic dicit de Spiritu ſancto, quod ſit venturus à Deo ſe, & teſtimonium perhibiturus, quando mala illa paſſuri ſunt? Hæc ab initio eis non dixit, quia cum ipſis erat conſolator, ergo ille vel aduocatus, vtrumque enim interpretatur, quod eſt Græcè Paracletus Chriſto aſcendente fuerat neceſſarius, & ideo de illo non dixerat ab initio, quando cum illis erat: quia eius præſentia conſolabantur. Abſceſſurus autē oportebat, vt diceret illum venturum eſſe, per quem futurum erat, vt charitate defuſa in cordibus ſuis Verbum Dei, cum fiducia prædicarent, & illo intrinſecus apud eos teſtimonium perhibente de Chriſto, ipſi quoque teſtimonium perhiberent, neque ſcandalizarentur cum inimici Iudæi abſque Synagogis facerent eos, & interficerent arbitrantes obſequium ſe præſtare Deo. Quoniam charitas omnia tollerat, quę diffundenda erat in cordibus eorū, per Spiritum ſancti Donum. Hinc ergo iſte totus ducitur ſenſus, quia facturus eos erat martyres ſuos, id eſt, teſtes ſuos per Spiritum ſanctum, vt illo in eis operante perſecutionū quęcumque aſpera tollerarent, nec frigeſcerent à charitate prædicandi illo diuino igne ſuccenſi. *Hæc ergo* (inquit) *loquutus ſum vobis, vt cū venerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.* Hæc ſcilicet, locutus ſum vobis, non tantum quia paſſuri eſtis iſta, ſed quia eum venerit Paracletus, ille teſtimonium perhibebit de me, ne iſta timēdo taceatis. Vnde fiet vt etiā vos teſtimoniū perhibeatis. *Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram*, & ego vos conſolabar mea corporali præſentia, exhibita humanis ſenſibus veſtris, quam paruuli capere poteratis.

Spiritus ſanctus dicitur Paracletus, aduocatus, & conſolator

A

B

(?)

IN DIE PENTECOSTES.

Euangelium, Ioannis. 14.

TEXTVS.

SI quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

Chryſoſtomus in 2. Epiſtola ad Timot. cap. 4.

VI diligit me mandata mea ſeruabit, & veniemus ego & Pater meus, & manſionẽ apud eum faciemus. Conſidera quàm magnum, quàm ſingulare ſit eum qui communiter omnibus aduenit, ſingulariter nobis aduentum ſuum polliceri: *Veniemus enim* (inquit) *& manſionem apud eum faciemus.* Si quis diligit aduentum eius omnia agit, vt ipſum ad ſe inuitet, & habeat, vt illi perpetuum luceat lumen, nihil in nobis reſideat præſentia tantæ maieſtatis indignum, & continuo ad nos veniet, nobiſcũq; morabitur.

Fulgentius ad Traſimundũ Regem, lib. 2.

SI quis diligit, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diligit eum, & A *ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Simul diligunt, ſimul veniunt, & apud ſuum dilectorem, ſimul vnam faciunt manſionem, ſimul ſe manifeſtant, quia vno aduentus ſui lumine cor dilectoris inluminant. Et quoniam reuelando ſe manifeſtant, non ſe ſine ſancto Spiritu cognoſci nõ poſſunt, ſicut ſine ſuo ſpiritu eſſe non poſſunt. Et ob hoc ſicut vna eſt manifeſtatio, ſic vna eſt reuelatio Trinitatis, & vbi vnum eſt diuinę reuelationis munus, ibi vnus eſt indiuiduæ Trinitatis aduentus. B

Reuelãt quia nõ ſe ſine ſancto Spiritu manifeſtant, ſic enim ſine ſancto ſpiritu.

Idacius Clarus aduerſus Varimadum Arrianum.

SI dixerint, Filium nullam cũ Patre, cõmunionis operã habuiſſe. RESPON. Quòd autem communem operam habeant Pater & Filius, hoc modo docetur, Deum primi hominis plaſma Deus ad imaginem Dei communi ope-

ni operationis virtute feciſſe re-
Geneſ.1. fertur, Scriptura dicente: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram.* Item ibi: *Faciamus ei adiutorium ſimile.* Item ibi: *Deſcendamus & confundamus linguas eorum: & pluit Dominus de cælo ignem, & ſulphur ſuper Sodomam.* Et in Euangelio. *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.* Item ibi: *Pater in me manens facit opera hæc.* Et *quæcunque Pater facit, eadem & Filius facit ſimiliter, &c. Quæ ego facio non ſunt mea, ſed eius qui me miſit Patris:* Et *Ego & Pater ad eũ veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Quæ omnia non diſcretam Patris & Filij potentiam præſtãt, ſed vnam Deitatis operationem annuntiant, & ijs qui Pater num opus exequitur, paternis operibus alienus eſſe non creditur.

Ambroſius de Spiritu ſancto lib. 3. cap. 13.

2.Cor.4. *ILluxit enim Deus in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in faciem Chriſti Ieſu.* Quis eſt ergò qui illuxit, vt cognoſcamus Deum in faciem Chriſti Ieſu? dixit enim, *Illuxit Deus*, & cognoſcatur claritas Dei in faciem Chriſti Ieſu, quem putamus alium Pater Spiritum declaratum? aut quis eſt alius prẽter Spiritum ſanctum, cui diuinitatis potentia deferatur. Qui enim Spiritum excludunt, ne ceſſe eſt, inducant alium, qui cum Patre & Filio gloriam diuinitatis accipiat. Eadem igitur verba repetamus: Deus eſt, qui illuxit ad illuminationem claritatis Dei in faciem Chriſti Ieſu. Habes Chriſtũ euidenter expreſſum. Cuius ergo claritas illuminare dicitur, niſi Spiritus. Ipſum ergo Deum expreſſit, qui claritatem Dei dixit. Si Patris ſupereſt, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, & illuxit in

A cordibus noſtris Spiritus ſanctus intelligatur. Alium enim non poſſumus cum Patri Filioque venerari. Si igitur Spiritũ intelligis hũc Apoſtolus Deũ dixit. Neceſſe eſt igitur Deitatem Spiritus etiam vos fateamini qui negatis, ſed quã impudẽter negatis cum legeritis, quia templum habet Spiritus? Scriptum eſt enim: *Templum Dei vos eſtis de Spiritu ſanctus habitabit in vobis.* 1.Cor.3.
Deus ergo templum habet, creatura templum non habet verum, Spi
B ritus autem habet tẽplum, qui habitat in vobis, Nam ſcriptum eſt: *Quia membra veſtra templum eſt Spiritus ſancti.* 1. Cor. 6. In templo autẽ non quaſi Sacerdos, nec quaſi miniſter, ſed quaſi Deus inhabitat, quoniã ipſe Dominus Ieſus dixit: *Inhabitabo in illis & inter eos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.* Pſalm.10. Et Dauid dicit: *Dominus in templo ſancto ſuo.* Ergo Spiritus habitat in templo ſancto ſuo, ſicut habitat,
C Pater habitat & Filius, qui ait: *Ego & Pater veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Manet autem in nobis Pater per Spiritum quem dedit nobis. Quomodo igitur poſt ſimul diſpar manere natura? Vtique non poteſt. Manet autem cum Patre & Filio Spiritus ſanctus. Vnde & Apoſtolus cum gratia Ieſu Chriſti & charitate Dei communicationem ſancti Spiritus copu-
D lauit dicens: *Gratia Domini mei Ieſu Chriſti & charitas Dei, & communicatio Spiritus ſancti cum omnibus vobis.* Aduertimus igitur, quod Pater, & Filius ſanctus in vno eodemq; per naturę eiuſdem maneant vnitatẽ. Ergo diuinæ eſt poteſtatis qui habitat in templo. Sicut enim Patris & Filij, ita & Spiritus ſancti ſumus templum, non multa templa, ſed vnum templum, quia vnius templum eſt poteſtatis.

Pater manet in nobis per Spiritum.

Cyrillus in argumentis, vbi probat Spiritum ſanctum Deum & non creaturam eſſe.

DIxit alibi Chriſtus: *Si quis me audiet, veniemus ego & Pater meus, & manſionem faciemus apud eũ, & apud ipſum diuertemus*: Quomodo in nobis idipſum efficitur, vt promiſsũ eſt, docebit manifeſte Theologorum ſermo. Beatus enim Ioãnes, inquit: *In hoc cognoſcimus, quòd in nobis eſt, quia de Spiritu ſuo dedit nobis*. Sapientiſsimus vero Paulus: *Templum Dei eſtis & Spiritus Dei habitat in vobis*. Quomodo igitur factus eſt Spiritus ſi per illum participes efficimur, non enim per creaturam erit in nobis participatio Dei, uel dicant: Si factus vnus ſanctorum Angelorũ eſſet in nobis, eſſemus ne participes diuinæ naturæ? Sed hoc non eſt verum. Vnde Deus in nobis per Deum Spiritum, Scriptura diuinitus inſpirata tradit: *Sampſoni quum eſſet intonſo adhuc capillo, affuiſſe Spiritum ſanctum, & iterũ receſsit* (inquit) *Dominus ab eo quando capillus male defectus eſt, quomodo igitur factus eſt Spiritus, ſiquidem ſecundum naturam Dominus?* Nõ enim inter creaturas eſt, quod liberum & vere Dominus. Dominus noſter Ieſus Chriſtus aſcenſurus in cælos, ſanctos Apoſtolos cõſolabatur dicens: *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos*. Impleuit autem promiſsionem, miſſo nobis Paracleto de cælo. imò per ipſum facto inter nos. Iam quomodo eſt factus Spiritus, per quem in nobis eſt increata natura verbi quod omnia condidit.

Iudic. 16.

Ioann. 14.

Fulgentius ad Traſimundũ Regem, lib. 2.

VT ergo hæc ſilentio nunc interim deputẽtur, quoniã ſolent hæc aliquanti non totius Trinitatis, ſed ſolius Filij deputare perſonæ. Quid de illo loco Euangelij dicturi ſunt, in quo filius ipſe Diſcipulos, priuſquam pateretur informans ait: *Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me, qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſam*. Cumque Iudas Diſcipulus non traditor reſpõdiſſe, dicens: Domine quid factum eſt qui à nobis manifeſtaturus eſt te ipſum, & non mundo? vt oſtenderet manifeſtationis gratiam aduentus nomine demonſtrari, reſpondit Ieſus, & dixit ei: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruauit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mãſionem apud eum faciemus*. Simul diligunt, ſimul veniunt, & apud ſuum dilectorem ſimul vnã faciunt manſionem, ſimul ſe manifeſtant, quia vno aduentus ſui lumine cor dilectoris illuminant, & quoniam reuelando ſe manifeſtant, non ſe ſine ſancto Spiritu reuelant, quia non ſe ſine ſancto Spiritu manifeſtant. Sic enim ſine ſancto Spiritu cognoſci nõ poſſunt, ſicut ſine ſuo ſpiritu eſſe non poſſunt, & ob hoc ſicut vna eſt manifeſtatio, ſic vna eſt reuelatio Trinitatis: & vbi vnum eſt diuinæ reuelationis munus, ibi vnus eſt in diuiduæ Trinitatis aduentus. Nã ſicut Pater reuelare monſtratur, ipſo Filio dicente: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis*: Ita Filius Patrem reuelare ſuo ſermone monſtratur. Dicit enim: *Nemo nouit Filium niſi Pater, neque Patrẽ, quis nouit niſi Filius, & cui voluerit Filius*

Ioann. 14.

Matth. 16.

Matth. 2.

lius reuelare. Non eſt etiam ſancti Spiritus diſsimilis æſtimanda reuelatio, in quo eſt ipſius Dei naturalis agnitio, dicente Apoſtolo: *Quis enim ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt?* 1.Cor.2. Ita & quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi Spiritus Dei. De ipſo dicit idem gentium Doctor: *Nobis enim reuelauit Deus per Spiritum ſuum.* Ibidem paulo ſupra. De hoc denuò ad Epheſios ita ſcribit: *Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater gloriæ, det nobis Spiritum ſapientiæ, & reuelationis.* Et vt oſtenderet agnitionem Dei, in nobis reuelationem Spiritus operari, cùm dixiſſet: *Det vobis Spiritum ſapientiæ, & reuelationis adiecit; in agnitione eius.* Sola verò ſe poteſt Trinitas reuelare, quia ſola ſe plene poteſt ipſa Trinitas noſſe, & quantùm ſe dederit agnoſcendam, tantùm ſe cõdonat reuelandam. Ibi autem eſt plena ſui cognitio, vbi non eſt naturalis vlla diſcretio. Immenſus namque ab immenſo plene cognoſcitur, & ſcientiæ infinitas manet, vbi ſubſtantia finem non habet, nec ſcientiæ terminus ab aliqua creatura cõtingitur: vbi quod immenſum eſt, nullatenus terminatur. Sola eſt ergo vna Trinitas, quæ cum ſe manifeſtat, ineffabiliter venit: & cùm ſe indignis occultat, ineffabiliter omninò diſcedit. Veniunt atq; abeunt proprio, atque in comprehenſibili modo Pater & Filius, & Spiritus ſanctus, nec tamen localiter, aut Pater, aut Filius mouetur, aut Spiritus. Nouerunt ſic venire, atque abire, vt neque ad locum localiter veniãt, nec localiter de loco diſcedant. Hic aduentus Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, non mobilitatem, ſed pietatem Dei venientis oſtendit vna enim Deitas Trinitatis, quæ omnia implet omnia, continet, ille venire dicitur, cui ſe manifeſtare dignatur: & ab illo diſcedit, à quo lumen ſuæ dilectionis abſcondit. Nec tamen localiter abſens efficitur, cùm iuſte relinquit indignum: nec loco præſens efficitur, cùm miſericorditer viſitat quem fecerit dignum. Propterea, licet Deus dicat: *Cælum & terram ego impleo,* Pſalm.9. tamen de quodam dicitur: *Nõ eſt Deus in conſpectu eius:* & licet totum impleat Pater, dicitur tamen in libro Sapientiæ: *Peruerſe enim cogitantes ſeparant à Deo:* Sap.8. & cum de Filio, id eſt, de ſapientia Dei dicatur: *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter,* Sap.1. eadem tamẽ de ſe dicit: *Quærunt me mali, & non inuenient.* Et rurſus dicitur: *In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec inhabitat in corpore ſubdito peccatis.* Spiritus quoque ſanctus cũ immenſus omnimodis prædicetur: *Quia Spiritus Domini repleuit orbem terrarum:* de eodem tamen dicitur. *Sanctus enim Spiritus effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu.* Quantùm ergò ad ſubſtantiã & potentiam ſuam, vbique eſt Trinitas vnus Deus, totus totum cõplens virtute, non mole, totus in ſingulis, totus ſimul in omnibus creaturis: Quantùm verò ad cogitationes attinet noſtras, deſcendere ad nos Deus dicitur, cùm ſermonem ſuum ita nobis diuinitas temperat, vt humano nobiſcum more loquens, agnitionem & dilectionem ſuam, nobis intimare dignetur. Aſcendit autem in nobis, quando nos aſcendimus per charitatem, & ſcientiam Deitatis, vt diſcamus, nec immẽſo quicquam locale ſapere, nec de altiſsimo humile aliquid æſtimare, nec aliquid in Deo credere mutabile, nec in ſempiterno temporale aliquid cogitare. Talis eſt Patris, & Filij, & Spiritus ſancti credendus

Deus aduenit hominib⁹ non mobilitate vel loco ſed pietate.

dus aduentus, quoniam ſicut mũdana operatione primordialiter conſummata requieuiſſe dicitur Deus, qui tamen non laborauit in opere, quia cuncta ſola operatus eſt voluntate.

Fulgentius ad Monimũ, lib. 3.

Apud Deum nota eſt, & apud homines memoria eius.

RVrſus in eodem libro ſcriptum de ſapientia legimus: *Immortalis enim eſt memoria illius, quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines.* Quomodo autem apud homines nota eſt, ſi non intra homines, ſed extra homines eſt? Cum niſi in animam hominis intrauerit, nota homini eſſe non poſsit. De ipſa quippe ſic dicitur, & permanens in ſe omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe trãſfert, & vt non aliud agnoſcatur, in animas ſe transferre, quam in animas intrare. Rurſus de illa textus Scripturæ ſanctæ ſic memorat hæc. *Populum iſtum & ſemen ſine querela liberauit à nationibus, quæ illum cõprimebant, intrauit in animam ſerui Domini, & ſteterit contra Reges horrendos in portentis & in ſignis.* Hunc introitum ſuum, quo in animas intrat, etiam in Apocalypſi Ioannis inſinuat dicens: *Ecce ſto ad ianuam, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuã, introibo ad eum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Hoc introitu Pater & Filius ad dilectorem ſuum veniunt, & manſionem apud eum faciunt, ſicut ipſe Filius loquitur. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus.* Quod ſi venientes Pater & Filius ad eum, apud quem manſionem faciunt, non interius ſed exterius ſunt, dicatur nobis, vbi ad eum veniant, & manſionem apud eum faciant. Interim quod interius in ſuis fidelibus inhabitet Chriſtus, Paulo prædicante cognouimus, inquit. *In interiore homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris.* An forſitam dicturi ſũt, aliter in interiore homine noſtro habitare Chriſtum per fidẽ, & aliter eum cum Patre venientem apud dilectorem ſuum facere mãſionẽ, vt Chriſtus interim ſolus in interiore homine noſtro inhabitare poſsit: Pater autem exterius remanens apud quem manſionem facit, non ſolum ipſe interius manere nequeat, ſed etiam Filium cõmunione aduentus ſui, ne interiore homine habitare poſsit impediat? Spiritum quoque ſanctum ſic Filius Dei promiſit fidelibus ſuis, vt apud eos maneat, & in ipſis ſit. Dicit enim: *Si diligitis me, mandata mea ſeruate, & ego rogabo Patrem & alium Paracletum dabit, qui manet vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non vidit eum, nec ſcit eum, vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Ecce apud quos manet & in eis eſt Spiritus ſanctus dicatur quę hic poteſt eſſe diuerſitas in eo, quod apud eos manet, & in eis eſt? Etenim in vno loco vtraq; præpoſitio ponitur, & Spiritui ſancto vtriuſq; rei poſſibilitas aſsignatur, vt apud quos manet in eis ſit.

Introibo ad eum, & ad eũ veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus.

Ephes. 3.

Quomodo Deus in homine habitat

Ioann. 14.

Auguſtinus de Geneſi ad literam, lib. 11. cap. 39.

ET fecit Dominus Deus Adæ, & mulieri eius tunicas pelliceas, & induit eos: Et hoc ſignificationis gratia factum eſt, ſed tamen factum: ſicut illa quæ ſignificationis gratia dicta ſunt, ſed tamẽ dicta ſunt. Hoc enim quod ſæpe dixi, nec me ſæpius piget dicere, à narratore rerum proprie geſtarum exigendũ eſt, vt ea narret facta eſſe, quæ facta ſunt, & dicta eſſe quæ dicta ſunt. Sicut autem in factis quæritur

Geneſ. c. 3.

tur quid factum ſit, & quid ſignificet: ita in verbis quid dictum ſit, & quid ſignificet. Siue enim figurate, ſiue proprie dictum ſit, quod dictum eſſe narratur, dictum tamen eſſe non debet putari figuratum. Et dixit Deus: *Ecce Adam factus eſt, tanquã vnus ex nobis in cognoſcendo bonum & malum.* Quoniam hoc, per quodlibet & quomodolibet dictum ſit, Deus tamen dixit non aliter intelligendum eſt, & quod ait: *Vnus ex nobis*, niſi propter Trinitatem numerus pluralis accipiatur: ſicut dictum erat: *Faciamus hominem*, ſicut etiam Dominus de ſe & de Patre: *Veniemus ad eum, & manſionẽ apud eum faciemus.* Replicatum eſt igitur in caput ſuperbi, quo exitu concupiuerit, quòd à ſerpente ſuggeſtum eſt, *Eritis ſicut dij, Ecce* (inquit) *Adam, factus eſt tanquam vnus ex nobis.* Verba enim ſunt hæc Dei, non tàm huic inſultantis, quàm cæteros ne ita ſuperbiant deterrentis, propter quos iſta conſcripta ſunt, *Factus eſt*, inquit, *tanquam vnus ex nobis, in cognoſcendo bonum & malum.* Quid aliud intelligendum, niſi exemplum timoris incutiẽdi eſſe propoſitum, quod non ſolum non fuerit factus qualis fieri voluit, ſed nec illud quod factus fuerat conſeruauit.

Auguſtinus tracta. in Ioannem, 76. de cap. 14.

Suis non alienis Chriſtus ſe manifeſtauit.

ECce expoſita eſt cauſa, quare ſe ſuis manifeſtaturus eſt, nõ alienis, quos mundi nomine appellat, & ipſa eſt cauſa, quod ij diligant, illi nõ diligant: ipſa cauſa eſt de qua facer inſonat Pſalmus: *Iudica me Deus & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta.* Qui enim diligunt, quia diligunt, eliguntur. qui verò non diligunt: *Si linguis hominum loquantur, & Angelorum, fiunt æramentum ſonans, & cymbalum tinniens, & ſi habuerint Prophetiam, & ſciant omnia ſacramenta, & omnem ſcientiam, & habuerint omnẽ fidem vt montes transferant, nihil ſunt: & ſi diſtribuerint omnem ſubſtantiam ſuam, & tradiderint corpus ſuum vt ardeant, nihil eis prodeſt.* Dilectio ſanctos diſcernit à mundo, quæ facit vnanimes habitare in domo, in qua domo Pater & Filius manſionem faciunt, qui donant, & ipſam dilectionem, quibus donent in fine, etiam ipſam ſuam manifeſtationem. De qua Diſcipulos Magiſtrum interrogabat, vt non ſolum illi qui tunc audiebãt per os eius, ſed etiam nos per Euãgelium eius hoc noſſe poſſemus: quæſierat enim de Chriſti manifeſtatione, & audiuit de dilectione atque manſione. Eſt ergo quædam Dei manifeſtatio interior, quam prorſus impij non nouerunt, quibus Dei Patris, & Spiritus ſancti, manifeſtatio nulla eſt. Filij verò potuit eſſe, ſed in carne quæ nec talis eſt, qualis illa nec ſemper illis adeſſe poteſt, qualiſcumque ſit, ſed ad modicum tempus, & hoc ad iudiciũ, non ad gaudium, ad ſupplicium, non ad premium. Nunc eſt ergo vt intelligamus quantùm aperire ille dignatur, quomodo dictũ ſit. *Adhuc modicum, & mundus me iam nõ videt, vos autem videbitis me.* Verum eſt quidem quod poſt paululum etiam corpus ſuum, in quo poterãt eum & impij oculis videre, oculis eorum fuerat ſubtracturus: quãdo quidem poſt reſurrectionem nemo eum vidit illorum, ſed quoniã dictum eſt teſtantibus Angelis: *Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum*, nec aliud credimus quàm eum in eodem corpore ad iudicium viuorum & mortuorum eſſe venturum. Proculdubio tunc eum videbit mundus, quo nomine

Pſalm. 42.

1. Cor. 13.

Actor. 1.

mine ſignificati ſunt à regno eius alieni: ac per hoc lõge melius me liuſq; intelligitur, iam illud tẽpus ſignificare voluiſſe in eo quod ait: *Adhuc modicum & mundus me iam nõ videt*, quando in fine ſeculi auferetur ab oculis damnatorum, vt illi eum de cætero videant, apud quos diligentes eum, facit Pater atque ipſe manſionem. Modicum autem dixit: quia & id quod prolixum videtur hominibus, breuiſsimum eſſe ante oculos Dei, de hoc quippe modico iſte ipſe Ioãnes: *Filioli* (inquit) *nouiſsima hora eſt*. Ne quis porrò exiſtimet Patrem tantummodo & Filium ſine Spiritu ſancto apud dilectores ſuos facere manſionem, recolat quod ſuperius de Spiritu ſancto dictum eſt. *Quem mũdus non poteſt accipere, quia nõ videt eum, nec ſcit eum: vos autem cognoſcetis eũ, quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Ecce facit in Sanctis cum Patre, & Filio, ſanctus etiam Spiritus manſionem, intus vtique tanquã Deus in templo ſuo. Deus Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus veniũt ad nos, dum venimus ad eos: veniunt ſubueniendo, venimus obediendo: veniunt illuminando, venimus intuendo: veniũt implendo, venimus capiendo, vt ſit nobis eorum non trãſitoria viſio, ſed interna, & in nobis eorum non trãſitoria manſio, ſed æterna: ſic mundo non ſe Filius manifeſtat,

1. Ioann. 2.

Cyrillus in Ioannem, lib. 1. capit. 14.

Macedonio-rum confutatio.

SI enim natura Deus Spiritus nõ eſt, neque ſubſtantialiter Deo ineſt, ſed in creaturarum numero collocatur, quomodo qui per eum regenerati ſumus, ex Deo nati eſſe dicimur. Aut enim mẽtiri Euãgeliſtam dicetis, aut ſi verax eſt, ſicuti profecto eſt, Deus natura ex Deo Spiritus ſanctus eſt. Quo per fidem Chriſti participantes, diuinam participamus naturam, & Filij Dei efficimur, & dij ſumus: nõ ſolum quia gratia ad ſupernaturalem gloriam euolamus, verumetiã quia Deum inhabitantem poſsidemus, vt ſcriptum eſt: *Viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.* Alioqui dicant quæſo, quomodo templa Dei, ſecundum Paulũ ſumus, quia habitantem in nobis Spiritum habemus, niſi Deus natura ſpiritus ſit. Nam ſi creatura eſt, quam ob rem deſtruit nos Deus tanquàm templum Dei deſtruentes, quando corpus noſtrum inquinamus, in quo Spiritus habitat, qui naturales proprietates Patris & Filij omnes poſsidet. Quod ni ita eſſet, quomodo vera Saluatoris eſſet oratio. *Si quis diligit me* (inquit) *ſermonem meum ſeruabit & Pater meus diligit eum & ad eum veniemus, & apud eum manſionem faciemus.* Et certe Spiritus eſt, qui in nobis habitat, per quem ſimul Patrem etiam ac Filiũ habere credimus, vt hic ipſe Ioannes in Epiſtolis dicit: *In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.*

Ad Rom. 8.

Quomodo tẽplum Dei ſumus. 1. Cor. 3.

1. Ioann. 4.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 3.

Vnus ſolus Deus colendus.

QVum non rectè à Diſcipulo intellecta verba ſua Chriſtus videret, repetit rurſus quod dixit, dilucideq; docet nõ ſolũ cognitione iſta cõmuni amicis ſe ſuis manifeſtaturũ, ſed excellentiore quodam fulgoris modo. Nam rudiores, ab impio idolorum cultu, ad cognitionem Dei vocati, ſolummodo per fidem diſcẽt, quod vnus Deus qui nos creauit, colẽdus ſit.

Qui

Qui vero omni virtute mentem ſuam purgarunt, apti iam ad maiora facti, Spiritus illuminatione recepta, oculis animi habitãtem in ipſis Deum videbunt. Non eſt ergo communis Sanctorum cognitio, ſed eximia & certa longeque à communione illa differens. Itaque vndique verbis Chriſti, ad fidem & virtutem iuuamur. Primũ enim breuiter diffiniuit à quibus diligitur: vt oſtenderet, vt ego arbitror, non omnibus concedi virtutem huius gratiæ, ſed eis tantũmodo, qui ſic eum diligunt, vt mãdata eius ſeruent. Deinde quomodo in ipſis fulgebit, & quomodo inhabitabit, declarat dicens: *Pater meus diliget eum.* Qui enim opere, Filij mandata ſeruando Patrem, ex quo Filius naturaliter eſt, honorabit, huius operationis fructum dilectionem Patris habet. Vnde vide quæſo quam eximia ſequitur vtilitas: *Ego enim* (inquit) *& Pater veniemus & manſionem apud eum faciemus.* Quùm enim in nobis Chriſtus, per Spiritum ſanctum habitauerit, ibi & ipſe Pater neceſſario erit: Spiritus enim Chriſti, etiam Spiritus Patris eſt. Quapropter Paulus nunc, Patris nunc Filij Spiritum propriũ appellat: nec ſibi ipſi repugnat, cum vtrumque veriſsimum ſit. *Qui enim* (inquit) *Ieſum Chriſtũ è mortuis ſuſcitauit, is mortalia etiam corpora veſtra per Spiritum ſuum qui habitat in vobis, viuificauit:* & rurſus: *Miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra clamantem. Abba Pater.* Vides quia idem eſt Spiritus Patris ac Filij. Quùm igitur vnigenitus in cordib⁹ noſtris habitet, nõ abeſt inde Pater, qui eſt in Filio, & in quo Filius naturaliter eſt: ſed fidei quidem vera rectaque definitio hæc eſt. Libenter autem interrogauerim eos, qui aduerſus gloriam Spiritus linguam impie armant, quomodo ſi Spiritus creatura eſt, & à ſubſtantia Dei (vt illi dicunt) alienus, per ipſum in nobis Deus habitet? quomodo Dei particeps, qui Spiritum accipit efficitur? Nam ſi poſsibile aliquo modo eſt, vt per creaturam Deo participemus, quid prohibebit non per Spiritum, ſed per aliam creaturã nos ſanctificari? Quod quia impoſsibile omnino eſt. *Dei enim participes effici nemo poteſt, niſi per Spiritum:* Deus omninò & ex Deo Spiritus eſt, nec vllo modo eſt inter creaturas connumerabilis. Præterea, quod aliquo vt meliore ſecundùm ſubſtantiam, & excellentiore ſecũdum naturam participat, aliud eſt naturaliter quam ſit ipſum participatum. Si ergo Spiritus creatus eſt, quomodo eo creatura participabit? Creati autem nos, Spiritu tanquàm alio ſecundum naturam, quam nos ſumus, participamus. Quare quũ nihil prẹter Deũ, increatum ſit, Spiritus Deus eſt, qui increatus eſt. Quoniam quùm à creatura participetur, increatũ ipſum eſſe neceſſe eſt. Procedit verò ineffabiliter ex Deo, & habitat in nobis, ſicut & Deus vnde eſt: proprius enim eſt ſubſtantiæ eius. Sed de his quidem ſatis. Ad eos autem qui aduerſus Filium inſaniunt, illud neceſſario dicendum eſt: *Si quis me diligit, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Quid igitur, ò generoſi vos dicetis, ſi quis hoc modo interroget, vtrum duos Deos in nobis habeamus habitãtes, Patrẽ ſcilicet atque Filium, an vnum ſolummodo? Nam ſi aliud natura filius quam Pater eſt: quomodo nõ duo dij inſeruantibus mãdata habitabunt? Sin vero Patre ac Filio in nobis habitante, vnius Dei tẽpla ſumus: qua ratione duæ perſõ-

hæ vnus

Roma. 8.

Galat. 4.

Quod ſpiritus ſanctꝰ eſt Deus.

Habitant in nobis ne Pater & Filius &c.

næ vnus erunt Deus: si ſubſtantiæ identitas locum non habeat? niſi coacti neceſſario dicatis verba Chriſti non eſſe vera: ſed aut Patrem aut Filium, ſolum in nobis per ſpiritum habitare. Sed hæc omninò abſurda & impia ſunt. Nõ ergo alienus à ſubſtantia Patris, qui ex eo, & in eo eſt vnigenit⁹, ſicut in luce ſplendor lucis. Quare diuinus etiam ille Paulus, nõ duorum nos Deorum, ſed vnius templa vocauit, dicens: *Neſcitis quia tẽplũ Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Perſpice quia non deorum ſed Dei templum hominem nuncupauit identitate ſubſtantiæ, trinitatem perſonarum vnum Deũ appellans. Cur ergo friuolis rationibus veritatem euertitis, & impietatis veſtræ venenum imperitionibus immittere non veremini? 1. Cor. 3.

Cyrillus in Theſauro, lib. 13 cap. 2.

EGo (ait Saluator) *& Pater veniemus, & mãſionẽ apud eum faciemus.* Sed nemo dubitat Patrem, & Filium in ſanctis viris per Spiritum ſuum habitare. Quoniã ergo Patris & Filij ſimul præſentiã Spiritusſanctus, quùm in hominibus habitat, facit: perſpicuum eſt ipſum non eſſe alienum à Deitatis eſſentia, ſed ex ipſa naturaliter emiſſum, totam Patris & Filij habere operationem. Quod autem Spiritusſanctus à Patre per Filiũ, ad ſanctos viros mittitur, ipſe Saluator oſtendit dicens: *Quando autẽ veniet Paracletus, quem ego mittam à Patre Spiritũ veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me.* Et rurſum. *Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem Pater mittit in nomine meo, ille docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia quæ dixi vobis.* Prętereà Pauhus ſeipſum in principijs Epiſtolarum Apoſtolum Ieſu Chriſti vocatũ appellat, Apoſtolatum ab ipſo Ieſu Chriſto accepiſſe oſtendens. In Actibus vero Apoſtolorum huiuſmodi aliquid ſcribitur: *Miniſtrantibus autem ipſis Domino & ieiunantibus, dixit Spiritusſanctus: Segregate mihi Barnabam & Paulum ad opus ad quod vocaui ipſos.* Si ergo à Spirituſancto in Apoſtolatum vocatus, à Ieſu Chriſto vocatus dicitur: manifeſte probatur Spiritus ſanctus non eſſe alienus à ſubſtantia Filij, ſed eſſe in ipſo Filio, & ex ipſo, ſicut operatio quædam naturalis in propria hypoſthaſi, & ideò omnia facere poſſe quæ vult ſicut & Filius. Roma. 1. Actor. 13.

Didymus de Spirituſancto, lib. 2.

VEniemus (inquit) *ego & Pater*, haud dubiũ, quin & qui præcepta eius ſeruauerit, *Et manſionem apud eum faciemus.* Porrò ſi ſermo iſte contexitur. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Et Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãſionem apud eum faciemus.* In alio quoque loco, omnis natura rationalium creaturarum, domus dicitur Saluatoris. Sicut autem ſuper domum ſuam Dominus Ieſus, cuius domus ſumus nos: ita domus Chriſti templum Dei eſt: in quo ſpiritus eiuſdem inhabitat Dei. Scribens quippe Corinthijs Paulus ait: *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Si autem in domo & templo, quo Pater & Saluator inhabitat, illico inuenitur & Spiritusſanctus: ex hoc indiuiſa Trinitatis ſubſtantia demonſtratur. Et poſt nõ multa eiuſdem Epiſtolæ: *Neſcitis* (inquit) *quia corpora veſtra templum Spiritusſanctiſunt, quem habetis à Deo:* Cum ergo Ioann. 15. Ioann. 14. 1. Cor. 13.

Spiri-

Spiritusſanctus,ſimiliter vt Pater & Filius,mentē & interiorē hominē inhabitare doceatur: non dicā ineptum,ſed impiū eſt eum dicere creaturā. Diſciplinas quippe,virtutes dico & artes,& his cōtrarias perturbationes & imperitias, & affectus,in animabus habitare poſſibile eſt: non tamen vt ſubſtantiuas,ſed vt accidentes. Creatā vero naturā in ſenſu habitare impoſſe eſt. Quod ſi verū eſt:& Spiritus ſanctus abſq; vlla ambiguitate ſubſiſtens,animæ eſt habitator & cordi: nulli dubiū eſt,quin cū Patre & Filio credi debeat increatus. Ex omnibus igitur quæ precedēs ſermo diſſeruit,incorruptibilis&ſempiternus ſecundū naturā Patris,& Filij,Spiritusſanctus demonſtratus,vniuerſam de ſe ambiguitatē abſtulit& ſuſpitionem,ne vnus de creatis ſubſtantijs exiſtimetur, is qui Spiritus Dei ſit:quem exire de Patre Saluatoris,in Euāgelio verba declarant. *Cū venerit* (inquit) *cō ſolator, quē ego mittam vobis Spiritum veritatis qui à Patre egreditur,ipſe teſtimonium dabit de me.*

Ioann. 15.

Theophylactus in Ioannem.

IVdas quidē prę multa formidine exiſtimabat, quod mortuus Dñs in ſomnis ſe exhibitur⁹ eſſet eis,vnde & interrogabat, ſicut dictū eſt. Dñs autem refellens eius ſuſpitionē,inquit. *Sicut Pater manifeſtat ſeipſum , ita & ego manifeſtabo me metipſum. Ego enim* (inquit) *& Pater veniemus ad eos,qui cuſtodiunt ſermones meos*: atq; ita non in ſomnis manifeſtabimur vobis, ſed quia cū Patre vēturus ſum,vt par eſt Patrē manifeſtari,ita fiet & mea manifeſtatio, qua vobis manifeſtabor. At dicendo. *Manſionem apud eū faciem⁹*,ſubuertit Iude ſuſpitionē. *Non enim ſomnia manēt*,inquit: Ego autē quum manifeſtor, maneo cū Patre: non igitur quaſi in ſomnio erit viſitatio mea. Prædicit autem eis (vt dixi) ſe manifeſtandum,vt ne phātaſma ipſum putent, & interim exhortatur eos ad ſeruandum mādata ſua ſciētes q̄ ſeruantibus illa manifeſtandus ſit ipſe& Pater. Sic quoq; ab eo qui non ſeruat mādata diſcedit & ipſe & Pater, tanquā à non diligente. *Nāqui non diligit me* (inquit) *ſermones meos non ſeruat*. Atq; ita,neq; Patrē diligit,qui nō diligit Filiū. Nā ſermo Filij & Patris eſt. Qui igitur non cuſtodit ſermonē Filij, vel Patris, ſicut odit Filiū ita & Patrem. Vos igitur Diſcipuli , cuſtodite ſermones meos: ita enim declarabitis dilectionē tā erga me quā erga Patrē. Quidā autē dicūt Iudam diſcipulū nō ex formidine, ſed miſericordi mente dixiſſe. Quare manifeſtatus es te nobis, & non mūdo? Volebat enim non ſolos Diſcipulos, ſed & totum mundū vtilitatem ex manifeſtatione eius percipere. Ac Saluator oſtēdit,non omnes talia conſequi,ſed nos dū taxat qui mādata ſua ſeruamus, digni videbimur ſua manifeſtatione, Patriſq; dilectione.

Bernar. de aduētu Dñi,ſer. 3

TRiplicē enim ei⁹ aduentū nouim⁹,ad homines,in homines, contra homines. Ad homines qui dē in differētia,non autē ita in homines aut cōtra homines,ſed quia primus& tertius noti ſunt,vt potē manifeſti,de ſecūdo, qui ſpiritualis & occultus eſt:ipſum audi dicentem: *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eū & ad eū veniemus, & manſionē apud eū faciemus.* Beatus apud quem manſionē facies Domine Ieſu. Beat⁹ in quo ſapientia ædificat ſibi domum, excidens columnas ſeptem: beata anima quæ ſedes eſt ſapientiæ.

Prouer. 9. Sap. 7.

Bernar. de aduẽtu Dñi, ſer. 5

Si quis diligit me ſermones meos ſeruabit, & Pater meꝰ diliget eũ & ad eum veniemus. Sed quid eſt, *ſi quis diligit me ſermones meos ſeruabit*: Legi enim alibi: *Qui timet Deũ, faciet bona*, Sed plus aliquid dictũ ſentio de diligẽte: *quia ſermones Dei ſeruabit.* Vbi ergo ſeruandi ſunt? Haud dubium quin in corde, ſicut ait Propheta: *In corde meo abſcondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi.* Sed quomodo in corde ſeruãdi? An ſufficit ſola eos ſeruare memoria? At vero ſi ſeruanti dicit Apoſtolus: *Quoniã ſcientia inflat.* Deniq; & memoriã facile delet obliuio Sic ſerua ſermonẽ Dei, quo modo meliꝰ ſeruare potes cibo corporis tui. Nã & ille panis viuus eſt, & cibus mẽtis. Panis terrenus, dũ inarca eſt, poteſt à fure tolli, poteſt à mure corrodi, poteſt vetuſtate corrũpi. Vbi verò comederis illũ, quid eorũ timeas? Hoc modo cuſtodi verbũ Dei: *Beati enim qui cuſtodiunt illud.* Ergo traijciatur in viſcera quędã animę tuę, tranſeat in affectiones tuas, & in mores tuos, comede bonum & delectabitur in craſſitudine anima tua. Ne obliuiſcaris comedere panẽ tuũ, ne exareſcat cor tuũ, ſed adipe & pingue dine repleatur anima tua. Si ſicverbũ Dei ſeruaueris, haud dubium quin ab eo ſerueris: veniet enim Filiꝰ ad te cum Patre, veniet Propheta magnus qui renouabit Ieruſalẽ, & ille noua faciet omnia. Hoc enim faciet hic aduentus, vt ſicut portabimus imaginẽ terreni, ſic portemꝰ & imaginẽ cęleſtis. Sicut fuit vetus Adã effuſus per totũ hominẽ, & totũ occupauit, ita modo totũ obtineat Chriſtus, qui totum creauit, totũ redemit, totũ & glorificauit, quiq; totũ hominẽ ſaluum fecit in Sabbatho. erat in nobis aliquãdo vetus homo, pręuaricator ille erat in nobis, tã in manu quã in ore & in corde. In manu dupliciter, perfacinus & flagitiũ: in ore ſimiliter, per arrogantiam & detractionẽ, in corde quoq; per deſideria carnis, & deſideria glorię tẽporalis. Nunc autẽ ſi qua noua creatura in ipſo, vetera tranſierũt, & cõtra facinus in manu innocẽtia, cõtra flagitiũ continentia eſt, in ore contra arrogantiam verbũ confeſſionis, contra detractionẽ verbũ ędificationis: *Vt recedãt vetera de ore noſtro.* In corde vero cõtra carnis deſideria charitas: humilitas cõtra gloriã temporalem. Et vide ſi non in his tribꝰ Chriſtũ Dei Verbũ recipiãt ſinguli electorũ, quibꝰ dictũ eſt: *Pone me ſignaculũ ſuper brachium tuum, ſignũ ſuper cor tuũ*: & alibi, *Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo.*

Ecclef. 15.

Pſalm. 118.

1 Corint. 8.

Luc. 11.

Cant. 8.

Roma. 10.

Bernard. ſuper Cant. ſer. 27.

Anima, inquiẽs, *iuſti ſedes eſt ſapientiæ.* Qui autẽ ex doctrina ſapit Saluatoris Spiritũ eſſe Deũ, atq; in ſpiritu adorandũ: etiam ſedẽ ei non ambigit aſſignare ſpirituale. Ego vero fidẽter id fecerim, nõ minus in hominis iuſti quã in angelico ſpiritu. Confirmat me in hoc ſenſu maxime illa fidelis promiſsio *Ego* (ait Filius) *& Pater ad eũ* (id eſt ad ſanctum hominẽ) *veniemus, & mãſionẽ apud eũ faciemus*: Prophetam quoq; non de alio dixiſſe cælo arbitror. *Tu autẽ in ſancto habitas, laus Iſrael.* Manifeſtè autẽ Apoſtolus dicit, habitare Chriſtũ per fidem in cordibus noſtris. Nec mirum ſi libenter inhabitat cęlũ hoc Dñs Ieſus: quod vtiq; non quomodo Cæteros dixit tantũ vt fieret: ſed pugnauit vt acquireret: occubuit vt redimeret. Ideo & poſt laborẽ voto poriꝰ ait: *Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam.* Et beata cui dicitur. *Veni electa mea, & ponam in te thronum*

Iuſti anima ſapientiæ ſedes.

Pſalm. 21.

Epheſ. 3.

Pſalm. 131.

num meum, Quid tu triſtis es? nunc, O anima mea & quare cõturbas me: Putaſne & tu penes te inuenias locũ Pſalm.42. Domino? Et quis nobis loc⁹ in nobis huic idoneus glorię ſufficiens maieſtati? Vtinã vel mereamur adorare in loco vbi ſteterunt pedes ei⁹. Quis dabit mihi ſaltẽ veſtigijs adhærere: ſanctæ cuiuſpiã animæ, quã elegit inhabitationẽ ſibi? Tamen & ſi dignetur infundere, & meã animam vnctione miſericordię ſuæ: atq; ita extẽdere ſicut pelPſalm.118. lẽ: quæ vtiq; cum vngitur dilatatur, quatenus & ego dicere valeã: *Viã mandatorũ tuorum cucurri, cũ dilataſti cor meum*: Potero etiã ipſe fortaſis oſtendere in me ipſo: & ſi nõ cænaculum grande ſtratũ vbi poſſit recumbere cum Diſcipulis ſuis, attamen vbi ſaltẽ reclinet caput. A lõge ſuſpicio illos certe beatos, A de quibus dicitur: *Et inhabitabo in eis, & deambulabo in illis*. O quanta illi animæ latitudo, quanta & meritorum prerrogatiua, quæ diuinam in ſe preſentiam, & digna inuenitur ſuſcipere & ſufficiens capere. Quid illa cui & ſpacia ſuppetũt, & deambulatoria ad opus quidẽ maieſtatis? Nõ eſt profecto intrincata forenſibuscauſis curijſue ſecularibus, nec certe ventri & luxuriæ dedita, ſed nec curioſa ſpectandi B ſeu cupida omninò dominãdi, vel etiã tumida dominatur. Oportet Pſalm.45. namq; primo quidẽ his omnibus vacuã eſſe animã, vt cælũ fiat, atq; habitatio Dei: alioquin quomodo poterit vacare & videre quoniã ipſe eſt Deus: ſed & odio ſiue inuidię aut rancori minimè prorſus indulSap.1. gendũ: *Quoniam in maleuolam animã non introibit ſapientia.* 1.Cor.6.

TEXTVS.

QVI non diligit me, ſermones meos non ſeruat.

Cyrillus in Ioannem, lib.10. capit.4.

CVm breuiter quinam ipſum diligũt definierit, & præmia eorum quæ ſint aperuerit, tranſitũ modo ad illos facit, qui eũ non diligunt. Vniuerſalius enim intelligitur, quod ſic devno dici videtur, conſequenter autem valde iſta cõnectuntur. Nã ſi ſeruare mandata diligere eſt: non ſeruare mandata odiſſe neceſſario eſt. Signũ enim non diligendi eſt mandata paruipendere, & præcepta quaſi iniuriã inferant cõtemnere. Quemadmodum igitur in ſeruantibus mandata cũ Patre habitat, eodem certe modo à non ſeruantibus deuolat.Sap.1. Vere namq; Salomon dixit: *Quia non ingreditur in malignam animã ſapientia, nec habitat in corpore peccatis addito.* Natura vero id fieri à no- C bis quoq; ipſis videbis. Cum conſentientibus enim & idẽ volentibus atq; nolẽtibus, libentius vnuſ quiſq; cohabitat: imo vero ſimili ſibi omne animal diligit, vt ſcriptũ eſt: Quæ cũ ita ſe habeant, quomodo multo magis ſic in Deo fieri non putauimus? Nã quũ bonus natura, & fons atq; origo virtutis ſit: virtutis amatores amplectitur, & impuros atque ſordidos depellit. Si cũ nos quoq, ipſi ab omni ſorde mundã habitare domũ ſtudemus. D Quomodo igitur De⁹, qui ſanctiſſimus eſt, ſordib⁹ deuolutã animã non abijciet? quomodo peccatis inuolutũ non aſpernabitur? Quod autẽ qui mãdata nõ ſeruat, impur⁹ atq; ſordidus ſit, ipſa theorematis vis apertiſsime docet. Peccatũ enim à contẽptu mandatorũ originẽ trahit. Nã quemadmodũ lucis priuatio contrariũ, ideſt, tenebras

efficit: ſic improuitas à non operâ diprobe volũtate originẽ habet. Nunquã enim in vno eodemq; ſub recto cõtraria ſimul conſpici poſſunt: virtus autẽ atq; vitium maximè inter ſe diſtãt: quare cũ vnum à nobis abſit (alterutri enim neceſſario ſemper ſubiecti ſumus) alterutrũ certe adeſt. Quare ſi ſeruare mãdata virtꝰ eſt, patet, quia ex nõ ſeruando improbitas oritur: & ſicut inſeruãte Pater & Filius habitat, quæ res origo, & fundamentũ ſupremæ gloriæ ac beatitudinis eſt: ſic enim in nõ ſeruante natura diuina nunquã habitabit, quod nihil aliud eſt, quã nullo nunquã bono participare. Quas ob res ſicut glorioſa & optima res participatio Dei videtur, ſiquis optat Patrẽ per Filiũ in Spiritu in abditis ſui cordis habitare, is ſtudeat iugiter omnẽ prauitatis maculã beneagẽdo detergere. Sic enim templum Dei conſtituetur, requieſcetq; in ipſo Deꝰ: & manſionẽ faciet vt ſcribitur. Nec erit ſimilis ille legiſdoctori, qui Saluatoris gratia nõ expectata: *Magiſter* (inquit) *ſequar te quocumq; vadas.* Ad quẽ Dñs ænigmaticè atq; in parabola: *Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos, Filiꝰ autẽ hominis non habet vbi caput reclinet ſuũ.* Vulpeculas enim & volucres cæli, immũdos & malignos dæmones appellauit, & Spiritꝰ hos ac reos atq; mundanos, qui libidinoſorũ hominum corda inhabitãtes voluntatẽ ſuam conſequuntur ac implent, & miſerorũ animas ſic exagitant, vt nullum in eis locum Deus inueniat. Id enim eſt: *Nõ habet vbi caput ſuũ reclinet.* Mundemus igitur ab omni ſorde animas noſtras, vt Deus in nobis habitet, & ſuperiores omni ſuggeſtione diabolica faciat, & diuinæ naturę participes ac beatos conſtituat. Matt. 8.

TEXTVS.

ET ſermonem quem auditis non eſt meus ſed eius qui miſit me Patris.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 5.

FIrmamentum rurſus affert in mediũ, quo mẽtem audientiũ inuicto confirmet robores, vt Iudęorum imperitia ſpreta. Euangelicã magno animo doctrinam ſequantur, quod autẽ volo dicere latius aperiendum videtur. Vmbra quãdam atq; figuram vſq, ad emẽdationis tempora, iuxta Paulũ legalis continẽs diſciplina ad Chriſtum, & ad verã pietatem nos præparabat. Nec errabit quiſpiã, ſi veri & ſpiritalis cultus prę meditatione Moſaicam legem appellabit: idcirco à lege nihil conſummatũ, Dominus autẽ noſter Ieſus Chriſtus nõ figuram ſed ipſam veritatẽ cõſummatamq; nobis virtutẽ deſcripſit. Diſciplina ergò Chriſti figurarũ in veritatem eſt transformatio. Quoniã igitur veritas ſplẽdere iã incipiebat, & vmbrę immi nuebãtur, nec legali diſciplina viuere Chriſtꝰ fideles volebat: idcirco moleſte hanc rẽ Iudæi ferebãt, cũ putarent ad ſoluendam legem Chriſtum veniſſe, quem tamen dicentem audiebant: *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Dico enim vobis quia iota vnum aut vnus apex nõ auferetur à lege quouſque omnia fiant.* Adimpletio enim vmbræ legalis, vera ſpiritaliſque Chriſti doctrina eſt: Matth. 5.

na est, vt modo dicebamus. Quo-
niã igitur furore non ratione legẽ
defendẽtes, incredulitate sua Chri
stum pellebant: propterea ne quis
piã putet contra voluntatẽ Dei Pa
tris mandata, legesq; statuere, ne-
cessario subiunxit: *Quia sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me Patris. Nullus ergo vestrum æstimet* (inquit) *aliquid à me dici, quod Deo Patrinõ placeat.* Ipsius enim Pa
tris nec alterius hæc Euangelica
est prædicatio: quæ non nuper in-
uenta est, sed in tempore opportu-
nõ ab inuolucris figuram euoluitur. Qui enim per me priscis locu-
tus est is etiam nũc ad vos hæc per
me loquitur. Verbũ enim Dei Pa
tris viuum sum, ineffabilis volun-
tatis eius interpretatiuum: propte
rea magni consilij Angelus appel-
lor. Et hic quidem vnus modus ex
ponẽdi huius loci est, quem aliter
etiam intelligere possumus. Dei
enim Patris sermonem hunc esse
asserit, vt sciant seruantes manda-
ta sua, Deũ qui sibi crediderũt ho
norare: contra etiam non seruãtes
intelligant, in ipsum se Deũ pecca
re: vnde dupliciter qui hęc audiũt
firmãtur. Aut enim honorare Deũ
volentes, aut offendere timentes
mãdata Christi seruabunt. Quùm
autem dixerit, non esse suum ser-
monem: non in quantum Verbum
ac Deus, sed in quantum serui for-
mam habebat, hoc dictum est. Nõ
enim humanum vult hunc sermo-
nem videri, sed diuinum certe ac
regiũ. Idcirco personę Patris illũ
attribuit, ne si diuinitati suę attri
buisset, in duos se Filios distingue
re videretur, qui vn⁹, & ante, & post
incarnationẽ est. Vnus enim Chri
stus est, non duo vt nõnulli impro
bè opinãtur. Verbũ enim caro fa-
ctũ est: non mutatum in carnẽ sed
templo naturæ nostræ à Virgine
assumpto. Ne igitur humanit⁹ tra
ditam Euangelij doctrinam arbi-
tremur, neue à Deo hanc disciplinam separemus, sed Deo eã attribuamus: Optimo dispensationis modo, qui in serui habitu cernebatur, diuinæ naturæ per personã Patris sermonẽ attribuit, ex quo, & in quo secundũ naturam est vt Verbum & splendor eius, & substãtiæ suæ perfectissimus character.

Augustinus tractat. in Ioannem. 76. de cap. 14.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Hi sunt qui Patrem & Spiritũ sanctum nunquã vident: Filium autẽ non vt beatificentur, sed vt iudicẽtur, ad modicũ vidẽt: nec ipsum in forma Dei, vbi est cũ Patre & Spiritu sancto pariter inuisibilis, sed in forma nominis, vbi esse voluit mundo patiendo cõtemptibilis, iudicando terribilis: Quod verò adiũxit: *Et sermonẽ quẽ audistis nõ est meus, sed eius qui misit me Patris.* Nõ miremur, nõ paueamus, nõ est minor Patre, sed nõ est nisi à Patre, non est impar ipso, sed nõ est à seipso, neq; enim mẽtitus est dicendo: *Qui non diligit me sermones meos non seruat*, ecce suos dixit esse sermones. Nunquid sibi ipse est cõtrarius, vbi rursus dixit: *Et sermonẽ quem audistis nõ est meus?* Aut quia secundũ hominem non est suus: & fortasse propter aliquã distinctionem, vbi suos dixit, pluraliter dixit, hoc est sermones: vbi autẽ sermonem hoc est verbum non suum dixisse, sed Patris, se ipsum intelligi voluit. *In principio enim erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Nõ itaq; suum, sed Patris est verbum, quomodo nec sua imago, sed Patris est, nec suus Filius idem ipse, sed Patris. Recte igitur tribuit authori quicquid fecit æqualis, à quo habet hoc ipsum, quod illi est indifferenter equalis.

TEXTVS.

PAracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.

D. Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus, de Catholica fide.

Paracletus id eſt, aduocatus vel conſolator.

NE quis autem Spiritum ſanctum, quia Paracletus dictus eſt, cõtemptibile aliquid æſtimet. Paracletus enim aduocatus eſt, vel potius conſolator, ſecundum Latinam linguam. Quæ appellatio etiam Filio Dei communis eſt, ſicut dicit Ioannes: *Hæc (inquit) ſcribo vobis, ne peccetis, ſed & ſi quis peccauerit, Paracletum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum.* 1. Ioann. c. 2.

Paracletus de quo dicatur.

Nã & ipſe Dominus, cum dicit ad Apoſtolos. *Alterum Paracletum mittet vobis Pater*, ſine dubio cum dicit, *Alterũ Paracletum*, ſe quoque Paracletum manifeſtat. Sed neque à Patre hoc nomen Paracleti alienum eſt, beneficentiæ enim nomẽ eſt non naturæ. Denique ad Corinthios, Paulus ita ſcribit: *Benedictus Deus & Pater Domini mei Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos.* 2. Cor. 1.

Et cum conſolator Pater dicitur conſolator dicitur Filius, conſolator etiam Spiritus ſanctus: vna tamen vobis conſolatio à Trinitate præſtatur, ſicut & vna remiſſio peccatorum. Apoſtolo affirmãte. *Abluti (inquit) eſtis & iuſtificati, & ſanctificati, in nomine Domini Ieſu Chriſti, & Spiritu Dei noſtri.* 1. Cor. 6. Poſſem⁹ adhuc plura de diuinis Scripturis proferre teſtimonia, quæ iuxta baptiſmi Sacramentum, Trinitatem in eius gloriæ, operationis ac potentiæ manifeſtant, ſed quia ex his plenus eſt ſapientibus intellectus, multa prætermimus ſtudio breuitatis.

Baſilius Magnus de Spiritu ſancto, cap. 19.

DOnemus, iſta, inquiunt, at ea gloria nullo pacto debetur Spiritui, vt à nobis hymnis ſit attollendus, Vnde igitur probatu ri ſunt Spiritus dignitatem omnẽ intellectum ſuperantem, ſi Patris & Filij communio viſa eſt, iſtis parum grauis ad teſtificandum, attamen poſſumus, & ad ea quæ nominibus ſignificantur reſpicientes, ad operationum magnitudinem, & ad operationem, quam in nobis, imo quam erga creaturam omnẽ ſuppeditat naturæ illius ſublimitatem ac potentiam incomprehenſibilem demonſtrare. Quatenus igitur mente tenetur, Spiritus dictus eſt, quemadmodum Spiritus dicitur Deus, & Spiritus vultus noſtri Chriſtus Dominus ſanctus dicitur, quemadmodũ ſanctus Pater, & ſanctus Filius. Creaturæ ſiquidem aliunde inducta eſt ſanctimonia: at Spiritui ſanctitas eſt cõſummatiua naturæ. Ideoque non ſanctificatur, ſed ſanctificat. Bonus item dicitur ſicut Pater, & bonus is qui bonus ex bono natus eſt, cui bonitas eſt ipſa eſſentia. Rectus dicitur, vt rectus Dominus, & rectus De⁹ noſter, eo quod per ſe ſit ipſa virtus & ipſa iuſtitia, quæ ſe non poteſt nec in hanc partem,

Quare Spiritus dicatur.

tem, nec in illam flectere, propter naturæ incommutabilitatem. Paracletus, id eſt, conſolator, dicitur Spiritus, quemadmodum & vnigenitus, ſicut ipſe dixit: *Ego rogabo Patrem meum, & dabit vobis alium Paracletum.* Hoc pacto communia ſunt nomina Patri Filio, & Spirituiſancto, quæ appellationes competunt illis iuxta naturę conſortium. Nã vnde alioqui? Rurſus Spiritus principalis, & Spiritus veritatis, & Spiritus ſapientiæ, dictus eſt. Spiritus diuinus qui fecit me. *Et Beſelehel* (inquit) *impleuit Deus Spiritu ſapientiæ, & intellectus, & ſcientiæ.* Huiuſmodi igitur nomina, & præclara ſunt, & magnifica, nec ob id declarant inter perſonas eſſe vllam excellentiam, quod quidem attinet ad gloriam. Operationes vero partim ineffabiles ſunt ob magnitudinẽ, partim innumerabiles ob multitudinem. Nam quo pacto intelligemus ea quæ fuerunt ante ſecula? Quales erant illius operationes ante creaturam intelligibilẽ. Tùm quã multa ab illo erga creaturam beneficia? Ad hæc quæ poteſtas ad vẽtura ſecula? Erat enim & præerat, & ſimul aderat cum Patre & Filio, ante ſecula, vt etiam ſi quid cogitaris ante ſecula, hoc tamẽ reperias Spiritus eſſe poſteri?: Quod ſi creaturam reputes, conſolidatæ ſunt cælorum virtutes à Spiritu, ſicut conſolidationem intelligas firmitatem, qua non poſſunt à bonis excidere. Etenim quod Deo coniunctæ ſunt, quodque ad malitiam verti non queunt, quodque in beatitudine nihil deſiderãt virtutes, id illis à Spiritu acceſſit. Chriſti aduentus eſt, ſpiritus præcurrit. In carne fuit aduentus, & Spiritus inſeparabilis. Operationes virtutum, ſunt dona ſanationum, ſed per Spiritum ſanctũ Dæmones expulſi ſunt, ſed in Spiritu Dei diabolus ſpoliatus eſt imperio, ſed intus præſente Spiritu. Peccatorũ facta eſt remiſsio, ſed in gratia Spiritus *Abluti eſtis, ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu ſancto.* Conglutinatio cũ Deo ab Spiritu eſt. *Miſit enim Deus Spiritum Filij ſui in corda noſtra, clamantem Abba Pater,* Reſurrectio mortuorum ab Spiritu eſt. *Emittes ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Siue quis creaturam accipiat, de extinctorum reuiuiſcentia, an non magna ſpiritus operatio, quæ ſuppeditat vobis vitã, ex reſurrectione, & ad ſpiritualem illam vitam animas noſtras tranſcribit. Siue creaturæ nomine intelligantur, qui hic à peccato recedentes, ad id quod optimum eſt transformati ſunt: nam ita quoque nonnunquam vſurpatur, iuxta ſcripturæ conſuetudinem, velut cum Paulus dicit. Si qua in Chriſto noua creatura. Et renouatio quæ hic fit, & à terrena mortalique vita ad cæleſtem conuerſationem tranſmutatio, quæ fit per ſpiritum, ad ſummam admirationem ſubducit animos noſtros. In his vtrum metuere debemus, ne dignitatẽ immodicis honoribus tranſgrediamur: an contra, ne cogitationem de Spiritu noſtram ad humilia deprimamus, etiamſi videamur maxima de eo loqui, quæ quidem humana mente concipi humanaque lingua proferri poſſunt. Hæc dicit Spiritus ſanctus, ſicut hæc dicit Dominus: *Deſcende, & ambula cum illis, nihil diiudicans, quoniam ego miſi illos.* Num hæc ſunt humiles aut aſpernandi verba: *Separate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod accerſiui illos.* Num ſeruus ita loquitur. Et Eſaias. *Dominus miſit me, & Spiritus eius.* Et: *Deſcendit Spiritus à Domino, & deduxit eos.* At ne rurſus

Ioann. 14.

Exod. 31.

A

B

C

D

1. Corin. 6.

Roma. 8.

Pſalm. 103.

2 Corint. 5.

Acto. 7.

Acto. 13.

Eſai. 48.

mihi deductionem accipias pro humili miniſterio. Nam hoc opus etiam Dei eſſe teſtatur verbum. *Deduxiſti* (inquit) *ſicut oues populum tuum. Et adducens velut ouem Ioſep. Deduxiſti* (inquit) *eos in ſpe, & nō timuerunt.* Proinde quùm audieris. *Quum venerit Paracletus, ille nos commune faciet omnis veritatis*: cogita deductionem, ſicuti doctus es, ne calumnieris intellectum. *Quin & interpellat* (inquit) *pro nobis.* Ita ne quã tum ſupplex eſt infra beneficij authorem, tantùm Spiritus iuſta dignitatem excedit à Deo? At, tu nondum audiſti de vnigenito, *quod is eſt in dextra Dei, & interpellat pro nobis?* Nùm ideò quod Spiritus eſt in te, ſi tamẽ omninò in te eſt, aut quod nos excæcatos, ad eligendũ id quod vtile eſt, docet, deducitq; ideo pia ac diuina gloria, illũ mulctabis? Nam iſthuc profecto extremæ ſit ingratitudinis, benemerentis humanitatem vertere in occaſionem ingratitudinis. *Nolite igitur contriſtare Spiritum ſanctum, audite quid dicat primitiæ Martyrum Stephanus, in obedientiam ac rebellionem exprobratis populo. Vos* (inquit) *ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis.* Et rurſum Eſaias. *Prouocauerunt Spiritum ſanctum, & verſus eſt illis inimicitiam.* Et alibi. *Domus Iacob prouocauit Spiritũ Domini.* An hæc non declarant potentiam cum authoritate coniunctam, iudicio legentium permitto. Eos qui hæc audiunt, quas tandem opiniones opportet animo concipere? An tanquam de inſtrumento, deque obediente, & parẽ honorem cum creatura ſortito, denique nobis conſeruo? An grauiſſimum eſt vel dicto tatùm hãc blaſphemiam ſubire piorum aures animoſque. Seruum appellas Spiritum: *ſed ſeruus* (inquit) *non nouit quid faciat Dominus ipſius.* Spiritus autem non aliter nouit, quæ ſunt Dei, quam Spiritus hominis nouit, quę ſunt hominis.

Pſalm. 76.

Ioan. 14.

Actō. 7.

Eſai. 63.

Ioann. 15.

Gregorius Nazianzenus de Theologia, lib. 5.

VEtus teſtamentum Patrem manifeſte prædicauit, Filiũ autem obſcurius. At nouum, cum Filium clariſsime oſtenderit; Spiritus Deitatem tantum ſubindicauit. Nunc verò Spiritus nobiſcũ inter nos habitat, argumenta ſui ipſius illuſtriora nobis exhibens. Neq; enim tutum erat, Patris ipſi Deitate nondum ſatis recepta, Filij prædicationem palam ingeri: neq; diuinitate Filij etiam tũ probata, auditoribus Spiritus ſancti (dicam enim audacius) onus adijcere. Ne quemadmodum cibo immodico obruti ſtomachum auferant languidiorem, vt lumine ſolari ſupra facultatẽ ſemel onerati, amplius obſcuriorem oculorum aciem experiuntur, ita & illi de viribus ſuis periclitẽtur, ſed, vt paulatim alio poſt aliud additamẽto facto, ac ſicut Dauid, inquit, gradibus, & à gloria in gloriam proceſsibus profectibuſque Trinitatis lux illuſtrioribus affulgeat. Adeoque hanc cauſam eſſe puto, quod Diſcipulis per gradus, & velut partes obtingit: nimirum ſe eorum qui ſe reciperent captui ac temperabat. Primum in Euangelij ingreſſu: deinde poſt paſsionẽ, poſtremo poſt aſcenſionem: dum poteſtatem miraculorum præſtat, dum inſpiratur, dum deniq; in linguis igneis apparet, & à Ieſu paulatim declaratur. Vt vel ipſe ſi accuratius intenderis, facile diſces. *Orabo* (inquit) *Patrem, & alium Paracletum mittet vobis, Spiritum veritatis.* Ne videlicet Dei aduerſarius quiſpiam eſſe videretur, neue alicuius alius poteſtatis nomine verba facere putaretur. *Deinde mittet quidẽ* (in-

Differentia inter vetus & nouum teſtamentum, vetus Patrẽ prædicat, nouum autẽ Filium clarius manifeſtat.

(inquit) ſed addit *in nomine meo*. Hic illud, *orabo*, omiſit, *mittet autem* ſeruauit. *Poſt mittam* (inquit) quo ſuam ipſius authoritatem declarat. Item, *veniet*, in quo verbo ſpiritus ipſius poteſtas ſignificatur. Vides vt per partes gradatim illuminemur? Vides quoque quę Theologiæ tractandæ ratio ſit, quam & nos ſeruare melius eſt, vt neq; ſemel proferamus vniuerſa, neque perpetuo celemus. Illud enim eſt inartificioſum, & imprudentiæ, hoc vero impiũ: illud valet deterrẽdis alienis, hoc alienandis etiã noſtris.

Didymus de Spiritu ſancto, lib. 2.

CVm autẽ, ait, venerit ille, hoc eſt, Paracletus Spiritus veritatis: diriget vos in omnem veritatẽ, ſua doctrina & inſtitutione vos tranſferens à morte literę, ad Spiritum viuificantem: in quo ſolum omnis Scripturæ veritas poſita eſt. Ipſe ergo Spiritus veritatis ingrediẽs puram & ſimplicem mentem ſignabit in vobis ſcientiam veritatis: & ſemper noua veteribus adiungens diriget vos in omnem veritatem. At Deum quoque Patrem quidam allegans preces loquitur: *Dirige me in veritate tua*, hoc eſt, in vnigenito tuo: propria voce teſtãte: Ego ſum veritas. Quam perfectionem tribuit Deus mittens Spiritum veritatis: qui credentis in totam dirigat veritatem.

Auguſtinus tracta. in Ioannem, 77. ſuper cap. 14.

NVnquid nan dicit Filius, & docet Spiritusſanctus, vt dicente Filio verba capiamus, docente autem Spiritu ſancto eadem verba intelligamus. Quaſi dicat Filius ſine Spiritu ſancto, aut Spiritusſanctus doceat ſine Filio, aut vero non & Filius doceat, & Spiritusſanctus dicat, & cum Deus aliquid dicit, & docet, Trinitas ipſa dicat & doceat? ſed quoniã Trinitas eſt, oportebat eius ſingulas inſinuare perſonas, eaſque nos diſtincte audire, inſeparabiliter intelligere. Audi Patrem dicentem vbi legis: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu*: audi & docentem, vbi legis *Omnis qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me*: Filium vero dicentem modò audiſti: de ſe quippe ait: *quæcunque dixero vobis*. Quem & ſi docẽtem vis noſſe, Magiſtrum recole, *Vnus eſt inquit. Magiſter veſter Chriſtus*. Spiritum porro ſanctum quẽ modo audiſti docentem, vbi dictũ eſt, *Ipſe vos docebit omnia*: audi etiam dicentem, vbi legis in Actibus Apoſtolorum, beato Petro dixiſſe Spiritumſanctum. *Vade cum illis, quia ego miſi eos*. Omnis igitur & dicit & docet Trinitas: ſed niſi etiã ſigillatim commendaretur, eam nullo modo humana capere vt cũque poſsit infirmitas. Cum ergo omnino ſit inſeparabilis, nunquã Trinitas eſſe ſciretur, ſi ſemper inſeparabiliter diceretur: nam & cũ dicimus Patrem & Filium, & Spiritumſanctum, non eos vtique dicimus ſimul, cum ipſi non poſsint eſſe niſi ſimul. Quod verò addidit, *commemorabit vobis*, intelligere debemus etiam quod iubemur non obliuiſci ſaluberrimos monitus ad gratiam pertinere, quam nobis commemorat Spiritus.

Pſalm. 2.

Ioann. 6.

Matt. 23.

Actor. 10.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 6.

HAbet rurſus hic ſermo expreſsiorem humanitatis ſuę ſignificationem. Quando enim no biſcum Chriſtus ratione Deitatis non manet, qui omnia replet, & annullare abeſt, qui terrã, cælum,

& ipſos abyſsi receſſus ineffabili ſua virtute gubernat, & continet? vt ab homine igitur dictum eſt: *Quia hæc loquutus ſum vobis, apud vos manens,* Iam enim hic ad cælos ſecundum carnem abiturus erat. Verum exquiſitam reuelationem myſterij per Spiritum ſanctum à Patre miſſum futuram nobis affirmat. In nomine autem ſuo, id eſt, per ſe ipſum, Spiritus enim Filij eſt. Ideò ait, *Quia ille vos docebit omnia,* Roma. 8. in memoriaque reducet, *quæcũque ego vobis dixi,* Spiritus enim & mens eius cum ſit, vt ſcribitur: nõ eſt aliud ſecundum naturam, quãuis in propria perſona ſubſiſtat: propterea omnia ſcit quæ Filij ſunt. *Nullus enim* (ait) *ea quæ ſunt Dei nouit, niſi Spiritus Dei.* 1. Cor. 2. Omnia igitur quæ vnigeniti ſunt nouit, non diſciplina quadam, ne miniſter Filij eſſe intelligatur, ſed vt Spiritus eius, ſicuti modo dictum eſt. Sine diſciplina igitur omnia ſciẽs quæ ſunt eius ex quo, & in quo eſt, ſanctis reuelat ſicuti vult. Quemadmodum mens omnia cognoſcit, quæ in animo ſunt, & prolatione ſermonis ad exterius quæcunque vult, profundit: nec eſt aliud natura quam anima ſit, ſed pars quædã eius ex ipſa, & in ipſa. Lõge abeſt exemplum: nihil enim ad illam naturam accedere poteſt. Perfecta ergo, quantum capere poſſumus, cognitio per Spiritum in ſanctis immittitur. Vnde Paulus quoque Epheſ. 1. ait: *Propterea & ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos non ceſſo gratias agens pro vobis memoriam veſtri faciẽs in orationibus meis, vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater gloriæ det vobis Spiritum Sapientiæ & reuelationes in cognitione eius illuminatos oculos cordis veſtri vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis: & quæ ſit ſuper eminens magnitudo virtutis eius, quã operatus eſt in Chriſto ſuſcitans illũ à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem, & virtutem, & dominationem: & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro.* Harum enim rerum reuelatione, quæ per Spiritum in nobis ineffabiliter fit, incarnationis profunditatem, & abditi virtutem myſterij ſpeculamur. Quod autẽ Chriſti præſentiam Spiritus in ſanctis habitans implet, & omnia docet, quę ille locutus eſt, Paulus rurſum declarat, dicens: *Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis ſecũdum diuitias gloriæ ſuæ & virtutem corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem, habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris in charitate radicati & fundati: vt poſsitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit longitudo & latitudo, & ſublimitas, & profundũ: ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Epheſ. 3. Cum igitur Spiritus doctrinæ ſanctos committat, non alij tradidit eos doctori, quam ſibi ipſi: cũ in Spiritu ſuo, animi oculis eſſe perſpiciatur.

Theophylactus in Ioannem. capit. 14.

QVoniam obſcura erant Diſcipulis quæ dicebantur, & alia quidem non intelligebant, & de alijs multum dubitabant: vt ne iterum interrogent eum, & dicant. *Quæ mandata ſeruare debemus?* liberat eos à turbatione, dicens: *Paracletus obſcura & intellectu difficilia cognita vobis faciet. Nam hæc quæ vobis videntur obſcura dixi cum manerem, & eſſem apud vos: ſi autem abiero, de omnibus docebimini.* Igitur de diſceſſu nõ

oportet vos eſſe triſtes, qui tanta vobis bona, tantãque ſapientiam afferet. Quandiu enim ego apud vos maneo, & Spiritus non venit, nihil magnum neque ſublime intelligere poteſtis: Subinde autẽ Paracletum nominat, propter continuas ipſorum afflictiones, bono illos animo eſſe faciens, quod ab illo refocillandi eſſent. Quod autem dicit: *In nomine meo veniet Paracletus*: hoc vult, quod nihil alienũ à me docturus ſit vos, neque propriam opinionem ſibi vindicabit: *Sed in nomine meo veniet*, hoc eſt, in gloriam mei nominis, non ſui: id quod faciunt contraria docentes: auditoribus ſuis proprium nomen commendantes. Quidam autem intelligunt, *In nomine meo*, nomen Chriſti Paracletus. *Habemus enim* (inquit) *Paracletum Ieſum Chriſtum.* Quia igitur & Spiritus qui venit ad Diſcipulos, Paracletus factus eſt, mæſtitias illorũ conſolaturus, in nomine Chriſti venit: Paracletus enim & ipſe ſicut Chriſtus. Sed & Chriſtum, Paulus nominauit Spiritum, dum dicit *Vos autem non eſtis in carne ſed in Spiritu ſiquidẽ Spiritus Dei habitat in vobis, ſi autem quis Spiritum Chriſti non habet hic non eſt eius.* Deinde ſubdit: *Si autem Chriſtus in vobis.* Vides quomodo ſupra dicens Spiritum Dei habitare in eis, deinde ſubdat, Chriſtus in vobis, Chriſtum, ſcilicet, Spiritum nominans? Quia igitur Spiritus Chriſtus nominatur, ita intelligere debes: *In nomine meo mittet eum Pater*, hoc eſt, *& ipſe nominabitur Chriſtus.* Igitur & Spiritus ſanctus, & docuit & ſuggeſsit. Docuit quidẽ, quæcũque non dixerat eis Chriſtus, vt potè portare non valentes. Suggeſsit verò, quæcunque dixerat quidem Dominus, ſed obſcurius, vel quæ propter imbecillitatem rationis memoria comprehendere non voluerunt Apoſtoli.

Paracletus quid.

Roma. 8.

Chriſtus à Paulo Spiritus nominatur. Ioann. 2.

TEXTVS.

PACEM *relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.*

Anticimenon, lib. 2.

Pax Chriſti & pax mũdi.

INterrogo. Quomodo Chriſtus in Euangelio vtraque dicit, quę ſibi videntur eſſe contraria, dicit enim, *Pacem meam do vobis*: & è contra: *Non veni pacem mittere in terra, ſed gladium?* RESP. Alia eſt pax Chriſti, quam Diſcipulis dedit, alia mundi: iſtam pacem quam habet mundus, negat ſe dare Chriſtus, dicit enim: *Pacem meam do vobis, meam pacem relinquo vobis: non ſicut hic mundus dat pacem, & ego do vobis.* Negat ergo ſe pacem mũdi dare Diſcipulis ſuis, quia & alibi dicit: *Non veni pacem mittere ſed gladiũ.* Vis ergo videre, quam pacem dat Deus ſuper terram noſtram: Si terra illa bona, quæ affert fructum cẽteſimum, aut ſexageſimum, & illã pacem ſuſcipiet à Domino, quam dicit Apoſtolus: *Pax autem Dei quæ ſupperat omnem mentem, cuſtodiat corda veſtra & ſenſus veſtros.* Hæc eſt ergo pax quam dat Deus ſuper terram noſtram.

Matt. 10.

Ad Philip. 4.

(.?.)

Aug.

Augustinus quæstionum, secunda parte ex nouo testamento, quæst. 92.

Pax Domini erga nos, quæsit.

QVomodo intelligatur quod dicit Saluator. *Pacem do vobis, pacem meam relinquo vobis, nõ sicut hic mundus dat, ego do vobis.* Qui pacem suscipit Saluatoris, inimicitiam contrahit mũdi. Nisi enim discordauerit cum diabolo, pacem non habebit cum Christo. *Nemo enim potest dominis duobus seruire.* Hic ergò à mũdo discordat, qui legi Dei fideliter seruit, Christi pace munitus, omnium aduersariorum comprimit tela. Quis enim audeat aduersus eum quem scit regis amicum? Aliter tamen mundus pacem dat quam se Saluator dare promisit. Mundus enim aut metu dat pacẽ aut prece. Saluator vero cum sit fortissimus omnium nullum vtiq; metuens, non rogatus dat pacem: Saluatoris ergò hęc pax est, quæ idcirco datur, vt munimentum sit contra hostes. Pax quidẽ vno nomine appellatur, sed longo interuallo discernitur, Dei & mundi. Hæc enim fragilis est, illa fortis: hæc carnea, illa spiritualis: hæc terrena, illa cælestis: hæc de necessitate, illa de voluntate. Christus enim nullius egens, pacem offert, inualidis, & inermibus, Dominus seruis, bonus malis, Deus hominibus. Recte ergo ait: *Nõ sicut hic mũdus dat, ego do vobis.* Hoc enim dicẽs, intelligi voluit clementiam bonę voluntatis suæ. Cum enim omnis idcirco det pacem, vt proficiat sibi, hic, idest, Saluator, ad hoc dat, vt prossit, non sibi, sed eis quibus dat. Aliter ergò mundus dat pacẽ, quam dedit Saluator. Et mũdi pax non docet bonam vitam, non suadet ad patientiam, non prouocat ad iustitiam, non hortatur ad misericordiam, non promittit æternam vitam. Quicunque enim acceperit pacem Christi, alienus erit à vitijs huius mundi, quæ militant aduersus animam.

Pax mundi meticulosa.

Augustinus in inchoacta expositione Epistolæ ad Romanos.

NEque omnis pax Dei est vel ab illo, vnde ipse Dominus discernens ait: *Pacem meam do vobis:* Adiungens etiam & dicens, nõ se talem pacem dare qualem dat hic mundus. *Gratia est ergò à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo, qua nobis peccata remittuntur, quibus aduersabamur Deo, Pax vero ipsa qua reconciliamur Deo.* Cum enim per gratiam remissis peccatis assumptę fuerint inimicitiæ, restat vt pace adhæreamus illi à quo no sola peccata dirimebant. Sicut Propheta dicit: *Non grauabit aurem, vt non audiat, sed peccata vestra inter vos & Deum separant, Quibus remissis per fidem Domini nostri Iesu Christi, nulla separatione interueniente pax erit.* Esai. 59.

Augustinus in Psalm. 71.

IN Salomonem quidem Psalmi huius titulus prænotatur: sed hæc in eo dicuntur, quæ non possint illi Salomoni regi Israel secũdum carnem, iuxta ea quæ de illa sancta Scriptura loquitur, conuenire, Domino autem Christo aptissimè possunt. Vnde intelligitur etiam ipsum vocabulum Salomonis ad figuratam significationem adhibitum, vt in eo Christus accipiatur. Salomon quippe interpretatur pacificus, ac per hoc tale vocabulum illi verissimè atque optimè congruit, per quem mediatorem ex inimicis accepta remissione

ſione peccatorum reconciliamur Deo. *Etenim cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius. Idem ipſe eſt ille pacificus qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens inimicitias in carne ſua, legē mandatorum decretis euacuans, vt duos conderet in ſe in vnum nouum hominē faciens pacem, & veniens Euangelizauit pacem his qui longe, & pacem his qui prope.* Ipſe in Euangelio dicit. *Pacē relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Et multis alijs teſtimonijs Dominus Chriſtus pacificus eſſe monſtratur, non ſecundum pacem, quā nouit & quærit hic mundus, ſed illam pacē de qua dicitur apud Prophetam: Dabo eis ſolatium verū, pacem ſuper pacem, cui ſcilicet, pacireconciliationis, additur pax immortalitatis. Nā poſt omnia reddita quæ promiſit Deus, nouiſſimam pacem nos expectare debere, qua cum Deo viuamus in æternum, idem Propheta oſtendit vbi ait: *Domine Deus noſter pacem da nobis, omnia enim dediſti nobis.* Pax erit planè illa perfecta, quando nouiſſima inimica deſtruetur mors, & in quo erit hoc, niſi in pacifico illo reconciliatore noſtro. *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ſic, & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Quoniam ergò inuenimus verum Salomonem, hoc eſt verum pacificum, quid deinde Pſalmus ipſe de illo doceat attendamus.

Eſai. 26.

Auguſtinus tracta. in Ioannem, 77. de cap. 14.

Pacem nobis relinquit in hoc ſeculo, pacem ſuam nobis dabit in futuro ſeculo.

PAcem (inquit) *relinquo vobis, pacem meam do vobis*, hoc autem eſt quod legimus apud Prophetā. *Pacem ſuper pacem: pacem nobis relinquit iturus; pacem ſuam nobis dabit in fine venturus:* Pacem nobis relinquit in qua manētes hoſtem vincimus: pacem ſuam nobis dabit, quando ſine hoſte regnabimus: pacem relinquit nobis, vt etiam hic inuicē diligamus pacem ſuā nobis dabit, vbi nunquam diſſentire poſsimus pacē relinquit nobis, ne de occultis noſtris inuicem iudicemus, cum in hoc ſumus mundo; pacem ſuam dabit nobis, cum manifeſtabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à Deo. In illo tamen atque ab illo nobis eſt pax, ſiue quam nobis relinquit iturus ad Patrem, ſiue quam nobis dabit nos perducturus ad Patrem. Quid autem nobis relinquit aſcendens à nobis, niſi ſeipſum dum non recedit à nobis? *Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.* Pax ergo ipſe nobis eſt, & cū credimus quia eſt, & cū videmus eum ſicut eſt: *Si enim quandiù ſumus in corpore corruptibili quod aggrauat animam, cum per fidem ambulamus*, non per ſpeciem non deſerit peregrinantes à ſe, quanto magis cum ad ipſam ſpeciem venerimus, nos implebit de ſe. Sed quid eſt quod vbi ait, *Pacem relinquo vobis*, non addidit, *meam*: vbi verò ait, *Pacem do vobis*, ibi dixit, *meam*: Vtrum ſubaudiendum eſt meam, & vbi dictum non eſt, quia poſtea dictum eſt, poteſt referri ad vtrumque etiam quod ſemel dictum eſt? An forte & hic aliquid latet quod petendum eſt, & quærendum, & ad quod pulſantibus apperiendum? Quid ſi enim pacem ſuam eā voluit intelligi qualem habet ipſe? Pax vero iſta quā nobis relinquit in hoc ſeculo, noſtra eſt potius dicēda quam ipſius. Ille quippe nihil repugnat in ſeipſo, qui nullum habet omninò peccatum: nos autē talem pacem nūc habemus, in qua adhuc dicamus: *Dimitte nobis debita noſtra*: eſt ergo nobis pax aliqua, quoniam conde lectamur legi Dei ſecundum interiorem hominem, ſed non eſt plena, quia videmus aliam legem in membris

Epheſ. c. 2.

Matth. 6.

membris noſtris, repugnãtem legimentis noſtræ. Itemque inter nos ipſos eſt nobis pax, qua inuicem nobis credimus, quod inuicẽ diligamus: ſed nec ipſa plena eſt, quia cogitationes cordis noſtri inuicem non videmus, & quædam de nobis, quæ non ſunt in nobis, vel in melius inuicem, vel indeterius opinamur. Itaque iſta etiam ſi ab illo nobis relicta eſt, pax noſtra eſt: niſi enim ab illo nõ haberemus & talem, ſed ipſe non habet talem. Si tenuerimus vſque in finẽ qualem accepimus, qualem habet habebimus, vbi nihil nobis repugnet ex nobis, & nihil nos inuicem lateat in cordibus noſtris. Nec ignoro iſta Domini verba etiam ſic accipi poſſe, vt eiuſdem Domini ſententiæ repetitio videatur. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*, Id quod dixerat pacem: hoc repetierit dicens: *Pacem meam*, & quod dixerat, *relinquo vobis*, hoc repetierit, *do vobis*. Vt volet quiſque accipiat, me tamen delectat, credo & vos fratres mei, delectet ſic tenere iſtam pacem, vbi aduerſarium concorditer vincamus, vt deſideremus pacem, vbi aduerſarium non habebimus. Quod vero Dominus adiunxit atque ait: *Non quomodo mundus dat, ego do vobis*. Quid eſt aliud, niſi non quomodo homines dant, qui diligunt mundum, *ita do vobis*: Qui propterea dant ſibi pacem, vt ſine moleſtia litium atque bellorum, non Deo, ſed amico ſuo mundo perfruantur: & quãdo iuſtis dant pacem, vt non eos perſequantur, pax non poteſt eſſe vera, vbi non eſt vera concordia, quia diſiũcta ſunt corda: quomodo enim conſors dicitur, qui ſortẽ iungit, ita ille concors dicendus eſt, qui corda iũgit. Nos ergo chariſſimi, quibus Chriſtus pacem relinquit, & pacem ſuam nobis dat, non ſicut mundus, ſed ſicut ille per quem factus eſt mundus, vt cõcordes ſimus, iungamus in inuicẽ corda, & cor vnum ſurſum habeamus, ne corrumpatur in terra.

Cyprianus tractat. 3. de ſimplicitate Prælatorum.

PAcem quærere debet & ſequi filius pacis, à diſſenſionis malo contineri linguam ſuam debet. Qui nouit & diligit vinculum charitatis, inter ſua diuina mandata & magiſteria ſalutaria paſſioni, iã proximus Dominus addidit dicens: *Pacem dimitto vobis, pacem meã do vobis*. Hanc nobis hæreditatem dedit, dona omnino ſua pollicitationis, & præmia in pacis conſeruatione promiſit. *Si cohæredes Chriſti ſumus, in Chriſti pace maneamus*. Si filij Dei ſumus, pacifici eſſe debemus. *Beati* (inquit) *pacifici, quoniam ipſi filij Dei vocabuntur*. Pacificos eſſe oportet Dei filios, corde mites, ſermone ſimplices, affectione concordes, fideliter ſibi vnanimitatis nexibus cohærentes. Hæc vnanimitas ſub Apoſtolis olim fuit. Sic nouus credentium populus Domini mandata cuſtodiens charitatẽ ſuam tenuit, probat Scriptura quę dicit: *Turba autem eorum qui crediderant anima & mente vna agebant*. Et iterum: *Erant perſeuerantes vnanimes in oratione cum mulieribus, & Maria quæ fuerat mater Ieſu, & fratribus eius*. Et ideo efficacibus precibus orabant, ideò impetrare cum fiducia poterant quodcunque de Domini miſericordia poſtulabant.

Matt. 5.

Acto. 4.

Acto. 1.

Gregorius in ſeptimũ Pſalmum Pœnitentialem.

QVæ eſt autem hæreditas, niſi terra viuentium? Hinc namque Propheta ait: *Manſueti hæreditabunt*

hunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Hinc rurſus ait: *Benedicentes ei hæreditabunt terram.* Et ne quis crederet terrã illam quæ trãſitura eſt, benedicentibus & manſuetis hæreditatem promitti, ſubiunxit atque ait: *Iuſti autem hæreditabunt terram, & habitabunt in ſeculũ ſeculi ſuper eam: & Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit.* Si ergo hæreditas filiorum eſt, & illi nunc filij Dei quiaguntur Spiritu Dei, cum hæreditas terra viuentium ſit, quí Spiritu Dei illuminantur, in terram rectam deducentur. Ad quam quicũque deducitur in multitudine pacis delectatur. Hanc pacis multitudinem Dominus per Prophetã pollicetur dicens: *Dabo illis ſolatium verum pacem ſuper pacem.* Super pacem enim quã dilectis ſuis in hac vita tribuit, in æterna fœlicitate aliam diuinam eſſeratio dabit, vt iam caro non repugnet Spiritui, nec aliqua vllius tentationis ſubreptat occaſio, omnibus iam compoſitis; vt reformata in melius humana natura nemo iam cadere, nemo poſsit peccare. Hæc eſt pax Chriſti, quam Apoſtolis ipſe promiſit dicens: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* In quo notandum, quia cùm bis eis ſuam pacem promiſit, intelligamus ſanctos Dei quandam in hac vita pacem habere, ſed veram perfectamq; pacem ibi ſolummodo inuenturos, vbi eos iam nulla vana mouebit cogitatio, nulla turbabit illuſio, cum eripuerit Deus animas eorũ de morte, oculos eorum à lachrymis, pedes eorum à lapſu. Hanc pacem Chriſtus ſolus habuit, quia ſolus inter mortuos liber peccati aculeum in corde non ſenſit. Nos verò quandiu corruptibili carne premimur, & corporis innectimur nodis, integræ illius perfecteque pacis ignari vanè conturbamur, irrepentibus nobis terrenarum illecebris cupiditatum, & cogitationibus vanis, quæ frequenter quaſi facto agmine ex improuiſo errũpentes, mentem confundunt, atq; alio quam propoſuerimus animũ trahunt. Non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrum. Non ad Deum ſecundum voluntatem noſtram erigitur, deducitur ad ima, trahitur ad deuia. Si ergo in terrã rectam cupimus ingredi, à Spiritu Dei bono optemus deduci.

Pſalm. 36.

Eſai. 26.

Gregorius tertia parte curæ paſtoralis, admonitione, 23.

ALiter admonendi ſunt diſcordes: atque aliter pacati. Diſcordes namque admonendi ſunt: vt certiſsimè ſciant quia quã tiſlibet virtutibus polleant, Spirituales fieri nullatenus poſſunt: ſi vniri per concordiam proximis negligunt. Scriptum quippe eſt. *Fructus autem Spiritus eſt charitas, gaudiũ pax.* Qui ergo ſeruare pacem non curat: ferre fructum Spiritus recuſat. Hinc Paulus ait: *Cum ſit inter vos zelus & contentio, non ne carnales eſtis,* Hinc iterum quoque dicit: *Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam: ſine qua nemo videbit Deũ.* Hinc rurſum admonens ait: *Solliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis: vnum corpus & vnus Spiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.* Ad vnam ergò vocationis ſpẽ nequaquam pertingitur: ſi non ad eam vnita eum proximis mente curratur. At ſæpe nonnulli quo quædam ſpecialiter dona percipiunt: ſuperbiendo donum cõcordiæ, quod maius eſt amittunt: vt ſi fortaſſe carnem præ cæteris gulę refrenatione quis edomat, concordare

Galat 5.

1. Corin. 3.

Hebr. 12.

Epheſ. 4

cordare eis quos ſuperat abſtinen
do, contemnat. Sed qui abſtinen-
tiam à cõcordia ſeparat: quid ad-
moneat Pſalmiſta perpendat, ait
Pſalm.105. enim: *Laudate eum in tympano & cho
ro*, In tympano namque ſicca & per
cuſſa pellis reſonat. In choro au-
tem voces ſociatæ concordant.
Quiſquis itaq; corpus affligit, ſed
concordiam deſerit, Deum quidẽ
laudat in tympano, ſed tamen eũ
Sal donum pacis. non laudat in choro. Sepe vero dũ
quoſdam maior ſcientia erigit: à
cæterorum ſocietate diſiungit: &
quaſi quo plus ſapiunt: eo à concor
diæ virtute deſipiſcunt. Hi itaque
Mat.c.9. audiant quid per ſemetipſam veri
tas dicat: *Habete ſal in vobis, & pa-
cem habete inter vos.* Sal quippe ſine
pace, non virtutis eſt donum, ſed
damnationis argumentum. Quo
enim quiſquis melius ſapit, eo de-
terius delinquit: & idcirco in ex-
cuſabiliter & multo maius mere-
bitur ſupplicium: quia prudenter
ſi voluiſſet, potuit euitare peccatũ.
Iaco 3. Quibus quoque recte per Iacobũ
dicitur: *Quod ſi zelum amarum habe-
tis inter vos, & contentiones ſunt in
corde veſtro, nolite gloriari, & menda-
ces eſſe aduerſus veritatem. Nõ eſt iſta
ſapientia deſcendens deſurſum, ſed ter-
rena animalis diabolica. Quæ autem de-
ſurſum eſt ſapientia: primum quidem
pudica eſt, deinde pacifica.* Pudica vi-
delicet, quia caſte intelligit, paci-
fica autem quia per elationem ſe
minime à proximorum ſocietate
diſiungit. Admonendi ſunt diſsi-
dentes, vt nouerint quod tandiu
nulli boni operis Deo ſacrificium
immolant, quandiu à proximorũ
charitate diſcordant. Scriptum
Matth.5. namque eſt: *Si offeres munus tuum ad
altare, & ibi recordatus fueris quia fra
ter tuus habet aliquid aduerſum te relin
que ibi munus tuum ante altare, & va-
de prius reconciliari fratri tuo, & tunc
veniens offeres munus tuum.* Ex qua

A præceptione penſandum eſt, quo-
rum hoſtia repellitur, quam intol
lerabilis culpa monſtratur. Nam
cum mala cuncta bonis ſequenti-
bus diluantur, penſemus quanta
ſint mala diſcordiæ, quę niſi extin
cta funditus fuerint, bonum ſubſe
qui non permittunt. Admonendi
ſunt diſcordes, vt ſi aures à man-
datis cæleſtibus declinant: men-
tis oculos ad conſideranda ea quę
in infimis verſantur aperiant,
quod ſæpe aues vnius eiuſdemq;
B generis ſeſe ſocialiter volando nõ
deſerunt: & quod gregatim anima
lia bruta paſcuntur. Quæ ſi ſoler-
ter inſpiciamus: concordando ſibi
irrationalis creatura indicat quã-
tum malum per diſcordiam ratio-
nalis creatura committat: quãdo
hæc à rationis intentione perdi-
dit: quod illa motu naturali cuſto
dit. At contra admonendi ſunt pa
cati: ne dum pluſquam neceſſe eſt
pacem quam poſsident amant, ad
C perpetuam peruenire non appe-
tant. Plerumque enim grauiùs in
tentionem mentium rerum tran-
quillitas tentat, vt quo non ſunt
moleſta, quæ obtinent eo minus
amabilia fiant quæ vacant: & quo
delectant præſentia, eo non requi
rantur æterna. Vnde & per ſemet-
ipſam veritas loquens, cum terre-
nam pacem à ſuperna diſtingue-
ret, atque ad venturam Diſcipulos
ex præſenti prouocaret, ait: *Pacem
relinquo vobis, pacem meam do vobis.*
D Relinquo, ſcilicet, tranſitoriam
do manſuram. Si ergò in eam cor,
quæ relicta eſt figitur, nunquam
ad illam quæ dãda eſt peruenitur.
Pax ergò præſens ita tenenda eſt,
vt & diligi debeat & contemni: ne
ſi immoderate diligitur, diligen-
tis animus in culpa capiatur. Vn-
de & admonendi ſunt pacati: ne
dum nimis humanam pacem deſi
derant, prauos hominum mores

Ex diſcordia multa proue niunt mala.

nequa-

nequaquam redarguant: & conſentiendo peruerſis: ab authoris ſui ſe pace diſiungant, nedum humana foras iurgia metuunt: interni fœderis diſciſsione feriãtur. Quid eſt enim pax tranſitoria, niſi quodam veſtigiũ pacis æternæ? Quid eſſe ergò dementius poteſt, quam veſtigia in puluere impreſſa diligere, ſed ipſum àquo impreſſa ſunt non amare. Hinc Dauid dum totum ſe ad fœdera pacis internæ cõſtringeret, teſtatur, quod cum malis concordiam non teneret dicens: *Nonne qui oderant te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi.* Inimicos etenim Dei perfecto odio odiſſe, eſt & quod facti ſunt diligere, & quod faciunt increpare, mores prauorum premere & vitæ prodeſſe. Penſandũ ergo eſt, quando ab increpatione quieſcitur, quanta culpa ſi pax cũ peſsimis tenetur: Si Propheta tantus hoc velut in hoſtiam Deo obtulit, quod contra ſe pro Domino prauorũ inimicitias excitauit. Hinc eſt quod tribus Leui aſſumptis gladijs per caſtrorũ midia tranſies, qui à feriendis noluit peccatoribus parcere, Deo manẽ dicta eſt conſecraſſe. Hinc Phinees peccantiũ ciuium gratiam ſpernens coeũtes cum Madianitis perculit, & irã Domini iratã placauit. Hinc per ſemetipſam veritas dicit: *Quid putatis? quia pacem veni mittere in terram? Nõ veniq;, ſed gladium.* Malorũ namq; cũ incautè amicitijs iũgimur culpis ligamur. Vnde Ioſaphat qui tot de ante acta vita precõnijs attolli tur: de Achab Regis amicitijs pene peritur? increpatur. Cui à Dño per Prophetã dicitur: *Impio præbes auxiliũ, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris: & idcirco iram quidem Domini meruiſti, ſed bona opera inuenta ſunt in te, eo quod abſtuleris lucos de terra Iuda.* Ab illo enim qui ſumme rectꝰ eſt, eo ipſo iam diſcrepat: quo peruerſorũ amicitijs vita noſtra cõcordat. Admonẽdi ſunt paccati ne ſi ad increpationis verba proſiliant, tẽporalem pacem ſibi perturbari formident. Rurſumq; admonẽdi ſunt, vt eandẽ pacẽ dilectione integra intrinſecus teneãt, quã per inuentionẽ vocis ſibi extrinſecus turbãt. Quod vtrunq; prouide ſe Dauid ſeruaſſe perhibet, cũ dicit: *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis.* Ecce loquens impugnabatur, ſed tamen impugnatus erat pacificus: quia nec inſanientes ceſſabat reprehendere, nec reprehenſos negligebat amare. Hinc etiam Paulus ait: *Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Hortaturus enim Diſcipulos vt pacẽ cum omnibus haberẽt: premiſit dicens ſi fieri poteſt, atq; ſubiunxit: quod ex vobis eſt. Difficile quippe erat, vt ſi malè acta corriperent, habere pacẽ cũ omnibus poſſent. Sed cũ temporalis pax in prauorũ cordibus ex noſtra increpatione confunditur inuiolata ne ceſſe eſt, vt in noſtro corde ſeruetur. Rectè itaque ait: *Quod ex vobis eſt*, ac ſi nimirum dicat: Quia pax ex duarum partium cõſenſu ſubſiſtit, ſi ab eis qui corripiũtur expellitur, integra tamen in veſtra qui corripitis mente teneatur. Vnde rurſum idem Diſcipulos admonet dicens: *Si quis nõ obedit verbo noſtro, per Epiſtolã hũc notate, & non cõmiſceamini cum illo, vt confundatur.* Atque illico ſubiunxit: *Et nolite vt inimicũ exiſtimare illum, ſed corripite vt fratrẽ.* Ac ſi diceret: Pacem cum eo exteriorem ſolite: ſed interiorem circa illũ me lullit? cuſtodite, vt peccantis mẽtem ſic veſtra diſcordia feriat: quatenus pax à cordibus veſtris nec abnegata diſcedat.

Pſalm. 135.

Exod. 32.

Numer. 25.

Matt. 10.

2. Paral. 19

Pſalm. 119.

Rom. 12.

2. Theſ. 3.

Theophylactus in Ioannem. capit. 14.

ITerum in mœrore erant Diſcipuli, audientes Dominum dicentem: *Ego quidem diſcedo, Spiritus autem veniet.* Ideo videns turbari cor eorum & maxime propter afflictiones imminentes, & certamina, dixit. *Pacem relinquo vobis*, quaſi ita dicens: Quid nocent vobis mundi turbationes, cum mecum pacem habeatis? Non enim talis eſt pax mea, qualis mundi, quæ ſæpe in malo fit, & plane ſtulta eſt, ſed talem ego do, vt inter vos pacem habeatis, & vnum corpus ſitis. Hoc autem fortiſsimos omnium vos faciet, etiam ſi multi contra vos inſurrexerint, nihil tamen patiemini, concordia paceque mutua muniti. Deinde quia iterum dixit, relinquo, id quod recedentis erat, & ſatis eos turbare poterat, ſubdit: *Ne turbetur cor veſtrum, neque formidet.* Igitur turbationem patiebantur, ex affectu amoris, & dilectione erga illum, quod illo priuandi eſſent, timebãt autem, eo quod euentura erant illis mala poſt mortem eius. Ipſe igitur neque turbationem ex amore, neque timorem ab afflictionibus, abſque medicamine relinquit, ſed vtraque ſedat, dicens:: *Ne turbetur cor veſtrum, neque formidet.*

Cyrillus in Leuiticũ, lib. 16.

QVAM pacem dat Deus? iſtã quam habet mundus, negat ſe dare Chriſtus. Dicit enim: *Meã pacem do vobis, meam pacem relinquo vobis: non ſicut hic mundus dat pacem, & ego do vobis.* Negat ergo ſe pacẽ mundi dare Diſcipulis ſuis, quia & alibi dicit: *Quid putatis, quia veni pacem mittere in terram? Non veni pacem mittere, ſed gladium.* Matth. 10.

Vis ergo videre quam pacem dat Deus ſuper terram noſtram? Si terra noſtra ſit bona illa, quæ affert fructũ centeſimum, aut ſexageſimum, aut triceſimum, illam pacem ſuſcipiet à Deo, de qua dicit Apoſtolus. *Pax autem Dei, quæ ſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & ſenſus veſtros.* Hæc eſt ergo quam dat Deus ſuper terram noſtram. Marc. 4. Philip. 4.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 7.

CVM de ſuo receſſu mentionem fecerit: *Dixit enim quia hæc locutus ſum vobis, apud vos manẽs*, Videt vt Deus non parua formidine ac dolore animos eorum turbatos fuiſſe. Quid enim maiorem poteſt inferre dolorem, quam iocundiſsimarum amiciſsimarumque rerum non ſperata ablatio? Ad tranquillitatem ergo animos eorum reducit, dicens: *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Sæpius iam, inquit, dixi: quia non dimittam vos orphanos, nec ope mea priuati terram habitatis: nam & ſi corpore abfuero, præſens tamen erò, vt Deus ab omnibus malis vos liberans, vt nullomodo poſſit fortitudinem veſtram hoſtium peruicacia ſuperare. Ita timor à vobis aberit, & diuina proteget virtus, quæ ſupra quam mens hominum intelligere poteſt, tranquillo animo veſtro myſteria reuelabit. Nunc vero pacem non ſimpliciter neque quamlibet, ſed meã do vobis. Id autem nihil aliud eſt, quam Spiritum eis dare, & per eũ in eis habitare. Pax enim Chriſti Spiritus eius eſt, quod & ſi longa oratione vt probetur non egeat, illud tamen liquido patet, ipſum Filium Dei pacem eſſe, quomodo igitur Spiritus eius pax non erit? Beatus

tus etiam Paulus ait: *Pax Dei quæ*
Philip.4. *exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat cor*
da veſtra, & intelligentias veſtras. Nec
certe de hac pace, quam vulgo in-
telligere ſolemus, iſta dicuntur.
Qualitas enim quædam eſt in ani
mo habitu firmata, & non ſubſiſ-
tens aliqua res, tranquillitas hu-
iuſmodi animæ, quam pacem apel
lamus. Quomodo igitur talis pax,
quæ per ſe nihil eſt (non enim ip-
ſa ſubſiſtit, ſed ſecũdum habitum
animo accidit) omnem mentem
atque intellectum non dico homi
num, verumetiam Angelorum
(quos & mentes & intelligentias
appellamus) excedere ac ſuperare
videbitur? Pax ergo quæ princi-
patus, quæ Dominationes, quæ
Thronos, quæ Cherubin, & Sera-
phin excedit, Chriſti Spiritus eſt:
in quo Deo Patri vniuerſa Filius
recõciliauit. Qui nihil aliud vult,
nihil aliud intelligit, nihil aliud
operatur, niſi quæ Filius. Nam
quemadmodum vita, virtus, ſapiẽ-
tia, ſecundum naturam Filius eſt,
ac ideò Spiritus eius vita, virtus,
ſapientia nuncupatur: ſic quoniã
ipſe vera & propria pax eſt, meri-
to Spiritus quoque eius pax nomi
nabitur. Hac de cauſa ſibi ipſi, pro
priam pacem, id eſt, Spiritum ſuũ
attribuit dicens: *Pacem meam do vo*
bis. Sed pacem appellare Spiritum
Eſai.26. etiam Prophetas inuenimus. *Domi*
nus enim Deus noſter (inquit Eſaias)
Pacẽ dat nobis, omnia enim reddidit no
bis. Quoniam enim nihil per legẽ
perfectum eſt (nam eius iuſtitia
non potuit perfecte ad pietatem
humanum genus reducere) idcir-
co Spiritum ſanctum dari depre-
camur, per quem reuocati à ſerui-
tute, ad quam transfugimus prop-
ter peccatum, Deo Patri recon-
ciliemur: omnia enim reddidit no
bis, id eſt, omnia tunc habebimus,
nihil nobis tũc deerit, quando no
bis plenitudinem Chriſti Spiritus
præbebit. Quoniam igitur Spiri-
tus omnem formidinem atque tur
bationem mentis ſedare maximè
poteſt, propterea cum ſe Diſcipu-
lis daturum pollicetur, dicens: *Pa-*
cem meam relinquo vobis. Vado & ve-
nio ad vos: nõ turbetur cor veſtrum ne-
que formidet.

Chryſoſtomus homilia 22. in tomo. 2.

QVantam pacem monſtrauit
nobis, vt ipſam principalem
hæreditariam donaret nobis, di-
cẽs: *Pacem meam do vobis, pacem meã*
relinquo vobis. Quam pacem potuit
meliorem donare, quam vt carnẽ
Spiritui ſubijcere diſcerem?? Quã
pacem potuit donare, niſi vt ij qui
eramus inimici Dei, & longe po-
ſiti, per ipſum reconciliaret nos
Patri? Quam pacem potuit dare,
niſi vt ex populo Iudæorum inimi
corum, & crucifixorum eius appli
caret fidei ſuæ, & gentes æquè ſo-
ciaret ſibi, vt faceret vtraque vnũ,
& populum pacificaret inimicum
ſibi, & nobis gratiam donaret cõ-
firmatis ſibi? Poteſtatis & pacis
eius ergo non erit finis, quia ho-
die cum Patre æque operatur
vſque in finem ſe-
culi.

TEXTVS.

SI diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me eſt.

Auguſtinus de Trinitate, lib. 1. cap. 9.

OPortebat ergo vt auferretur ab oculis eorum forma ſerui, quam intuentes hoc ſolum eſſe Chriſtum putabant, quod videbant. Inde eſt & illud quod ait: *Si diligeritis me gauderetis vtiq; quoniam eo ad Patrem, quia Pater maior me eſt*: ideſt, propterea me oportet ire ad Patrem, quia dum me ita videtis, ex hoc quod videtis, exiſtimatis quia minor ſum Patre atq; ita circa creaturam ſuſceptumq; habitū occupati, æqualitatem quam cum Patre habeo non intelligitis.

Auguſtinus tracta. in Ioannem, 78.

SI diligeritis me gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem, quoniā naturæ humanæ gratulādum eſt: eo quod ſic aſſumpta eſt à verbo vnigenito, vt immortalis conſtitueretur in cælo, atq; ita fieret terra ſublimis, vt incorruptibilis puluis ſederet ad dexteram Patris? hoc enim modo ſe iturū dixit ad Patrem: nā profecto ad illum ibat qui cum illo erat: ſed hoc erat ire ad eum & recedere à nobis, mutare atq; immortale facere quod mortale ſuſcepit ex nobis, & leuare in cælum per quod fuit in terra pro nobis. Quare nō de hinc gaudeat, qui ſic diligit Chriſtū, vt & ſuam naturā iā immortalē gratuletur in Chriſto, atq; id de ſe ſperet futurum eſſe per Dñm Chriſtū? Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula, &c.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 9.

REprehēdere videtur, quia nō gaudent, cum ad Patrem vadat, & quod illi dolebant, id lætitiæ cauſam magis eſſe affirmat: & ſimul docet, oportere illos, qui vere aliquem diligunt, non ſolummodo ſuum, verumetiam amici commodum quærere: Propterea & Paulus ait: *Charitas non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt*. Et rurſus. *Non ſua quærentes, ſed ea quæ ſunt aliorum*. Dilectionis enim vere opus eſt, non ſolum ſibi, verumetiam dilectis prouidere, quod modo Diſcipulis faciendum eſſe Chriſtus aſſerit. Sed age, in nobis tanquam in tabula, thorematis vi primum deſcripta, ad Chriſti myſterium, deinde gradu facto conſcendamus. Exempla enim & ſimilitudines huiuſmodi quanuis minime ſint, ſæpenumero tamen maximas, ſupernaturaleſque res clariores quodammodo faciunt. Iucundum, verbi gratia, fuit Diſcipulis Pauli vt cum eo ſemper viuerent, ſed Paulo melius erat reſolui, & eſſe cum Chriſto. Erat igitur officium eorum, ſi doctorem ſuum amabant, non commodum ſuum ſemper conſiderare, ſed doctoris ſui etiam conducibilia perſpicere. Hæc obumbratio thorematis eſt, quam varijs Chriſti myſterij coloribus depingentes, ipſam veritatem cōſpiciamus. Quum enim in forma Dei eſſet vnigenitus: *Non rapinā arbitra-*

1. Corint. 13.

Philip. 2.

Philip. 2.

bitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſuo erga nos amore exinaniuit ſeipſum formam ſerui accipiens. Quod facere voluit, vt omnes ad veram pietatem & virtutem conduceret, vt miraculorum ſuorum ſplendore & gloria, potentiam Deitatis ſuæ oſtenderet. Sic enim lapſis perſuadere poterat, à dementia cultorum idolorum, ad adorandum vnum Deum tranſilire. Nec iſto tantum pacto, ſed multis etiam alijs modis, nobis homo factus opitulatus eſt. Imperium enim mortis euertit, vim peccati deſtruxit, effecitq; vt ſupra ſerpẽtes ac ſcorpiones, ac ſupra omnẽ hoſtis virtutẽ ambulemus. Erat igitur iucundiſsimum nobis aut ſanctis Diſcipulis, ſimul ſemper eſſe cum tantorũ largitore Chriſto, ac præſentem ſemper cõuiuentemq; aſpicere. Sed non videbatur illi cõmodum eſſe, qui propter nos humiliatus eſt, in hac humilitate longioribus tẽporibus viuere. Oportebat enim potius, diſpenſatione incarnationis ad exitum iam adduta, ad gloriam cum homine quem aſſumpſit, & ad æqualitatem Patris aſcendere: quam non rapuit, ſed vt proprium bonum natura poſsidebat. Sed cum ad humanam (vt ita dicam) in gloriam deſcenderit, ad gloriã rurſus redijt ſuam. Nam donec in terris vt homo erat, ac ſi Deus verus, ac Dominus omnium eſſet, qui tamẽ gloriam eius ignorabant, non meliorem cæteris hominibus arbitrabantur. Ita ſputis dedecoratus, cæſus & crucifixus, & à ſceleſtis Iudeis impie deriſus eſt, Vah, dicẽtibus, qui deſtruis tẽplũ Dei, ſalua te ipſum. Sed poſt exitum horũ omnium, humilitatis tẽpore iã exacto, in cælos ad Patrẽ aſcendẽs à ſuperioribus virtutibus, vt Deus adorabatur. Non enim ignorauerunt Angeli Dominum ſuum, ſed alius aliũ hortabantur cum carne aſcendentẽ ſuſcipere, & principibus portarum iubebant, dicentes: *Attollite portas Principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ, Dominus fortis & potẽs, Dns potẽs in prælio, Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.* Innotuit enim principatibus ac poteſtatibus varia admodũ ſapientia Dei, quã fecit in Chriſto, vt ait Paulus. Quũ enim ad Patrem redierit, qui maior ideo ipſe eſt, quia in eiſdẽ ſemper mãſit: ipſe vero ſponte ſerui accepta forma, ſe ipſum exinaniuit, ad ſuã rurſus gloriã aſcẽdit, audiuitq; *Sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorum.* Nã ne quaſi nolẽte Patre honorẽ rapuiſſe videatur, ipſe Pater introducitur, dicens: *Sede à dextris meis.* Nec propter hoc quia in dextris Filius eſt, putare quiſpiã poterit minorẽ eſſe honorẽ Patris. Sed illud vnuſquiſq; nõ demens cogitabit, oportuiſſe magis dexterũ, & nullius imminutionis ſuſpectũ locũ, non Patri ſed Filio propter exinanitionẽ attribui ne qui minor humanitate eſt, minor etiã Deitate ijs videretur, qui myſterium incarnationis intelligere nequeũt. Ideo ergo à dextris ſedet eius, quẽ nullus vnquam, tanquam minorẽ incuſauit, vt æqualis ei omninò eſſe credatur. Sed rurſus totũ huius loci ſenſum ab initio repetentes dicamus, iucundiſsimũ atq; optatiſsimũ eſſe cum Chriſto ſemper cõuerſari, qui propter nos ad ſeruilẽ habitum & humanæ naturæ in gloriam deſcendit. Sed non eſt ipſi hoc commodum, ſed illud potiꝰ glorioſum, vt ad dignitatẽ, poteſtatem ac gloriã Deitatis aperte redeat, & à dextris Patris ſedeat: ipſo quoq; Patre ita volente, qui proprium Filium vt ſubſtantiæ ſuæ fructum diligit. *Propterea ſi diligeretis me,* (inquit)

Luc. 10.

Pſalm. 23.

Epheſ. 3.

Pſalm. 109.

(inquit) *gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem.* Et certum argumentum amoris Diſcipulorum erga Chriſtũ fuiſſet, non dolore ipſo abeunte, ſed meminiſſe potius à Iudęorum turba, ad Deitatis gloriam illum redire: ac ideo cum Pſalmiſta gaudere, qui cum Spiritus gratia hæc præuideret, magna voce ad lætitiam genus humanum hortatur dicens: *Omnes gentes plaudite manibus.* Pſalm. 49. Et cauſam exultationis huius ac plauſus, aſſumptionẽ in cælos Saluatoris fore oſtendit. *Aſcendit Deus* (inquit) *in iubilatione, & Dominus voce tubæ.* Pſalm. 23. Iubilationem & tubam altiſonam, & Spiritus vocem nominans, qua ſuperioribus iubebat virtutibus, vt portas tollerent & Dominum gaudentes ſuſciperent. Et rurſus de hoc ipſo nunc ait: *Lætetur terra, quia Dominus regnauit,* nunc: *Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem & præcinxit ſe.* Pſalm. 69. Pſalm. 92. Homo enim ille qui ante crucem nobiſcũ converſabatur, quando ad Patrem aſcendit, tũc decorem proprium indutus virtute ſe priſtina cinxit, vna cum Patre ſedens ac regnans. Quare gaudendum Diſcipulis amiciſque ſuis magnopere eſt.

TEXTVS.

PATER maior me eſt.

Fulgentius ad Donatum, de Orthodoxa fide.

VBI ergo formę vnitas in natura erat, æqualitas rapina non erat. Naturalis autem diuinitatis æqualitas, quæ in forma Dei erat, auferri Deo vero nõ poterat. Inde eſt quod retinens veritatem diuinitatis, & veritatem accipiẽs carnis, vnus idemque Dei & hominis Filiꝰ, & Patre factus eſt minor, & Patri permanſit æqualis. Ideo vtrumque veraciter ipſa veritas dixit: Et Pater maior me eſt, & ego & Pater vnum ſumus. Vere ergo Deo Patre minor eſt Chriſtus, quia naturaliter ex patribus eſt ſecundum carnem. Et vere Deo Patri æqualis eſt Chriſtus, quia naturaliter eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Proinde vera fides, quæ in vno eodemq; Chriſto, vtriuſque credit, & confitetur ſubſtantiæ veritatem, vnum eundẽq; Chriſtum Dei Filium, & ſecundũ veritatem carnis factum, prędicat minorem, & ſecũdum veritatẽ Diuinitatis Patri Deo credit & confitetur ęqualem. Sic veraciter vnũ Deum cum Patre Filium, vera fides adorat, quæ ſic vni Deo nouit à creaturis omnibus ſeruiendum, vt nouerit creaturæ non debere ſeruitutis obſequium.

Chriſtus in forma hominis minor eſt Patre.

Idacius Clarus aduerſus Varimadum Arrianum.

SI dixerint illud, quod Filius in Euangelio dixerit. *Pater maior me eſt.* RESPON. Filius minor eſt Patre in aſſumpta hominis forma, æqualis vero Patri eſt in Deitatis naturæ ſubſtantia, eodem proteſte ſtante: *Ego & Pater vnum ſumus,* Et iterum. *Qui me vidit videt & Patrem.* Et iterum: *Vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem.* Et iterum. *Sint in nobis vnum, ſicut & nos ſumus vnum, tu in me, & ego in eis.* Et iterum. *Omnia mea tua ſunt, & omnia tua mea ſunt.* Et iterum: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt.* Et iterum. *Ego in Patre & Pater in me.* Et iterum. *Pater in me manens facit opera hæc.* Et

Ioan. 5. Ioann. 17. Ioan. 14.

Et Ioannes Euãgeliſta ait: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. & Deus erat Verbum.* Item ipſe ad Parthos. *Tres ſunt, inquit, qui teſtimonium perhibẽt in terra aqua, ſanguis, & caro, & tres in nobis ſunt; & tres ſunt qui teſtimonium perhibent in cælo, Pater, Verbũ, & Spiritus, & ij tres ſunt.* Nos itaq; in natura Deitatis, qua vnum ſunt, Patrem, & Filium, nec Patrem credimus aliquo tempore præceſſiſſe vt maior ſit Filio, nec Filium natum eſſe, vt Deitas Patris minoraretur in Filio.

Ioann. 1.

1. Ioann. 5.

Fauſtinus de fide contra Arrianos, cap. 4.

ACceperunt & has quæſtiones, quas ex diuerſa parte propoſueras ſortiores ſpecialiter abſolutas. Dicunt (inquis) hæretici ad depretiandam Filij perpetuã & perfectam in omnibus Deitatẽ ſcriptum. *Pater maior me eſt.* Sed requirendum eſt quando hoc dixit Filius, nonne quando hoc impletum eſt in eo quod ſcriptum eſt: *Minoraſti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum.* Quomodo minoratus eſt exponit Apoſtolus Paulus teſtis cæli conſcius: Paulominus (inquit) ab angelis minoratum videmus Ieſum propter paſsionem mortis, gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortẽ, pro omnibus, ait, non pro ſe. Ergò qui pro omnibus guſtauit mortẽ, quid mirum ſi pro omnibus & minoratus eſt? pro omnibus autem guſtauit mortem, nõ pro ſe, eo quod omnibus in peccati reatu poſitis, ipſe homo factus, nullo proprio peccato tenebatur obnoxius. Et vide quomodo hoc ipſum, quod minoratus eſt propter paſsionẽ mortis, & gratia pro omnibus guſtauit mortem, ad decorem operis interpretatur ſapientiſsimus Paulus, ita ſubſequens: decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum, per paſsionem conſumari. Vides quã paucorum, quã ve decorum noſtræ ſalutis ſacramentum, in eo quod Filius minoratus oſtendit? Quomodo ergo ad obfuſcandam Diuinitatẽ eius improperas, quod exequitur ad decorem? *Pater maior me eſt.* Hoc tũc dixit Filius, poſteaquam, *Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis.* Et vide ne mutabilem credas, quaſi deſierit verbum eſſe poſteaquam caro factum eſt, ſed manens ſemper verbum Dei, & caro quoque factũ eſt expreſsius loqui voluit, ne quis in eo non veram carnem crederet. Siquidem expreſſam locutionem non deſunt qui dicant, carnẽ illum habuiſſe putatiuam. Vt autẽ manifeſtum ſit, Verbum carnẽ factum, non de mutatione diuinæ ſubſtantiæ, ſed ſuſceptionis carnis humanæ, intende quid ſequitur: *Et habitabit in nobis*, non ergo interceptum eſt Verbũ de mutatione, quod per carnem aſſumptum habitauit in nobis. Habitatio enim probat perſeuerãtiam Verbi. Hoc ideo interpoſuit, nequis Filium Dei mutabilem credat, cum legit, *Et Verbum caro factum eſt.* Dicit ergo Filius: *Pater maior me eſt*, poſteaquam Verbum caro factum eſt, & ſuſcepit officium miniſtrantis. Venit enim non miniſtrari, ſed miniſtrare. *Pater maior me eſt*, quid ais veritas? quomodo dicis Patrem te eſſe maiorem? recte vna tibi & Patri eſt imago ſecundum Moyſem, eademque forma ſecundum Apoſtolum Paulum, qui me etiam docuit quod ſis ſplẽdor gloriæ & character ſubſtantiæ eius, ſed & tu

Pſalm. 8.

Hebr. 2.

ipse docuisti dicens: *Qui me videt videt Patrem, ego in Patre, & Pater in me, & ego & Pater vnum sumus.* Sed & quæcumque facit Pater, facis & tu similiter, tua enim verba sunt, quæcunque enim ille hæc & Filius facit similiter, & sicut Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat, & vt honorificent Filium, sicut honoricant Patrem. Cum ergo eadem tibi imago est, eadem forma eadēque substantia, eadem naturę vnitas, eadem potestas, eadem libertas voluntatis, idem honor & omnia omnino, quæ Patris sunt, tua sunt, quia & quæ tua sunt, Patris sunt. Quomodo ergo dicis: *Pater maior me est*, cum in omnibus quæ sunt Deitatis talis es, qualis & Pater? Loquatur Apostolus Paulus, in quo Christus loquebatur, secūdum quod ipse ait: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Quid dicit Apostolus? *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Ergo secūdum hoc quod in forma Dei est, & quod æqualis est Deo, non est maior Patre. Et quomodo Pater maior est, subsequentia demonstrant. Sed semetipsum (inquit) exinaniuit formā serui accipiens. Vide ne & hic interceptionem Diuinitatis intelligas, cū audis quod semetipsum exinaniuerit. Intende enim ad id quod sequitur formam serui accipiens. Manere ergo in suo statu ostēditur, qui formam serui dicitur accepisse. Sed quanuis maneat & perseueret in eo status diuinus, tamen semetipsum exinaniuit, scilicet, per occultationem Diuinitatis *formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Iam talis si dicat *Pater maior me est*, nō impugnat æqualitatem Diuinitatis, sed designat sacramentum susceptæ humilitatis, per hoc quod semetipsum exinaniuit formā serui accipiens. Iam tale est si dicat: Qui misit me Pater, mandatū mihi dedit, quid dicā, & quid loquar. *Et descendi de cælo, nō vt faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me*: ostendit quod semetipsum exinaniuit formā serui accipiens in similitudinem hominū factus obediens vsque ad mortem. Et tamen quæ est in his diminutio eius Diuinitatis, si ad amputandam in hominibus arrogantiam, ipse non sibi arrogans loqueretur? Mētior si hoc ipsum testimonium nō ideò posuit Apostolus Paulus, vt ad humilitatem Saluatoris exemplo singulos prouocaret. Hoc ita inuenies, si eandem Epistolam, quam scripsit ad Philippenses, intentius legeris. Sed & si hæretici nolunt hoc sacramentum exinaniti Dei per acceptionem formæ seruilis esse dictum, Pater maior me est, hoc non est benedictum, dicamus & nos Patrem maiorem esse de solo sacramento generationis. Et hunc enim pium sensum nonnulli catholici prosequuti sunt, dicentes Patrem & Filium, eiusdem esse substantiæ, & secundum substātiam alterum altero non esse maiorem. Qualis enim Pater Deus est, talis & Deus Filius est, nihil enim minus ex se genuit quam ipse est, perfectus enim existens perfectum genuit, & plenitudo existens plenitudinem genuit. Et si ergo quia Deus Deo æqualis est, Filius tamen quia Filius minor dicitur Patre, id est, quia Filius de Patre sit, Pater autem genuit Filium. Et ideo non dixit, Deus maior me est, sed Pater maior me est.

2.Cor.13. Philip.2. Ioann.4.

Epiphanius in Ancoratu.

Pater meus maior me eſt quomodo intelligendum eſt.

AT dicis quod maior exiſtēs Pater, omnem cognitionē habet: Filius vero nequaquam, quemadmodum etiam ipſe dicit: *Pater meus maior me eſt?* At in hoc honoras Patrem, Filius dicit, velut decebat eū, quod ampliter honoratus eſt à Patre. Oportebat enim vere genuinum Filium honorare proprium Patrem, vt oſtenderet ingenuitatem. Quomodo vero tu putas maiorem eſſe ipſum? circunferentia, aut mole, aut tempore, aut temporis parte, aut dignitate, aut Deitate, aut immortalitate, aut æternitate? Ne putes hæc. Nihil enim in Deitate inæquale eſt ad Filium. Sed prout Pater pater eſt, & prout Filius genuinus, honorat ſuum Patrem. Nec enim mole fertur Deus, vt mole excedat Filium Pater: neque tempori ſubiacet, vt tempore Pater Filium excedat: neque iuxta menſuram, in alto locū habet Pater (omnia enim ipſe continet & à nullo continetur) vt Filius inferior intelligitur: ſedet enim in dextra Patris: & non dixit, introiuit ad Patrem: quo Sabellium deſtrueret, & Arrium ſubuerteret, eum ſua blaſphemia. Quapropter ne quæras nō quærenda, ſed honora Filium vt Patrem honores.

Cyrillus in Ioannem, lib. 10. capit. 9.

MAiorem autem Patrem appellat, non in quantum ad dextris eius, vt Deus ſedet, ſed in quantum adhuc nobiſcum erat, id eſt, ſecundum nos factus eſt. Non aderat tempus, in quo Deitatis dignitatem aſſumere debebat. Vnde quum acetum, & fel ſitienti daretur in Cruce, dixit poſtquam guſtauit: *Conſummatum eſt.* Tunc enim finem humilitatis tempus accepit. Crucifixus enim vt homo fuit, ſed imperium mortis non vt homo, ſed vt Deus deiecit. Maior igitur Pater: quoniam adhuc in ſeruitute Filius erat. Propterea Deum quoque ſuum Patrem appellabat, humanitati ſuæ id etiā attribuēs. Patet enim quod à ſuprema excellentia ad ſeruilem deſcendit naturam: & ab æqualitate Patris ad noſtrum habitum, quorum nihil à Patre factum eſſe credimus. Quare hac ratione maior eſt Filio, qui ſe humiliauit, donec ad primam gloriam humilitatem ſuam reduxerit. Sed par eſſet cū multa de æqualitate Patris ac Filij dicta nobis in ſuperioribus ſint, expoſitionē Euangelij iſtis relictus proſequi. Verum quoniam quidam hæreticōrum etiam apud Iudæos ſacrarum peritia literarū illuſtris, hūc locum exponens, intollerabiles in vnigenitum ſcripſit blaſphemias: mei officij putaui falſitatē orationis eius arguere. Sed quædā de ſuis prius mihi tranſcribenda eſſe arbitror. Maiorem vero Patrem, inquit, appellat: non ſolum ingratitudinis crimen effugiens, verumetiam falſam eorum opinionem arguēns, qui eadem vtrique ineſſe arbitrantur, & Sabellij ſimul opinionem exterminans. Et poſt pauca adhoc arrogantiæ quidam proceſſerunt, inquit, vt nullo modo audire patiantur Patrem, Filij Deitate maiorem eſſe, ſed ſola humanitate naturam Patris excedere arbitrentur. Qui nequeunt intelligere, non poſſe quæ diuerſorum generum ſunt, inter ſe comparari. Nemo quippe prudentiorem hominem dicit iumento, nec velotiorem equum teſtudine: ſed hominē homini, & equum equo conferunt omnes. Quæ cum ita ſunt

Ioann. 19.

Blaſphemia cuiuſdam hæretici.

neceſſe eſt ipſos vel nolentes concedere Patrem Filio Deitate maiorem eſſe. Nam qui ad humanitatem vnigeniti hoc ferri arbitrantur, quantum in eis eſt dignitatem Patris diminuunt. Hę nugæ illius ſunt. Et conſidera quæſo, quomodo, ſi nihil aliud, ſecum tamen pugnet oratio. Laudat Filium, quia gratus erga Patrē eſſe videatur, quum ſe minorem profiteatur: ſed non conſiderauit quam nam ob rem Theologicas modò ſententias Chriſtus tetegit. Non enim parum congruo vniuerſa tempore dicere. Quid igitur oportebat modo mæſtis hæc diſcipulis dicere. Quam enim conſolationem dolētibus hæc potuiſſent afferre? Quare autem quaſi acerbe increpans, ait: *Si diligeritis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior me eſt.* An putas turbationem illos animi potuiſſe abijcere, quoniam eos relinqueret, & maiorem peteret? Quis in hoc ſenſu conſolationis modus? Et certe quando Philippus rogabat, dicens: *Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis:* tunc opportune Patrem in ſe, & ſeipſum rurſus in Patre eſſe affirmans, æqualitatem ſummam oſtēdebat. Non cognouiſti adhuc Philippe, inquit, *Quod qui videt me videt & Patrem: nō credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt, ego & Pater vnum ſumus?* Sed tunc quidem oportune vt diximus, æqualem ſe Patri eſſe aperuit: nunc vero qua ratione cū Diſcipulorum mœrorem lenire vellet, hoc remedium accommodari poteſt, gaudēdum ſibi potius eſſe, quia vadit ad Patrem: nonne omnibus conſpicuum erit, quoniā ad gloriam Patris, vnde vltro deſcendit, redibat: iure amicis ſuis iuſſiſſe vt propter hoc gaudeant? Sed hæc modo prætermittantur. Quod autem putant, naturæ Deitatis humanitatem nos Chriſti cō ferentes, cum exinanitum Filium propter humanitatem fuiſſe dicamus, vana vti comparatione vehementer erant. Minorem enim Patre Filium (in quantum factus eſt homo) credimus, & ad æqualitatē Patris poſteaquàm in cælos aſcendit, reuertiſſe fatemur: non vt ad nouam aut aduentitiam æqualitatem ac gloriam, ſed ad illā in qua ſemper fuit vt Deus; vnde Doctor ille gentium Paulus, poſt reſurrectionem, aſſumptionemque conuenientem homini humilitatem nō amplius ipſe attribuit. *Si enim cognouimus Chriſtum ſecundum carnem* (inquit) *ſed modo non amplius cognoſcimus.* Et de ipſo, *Paulus* (inquit) *Apoſtolus Ieſu Chriſti, non ex omnibus neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum.* Cur nam cum nos reformatū iri ad corpus gloriæ ipſius prædicaret, qui certe homines ſumus negat ſe ab homine, & à Ieſu Chriſto concedit in Apoſtolatus dignitatem fuiſſe aſſumptum? Cur ne cognoſcere quidem nunc ipſum ait ſecundum carnem? An putas Dominum à ſe negari? Nequaquā, ſed exacto iam tempore exinanitionis atque humilitatis vnigeniti non à natura qua ſe humiliauit, ſed à dignitate ac gloria, qua ſecū dum naturam Deus eſt, & cognoſcere & prædicare Chriſtum oportet. Quùm enim cognitum, creditumque fuerit, quia homo factus eſt: illud oportet credentibus itidem inculcare, quia Deus etiam ſecundum naturam eſt. Hac de cauſa oratione vtitur, Deo magis quā homine conueniente. Valde autē miror, quomodo non erubeſcit, Deitate Filio maiorem eſſe Patrē dicere: idcirco quod confiteri nobis neceſſe eſt, quia ſola quæ ſunt eiuſdem generis, alterum alteri poſsit comparari. Nec ſentit quā valde

Ioann. 10.

2. Corint. 4.

Galat. 1.

Philip. 3.

valde ſibi repugnet oratio. Reſpõ deat enim nobis quæſo, vnde nam eorum quæ vnius ſpecie comparationes ſumãtur? Vtrum ab ijs, quę ratione naturæ communiter inſuunt, an ab ijs quæ accedunt & abeunt ac eſſe, & non eſſe propter alias cauſas poſſunt: ſed quod dico exemplo ſuo clariùs faciam. Homini homo confertur. Si ergò cõmunem ſubſtantiæ rationem aſpicias, nullam inuenies differentiã: vna enim & eadẽ in omnibus eſt. Nunquam enim homo diſtabit ab homine, in quantum animal rationale, mortale, ac diſciplinæ capax eſt. Sed neque equus ab equo ea ratione qua equus eſt, differt autem homo ab homine, quia hic Grammaticus, ille Grammaticus non eſt: ſed hæc ſubſtantialia nõ ſunt. Equus etiam equo velocior, aut corpore maior eſt, ſed hæc in ratione ſubſtantialia continentur. Æqualiter igitur omnibus naturalia inſunt, quæ vero forinſecus accidunt, diuerſitatem ſuſcipiunt. Quoniam ergo ſola, quæ generis eiuſdem ſunt inter ſe comparari poſſunt: confiteatur primum eiuſdem generis, ideſt, eiuſdem naturæ, atque ſubſtantiæ (ſic enim genus hic intelligitur, quod exemplis ſuis patet) Patrem & Filium eſſe. Deinde doceat quamobrem DeitateFilij Pater maior eſt. Subſtantialiter enim ac naturaliter, maior eſſe non poteſt. Non enim perfectius in vno quam in alio ratio naturæ vnquam inuenitur, ſed æqualiter de omnibus indiuiduis prædicatur. Quæ tamen accidentibus quæ accidunt, & abeunt propter alias cauſas inter ſe comparantur. Nulla enim inter hominem & hominem, in quantum homines ſunt, differentia eſt: ſed alius pius, alius impius, & hic robuſtus, ille imbecillis eſt. Quorum omnium ſi quis cauſas rimari voluerit, nunquam naturæ rationem in mediũ afferret, ſed corporis qui buſdã aut animæ paſsionibus cauſam attribuet. Cum igitur Deitatis ratio (vel quomodocumque placet dicere, dummodo ſciamus ab alijs inferioribus de ſuperioribus verba fieri) vna & eadẽ in Patre & Filio ſit (comparãtur enim vt etiã ipſe fatetur, ſola quæ generis eiuſdem, ideſt ſubſtantiæ atque naturæ ſunt) doceat oro quid effecit, vt Filius Patre minor eſſe videatur: quæ paſsio, quæ negligentia, quid aliud eorum, quæ generabilibus accidere ſolent? Sed quis ita delirus eſt, vt hęc audire patiatur? Quoniam igitur eiuſdem cum Patre vnigenitus eſt naturæ: & hæc quæ diuerſitatem faciunt, accidere illi ſubſtantiæ non poſsint certe cum Patri conferatur, æqualitatis collatione comparatur. Verũ quoniam auſus eſt Deitate Filij Patrẽ apertè maiorem profiteri, age (ratione incarnationis ſilentio tradita) Deitatem Filij, Deitati Patris, vt illi dicunt conferamus. Illud ergo primum ab eo petimus, vtrum cum Deum dicat vnigenitum, naturaDeum intelligat, an nomine ſolo Deitatis honorari opinetur, ſicut multi dicuntur in cælo, multi etiam in terris Dij ac Domini: ſi enim vltimum dicet, cur ergo (exclamabimus) ſi naturæ Deus nõ eſt, creaturam adoramus? Nec ſolũ nos id facimus, verumetiam virtutes cælorum, & ſancti omnes, qui Deum verum eſſe prædicarunt, hoc crimine accuſandi ſunt, & præcipue Ioannes Euangeliſta, qui de ipſo ait: *Scimus quia Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt verum Deum cognoſcamus, & ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto, hic eſt verus Deus, & vita æterna.* Sin autem vniuerſam ſcripturam veri-

Nulla inter homines differentia, quo ad homines.

1. Cor. 8.

1. Ioann. 5.

veritus Deum ſecundum naturam profitetur, quomodo minor erit quam Pater, aut quomodo alium omnino Deum naturali habitudine à Patre penitus diſſeparatũ prædicare non videbitur? Siquidẽ cum in propria ſubſiſtentia eſſe ipſum credat, alienum à Patris ſubſtantia putet. Nam ſi nihil prorſus maius aut minus ſeipſo eſt: ſed minus ad aliud maius minus, & maius ad aliud minus maius eſt: quomodo non erit neceſſe duos Deos ſecundum naturam, & Deos veros ita confiteri, vt alter maior, alter minor eſſe credatur? Nulla igitur eſt fides Eccleſiæ, cum non vnus Deus natura, ſed duo ſint. Cuius ergo templa ſumus, an eius qui Spiritum ſuum in animos noſtros emittit? Sed cũ à ſacra Scriptura didicerimus Patris & Filij Spiritũ eſſe, quid dicemus, quẽ depellemus, aut quem ſuſcipiem?? Nam ſi vtroſq; minorem ſcilicet, atque maiorem, in nobis per Spiritus ſuos habitare dicamus, non Dei ſed Deorum templa erimus. Quid hæc audiens, non euomet? Sed fortè ne duos Deos fateri cogatur, ad illud conſuetum ſibi atque tritum confugiet, dicetq; naturam filij huiuſmodi eſſe, vt nec à creaturis omninò aliena ſit, nec à Dei Patris natura omninò excidat. Sic enim qui creaturã eſſe Filium contendunt, ad has fictas fabulas confugiunt. Cum igitur ita ſe habere naturam Filij dicãt, vt quaſi media inter creatam & increatam ſit interrogabimus, à quonam ſanctorum ita loqui didicerint, Nam ſi à ſacris literis id nõ acceperunt, cõfundantur proprias in fidem ſententias afferentes: ſed ab eo quod ipſe propoſuit, hanc falſitatem redarguamus. Nam ſi ſola quæ ſpeciei eiuſdem ſunt, inter ſe comparantur, comparatur autem

A Filius Patri: *Pater* (inquit) *maior me eſt*: quomodo eius naturæ Filius eſſe negabitur cuius Pater eſt? Quod ſi eiuſdem naturæ eſt, quomodo erit medius? Cùm nulla natura maior eo, vt Deo, eſſe inueniatur. Si verò vt ipſe, vnigenitus dicit Patri comparatur (*Pater enim* (inquit) *maior me eſt*) comparantur autem ſolummodo quæcumq; eiuſdem generis, id eſt, naturæ ſunt, quomodo Filius Patri conſubſtãtialis non erit? Hæc abſurda, inaudita & impia conſequi à blaſphe-
B mia & excogitationibus veſtris videatis, date hoc vnigenito, vt æqualem Patri eſſe confiteamini. Sic enim vnus erit Deus, à vobis & nobis, & ſanctis angelis in trinitate perſonarum adoratus.

Cyrillus in Theſauro, lib. 2. capit. 3.

Obiectio hæreticorum.

C QVæ naturæ eiuſdem, eiuſdemque ſubſtãtiæ ſunt, Eunomi?, inquit, dum non ſuſcipiunt maius & minus. Nec enim homo homine ſecundum rationem ſubſtantiæ, neque aſinus aſino maior eſt. Si ergò in conſubſtantialibus nullus maiori & minori locus datur, & Filius Patrem maiorem ſe eſſe apertè docuit, non eſt ei conſubſtantialis. Probe facerent hæretici omnes, ſi vndiq; ſtuderent verũ Scripturarum ſenſum venari, nec
D ad voluntatem ſuam omnia vertere, atque inde falſos ſyllogiſmos connectere. Si enim offendit eos, quod Pater maior Filio ſcribitur, iuuet illud quod de Filio dicitur: *Qui cum eſſet in forma Dei, non rapinã arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo.* Et Ioannes apertiſsime: *Patrem* (inquit) *ſuum Deũ dicebat, æqualem ſe ipſum faciẽs Deo.* Quomodo ergo alienę ſubſtantiæ eſt, cui æqualis eſt? Nanque naturaliter æqualia ſunt eiuſdem

Philip. 2.

Ioann. 5.

Quæ æqualia naturaliter eiuſdem penitus ſubſtantiæ ſunt.

eiuſdem penitus ſubſtantiæ ſunt: vt homines equi. Præterea in corporalibus maius & minus non ſecundum magnitudinem, ſicut in corporibus, ſed ſecundum ſeruitutem perſpicitur: quod Paulus oſtēdit: *Alij enim* (inquit) *ſermo ſapientiæ ab Spiritu datur, alij gratia curationum*: multiſque huiuſmodi connumeratis infert *Omnia vero hæc operatur vnus & idem Spiritus.* Deinde rurſum hortatur vt maiores gratias à Deo petere debeamus. Nũ igitur Spiritum in ſe ipſo differre dicent, aut diſſimilis cuiuſdam eſſe ſubſtantiæ, quoniam paruus eſt in paruis, & maior in maioribꝰ inſpicitur, ſecundum ſuſcipientium capacitatem? Nemo ita inſanus eſt, vt hoc audeat cogitare, Cum igitur in corporea natura maius & minus non ſuſcipiat, quãdo maior Pater Filio dicitur, humanitati ſuæ, non Deitati ſermo attribuendus eſt. Nã cùm dicat Chriſtus: *Pater qui me miſit maior me eſt.* Et Apoſtolus de ipſo: *Non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo*: quærendum eſt diligenter, quomodo & æqualis Patri & minor Filius erit: ita vt nec æqualitatem contẽnamus, quia maior Pater dicitur nec maiorem eſſe Patrem negemus, quia æqualis ei Filius ſcribitur, ſed vtraque piè intelligamus. Cùm igitur non compoſita, ſed ſimplex natura Deitatis ſit, nunquam in plures perſonas diſtinguetur, niſi quædam inueniretur differentia: non ſecundum eſſentiã, ſed ſecundum relationem, & quaſi extrinſecus intellecta, per quam vtriuſque perſona in propria hypoſtaſi conſtituitur, nec ab vnitate Deitatis propter identitatem naturalẽ poteſt excludi: & ſic nulla confuſio, nulla quaſi mixtio Patris & Filij excogitari poteſt. Nã quum tantum ſimilitudo & perfecta identitas ſit, vt nonnulli eundem Patrem & Filium ſuſpicati fuerint, nec indualitatem perſonarum diſtinxerint, vt hypoſthaſim, quæ generat, & quæ generatur, diuina Scriptura notionibus diſtingueret. Patris & Filij nominibus vſa eſt: vt lumen ex lumine in propria vtrumque hypoſthaſi recte intelligeretur, ſeruata idẽtitate ſubſtantiæ. Conſuetudinem vero noſtram ſequuta, maiorem appellat Patrem, vt vndique & ea perſona, ex qua ſignificetur, & ea quæ eſt ex illa perſpiciatur. Æqualitatem etiam atteſtatur, ne vlla in eſſentia Patris & Filij diſſimilitudo & differentia reperiatur. Quanuis ergo ſecundum rationem ſubſtantiæ Patris, æqualis & penitus ſimilis ſit, maior tamen ipſo Pater eſt, qui eum generat, in hoc ſolummodo, quia ex eo Filius eſt: & ſic principium Filij ſecũdum originem Pater eſt. Et certe quæ naturæ eiuſdẽ ſunt, huiuſmodi comparationem ſuſcipiunt: diuerſarum autem naturarũ res hoc modo non conferũtur. Nemo enim recte dicet bouẽ maiorem eſſe quã hominem, nec hominem quam bouem. Si ergo ſecundum hæreticos Pater maior ſit Filio, neque id ſecundum eſſentiam dici poſsit (homo enim homine ſecundum eſſentiam, & in quantum homo, maior non dicitur) nec diuerſæ ſubſtantiæ maius & minus ſuſcipiant, vt diximus: relinquitur, vt, vel quia ex Patre Filius eſt, vel (quod magis nos credimus) propter incarnationis diſpenſationem maiorem Patrem Filio, à ſcriptura eſſe appellatum. Præterea, quæ inter ſe conferuntur, & comparantur, eiuſdem omnino naturæ ſunt, neque ab eſſentia comparationẽ ſuſcipiunt (non eſt enim homo homine maior vt homo) ſed ab accidẽtibus, quibus

1. Corin. 12.

A B C D

diffe-

differunt, quæ vt plurimum expositione aliqua fiunt, vel omninò ex causa exteriore, quæ videlicet in ratione ac definitione insita nõ est. Vt verbi gratia: Maior est homo homine, magnitudine corporis, fortitudine animi, mentis acumine. Sed in omnibus hominibus vna eademque ratio substantiæ est, æqualiter de singulis dicta. Accidétia vero, ex passione, quasi ex radice fluxerũt. Tarditas enim mentis & timor animi, ex passione profluunt. Si ergò comparatio qualibet in accidentibus fundatur & accidentia ex passione, vel extrinseca fiunt causa, si nulla passio Deo inesse potest, nec causa extrinseca ipsi accidat: relinquitur necessario vt Pater Filio maior sit, vel originis modò, quia principium eius dicitur: vel propter dispensationem incarnationis, vt diximus. At non ambigue, sed aperte (inquit Eunomius) Filius Patre minorem se prædicat, quid ergo pluribus opus est? Nam vera dicere veritatem concedetis, veritas autem Christus est, maior igitur Pater Filio erit, & ideo dissimilis & non consubstantialis. Primum igitur interrogabimus ipsum, quãdo Pater Filio maior fuerit. In tẽpore enim determinato maior fuisse non potest. Temporũ enim omnium omnium seculorumque creator Filius est. Semper igitur ac æternaliter Patrem Filio esse maiorem sequitur. Et quoniã maior ad minorem dicitur simulque sunt maius & minus, si Pater maior Filio est, coæterni sunt Pater, & Filius, quomodo igitur æternũ æterno erit dissimile? Aut quomodo maius? Deinde mirabimur, quod & si à sapientia huiusmundi profecti, Aristotelicas disciplinas sequantur, & eas nobis incutiant, indocti tamen etiam secundum ipsas inueniuntur. Non consequenter enim cùm de maiore, atque minore sermonem facerẽt, ad similitudinis dissimilitudinisque sermonem exciderunt. Nam etiam secũdum Aristotelem (quo ipsi plurimum iactant) simile & dissimile non ponuntur in eodem genere, in quo maius & minus. Hæc enim ille ad aliquid appellat, quo in genere simile atque dissimile nõ videmus poni. Quare igitur à maiore, minoreque tu orationem contexens, conclusionem alterius generis induxisti? dicens, minor est Filius Patre, dissimilis igitur? Melius dixisses in æqualis ergò, aut non tantus, quanuis & ita non rectè. Nam & si maius & minus propter quantitatem proprie dicuntur, non tamen in eo genere collocantur. Indocti igitur à maiore atque minore, ad simile & dissimile Eunomius declinauit dicens: Minor est Filius Patre, dissimilis ergo. Nec minus indocte licet: Minor est ergò inæqualis aut non tantus. Nam maius & minus, quoniam alterum ad alterum dicitur, sic ab Aristotele definiuntur. Ad aliquid dicuntur, inquit, quæ ipsa quæ sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, vt maius, id ipsum quod est, alteri? esse dicitur, aliquo enim maius dicitur. Et duplũ id ipsum quod duplum est alicuius duplum est. Hæc cùm ita se habeant, dicãt nobis qui magis Aristotelicis, quam Scripturæ diuinæ disciplinis gloriantur: si etiam simile, id ipsum quod est, ad dissimile esse dicatur, referaturq; sicut maius ad minus. Opponitur enim simile dissimili, sicut & minus maiori, sed non eodem modo, nã maius, quia oppositum ũsu excedit, maius illo est: simile autem non ita. Heterogenia igitur penitus sunt maius, & dissi-

Eunomij captio.

Quare Filius se minorem Patre prædicat

diſsimile,& eãdem diffinitionem non ſuſcipiunt. Ad hęc,quæ ad aliquid ſunt,& naturæ & ratione ſimul ſunt,& alterum ad alterum infertur. Nam ſi quis maius aut duplum dixerit,ſtatim minus aut dimidium intellexit, Simile autem non inducit diſsimile, ſicut nec iuſtum inducit iniuſtum, nec virtus vitium. Priuationes enim iſta magis ſunt, & habituũ interemptiones. Non ergò alterum ab altero inducitur,ſicut relatiua, quanuis oppoſita ſint: priuatio enim ſimilitudinis diſsimilitudo eſt, ſicut & iuſtitię iniuſtitia. Et quoniã priuationes poſteriores quam habitus ſunt, nõ intelligentur ſimul ſimile & diſsimile. Prætereà, quæ ad aliquid ſunt, ſicut vno poſito alterum ponitur,ſic & vno interempto,alterũ interimitur: idq; ideo, quoniam eſſe alterius in altero eſt. Non enim eſt maius aliquid, niſi minus ſit,ſimile autem poſitũ,non ponit diſsimile, nec interẽptũ interemit,nõ dicũtur ergò ad inuicẽ,ſimile, & diſsimile, præſertim cũ ſimile & diſsimile mai⁹ & min⁹ ſuſcipiant. Prætereà ſimile & diſsimile,ſecundum habitum & priuationem opponuntur: maius verò & minus,ſecundum intenſionẽ & remiſsionem. Non ergo eiuſdẽ generis ſunt maius & diſsimile: verum quoniam maior repoſito, minus neceſſario ponitur,vt iam dictum eſt: quoniam Pater maior Filio ſcribitur, neceſſe eſt vt Filius (ad quem quaſi minorem Patre refertur) coæternus Patri ſit. Cum ergo id ita ſe habeat, inueſtigemus,quomodo Pater maior Filio eſt. Nam & Filius natura Deus eſt, natura bonus, natura creator, natura Rex,ſicut & Pater: perfecte igitur omnia hæc habet. Nam ſi perfecte non haberet, non eſſet natura Deus, natura enim Deus eſt, A qui perfectè & per ſe omnia bona habet. Quoniam igitur Filius perfect⁹ in omsibus eſt, minor Patre erit non aliter quàm ſecundũ formam ſerui,quam aſſumpſit,aut ſecundum quod ex Patre eſt, cuius imago integra inuiolataque eſt. Non ergò natura,ſed vt Filius Patre minor dicitur. Sed Pater, inquiunt,ſemper erat, Filius nõ ſemper,quomodo igitur non erit maior qui ſemper erat eo qui nõ ſemper fuit? Aut quomodo nõ erit mi- B nor æterno qui æternus non eſt? Cum igitur ita Pater maior Filio ſit, non erit ei Filius conſubſtantialis. Quæ contentio iſta eſt? qua fit vt omninò, quoniam Pater maior Filio ſcribitur, diuerſæ quoq; ſubſtantiæ quam Filius ſit, demõſtrare ipſum conentur,quaſi neceſſarium ſit diuerſam eſſe naturam eorum quæ maius ſuſcipiũt, ab ijs, de quibus minus prædicatur. Nos vero oculis ipſis videmus lignum C ligno maius,& lapidem lapide maiorem,& hominem homine ſimiliter: de quibus quanuis maius & minus dicatur,eadẽ tamẽ ratio ſubſtantiæ prædicatur. Fruſtra igitur & falſo,quoniam Pater maior Filio ſcribitur,diuerſitatem eſſentię demonſtratis. Quare Filius, quanuis ſit æqualis Patri,minorem tamen rationibus quas diximus, ſeipſum appellat. Prætereà, quæ naturali ſimilitudine non coniungũ D tur, & ratione ſubſtantię differũt, ſimili potius atque diſsimili, non maiore & minore diſcernuntur: ſi ergo Pater & Filius vnum natura ſunt,quomodo maius & minus de ipſis dicetur, de quibus ſimilitudo ſumma prędicatur. Sin verò diuerſæ naturæ ſunt, diſsimiles dicentur,non maior & minor,rediculus certi videbitur, qui cumque diuerſa naturaliter cõparat: velut ſi ſolem ligno fulgentiorem eſſe conten-

tenderet: indoctiſsimè igitur & heterogeneis (vt ipſi putãt) maius & minus accomodant, & diuerſæ naturę Filium eſſe quam Pater ſit, inde putant demonſtrare. Nos, quoniam natura ſuprema, nulla ex parte maius & minus ſuſcepit (nihil enim imperfectum in Deo eſt) æqualem Patri Filium, Nugiſiſtorum reiectis, prædicamus. Illi non intelligentes forſan quid dicunt, minorem eſſe contendunt, quare rurſum interrogandi ſunt, vtrum maior ſemper Filio Pater eſſet, an poſtea factus ſit? Nam ſi tempore aliquo factus eſt maior, cùm antea non fuerit, acceſsit hoc Deo Patri, quod ſibi prius non inerat. Quomodo igitur erat perfectus, qui hoc nõ habebat? Sin vero ſemper maior erat, quoniam maius ad minus dicitur, neceſſario minor quoque Filius ſemper erat. Sed minorem dicitis Filiũ, quoniam Patri coæternus non ſit, ſecundum vos. Ratio autem, ſi Pater ſemper Filio maior fuerit, totam rem in contrarium reducit. Neceſſe eſt enim minorem ſemper eſſe Filium, ſi Pater ſemper maior eſt: & ita cum ſit coæternus, erit etiam æqualis. Nam ſicut ſi coæternus non eſſet, inæqualis eſſet: ita è cõtra quoniam coæternus eſt, æqualis omninõ eſt, & ſimilimus naturaliter. Quare nullum ibi locum magis & minus ſecundum naturam habet. Quomodo enim ſi minor Patre Filius eſſet, æqualitas rurſum ſibi cõcederetur? *Qui non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo*, Paulus ait: *Sed ſeipſum euacuauit, formam ſerui accipiens, & figura inuentus vt homo, humiliauit ſeipſum.* Si ergo incarnatio humilitatem habet, & euacuationem, vt hic dicitur: neceſſe eſt vt incarnatione per intellectum ſeparata, æqualis Patri ſemper, vt & ante incarnationẽ inueniatur, & hinc nobis humilitas & euacuatio illa perſpicietur. Nam ſi per ſeipſum viam ante humiliationẽ incarnationis Patre minor erat, quomodo deſcendiſſe videbitur, aut quis erit humiliationis modus? Certè hic ipſe Paulus & æqualem Deo Filium apertiſsimè dixit, & minorem eſſe, propter paſſionem mortis enuntiauit. Cum igitur æqualis & minor ſimul eſſe non poſsit, quæramus quomodo æqualis, quomodo minor eſt. In quantum ergo natura Deus eſt, æqualis genitori Filius eſt, in quãtum autẽ homo factus eſt, & vt homo crucifixus & mortuus, minor.

Philip. 2.

Auguſtinus Maximo Medico, Epiſt. 66.

PRopterea vero Patrem dicit eſſe maiorẽ, quia ſeipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, non amittens Dei, propter quam formam ſerui non tantum Patre, verumetiam ſeipſo & Spiritu ſancto minor factus eſt. Nec tantum hac excellẽtiſsima Trinitate, ſed etiam minoratus eſt paulominus ab Angelis, hominibus quoque minor fuit, quando parentibus ſubditus fuit. Propter hanc itaque formam ſerui, quam veniente plenitudine temporis exinanitus accepit, dixit: *Pater maior me eſt.* Propter illam formam verò quam nec exinanitus amiſit, dixit: *Ego & Pater vnum ſumus*, & homo ſcilicet, factus, & permanens Deus. Homo enim aſſumptus eſt à Deo, non homine conſumptus eſt Deus. Ideo valde rationabiliter, & Patre minor eſt homo Chriſtus, & Patre æqualis eſt idem ipſe Deus Chriſtus.

Ioann. 10.

Auguſtinus

Auguſtinus Paſcencio contra Arria. Epiſto. 174.

Galat. 4.

SED quia ipſe Dei Patris vni genitus Filius, Dominus & Deus noſter Ieſus Chriſtus, poſteà quàm venit plenitudo temporis oportuni, ad diem ſalutis noſtræ, formam ſerui accepit, multa de illo in ſcripturis ſecundum formã Dei dicuntur, multa ſecundũ formam ſerui. Quorum exempli gratia, duo quædam commemoro, vt ſingula ad ſingula referantur. Secundum formam Dei de ſeipſo dixit: *Ego & Pater vnum ſumus.* Secũdum formam ſerui, *Quoniam Pater maior me eſt.*

Ioann. 4.
Ioann. 14.
1. Timo. 6.
1. Timo. 1.

Auguſtinus octoginta quæſtionum, quæſt. 59.

QVI Filium Dei Patri æqualem non eſſe contendunt, ſolent vſurpare familiarius hoc teſtimonium, vbi ait Apoſtolus: *Cùm autem ei omnia ſubiecta fuerint, tũc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui illi ſubiecit omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Non enim poſſet error oboriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de ſcripturis non intellectis. Dicunt enim, ſi æqualis eſt, quomodo ſubiectus erit? Quod vtique ſimile eſt illi Euangelicæ quæſtioni: Si æqualis eſt, quomodo maior eſt Pater? Ipſe enim Dominus ait: *Quoniam Pater maior me eſt.* Regula autem Catholicæ fidei ſic ſe habet, vt cum aliqua in ſcripturis dicuntur de Filio, quòd ſit minor Patre, ſecundum ſuſceptionem hominis intelligantur. Cum verò ea dicuntur quibus demõſtratur, æqualis ſecundum id quod Deus accipiuntur. Apparet ergò quemadmodum dictum ſit. *Pater maior me eſt, & ego & Pater vnum ſumus.*

Si æqualis Filius Patri, quomodo ei ſubiectus, cũ par in parẽ nõ habeat imperium.

Ioann. 10.

A *Et Deus erat Verbum, & Verbum caro factum eſt: & non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, & ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens,* Sed quoniam multa etiam ſecundum proprietatem perſonæ (excepto quod attinet ad ſuſceptionem hominis) de illo ita dicuntur, vt Patrem non aliud quam Patrem, & Filium non aliud quam Filium intelligi oporteat, putant hæretici in his quæ ita dicuntur atq; intelliguntur, æqualitatem eſſe nõ poſſe. Scriptum eſt enim: *Omnia per ipſum facta ſunt.* Vtique per Filium hoc eſt per Verbũ Dei. A quo niſi à Patre? Nuſquam autem ſcriptũ eſt, quod Filius per Patrem aliquã creaturam operatus eſt. Item ſcriptum eſt, *Quod imago Patris ſit Filius,* nuſquam autem ſcriptũ eſt, quod imago Filij ſit Pater. Deinde quod ille genitor, ille genitus, & cætera huiuſcemodi, quæ non ad æqualitatem ſubſtãtiæ, ſed ad proprietatem pertinent perſonarum: in quibus illi æqualitatem cum dicunt eſſe non poſſe, quoniã ad hæc penetranda groſsiores mentes adhibent, pondere authoritatis vrgendi ſunt. Sic enim in his nõ poſſit intelligi æqualitas eius, cuius imago eſt geniti, & genitoris: nullo modo Apoſtolus contentioſorũ hominum ora concludens, ipſum etiam verbum poneret dicens: *Nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* Cũ ergò ea quæ ad diſtinctionẽ Patris & Filij ſcripta ſunt, partim propter perſonarũ proprietates, partim propter ſuſceptionẽ hominis ita ſcripta ſint: dũ tamen diuinæ ſubſtantiæ Patris & Filij Deitas & vnitas, & æqualitas maneat: recte quæritur in hoc loco, vtrũ ſecũdũ perſonarũ proprietatẽ an ſecundũ hominis ſuſceptionẽ Apoſtolus dixerit: *Tũ & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui illi ſubiecit omnia.*

Ioann. 1.
Philip. 2.

Ioann. 1.

Corint. 15.

Augustinus de Trinitate, lib. 1. capit. 7.

HIS & talibus diuinarũ scripturarum testimonijs, quibus, vt dixi, prioris nostri copiosiùs vsi expugnauerunt hæreticorum tales calumnias vel errores, insinuatur fidei nostræ vnitas & æqualitas Trinitatis. Sed quia multa in sanctis libris propter incarnationem verbi Dei, quæ pro salute nostra reparanda facta est, vt mediator Dei & hominum esset homo Christus Iesus, ita dicũtur, vt maiorem Filio Patrem significent, vel etiam apertissimè ostendant, errauerũt homines minus diligenter scrutantes vel intuentes vniuersam seriem scripturarũ, & ea quæ de Christo Iesu secundum hominem dicta sunt, aut eius substantiam, quæ ante incarnationem sempiterna erat, & sempiterna est, trãsferre conati sunt. Et illi quidem dicunt minorem Filium esse quam Pater est, quia scriptum est, ipso Domino dicente: *Pater maior me est.* Veritas autem ostendit secundum istum modum etiam seipso minorem Filiũ. Quomodo enim non etiam seipso minor factus est, qui semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: Neque enim sic accepit formã serui, vt amitteret formam Dei, in qua erat æqualis Patri. Si ergò ita accepta est forma serui, vt non amitteretur forma Dei, cum & in forma serui, & in forma Dei idem ipse sit Filius vnigenitus Dei Patris, in forma Dei æqualis Patri, in forma serui, Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, quis non intelligat quod in forma Dei etiam ipse seipso maior est, in forma autem serui etiam seipso minor est. Non itaque immeritò

Filius quomodo minor Patre, ac seipso.

A scriptura vtrumque dicit, & æqualem Patri Filium, & Patrem maiorem Filio. Illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam serui, sine vlla confusione intelligitur. Et hæc nobis regula per omnes sacras scripturas dissoluendę huius quæstionis, ex vno capite Epistolę Pauli Apostoli promittitur, vbi manifestius ista distinctio commendatur. Ait enim: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est se esse æqualẽ Deo, sed seipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus* B *& habitu inuentus vt homo.* Est ergò Dei Filius Deo Patri natura æqualis, habitu minor: in forma enim serui, quam accepit minor est Patre: in forma autem Dei, in qua erat etiam antequam hanc acciperet, æqualis est Patri. In forma Dei verbum, per quod facta sunt omnia: in forma autem serui factus ex muliere, factus sub lege, C vt eos qui sub lege erant redimeret. Proinde in forma Dei fecit hominem, in forma serui factus est homo. Nam si Pater tantùm sine Filio fecisset hominem, non scriptum esset: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã.* Ergò quia forma Dei accepit formam serui, vtrumque Deus, & vtrumque homo. Sed vtrumque D Deus propter accipientem Deum, vtrumque autem homo propter D acceptum hominem. Neque enim illa susceptione alterum eorum in alterum conuersum atque mutatum est: neque diuinitas quippe in creaturam mutata est, vt desisteret esse diuinitas, nec creatura in diuinitatem vt desisteret esse creatura.

Philip. 2.

Filius minor Patre quoad hominem.

Genes. 1.

SIMI-

SIMILIA HABET Augustinus de Trinitate & vnitate Dei, cap. 6. & de Trinitate, lib. 1. cap. 11.

Gregorius Nazianzenus de Theologia, lib. 3.

IAM si cùm dicimus, quòd quã tum ad causam attinet: *Pater maior me est*: Isti hac propositione, quod verò natura causa est assumpta, inde maius natura in Patrem colligerent, haud scio, seipsos ne an alios, aduersum quos disputãt, hac argutia decipiant. Non enim quæ de aliquo dicuntur, ea simpliciter & de eius subiecto dicuntur. Imò manifestum, quid de quoque dici conueniat. Alioqui quid prohibet quominus, & ipsi proposito, quod Pater maior sit natura, subijciam. Natura autem non omninò maior est Pater, hinc colligam, maior ergo non omninò maior, aut Pater non omninò Pater. Tum si voles, ita Deus est essentia, essentia autem non omninò Deus: quod sequitur, ipse collige, Deus ergò non omninò Deus. At qui opinor, hoc captionis genus ab eo, quòd quadamtenus dicitur, ad illud quod simpliciter aliquid alicui tribuit procedere. Id quod artis sectatoribus familiare est. Nam cum maioris appellationem ipsi naturæ causæ ascribamus, isti pro hoc, quod natura maius sit, inducunt. Perinde ac si nobis de homine mortuò proponentibus, ipsi simpliciter de homine ratiocinationem contexerent.

Basilius Magnus, in Apologia, ad Cæsarianos, de discessione & fide.

DEinde & illud obijciunt. *Pater maior me est.* Abutuntur enim & isto dicto Christi ingratæ illę creaturę, Sathanæ progenies. Ego vero ex hoc ipso dicto, quod Filio Patri sit homousios, patefieri credo. Noui enim collationes proprie ad ea pertinere, quæ eiusdem sunt naturæ. Angelum namq; Angelo maiorem, & hominẽ homine iustiorem, & volucrem volucre velotiorem esse dicimus. Itaque si collationes inter ea fiũt quæ eiusdem sunt speciei, Pater vero per collationem dictus est Filio maior, consequitur Filium Patri esse homousium. Inest autem & alius quidam intellectus isti dicto. Quid autem mirum, si Patrem se confessus est esse maiorem, qui cũ verbum esset caro factus est, cum huius gratia & Angelis secundum gloriam & hominibus, secundum speciem, minor apparuerit? Imminuit enim ipsum, inquit modicum quid ab Angelis. Et iterum eum vero qui modicum quid ab Angelis imminutus est. Item: *Et vidimus ipsum, & non habebat speciem neque pulchritudinem sed species ipsius abiectior erat vniuersis hominibus.* Hęc autem omnia pertulit propter plurimam in figmentum suum beneuolentiam, vt perditam ouiculam seruaret, & seruatam pingue faceret, & eum qui ab Ierosolymis Ierichunta descenderat, & propterea in latrones inciderat, ad propriam iterum patriam sanitati restitutum reduceret.

Pater maior me est.

Psalm. 8.

Esai. 53.

Luc. 10.

TEXTVS.

VENIT enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Auguſtinus de Trinitate, lib. 13. cap. 14.

QVÆ eſt igitur iuſtitia, qua victus eſt diabolus? quæ niſi iuſtitia Ieſu Chriſti? Et quomodo victus eſt? Quia cum in eo nil morte dignum inueniret, occidit cum tamen. Et vtique iuſtum vt debitores, quos tenebat liberi dimittantur, in eum credentes quẽ ſine vllo debito occidit, hoc eſt, quod iuſtificari dicimur in Chriſti ſanguine. Sic quippe in remiſſionem peccatorum noſtrorum innocens ſanguis ille effuſus eſt. Vnde ſe dicit in Pſalmis inter mortuos liberũ. Solus enim à debito mortis liber eſt mortuꝰ. Hinc & in alio Pſalmo dicit: *Quæ non rapui, tunc exoluebam*, rapinam volens intelligi peccatum, quia vſurpatũ eſt contra licitum. Vnde per os etiam carnis ſuæ, ſicut in Euangelio legitur, dicit: *Ecce venit Princeps mundi huius, & in me nihil inuenit*, id eſt, nullum peccatum. *Sed vt ſciat omnes* (inquit) *quia voluntatem Patris mei facio, ſurgite eamus hinc.* Et pergit inde ad paſsionem, vt pro debitoribus nobis quod ipſe non debebat exolueret. Nunquid iſto iure æquiſsimo diabolus vinceretur, ſi potentia Chriſtus cum illo agere non iuſtitia voluiſſet? ſed poſtpoſuit quod potuit, vt prius ageret quod oportuit. Ideò autem illum eſſe opus erat, & hominẽ & Deum. Niſi enim homo eſſet, non poterat occidi. Niſi & Deus eſſet, non crederetur noluiſſe quod potuit, ſed non potuiſſe quod voluit. Nec ab eo iuſtitiam potentię prælatam fuiſſe, ſed ei defuiſſe potentiam putaremus. Nunc vero humana pro nobis paſſus eſt, quia homo erat: ſed ſi voluiſſet etiam hoc non pati potuiſſet, quia & Deus erat. Ideò gratior facta eſt in humilitate iuſtitia, quia poſſet ſi noluiſſet humilitatem non perpeti tanta in diuinitate potentia: ac ſic à moriente tam potente, nobis mortalibus impotentibus, & commendata eſt iuſtitia, & promiſſa potentia. Horum enim duorum vnum fecit moriendo, alterum reſurgendo. Quid enim iuſtius, quàm vſque ad mortem crucis pro iuſtitia peruenire? Et quid potentius, quàm reſurgere à mortuis, & in cælum cum ipſa carne, in qua eſt occiſus, aſcendere? Et iuſtitia ergò prius, & potentia poſtea diabolũ vicit. Iuſtitia ſcilicet, quia nullũ peccatũ habuit, & ab illo iniuſtiſsimè eſt occiſus: Potentia verò, quia reuixit mortuus nũquã poſtea moriturus. Sed potentia diabolũ viciſſet, etiã ſi ab illo nõ potuiſſet occidi, quãuis maioris ſit potentiæ etiã ipſam mortẽ vincere reſurgendo, quam vitare viuẽdo. Sed aliud eſt propter quod iuſtificamur in Chriſti ſanguine cum per remiſsionem peccatorũ eruimur à diaboli poteſtate: hoc ad id pertinet, quod à Chriſto iuſtitia diabolus vincitur, non potẽtia. Ex infirmitate quippe quã ſuſcepit in carne mortali, nõ ex immortali potentia crucifixus eſt, de qua tamen infirmitate ait Apoſtolus, *Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* 1. Cor. 1.

Pſalm 87. Pſalm. 68. Ioann. 14.

Augustinus contra Iulianũ, lib. 6. cap. 1.

RESpõdeo ergò calumniæ tuę. Ita enim me vis putare appellasse mundum ad potestatem diaboli pertinentem, tanquam cælum & terram & omnia quæ in eis sunt, vel diabolus fecerit, vel diabolus teneat. Hoc non dico, sed detestor, redarguo, & dãno, quod dicit. Sed hoc loco sic appellaui mundum, quemadmodum Dominus, vbi ait: *Ecce venit Princeps mundi.* Non enim cæli & terræ, & omnia quæ per verbum, hoc est, per eundem ipsum Christum facta sunt: vnde scriptum est: *Mundus per eum factus est*, principem voluit intelligi diabolum, sed sicut dictum est: *Mundus in maligno positus est.* Et iterum. *Omnia quæ in mundo sunt cõcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ nõ est à Patre, sed ex mundo est.* Non enim cælum & terra non sunt à Patre per Filium, aut Angeli, sydera, arbusta, animalia, homines, non sunt à Patre per Filium, quãtumquidem attinet ad ipsam substantiam, qua homines sunt: sed mundi Princeps est diabolus, & mundus in maligno positus est, omnes vtique homines, qui rei sunt damnationis æternæ, si nõ indeliberentur, vt non iam pertineãt ad principem peccatorum redempti eo sanguine, qui in remissionẽ fusus est peccatorum. Huic ergò mundo, cuius princeps est, de quo ait, qui vicit mundum. *Ecce venit Princeps mundi, & in me non inueniet quicquam:* huic, inquam, mundo nascitur homo, donec nascatur in eo qui vicit mundum, & in quo nihil inueniet princeps mundi. Quis est enim mundus, de quo dicit Saluator mũdi, & victor mũdi: *Non potest mundus odisse vos, me autem odit quia testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.* Nunquid terræ ac maris, cæli ac syderũ mala sunt opera? Sed vtique mundus iste homines sunt. Nec ab isto mũdo quisquã liberandus eligitur, nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrũ, qui dedit carnem suam pro mundi vita, quod non fecisset, nisi mundum inuenisset in morte. Quis est mundus de quo dicebat Iudæis: *Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo?* Postremo quis est mundus de quo elegit Iesus Discipulos suos, vt iam de mundo nõ essent, & eos de quo iam non erant, ipse mundus odisset? Sic enim loquitur Saluator mundi lux mundi, sic inquam, loquitur: *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Si nõ addidisset, *ego elegi vos de mundo*, putari posset, ita dixisse *de mundo non estis*, quemadmodum de seipso dixerat, *Ego non sum de hoc mundo.* Neq; enim & ipse fuit de mundo, & electus est inde, vt non esset de mundo. Quis hoc dixerit Christianus? Nec secundum hoc enim quod homo esse dignatus est, Filius de mundo fuit. Quid ita? nisi quia in illo peccatum nunquam fuit, propter quod omnis homo prius mundo non Deo nascitur, & vt Deo nascatur de mundo eligitur, qui renascitur, vt iam non sit de mundo? Propter quod ab eo Princeps mũdi eijcitur foras, sicut ipse restatur dicens: *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras.*

Ioann. 1. — Ioann. 8. — Ioann. 15. — 1. Ioan. 5. — 1. Ioan. 2. — Ioann. 7. — Ioann. 12.

Augustinus in Psalm. 50.

Sapien. 2. ECce *venit Princeps mundi*, acutus inspector omnium peccatorum. Ecce (inquit) *venit Princeps huius mundi*, morte affligens peccatores, præpositus mortis: *inuidia enim diaboli mors intrauit in orbem terrarum*. Ecce (inquit) *venit Princeps mundi huius*. (Dixit hæc proximus passioni:) *& in me non inueniet quicquam*, nihil peccati, nihil morte dignum, nihil damnatione dignum. Et tandiu ei diceretur, cur ergò moreris? Sequitur & dicit. *Sed vt sciant omnes quia voluntatem Patris mei facio surgite ambulemus hinc*. Patior, inquit, indignus pro dignis, vt eos dignos faciã vita mea, pro quibus indigne patior mortem illorum.

Augustinus in Psalm. 68.

IPse Dominus propinquans passioni, in Euãgelio, sic loquitur. *Ecce venit Princeps huius mũdi*, id est, diabolus, *& in me non inueniet quicquam*, id est, quare me occidat, non inueniet. Sed vt sciãt omnes, quia voluntatem Patris mei facio, surgite eamus. Et ijt, ad passionem soluere quod non rapuit. Quid est enim, in me nihil inueniet? Nullam culpam. An aliquid perdidit de domo sua diabolus? Iste discutiat raptor, nihil apud me inuenit. Et tamen nihil rapuisse se dicit, peccatum attendẽs, nihil vsurpasse quod eius non erat. Hoc est enim rapinæ, hoc iniquitatis: non ab ipso diabolo extorsit quos ipse rapuerat. Matt. 12. *Nemo* (inquit) *in domũ fortis intrat & vasa eius diripit nisi prius alligauerit fortem & vasa eius diripuit*, certe non rapuit. *Sed respondet tibi: Vasa ista de domo mea magna perierant, non furtum feci, sed furtum recepi.*

APPENDIX IN Pentecostes festum.

Augustinus quæst. ex nouo testamento, quæst. 95.

Origo huius nominis, & festi Pentecostes.

VNde orta sit obseruatio Pentecostes, vel qua ratione. Non est ambiguum cuncta religionis nostræ, vero testimonio roborari, & legis veteris prærogatiua signari. Omnia enim præterita legis veteris in figura fidei nostræ futuræ gesta & designata noscuntur, vt verum nos tenere non ambigeremus, quando ea quæ nunc & audimus & credimus ante sęcula prædestinata videmus non solũ vocibus, verumetiam signorũ virtutibus commendata. Sed nunc illud est, si eodem modo vt designata sunt à nobis intelligantur, vt dies Pentecostes, vnde & qua ratione tractus sit congrue dignoscamus. Scripturæ enim Dominicæ sensus suos sollicitis & deuotis apperiunt, negligentibus claudũt. Nec enim par erat vt res, quę meritis ac dignis reseruatæ sunt, passim ab omnibus viderentur. Pentecostes ergò, qui quinquagesimus à Pascha computatur dies, hanc habet rationem, vt sicut post hebdomadã Dominicus dies primus est, in quo adimpletum est Paschæ mysterium in redemptionem salutis humanæ, quia semper post curricula dierum septem, ad primum reuerti necesse est, vt ostendatur ætatem mundi septenario numero consummari, Ita & post hebdomadas septem, primus dies est Pentecostes. Denique nunquam alio die quam die Dominico Pentecoste est, vt totum quod ad salutem humanã pertinet, Dominico die & inchoatum, & adimpletum noscatur. Dominico enim die factus est mun-

eſt mundus, & poſt lapſum rurſus Dominico die reformatus, cuius reformationis figura data eſt primum in circumciſione, in qua futuræ fidei ſignum fuit. Poſt hebdomadam enim qui octauus dictus eſt, primus eſt in myſterio. *Hæc eſt enim dies quam fecit Dominus*, Vnum eum diem fecit, ex quo cæteri curricula ſortirentur. Ac per hoc ipſo die reſurrexit quem fecit, & ſecũdum numerum ſupra dictæ rationis, ipſo die, & in monte Sina legem dedit per famulũ ſuum Moyſem, vt ſicut agnus figura paſſionis Domini fuit in Sacramentum Paſchæ, ita & legiſlatio Euangelicæ predicationis, quia eodem die, ideſt, Pentecoſtes data eſt lex, quo & Spiritus ſanctus decidit in Diſcipulos, vt authoritatem caperẽt, ac ſcirent Euangelicum ius prædicare. Quod factũ duplici teſtimonio confirmatur, quia & prædeſtinatum oſtenditur, & manifeſta Spiritus ſancti infuſione diuinum; & ſuper cæleſte probatur ad legis noſtræ teſtimonium perhibendum. Cùm enim incognitis ſibi imperiti diuerſis linguis magnalia Dei loquuntur, diuinitus ſe inſpiratus oſtendũt. Filijs ergò Iſrael tertio die menſis tertij data eſt lex per Moyſen, ſicut in libro Exodi continetur; qui dies à quartadecima menſis primi, quo die factum eſt Paſcha in Ægypto quinquageſimus eſt, hoc eſt Pentecoſte. Vnde factum eſt, vt ad legem fidei prædicandam in Pentecoſtẽ, Spiritus ſanctus deſcenderet in Apoſtolos, vt geſta veterum futurorum imagines haberentur ad ſecuritatem fidei noſtræ, qui à falſum videri non poteſt, quod ab initio prædicatum eſt. Ideo remiſſionis & reformationis tempus in quinquageſimo Pſalmo deſcribitur, vt eadẽ prouidentia quinquageſimæ diei,

Prærogatiua diei Dominici.

Exod. 19.

A quæ & primi eſt, ſcire tur. Hinc factum eſt vt & manna primo die, qui eſt Dominicus, è cælo daretur populo Iudæorũ: quod ita eſſe ſex dierum continuatio probat, quibus collexerunt. & ſeptimo die, id eſt, Sabbatho quieuerunt. Manna autem typus eſt eſcæ ſpiritalis, quę reſurrectionis Domini veritas facta eſt in Euchariſtiæ myſterio. Omnia itaq; geſta ſunt, vt ad cauſam primæ reſurrectionis in columia reuertantur, & non glorietur

B Sathanas, ſed hebeſcat, qui hominem falſa ſpe deiecit, ne in hoc maneret quod factum eſt per Chriſtum Dominum. Nunc ſupereſt vt probemus, ſi ita intelligenda ſunt, quæ diximus, vt ſupra memorauimus. Menſis primus, quo Paſcha quartadecima die celebratum eſt in Ægypto, hæc dies quarta feria fuit, vnde & lex quarta feria data eſt. Quod hinc datur intelligi, quia quinto decimo die menſis ſe-

C cundi profectionis Filiorum Iſrael Sabbathum videtur fuiſſe idcirco non in die grex illis miſſus eſt coturnicum, ſed veſpere. Mane autem Manna pluit de cælo, id eſt, die Dominico, qui primus poſt hebdomadam in repetitione inuenitur. Denique ſex diebus continuis Manna collegerunt, ſeptima autem die, qui eſt Sabbathũ, quieuerunt. Ab hoc ergò die vſque ad tertij menſis diẽ tertium quo lex data eſt, quæte & inuenies quartã

C feriam fuiſſe, quando lex data eſt,

D Sunt enim à quintodecimo die mẽſis ſecũdi, quando Sabbathum fuit vſque ad tertium diem menſis tertij, quo lex data eſt, dies decem & nouem, tene ergo hos decem & nouem, & redi ſupra quintum decimum diem ſecundi menſis, quo Sabbathum fuit, qui à primo computatur quartus decimus: & peruenies vſque ad diem primum ſecundi

Exod. 16.

Exod. 11.

Dominico die manna pluit.

Exod. 16.

menſis,& habebis alios quatuordecim,quos ſuperiunge ad decem & nouem ſupra memoratos, & inuenies primũ diẽ mẽſis ſecũdi Sabbathum fuiſſe. Superadde adhuc ad caput primi menſis dies ſeptẽ & decẽ quia primi mẽſis tredecim dies retrahendi ſunt, qui ante Paſcha fuerunt. Quartadecima enim die primi menſis Paſcha factum eſt. Retractis ergo tredecim, & additis ſeptem & decem inuenies quartadecima mẽſis primi quartam feriam fuiſſe. Et ne legendi faſtidiũ patiaris, aut quæſtionis ſingula membra inſpicere curioſe do compendium, vt & de numero dierũ quod à Paſcha vſque ad datam legem ſunt certus ſis, & ab ipſo facilius diſcas quota feria factum eſt Paſcha. Tertio die poſt ſecundũ mẽſem lex data eſt. Sunt ergò mẽſes duo & dies tres. Retrahe ergò de his tredecim dies qui ante Paſcha fuerunt & reliqui erunt dies quinquaginta. Quoniam autem quarta feria data eſt lex hinc facile videtur: Manna prima feria datum eſt, quia continuis ſex diebus collegerunt, quæ prima feria ſextodecimo die fuit menſis ſecũdi. Ab hac itaque prima feria vſq; ad octauumdecimum diẽ quo lex data eſt, quartam feriã inuenies. A feria verò quarta, ſiue ante, ſiue retro computes, in quinquageſimum diem quarta feria eſt. Idcirco quia quarta feria Paſchæ egerunt in Ægypto Iudæi, & quarta feria legem acceperunt. Quinta autem feria profecti ſunt de Ægypto. Igitur dedicatio legis eſt Pentecoſte.

Chryſoſtom. ſermone de ſancto Spiritu, tomo. 6.

MVlti quidem aliter, atq; cunque gratiæ participes Spiritum ſanctum etiam nunc in eius ad homines è cælis aduentu per quam feſtiue celebrẽt, & alius quidem alio pulchriora & ſublimiora, & quantamcunque ſcientiæ virtutem habet, hac eiuſdem gratiæ afflatus, afferat Eccleſiæ Chriſti ſponſæ mundum, & dona, & ſportulas. Et alius quidem per Spiritum dicat ſermonem Sapientię, alius qui ab eodem impellitur, faciat ſermonẽ ſcientiæ, & alius operetur dona virtutum. Hæc enim & ſimilia dona ſunt dignis Spiritu ſancto, qui facit nobis ſemper aliã ſuper aliã oriri feſtiuitatem, à quo die ſua gratia in orbẽ terrarum apparuit. Vtique ſic ages, ò ſacroſancta diei contio, quomodo Deum decet ſanctarum Eccleſiæ feriarũ concordia. Igitur aliquando Angelus Gabriel è cælo deſcendit, & Deus in vtero ſemper Virginis habitauit: nunc autem ante paucos dies magni conſilij Angelus Chriſtus in cælos aſcendit, & ſanctum Spiritum omnibus demiſit, vnde in cælos regreſſus ad Patrem ſuũ, clamabat: *Surge in occurſum meum, & vide. Et tu Domine Deus virtutum, Deus Iſrael intende vt viſites omnes gentes. Ego vſitaui* (inquit) *& impleui tuã obedientiam, intende & tu vt viſites gẽtes ac mandans eis & alium Paracletũ, Spiritum tuum ſanctum.* Igitur non ad vnam tantum animam hodie dicitur, Spiritus ſanctus veniet ſuper te, & virtus altiſſimi obumbrauit tibi: ſed omni creaturæ dicit Deus: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem.* Et erũt mihi in filios, & filias, & fratres, & matres. *Quiſquis enim facit voluntatem Patris noſtri qui eſt in cælis, hic filius, & Chriſti frater, & mater eſt.* Itaque adoptionis feſtum fideles celebremus hodie Spiritus ſancti ad ſpiritus hominum aduentum, & ſocietatẽ. Nouæ enim hodie orbi terrarum annun-

Pſalm. 103.

Ioeſis. 2.

annuntiantur leges nouum teſtamentum, noua creatura. *Emittes* (enim inquit) *Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ*, quæ olim audiuit: *Terra es, & in terrã abibis*. Proinde auditor ſermonũ auide mente tua recurre ad monte illum, Sinæum dico, & diſce quomodo olim vetus lex data ſit, quomodo item & nunc nouum teſtamẽtum. *De quo* (inquit per Prophetam Scriptura) *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & teſtamentum faciam ſuper domũ Iuda*: hoc eſt, ſuper duos populos, teſtamentum nouũ: & nõ ſicut teſtamentum quod ſtatui cũ Patribus eorum, quando eduxi eos ex terra Ægypti, dans leges in mentem eorum, & in corda eorũ inſcribam eas. Quomodo igitur, dic mihi, & quando vetus lex Iſraeli data eſt? Poſt liberationẽ de ſeruitute Ægyptiorum in monte Sinæo, propterea etiam nunc nouum teſtamentum in monte Sion redemptis de ſeruitute inimici datur. Illic cum Moyſes in montem aſcendiſſet, lex deſcendit: hic vbi Chriſtus in cælum aſcendit, Spiritusſancti lex nobis aduenit. Illic ignis montem implenit, ideo & hodie in igneis linguis Spiritus apparuit. Illic agnitionis diuinæ primitiæ Iſraeli declarabãtur, hic nunc agnitionis diuinæ gẽtibus ſignificatur. Illic linguã quam nõ nouit, audiuit populus, & hodie linguã, quam non nouit, locutus eſt Apoſtolorum chorus. Illic cum lex daretur voces tubæ ſonabant: *& hodie factus eſt repente de cælo ſonitus tãquam impetu venientis Spiritus validi*. Et illic poſt triduanam populi purgationem lex data eſt, nunc autem poſt triduanam Chriſti reſurrectionem Spiritusſanctus nobis datus eſt. *Nam dum complerẽtur dies Pentecoſtes, erãt omnes Diſcipuli vnanimiter in eodem loco, & factus eſt repente de cælo ſonitus, tanquam impetu venientis Spiritus validi, & implenit totam domũ vbi erant ſedentes. Et apparuerunt eis diuiſæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum, & impleti ſunt omnes Spirituſancto, & ceperunt loqui variis linguis prout Spiritus dabat illis eloqui.* Quam admirabile igitur erat ſpectare Galilæum piſcatorem illiteratum barbarum, lingua Græca, Perſica, Iudaica, Arabica diſſerere & rhetoricari? Hæc enim erat Chriſti ad Diſcipulos certa minimeque fallax promiſſio, qua dixit eis: *Cum abiero mittam vobis Spiritumſanctum, & ille vos docebit omnia*. Quid igitur dicit? Nonne tunc acceperunt Diſcipuli Spiritumſanctum, quando ſufflauit in eos, & dixit: *Accipite Spiritumſanctum*? Sed tunc erãt primitiæ & donum reſurrectionis Chriſti, nunc autem implerio & fidelis confirmatio illius in cælos aſſumpti, vt abſque hęſitatione crederent illum ſedere in cælis à dextera Patris oblata natura noſtra Patri, & in antidotum & remunerationem Spiritusſancto nobis demiſſo. Et cuius gratia poſt decimũ diem ſuæ aſſumptionis Paracletũ emiſit? monſtrauit quod noui teſtamenti nouam decem particularum orationem docuerit, & decẽ ſermonibus beatitudinum beatos fecerit in ſe credentes. In ſpecie autem igneárum linguarum Spiritus deſcendit hodie, vt infantilitatem gentium in Theologiam conuerteret, ſimulque indicabat Patrem eſſe qui mitteret. Lingua enim Pater, qui genitor eſt Verbi. Item in ſpecie ignis, quia Deus eſt Spiritusſanctus: *Deus noſter* (ſicut inquit Scriptura) *ignis conſummens*. Ignis igitur Spiritusſanctus, eo quod purgat materiam peccati, ſicut ignis qui ſpinas & tribulos peccatorum repurget & qui ſeden-

Pſalm. 58.

Eſaiæ 30.

Actor. 1.

tes in tenebris errorũ illuſtret,& immateriale quid & impalpabile. Oracula quidem dat Pater quaſi in prima hora. Incarnatur autem Filius in gratia, aduenit vtro nunc Spiritusſanctus, vt perſona tertia in Trinitate numeratus, conſubſtantialis autem, & inſeparabilis ſignatur. Porro tertia hora ad Diſcipulos venit ceu impletionem in ſeparabilis Trinitatis docens eos, qui ſuper terram ſunt, & tertiam legem poſt naturalem nobis largiens. Iam & hodie in voce valida deſcendit, conterens demonũ validos montes, at violenti rapiãt regnum cælorũ. Olim quidẽ ſub Eber linguæ multæ confuſæ ſunt, propter ſceleſtam impiorum temeritatem, linguis autem hodie admirabilis ſapientia cõceditur, propter flammam ſuperne in Diſcipulos venientem. Tũc obtenebrauit impios ædificatio turris ſceleſta, hic ſapientes reddit rara Dei notitia. Illic lapſos condemnauit, hic nunc Spiritusſanctus liberos fecit. Vbi enim Spiritus Domini, illic cognoſcitur & libertas. Et quod libertatis & remiſſionis peccatorum eſt ſuppeditatrix dies Pẽtecoſtes, audi Deũ in Leuitico ad Moſen, vbi præſentem feſtiuitatem præfigurauit, & dicit. *Et numerabitis à Paſcha ſeptem ſeptenarios dierum, & die ſequenti facietis diẽ Pentecoſtes.* Dies propitiationis eſt dies remiſſionis & indulgentiæ. Quibus oſtendit ſanctiſsimus Spiritus, quod quando præterierit ſeptima Sabbathi legalis feſtiuitatis & cultus, tunc Spiritusſanctus, doctis gentibus in Pentecoſte propitiationem & remiſſionem peccatorum nobis tribuet. Vnde & debitorum remiſſio quinquageſimo tempore. Et idcirco quinquageſimus Pſalmus in figura huius quinquageſimæ, remiſſionem peccatorum, & miſericordiæ conſecutionem Dauid continet, & variam Spiritusſancti mentionem facit Spiritumſanctum, & Spiritũ exultationis, & ſpiritum rectum, & ſpiritum principalem appellans. Audi & aliter Pentecoſtem. Hanc tibi præſignatã manifeſte ante multa tempora, cum generale diluuiũ totum orbem terrarum propter impietatem comprehenderet, ædificabatur diuino imperio arca propiorum virorum ſalute. Trecentorum cubitorum erat longitudo eius, & quinquaginta cubitorum latitudo eius, in vnum cubitũ cogebatur ſummitas eius, in qua congregata ſunt ex omnibus quæ ſub cælo ſunt animalia. Manifeſte figura fuit. Aqua enim quæ occidit homines, ſimulacrorum cultus eſt quæ ſæuiſsima hyems ac tempeſtas erat. Arca figura eſt Eccleſiæ Chriſti. Trecenti cubiti Trinitatis ſignant Sacramentum, qui in vnum cubitum vnius Deitatis cõueniunt. Quinquaginta autem iterum nobis Pentecoſtes præfigurant Symbolum, qua in Sion, quaſi in arca pecuniæ & immũdæ quæ ſub cælo, vt dicunt Acta Apoſtolorum congregatæ ſunt gentes, Parthi quaſi Pardi, & Medi ſicut equi, & Elamitæ, & aliæ tribus gentiũ. Ex iſta Arca Noe, euolauit coruꝰ nec cõparuit ſuffocatus in aquis: ex arca autem Eccleſiæ eliminatus eſt diabolus, qui vere niger & tenebroſus coruus eſt, ſuffocatus in aquis Baptiſmatis. Dimiſſa eſt autem in figuram Dei à Noe, & columba, vt videret ſi ceſſaſſet diluuium, quæ nondum inueniret, requiem pedibus, poſt tempus iterũ dimiſſa eſt, & reddijt ſiccum ramum oliuæ in ore ferens, & poſt dies ſeptem dimiſſa, inuentaque ſibi requie confidens ceſſaſſe diluuium, nidificauit. Columba figura eſt

Diluuium & Arcæ Noe myſterium.

ra eſt aduẽtus Spiritusſancti, quæ ante legem inuiſens creaturã non inuenit quomodo ſuper ea requieſceret, ſicut neque Ieſus vbi inclinaret caput ſuum, ita impietas omnia occuparat. Deinde poſt tempus quodam iterum columba dimiſſa eſt, redijt ferens ramulum oliuæ in ore: forte ſignans in lege, ac in ore Prophetarum, quendam paruum fructum miſericordię Spiritumſanctum ferre. Ac poſt ſeptem dies omnis cultus ſabbathorum legis emiſit Deus Noe colũ-

A bam Spiritus Filij ſui, & inuenta requie apud fideles, & in eis habitauit & delicate deambulauit, nidificauit, & manſionem apud nos fecit. Columba enim animal eſt quod ſuper omnibus volatilibus cæli homines amat, & contubernale eſt ac manſuetum, innocenſque & fęcundum, & domeſticum, quod verſatur, quieſcit & habitet in domibus noſtris: ſicut & Spiritusſanctus dicit de nobis, *quia habitabo & conuerſabor cum eis, &c.*

Columba ſuper omnia volatilia hominem amat.

IN FES-

IN FESTO SANCTISSIMAE TRINITATIS.

Euangelium, Matth. 28.

TEXTVS.

Ioann. 17. d. 2 Hebr. 2, b. 8. Marc. 16. d. 15.

18 DATA *eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* 19. *Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* 20. *Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.*

D. Auguſt. ad fratres in eremo, de fide Sanctiſſimæ Trinitatis, non inueſtiganda à ſimplicibus, Serm. 15.

Non plus ſapere quàm oportet, &c.

SCRIPTVM eſt (fratres chariſsimi) quòd non debemus loqui ſublimia, tanquam ſapiétes mundi gloriantes. Ait enim

1 Reg. 2.

Propheta. *Nolite multiplicare loqui ſublimia.* Hoc autem verbum ad vos maximè dirigitur, qui ruſticani eſtis in ſyluis habitantes: licet ciues ſanctorum, & domeſticos Dei, vos nullatenus dubitare debeamus. *Nolite igitur multiplicare loqui ſu-*

Eremum habitantes cælum lucrantur. Ephe. 2.

A *blimia.* Quæ ſunt iſta ſublimia, de quibus non licet multum loqui, niſi de Dei omnipotétia, de vnigeniti eius coæternitate, de ſancti Spiritus magnificentia? O fratres mei, & lætitia cordis mei, ſi volumus ſcire quantum Pater immenſus ſit, apprehendere nō valemus. Si imaginari cupimus, quomodo Filius coæternus ſit, & conſubſtãtialis, mens humana omnis naturalis ſuccumbit. Si ſcire deſideramus, qualiter Spiritus ſanctus omnia continet, & non continetur,

B omnis humana ratio deficit. Ideò hæc omnia diſcutere non curemus. Quare nō, niſi quia nullo modo valemus? Propterea fratres mei ſciatis, quod vbicunque quæritur de vnitate Trinitatis, magna eſt adhi-

Si de Trinitate loquatur magna eſt adhibenda cautela.

adhibenda cautela, quia nec periculosius alicubi erratur, neque laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosi⁹ aliquid inuenitur. Veniat igitur contra volentes scire, vltra id, quã necesse est, sanctus ille Salomon, & reprehendendo atq; docendo dicat. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scruteris.* Surgat etiã Paulus columna fidelium, & lumẽ orbis terræ, & sua voce confundat omnes Philosophantes, nomen Christi portantes, volentes sapere plusquam oportet sapere. Non tamen dico fratres quod omninò non quæratis, sed quæstiones indiuinis vos, qui grossi estis multiplicare non debetis. Quærite tantũ vos qui spirituales estis, quomodo præcepta Dei seruare possitis, quomodo diabolum in eremo superare debeatis, quomodo patientiam, quam Christus docuit, amplecti valeatis. Hęc enim seruus Dei semper legere, & adimplere debet. Natura deniq; nostra fragilis est, & ea ratione comprehendi nõ potest. Philosophus etiam Aristodemus annis multis insudauit, naturam apis inuestigare, neque finaliter potuit. Quomodo ergò nos Trinitatem capere valemus? Cur miramur, ò fratres qui luteĩ sum⁹, & ventrẽ stercoribus plenum portantes: si nescire possimus Dei naturam? Nunquid & Angeli ipsam in cælo inuestigare possunt? Certũ est quod non, quid enim sciũt nisi quod Deus trinus & vnus est, & omnia sine labore, & pæna creauit & gubernat? Nolite ergo fratres loqui sublimia, sapere plus quam oportet sapere. In die enim iudicij non damnabuntur Christiani, nec rationem reddent, quia Philosophiam, Dialecticam, Astrologiam, vel Musicam ignorauerunt, neque de hoc qui naturam Dei scire non potuerunt, sed ideo damnabuntur, quia Deo obedire neglexerunt. Ideò scitote fratres, quòd melius est pie confiteri ignorantiam, quam temere scientiam vendicare, quia temeritas pænam habet, sed ignorantia promeretur veniam. Sufficiat nobis scire de mysterio Trinitatis, tantum quantũ Domin⁹ Discipulis suis exposuit. Nemo enim nouit sic de natura sua dicere, sicut ipse qui ait: *Baptizate gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Tres apertè pronuntiat personas, sed vnitatem ostendit, dicens: *In nomine*, nõ enim dixit in nominib⁹, Trinitas enim diuiditur indiuisibiliter, & cõiũgitur diuisibiliter singulariter enim vna quæq; persona Deus est, & vita vel deitas indiuisa in opere, concors in voluntate, par in potentia, æqualis in gloria, nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus. Sancta ergò Trinitas vnus Deus est, *Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia sunt.* Et ne tres deos putaremus esse, ait Apostolus, *ipsi gloria*, nõ ipsis, ipsi semper gloria quidem sit, qui ait: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã.* Cùm enim singulariter dicit imaginem, ostendit vnam esse naturã eius, ad cuius similitudinem homo fieret. Cùm verò pluraliter dixit nostram, demõstrat Deum nõ vnam esse personam ad cuius imaginem homo fiebat. Si enim essentia Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna esset persona, non dixisset nostram, sed meam, nec faciamus, sed faciam. Si verò in illis tribus personis, tres essentiæ, non dixisset nostra, sed nostras. Et ideò cũ dicit ad imaginem nostram, indicat Trinitatem vnitatis, ad cuius imaginem factus est homo noster interior, similitudinẽ sanctę Trinitatis retinet, sicut enim Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus

Eccles.3.

Si vis saluus esse, serua mãdata.

Patientiã habe in me & omnia, &c.

Nec oculus vidit, nec in cor hominis, &c.

Temeritas pœnam ignorantia veniã promeretur.

Roma.11.

Genes.1.

Ad Rom.11.

Genes.1.

ctus Deus, nõ tres deos credimus, sed vnum Deum, tres personas habentem. Ita anima intellectus, anima voluntas, & anima memoria, non tamen tres animę in vno corpore sunt, sed vna anima, quæ licet vnius sit substantiæ, & naturæ, tres tamen habet dignitates, intellectum, voluntatem, & memoriã. Et sicut ex Patre generatur Filius, & ex Patre Filioque procedit Spiritus sanctus, ita per intellectũ generatur volũtas, & ex his duobus procedit memoria, sine his tribus anima perfecta esse non potest. Nec horum trium vnum sine alijs duobus aliquid integrum consistit.

Memoria intellectus, & voluntas sine quib⁹ anima perfecta esse non potest.

Hieron. in Epistola 1. ad Damasum Pap. vbi exponitur cap. 6. Isaiæ.

ISaias ad eloquendum hoc mysterium carbonem postulat, vt omni peccatorum sorde detersa, primũ possit Dei sacramenta cõspicere, dehinc enarrare, quę viderat. *Seraphim duabus velabant faciem, & duabus velabant pedes, & duabus volabant. Velabant faciem*, non suã, *sed Dei.* Quis enim ei⁹ potest scire principium, qui ante quàm istum conderet mundum & angelos, iam in sua erat æternitate? *Et duabus velabant pedes*, non suos, *sed Dei.* Extrema quippe eius scire quis potest? *Priora annuntiate mihi, & nouissima quæ futura sunt, & dicam quia dij estis, ait Isaias.* Significans neminẽ posse, quid ante mundum fuerit, & quid post mundum futurũ sit enarrare. *Et duabus volabant.* Media tantum cognoscimus, quæ ex scripturarum nobis lectione panduntur, quando mundus factus sit, quando plasmatus homo, quando lex data, quando diluuium. *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.* In ambobus testamentis, quæ significant illa duo Seraphin, Trinitas prædicatur.

D. Hieron. super Ezechielem, cap. 42. num. 14.

CVM enim ingressi fuerint Sacerdotes, nõ egrediantur de Sanctis in atrium exterius, & ibi reponent vestimẽta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt. Vestientuŕque vestimentis alijs & sic procedent ad populum. Id est, quãdo procedendũ est ad eos, qui non possunt templi abdita penetrare, nec Diuinæ scientiæ arcana cognoscere: Egrediantur Sacerdotes ad eos foras, non illis induti vestibus, quas in Sanctuario ferebant, nec illum loquantur sermonem, de quo scriptum est: *Secretum meum mihi, Secretum meum mihi.* Esai. 24.

Sed adimpleant præceptum Pauli dicentis. *Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam, nõdum enim poteratis, sed nec nunc quidẽ potestis.* 1. Corint. 3. Sicut enim stultum esset, & impium, si mater infantulo suo, illum vellet porrigere cibum, qui rustico operanti in vinea conueniẽs est. Nec enim infans illũ posset deglutire, nec mãdere, quod si faceret, quia modicũ habet calorem moreretur. Sic & populo Sacramenta abscondita à sęculis in Deo, propaland a non sunt, quia sensus exercitatos nondũ habent.

D. Basilius homil. 15. ex varijs, quæst. de fide.

QVÆ sunt Dei sermone prosequi, ac enarrare, audax profecto facinus est, cum infra materiam

riam tam arduam noſtra ſit longa cogitatio. Rurſus quæ de Deo cogitata ſeu cognita, nec ſermo vllus ſatis aperte explicare poteſt. Si igitur mens noſtra diuinarum rerum conſideratione ac notitia multo reperiatur inferior, & oratio infra mentem ipſam & cogitationem maxime exiſtat, quomodo non erit neceſſarium ſilere, ne Theologię dignitas verborum penuria, & tenuitate periclitari videatur? Cunctis tam doctis quã indoctis à natura eſſet inſitum hominibus, vt Deum glorificare cupiant, enarrare autem ipſius magnitudinem, nullus ſanè inuenitur idoneus. Nemo ita demẽs, aut tanta mentis cæcitate eſt, vt ad ſummam Dei comprehenſionem ſeſe peruenisſe exiſtimet, ſed quanto magis ad ipſius notitiam accedere videbitur, tanto maioré ſentiet infirmitatem. Talis erat Abraham, talis Moyſes. Quando enim Deum videre, quãtum fas erat homini potuerunt, tũc maxime vterque ſe humilem, tenuemque putauit. Abraham ſe terram & cineré ſe nominans: Moyſes vero ſe lingua balbum, ac ſermone tardum apellans. Videbat enim ſe rerum cognitarum magnitudine, nequaquam linguæ debilitate poſſe reſpondere.

Geneſ. 18.
Exod. 4.

Idem in eadẽ homil. de fide.

NEC Angelorum linguæ, qualeſcunque aut quantæcunque hæ ſint. Neque item Archangelorum cum omni rationali natura congregatæ, vel minimã illius diuinitatis partem, ſatis congrue proſequi, nedum toti explicandæ pares eſſe valebunt. Tu autem ſi aliquid de Deo dicere, aut audire cupis, mitte corpus vna cũ ſenſibus corporeis, relinque terrã, mare, & aerem ſub tuis ponito pedibus, ſupra æthera mentis oculos attolle ſiderum curſus, mirandamque naturam præteri, ordinẽ, magnitudinem, quãto omnibus vſus præbeant, ſplẽdorem, motum, collocationem, quemadmodum inter ſe iungantur, ac diſtent, omnia mẽte ſublimior factus deſpice, Deinde ſupra cælos conſcende, & animo pulcherrima quæ ibi adſunt contemplare. Cæleſtes exercitus, Angelorum choros, Præſulatus Archangelorum, Gloriam Dominationum, Sedes Tronorum, Virtutes Principatus Poteſtates, ſingula percurrendo creata mentem amore diuino incẽſus, altius illis attolle, ac omnium conditoris naturam diuinam intuere ſtabilem, immobilem, nihil in ſe alienum retinentem, ſimplicem, impaſsibilem, incompoſitam. Lucem habitantem in acceſſam, potentiã ineffabilem, magnitudinẽ incircũſcriptam, gloriam ſemper micantem, bonitatem deſiderabilem, pulchritudinem inenarrabilem. Ibi namque Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, increata natura, Dominica maieſtas, naturalis bonitas: Pater omnium principium, omnium cauſa exiſtentium. Animantium radix, vnde vitæ fons ortus eſt, Sapientia, Potentia, Imago piiſsima inuiſibilis Dei. Filius ex Patre genitus, Verbum viuens, Deus exiſtens. Manens igitur in eſſentia Filius omnia eſt, quæ Pater eſt: æqualis in bonitate, æqualis in potentia, eiuſdem ſocius gloriæ. Eſt enim imago totum in ſe Patrem oſtendens. Idem docet de Spiritu ſancto, qui in cælo eſt, & terram impleuit, vbiq; adeſt, & nuſquam circumſcribitur, totus inquolibet inhabitat, & totus cum Deo eſt. Dominica ac principali poteſtate chariſmata diuidit.

1. Timot. 6.

Chry-

Chryſoſtomus homil. 1. in cap. 6. Iſaiæ.

SEraphim illa ineffabili gloria conditoris fruuntur, incomprehenſibilem eius pulchritudinẽ contemplantia. Non dico illam, vt eſt natura, hæc enim incogitabilis eſt, nec ſpectari poteſt, nec figura exprimi, abſurdumque eſt, ſic de illa opinari, ſed quantum conceſſum eſt, quãtum ex illo ſplẽdore poſſunt cõprehendere. Quoniam enim aſsidue famulantur in circuitu throni regalis, in iugi gaudio perſeuerãt, in ſempiterna delectatione, in exultatione finẽ non habitura gaudẽtia, ſaltantia, citra vllum ſilentium gloriam canentia. Nam ſtare in cõſpectu maieſtatis illius, de qua ſplendore illinc refulgente illuminari, hoc illis eſt gaudium, hoc illis voluptas, hoc denique gloria. Quomodo fit igitur, vt illa Seraphim, cum eiuſmodi voluptate fruantur, hanc cũ timore miſceant? Audi quid dicat Propheta. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatũ.* Qua de cauſa cum dixiſſet excelſum, adiecit, *eleuatum*? An non ſatis erat per celſitudinem rem totã ſignificare, declarareque dignitatis eminentiam. Qua propter ergò addidit: *& eleuatum*? Vt cathedram incomprehenſibilem ſignificaret, quandoquidem apud nos, quod excelſum eſt, cogitationem quandam prebet cõparationis ad ea, quæ humilia ſunt & ſubmiſſiora. Veluti excelſi ſunt montes ad campeſtria, locaque terræ ſupina comparati, excelſum autem cælũ, ſuper omnia terrena ſublatum eſt. Cęterum hæc eleuatio, ſublatioq; ſolius eſt illius naturæ incomprehenſibilis, quam nec cogitatione concipere, nec verbis eloqui, quiſpiam poteſt. Ideo dicit: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum.* Sed quid præterea vidiſti, ò Propheta? quid circa illum ſpectaſti? *Et Seraphim ſtabãt* (inquit) *in circuitu eius.* Quid faciebant, & quid dicebant, & qua fiducia fruebantur? Fiducia quidem (inquit) nulla, verum timoris atque ſtuporis erant plena, ipſa enim ſpecie metum ineffabilem declarantia. Duabus enim alis velabant faciẽ, ſimul excludentia radium è throno prodeuntem, eo quod ferre nõ poſſent immenſam illam gloriam, ſimul autem, & ſuam religionem, ac reuerentiam ſignificantia, quã habent erga Dominum. Tali gaudio gaudent illa, tali lætitia exultant. Nec ſolum facies velant, verum & pedes. Quamobrem hoc faciunt? Facies quidem merito velant propter metuendum ſpectaculum, quodque non poſsint in acceſſam gloriam obtueri. Verum pedes quare ſimul velant? Inexplicabilem erga conditorem reuerẽtiam exhibere ſtudent, multamq; anxietatem, tum ipſo habitu, tum voce, tum aſpectu, denique ipſa ſtatione. Quoniam igitur id quod deſiderant, quodq; conueniebat nõ aſſequuntur, declarant eo quod vndique velantur. Nam ita defectũ circumtegunt. Age at hoc faciam dilucidius, ex rerum noſtrarum exemplis, manifeſtum facere conabor. Aſsiſtit aliquis terreno Regi, omniſq; modulis molitur, vt quam plurimam erga illum reuerentiam exhibeat, quo per hoc maiorem illius erga ſe conciliet beneuolentiam. Cuius gratia non ſolum ſpecie capitis, verumetiam ipſa voce, ipſa manuum compoſitione, ipſa pedum coniunctione, totiuſque corporis contractione, talem reuerentiam conatur oſtendere. Hoc & illis in corporeis virtutibus fit. Cum enim plurimam habent

Fruitio viſionis diuinæ.

Eſai. 6.

Valles dicit ſupinas.

Seraphim quare faciem & pedes velant.

Simile. geſtus aulici.

habent erga conditorem reuerentiam, & hanc vndequaque conantur præſtare, deinde cum non aſſequuntur quod expetunt, quod deeſt affectui, hoc velo obtegunt. Hanc ob cauſam igitur facies, ac pedes tegere dicũtur. Sic oportet nos aſsiſtere talem Deo glorificationem offerentes, metuentes, ac trementes, ac tanquã illum ipſum mentis oculis intuentes. Adeſt enim hic omnino, nec tamen illis modis circumſcribitur, voceſque noſtras recuſet. Sic igitur contrito corde, & ſubmiſſo laudem depromentes reddamus eam acceptam, & velut incenſum boni odoris, ad cælũ ſubmittamus. *Cor enim* (inquit Propheta) *contritum & humiliatum Deus non deſpicies,*

Pſalm. 50.

D. Gregorius lib. 17. Moralium, cap. 15.

SOLII eius vultus tenetur, quia à nobis in hac vita Deꝰ plane cognoſci non poteſt. Vnde rectè per Pſalmiſtam dicitur: *Caligo ſub pedibus eius, & aſcẽdit ſuper Cherubim, & volauit: volauit ſuper pennas ventorum. Et poſuit tenebras latibulum ſuum.* Caligo namque eſt ei ſub pedibus, quia non in ea claritate ab inferioribus cernitur, qua in ſuperioribus dominatur. *Aſcendit enim ſuper Cherubim, & volauit.* Cherubim enim plenitudo ſcientiæ dicitur. Proinde ſuper plenitudinẽ ſcientiæ aſcendiſſe peribetur, & volaſſe, quia maieſtatis eius celſitudinem, ſcientia nulla comprehendit. Volauit igitur, quia longe in altum ab intellectu noſtro ſe rapuit. Volauit ſuper pennas ventorum, quia ſcientiam tranſcendit animarum. *Qui poſuit tenebras latibulum ſuum.* Quia dum caligine noſtræ infirmitatis obſcuramur, per ignorantiam noſtrã, nobis abſcõditur, ne à nobis modo in æterna & intima claritate videatur. Vnde ei in Canticis canticorum à Sponſa dicitur. *Fuge dilecte mi, fuge.* Ac ſi diceret. Tu qui ex carne comprehenſibilis factus es, ex diuinitate tua intelligentiam noſtri ſenſus excede, & in te ipſo nobis incomprehenſibilis permane. Tenet ergò vultũ ſolij ſui, qui maieſtatis eius potentiã mortalibus abſcondit. *Et expandit ſuper illud nebulam ſuam,* quia proculdubio, & cor noſtrum ad quærendum ſubleuat, & tamen occulta moderatione agitur, vt ipſa requiſitionis ſuæ immenſitate reprimatur. Vnde ſcriptum eſt. *Dedit abyſſus vocem ſuam ab altitudine fantaſiæ ſuæ,* (nos legimus. *Altitudo manus ſuas leuauit.*) Exclamare enim mens humana in admiratione cõpellitur, dùm altitudo conſiderationis in requiſitionibus ſuis, eo ipſo quo latius extenditur anguſtiatur.

Cherubim ſcientiæ plenitudo.

Cant. 8.

Iob. 26.

Abac. 3.

D. Ambroſ. lib. de fide cõtra Arrianos, tomo. 2. cap. 6. Vbi quærit quid ſit Deus.

CErte hic eſt, de quo & cum dicitur, no poteſt dici. Cum eſtimatur, non poteſt æſtimari: cum computatur, non poteſt computari: cum definitur, ipſa definitione creſcit. Qui cælum manu ſua operit. Pugno omnem ambitum mundi claudit. Quem totum omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. Cuius nomini & virtuti famulatur hic orbis, & ipſa elementorum ſibi ſuccedentium momentanea viciſsitudo teſtatur.

Idem D. Ambroſius in eodem lib. & capit. inferius. Agit quomodo in ſcriptura Dei filius nominatur.

QVID eſt (ait) Filius? De eo quod Pater eſt, alius idem. Nam Verbum nuncupatur, quia ex proprio diuino ore proceſsit: & nihil Pater ſine eo, aut iuſsit aut fecit. Virtus dicitur, quia vere de Deo, & ſemper cum Deo eſt, & omnis poteſtas Patris in eo conſiſtit. Sapientia appellatur quia de corde Patris aduenies arcana cęleſtia credentibus reuelauit. Dextera, quia per eum omnia opera diuina perfecta ſunt. Brachium quia ab ipſo omnia continentur. Margarita, vt nihil illo præcioſior habeatur: theſaurus, vt in ipſo omnes opes cæleſtes conſtitæ cognoſcantur. Retia, quia per ipſum de mare ſęculi gentium multitudo per aquam baptiſmatis, in Eccleſia cõgregatur. Aratrũ, quia per ſignum Crucis ſuæ dura pectora ſubijciũtur, fons quia ex ipſo ſitientia corda cæleſtis aquæ gratia irrigantur pectora, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam præſtat. Lapis angularis, quia vtroſque parietes noui, & veteris teſtamenti, in ſemetipſo copulauit. Agnus vt innocentia Chriſti & paſsio demõſtretur. Homo quia ſecundum carnem propter nos homines naſci dignatus eſt. Vitulus, quia propter noſtram ſalutẽ pati ſuſtinuit. Aquila, quia poſt venerabilem reſurrectionem ſuam, vt Rex altam ad Patrem per volat ſedem. Leo, quia ipſe eſt Rex gentium, qui mortem ac zabulum virtutis ſuæ poteſtate commi nuit. Via eſt, quia per ipſum aſcenſus eſt: veritas, quia mendacium A neſcit. Vita, quia vniuerſa viuificat, &c. Vides ergò per hæc vocabula ſignificationes diſpoſitionum, & operum diuinarum præoſtenſas, non tamen ipſum Deũ proprie definitum.

Idem D. Ambroſ. tom. 3. ſuper Epiſto. ad Epheſios, ſuper illa verba: Vt in charitate radicati & fundati, &c. Vt poſſitis comprehendere cũ omnibus ſanctis quæ ſit.

HOC pręſtare dicit habitantem ſpiritum, vel Chriſtũ in nobis, vt fundati ſimus in charitate Dei, deuincti beneficijs eius, vt poſsimus cũ ſanctis, qui ſunt Apoſtoli & Prophetæ immenſum, & inęſtimabilem cognoſcere Deũ, omnia excedentem maieſtate virtutis ſuæ. Cum enim dicit, latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum. Hoc vtiq; ſignificat, vt ſicut in Sphæra tanta lõgitudo eſt, quanta latitudo, & tanta altitudo, quantum & profundum. Ita & in Deo omnia æqualia ſunt, immẽſitate infinitatis, Sphęra enim definito modo concluditur. Deus autem non ſolum implet omnia, ſed & excedit. Nec enim cluditur ſed omnia intra ſe habet, vt ſolus ineffabilis, & infinitus habeatur, & gratiæ huic in ſufficienter habeantur, qui cum tantus ſit, dignatus eſt per Chriſtum hominem viſitare peccati, & mortis ſubiectũ vniuerſale.

Rupertus Abbas, de glorificatione Trinitatis, lib. 1. c. 1.

THeſaurꝰ deſiderabilis, tu nobis es ò admirabile myſteriũ Trini-

Trinitatis, & theſaurus abſcondi
tus quidem, ſed taliter, vt inueni-
re poſsis ab homine attento qui te
quærit, illuminatos per fidem ha-
bés ſuæ mentis oculos. Vbi enim
theſaurus ille abſconditus eſt? In
agro. Sic etenim Dominus ipſe di
Matt. 13. cit in Euangelio. *Simile eſt regnũ cælorum theſauro abſcondito in agro.* Mi
ra res. Non in ſaculo, non in di-
uerſorio, nõ in cubiculo intra cu-
biculum vbi ſolent homines abſ-
condere theſaurum ſuum, quia de
furibus ſolliciti ſunt. Sed in agro,
id eſt, in propatulo. Qualis ro-
go, eſt hæc abſconſio, abſcondi-
ditum eſſe in publico? Attamen
ita eſt, & omnino verum eſt. Hoc
opus nunc ſuſcepimus, & hæc præ-
ſentis operis noſtri eſt intentio,
demonſtrare, qualiter, vel quo
theſaurus iſte ſit abſconditus in
agro: dicamus ergò quoniam the-
ſaurum iſtum, ſolis cæcis abſcon
ditum inuenimus nos. Et hunc o-
culos habentibus, qui tamen for-
te nondum ſatis viderunt, & vide-
re volunt, quaſi prætento demo-
ſtremus digito.

Idem Rupertus, cap. 2.

AGER iſte, de quo propo-
ſuimus: Sancta veteris te-
ſtamenti Scriptura eſt. Et recte di
citur ager: quia profecto reſpubli-
ca eſt, reſque in aperto poſita, &
cunctis hominibus, immo popu-
lis omnibus, legere vel audire cu
pientibus, propoſita eſt. Hinc eſt
Pſalm. 86. illud in Pſalmo veraciter dictum.
*Dominus narrabit in ſcripturis populo-
rum.* Quid namque eſt, quod dicit
Sacra Biblia Scripturæ po pulorũ ſunt. in Scripturis populorum, niſi ac
ſi diceret, in ſcripturis, quæ popu-
lis expoſitæ ſunt, vel quæ à popu-
lis omnibus legi poſſunt? Quod
vt diceret nõ fuiſſet neceſſarium,
A niſi eſſent quædam ſcripta, quę nõ
ſunt populorum. Verbi gratia.
Scripta Platonicorum, ſcripta A-
riſtotelicorum. Nimirum ad diſ-
tantiam eorum, quæ illi ſcripſe-
runt, ſcripturæ Sacræ rectè dicun
tur, ſcripturæ populorum. Quia
videlicet populos, id eſt ſimplices
à ſuimet lectione non repellunt,
quia & ſi myſteria non cito per-
cipiunt, ad ſaltem literalem ſen-
ſum & moralem quoque facile ca-
piunt intellectum. At illorum ſcri
B pta vel dicta lubricis anfractri-
bus effugiendo, ſimplices à ſe re-
pellunt. Exempli gratia. Si dixe-
ris. Mortuus eſt homo. Dicunt
mortuus non eſt homo. Ex parte
verum dicunt, quia ſi homo eſt, vi
uit, ſi autem mortuus eſt, & ho-
mo, & anima, & animatum cor-
pus eſſe deſijt. Quod non attendẽ
tes populi, id eſt, ſimplices, ſtant
attoniti. Et paulo inferius cap. 3.
Sicut popu. li ita ſcriptu ræ tropos ad mittunt.
C Sic ait. Diximus quo in agro the
ſaurus iſte abſconditus ſit. Scili-
cet, glorioſa diſtinctio perſona-
rum ſanctę Trinitatis. Iam dicen
dum quomodo illic abſconditus
ſit. Vtrumque etenim demonſtra-
re ſupra propoſitum eſt, & quo in
agro, & qualiter abſconditus ſit.
Non longe pro hac demonſtra-
tione, exemplum petatur. Præ-
ſens enim adeſt idoneum ſi reſpi-
cias, vnde dixerit. *Dominus narrabit* *Pſalm. 86.*
D *in ſcripturis populorum, &c.* Vtique
dices mihi, quod hoc dixerit de il
lo, quod ſub interrogatione præ-
miſſerat, dicens hoc modo. *Nun-
quid Syon dicet homo, & homo natus
eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſi-
mus?* Quomodo, vel in quantũ hæc
portio magna theſauri abſcõditi,
hoc talentum magni põderis, hoc
Sacramentum incarnationis ad
ſolã pertinẽs perſonã Filij, abſcon
ditum eſt in agro ſæpe dicto. Sic
vel in tantum & non occultius

ibidem myſterium totius Trinitatis, abſconditum eſt. Solis enim indignis, in videre, & non videre volentibus, ſic fuit abſconditum, vt inueniri non poſſet, dū quæreretur, & poreis bona margarita conculcanda non obijceretur. Proinde dicit. *O Sion, nunquid dicet homo iſte & homo natus eſt in ea*, ſubauditur ciuitate ſua, de qua præmiſit. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, & ipſe fundauit eam Altiſſimus.* Nunquid (inquam) dicet homo hoc, ſcilicet, quiſpiam totus terrenus, qualis eſt Iudæus, ſiue Hereticus? Subauditur non. Hoc namque dicere deorum eſt, & omnium filiorum excelſi, quod hic homo, qui natus eſt in ſancta Syon (quæ vnica ciuitas eſt omnium Sanctorum, atque electorum Angelorum, & hominum) priuſquam in ea naſceretur: *Ipſe fundauit eam Altiſſimus.* Non hoc dicet homo, non intelliget quis deditus ſenſui terreno. Ergo theſaurus abſconditus. Similiter de Sacramētis omnibus. Et dictintione perſonarum ſanctę Trinitatis, qui theſaurus magnus eſt. Sciendum, quia modus abſconſionis talis eſt, vt homo infidelis non inueniat: Deorum autem, vel filiorum excelſi multitudo fidelis, cito apprehendat.

Sion ciuitas omnium electorum.

Idem Rupertus capit. 5. Agrum oſtendit, nempe ſcripturam Sacram, vbi ſanctiſſimæ Trinitatis theſaurus latet.

IN PRINCIPIO *creauit Deus cælum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Et Spiritus Domini ferebatur ſupar aquas.* Ecce qualis abſconſio theſauri. Non nos pigeat, nec faſtidium cuiquam pareat, frequētatio hęc nominū iſtorum, theſauri & abſconſionis eius. In inuentione gaudium eſt, & gaudium circa inuentam, diſcurrens libenter eadē repetit. Facit enim loqui ex abundantia cordis. Ecce ergo qualis abſconſio. Cum ſanctæ ſcripturæ Spiritus in iſto capite libri, ſanctam Trinitatem velit intelligi, vnam tantummodo perſonam paruo ſubtegens velamine, faciem eiuſdem Trinitatis, ſapientibus & prudētibus abſcondit, reuelaturus eam paruulis. Quo ſub velamine, quam perſonam abſcondit? Nimirum perſonam Filij, ſub velamine nominis Principij. Sapientes quippe & prudentes, id eſt ſuperbi, qualium quidam dicebant eidem incarnato Filio Dei. *Tu quis es?* In hoc dicto, *In principio creauit Deus*: nihil aliud inuenerunt, aut inuenire voluerunt, quam ac ſi diceretur. Primo vel primitus creauit, quo ſenſu & Poeta Ethnicus, licet inſignis, dicere potuit. *Principio cælum, terram, campoſque liquentes, lucentemque globum Lunæ titaniaq; aſtra, Spiritus intus alit.* At ille paruulos attendens, qui eum erāt audituri, interrogantibus (vt iam dictum eſt) *Tu quis es? Principium* (ait) *qui & loquor vobis.* Hoc dicens, nimirum locum iſtum, caput iſtud ſanctę Scripturæ retexit, ita vt non dubites eum te velle ſimul agnoſcere illud quoque, quod in Pſalm. dicit ipſe. *In capite libri ſcriptū eſt de me.* Quod eſt enim caput libri, niſi hoc initium omniū ſcripturarum veritatis? Omnis quippe ſcriptura Sacra, ſcriptura Canonica, vn? liber eſt: quia ad vnum tendit, & ab vno Deo profecta, vno eodēq; Spiritu conſcripta eſt, econtra ſcripta omnia quæcunque non veniunt ex eodem

In capite libri teſtimonium de Trinitate.

Matt. 11.

Ioann. 8.

Virgi. 6. lib. Æneidos.

Ioann. 8.

Pſalm. 39.

Omnis ſcriptura ſacra vnus eſt liber.

Geneſ. 1.

Ager eſt ſcriptura ſacra.

ex eodem ſpiritu veritatis, plures ſunt libri. Propterea Sapiés dicit. *Faciendi plures libros, nullus eſt finis.* Igitur. *In principio creauit Deus cælum & terram, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas:* Splendidum caput libri, gloriam prædicat ſanctæ Trinitatis. Fugiant, qui oderunt eum à facie iſta, ſicut fugiebat tunc, & accedere timebat Iſrael carnalis, quando ex collocutione Dei, ſplendida facta eſt facies Moyſi.

Eccleſ. 12.

Exod. 34.

Idem Rupertus cap. 6 proſequitur myſterium.

QVAM ob cauſam Filium Dei, Verbũ Dei, Principium decuit nuncupari? Nimirum, quia *omnia per ipſum facta ſunt.* Verumtamen adhuc pro cauſa præſenti parum dictum eſt. Nam non ſolum per ipſum: verumetiam propter ipſum omnia facta ſunt. Sic enim Apoſtolus dicit: *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multorum filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummari.* Hæc eſt cauſa vera, cauſa digna tanti huius nominis, ſcilicet, Principij quia ipſe eſt, propter quẽ omnia, & per quẽ omnia. Ipſe (inquam) eſt omnis creaturæ principalis & efficiens cauſa. Dicit aliquis. Et Deus Pater, nonne Principium eſt? Plane Principium Pater, Principium Filius, Principium Spiritusſanctus. Verumtamen nõ tria principia, ſed vnum principium. Sicut non tres Dij, ſed vnus eſt Deus. Cur ergo in iſto capite libri ſolam Filij perſonam, inſpiratur ſanctæ Scripturæ. Spiritus Dei nũcupare voluit? Ad hæc inquam. Omnis iſte liber, omnis ſancta Scriptura, cuius caput hoc eſt. *In principio creauit Deus cælum & terram.* Cur creaturæ, vel propter quam ſcriptus eſt creaturam? Nimirum propter creaturã humanam. Ad inſtructionẽ creaturæ humanæ ſancta Scriptura condita eſt. Hinc creaturę ſine dubio vna hæc perſona, Filius Dei, triplici modo principiũ eſt. Duobus modis, tam Angelicæ quam humanæ creaturæ principium eſt, videlicet, quia & propter ipſum, & per ipſum omnia ſicut iam ſupra dictum eſt. Tertio modo, ſolius creaturæ humanæ. Quia per paſſionem ſaluris noſtræ auctor, conſummatus eſt, ſalutis noſtræ (inquam) princeps & principium eſt. Quod futurum non latebat Moyſen cum iſtam ſcripturam digito Dei prædoctus ſcribere inciperet. Bene igitur, & venerabiliter, ſecundum rei veritatem, pro Ben, id eſt, pro filio, Breſith. Id eſt, Principium poſſuit, Principium nuncupans Filiũ Dei. Propter quem, & per quem nos condidit, vidit, & ſaluandos fore præuidit. Proinde conſiderandum, quia licet Pater, quoque principium ſit, licet Pater, & Filius, & Spiritusſanctus (ſicut iam ſupradictum eſt) vnum principium ſit. *Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia,* nuſquam tamen vel Pater, vel Spiritusſanctus legitur ita manifeſte Principium ſe nominaſſe, ſicut Filius ſe nominauit, dicendo Iudæis: *Ego ſum Principium, qui & loquor vobis.*

Omnis ſcriptura ſancta propter hominem eſt.

Chriſtus eſt principium quia propter ipſum & per ipſum ſunt omnia.

Hebr. 2.

Roma. 11.

Ioann. 8.

Epiſtola decretalis Alexandri Papæ I. ſub Traiano Imperatore Auguſto, ad omnes orthodoxos edita.

FIDEM quoque Sanctæ Trinitatis ſed docendam à Patribus accepimus, vobiſque tradendam ſubditis deſtinamus. Eſaias namque Propheta

sit: *Vidi Dominum Sabaoth, ſedentem ſuper thronum excelſum, & Seraphim ſtabant in circuitu eius, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem, duabus autem velabant pedes, & duabus volabant, & clamabant alter ad alterum dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.* Si Trinitas non eſt, quare tertio Sanctus dixerunt? Aut ſi Vnitas non eſt, quare ſub trina repetitione vnum Deum ac Dominum intimarunt? Si Trinitas non eſt, cur in Geneſi dicitur: *Dixit Deus, Fecit Deus, & Benedixit Deus*? Si vnitas non eſt, quare tertio dixit Deus? & Deos plurali numero non commendauit? Si Trinitas non eſt, quare in Exodo dictum eſt tertio. *Domine, Domine, Domine: Miſerator & miſericors*? Si Vnitas non eſt, quare dum tertio Domine diceret, poſtea miſericors, & miſerator ſingulariter dicit, & non miſeratores vt plures oſtenderet, intimauit? Si Trinitas non eſt. Cur Abraham ad illicem Mambræ ſedens, tribuſque occurrens, vni Domine dixit, & non vt viderat tribus ſalutationis obſequium reddidit? Si Vnitas non eſt, cum Moyſi Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, tertio diceret. Cur vnitatem oſtendens. *Hoc mihi nomen eſt dixit*, non, hæc ſunt nomina noſtra deſignauit? Si Trinitas non eſt, quare Dauid tertio dixit: *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus*? Si Vnitas non eſt, quare cum tertio Deum nominaſſet. *Benedicat* dixit, & non Benedicant adiungit? Si Trinitas non eſt, cur Eſaias denuo dixit. *Domine Deus Sabaoth, Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim*? Si Vnitas non eſt, quare, Qui ſedes dixit, & non qui ſedetis, aſtruxit? Si Trinitas non eſt, quare in lib. Regum dicitur: *Domine Deus omnipotens Deus Iſrael, ſermones tui fideles*

Eſai. 6.

Geneſ. 1.

Exod. 34.

Geneſ. 18.

Exod. 3.

Pſalm. 66.

Eſai. 37.

3. Reg. 8.

A *ſunt*? Si Vnitas nō eſt, quare tui dicitur, & non veſtri, potius intimatur? Si Trinitas non eſt, cur in Pſalmo cantatur: *Domine Deus virtutum, Deus Iſrael, Intende ad viſitandas omnes gentes*? Si Vnitas non eſt, quare intende, poſſuit, & non intẽdite, intimauit? Si Trinitas non eſt, quare in Apoca. 3. dicitur. *Sanctus Dominus Deus omnipotens. Qui eſt & qui erat*? Si Vnitas non eſt, quare non, Qui ſunt & qui erant, pluraliter deſignatur? Si Trinitas nō

B eſt, Quare in Deuteronomio dictũ eſt: *Dominus Deus tuus, Deus miſericors eſt, & audiet vocem tuam*? Si Vnitas non eſt, quare *Audiet*, poſſuit, & nō audiẽt, intimauit? Si Trinitas nō eſt, quare in Ioſue libro dicitur. *Dominus Deus, Deus eorum eſt*? Si vnitas non eſt, quare *eſt*, dixit, & non ſunt, morem locutionis induxit? Si Trinitas non eſt, quare Elias adorando. *Domine, Domine Deus Iſrael, oſtende quia tu es Domine Deus*

C *meus* dixit. Si vnitas non eſt, quare *oſtende*, & non oſtendite, poſuit? Si Trinitas non eſt, cur Mardocheus orando, *Domine, Domine Deus omnipotẽs, omnia in poteſtate tua ſunt* dixit? Si vnitas nō eſt, quare *in tua* poſuit, & non veſtra ſignauit? Si Trinitas nō eſt, cur etiam Iudith orando dixit. *Domine Domine Deus omnium virtutum, reſpice in orationem meam*? Si vnitas non eſt, quare, *reſpice*, & non reſpicite, deſignauit?

D Si Trinitas non eſt, quare in Ieremia dicitur. *Dominus Deus veſter, Deus verax eſt*? Si vnitas non eſt, quare *verax eſt*, & non veraces potius nominauit? Si Trinitas non eſt, cur in Apocalyp. ſcriptum eſt. *Dominus Deus, & ſpiritus Prophetarũ, miſit Angelum oſtendere ſeruis ſuis quæ oportet fieri cito*? Si vnitas non eſt, quare cum Patrem & Filium, & Spiritũ ſanctum nominaſſet, *Miſit*, dixit, & non miſerunt, ſub prętextu triũ perſo-

Pſalm. 58.

Apoc. 1.

Deute. 4.

Ioſue. 2.

3. Reg. 18.

Heſter. 13.

Iudit. 9.

Hiere. 10.

Apoc. 22.

perſonarum & nominum introduxit? Si Trinitas non eſt, quare in Deuteronomio, dicitur: *Dñs Deus veſter hic eſt Deus*? Si vnitas non eſt, quare *hic eſt*, dixit, & non hi ſunt, plurali numero deſignauit? Si Trinitas non eſt, quare in eodem dicitur libro. *Dominus Deus tuus, Deus magnus eſt & potens*? Si vnitas non eſt, quare *magnus & potens*, ſinguläriter, & non magni & potentes, pluraliter nominantur? Si Trinitas non eſt, cur Tobias, cum filiũ ſuum in Rages ciuitatem Medorum, cũ Raphaele Angelo mitteret, benedicens eos, ita dixiſſe docetur: *Deus Abrahã, Deus Iſaac, Deus Iacob, ipſe impleat benedictionem ſuam in vobis*? Si vnitas non eſt, quare *ipſe impleat*, dixit, & non ipſi impleant, intimauit? Poſtremo. Si Trinitas non eſt, quare Dominus diſcipulos ſuos *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vniuerſas gentes diſpoſuit baptizare*? Si vnitas non eſt, quare *in nomine* dixit, & non in nominibus præcipiendo per docuit? Si Trinitas non eſt, Quare Apoſtolus Paulus ait. *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia*? Si vnitas non eſt, quare *ex ipſo* poſuit, & non ex ipſis aſtruxit? Si enim certo certius voluerit is vnitatem, Trinitatemque agnoſcere, à ſepe dicto Doctore gentium Apoſtolo poteſtis vniuerſa condiſcere, & ſequi Catholicam fidem, & hæreticorum reſpuere prauitatem. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti* (inquit) *& charitas Dei & communicatio ſancti Spiritus, ipſa eſt Patris, & Filij & Spiritus ſancti gratia.* Et ſic fidem ſanctæ Trinitatis, & intelligere, & diſcere Domino adiuuante pleniter poteſtis. Idcirco ergo chariſſimi, fidei regulas, iuxta huius Epiſtolæ fidẽ poſſuimus, vt in eius cõfeſſione fideliter perſeueremus, & Domino auxiliante bonum fidei habere mereamur. Iam ad Sacroſanctum Euangelium huius feſtiuitatis, myſterijs refertiſſimum mentem & calamum dirigamus.

Deut. 6.
Deut. 10.
Tob. 7.
Matt. 28.
Rom. 11.
2. Corint. 13.

TEXTVS.

DATA eſt mihi omnis poteſtas, in cælo & in terra.

Chryſoſtomus homil. 39. in 1. Corinth. 15.

QVemadmodum duplex eſt Regnum Dei ſecundum diuinã ſcripturam. Alterum adoptionis: id eſt, amoris & charitatis. Alterum vero creationis. Omnium enim Iudæorum, Ethnicorum, dæmonum, & aduerſariorũ, opificij & creationis lege Rex eſt Deus. Fidelium verò, & Dei amantium, & vltro ſe ei commitentium, Rex eſt peculiariter, id eſt, familiaritate & cura. De hoc enim regno ſcriptum eſt. Pſalm. 2. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Et Diſcipulis ſuis ipſe Chriſtus ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Hæc Chryſoſtomus. Datum dicit id totum quod tanta ſui ſanguinis effuſione, morte crudeliſſima, ſepultura ac reſurrectione ſua mirabili comparauit.

Pſalm. 2.

D. Chryſoſt. homi. 67. in Geneſ. cap. 49.

BEnedictio Iudæ à Iacob Patriarcha filio ſuo tradita. Nẽ

Genes. 49. pe, Gene. 49. *Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. Quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* Benedictio hęc Iudæ data mistica est, præsignans omnia, quæ ad Christum attinēt. Quia enim ex hac tribu exorituros erat Christus, iuxta dispensationis rationem, propterea Spiritusancto afflatus Iacob prædixit per ea, quæ in Iudam dicuntur, nō solum descensum Domini ad homines, sed & Sacramentum, & Crucem, Sepulturam, & Resurrectionem. Ipse enim est, qui dicit: Ioann. 10. *Potestatem habeo ponēdi animam meā, & potestatem habeo, iterum sumendi eam.* Semper enim scripturæ mos est, per figuram huius animalis, nempe leonis regiam authoritatem insinuare.

D. Augustinus lib. 16. de Ciuitate Dei, cap. 41.

Genes. 49. *Requiescēs accubuisti vt leo.* Mors (inquit) Christi prędicta hic est verbo dormitionis, seu accubationis, & non necessitas, sed potestas in morte, nomine leonis, quā potestatem ipse Christus Dominus in Euangelio prædicat dicēs: Ioann. 10. *Potestatem habeo ponendi animam meā & iterum sumendi eam.* Quia nullus, scilicet, hominum, nisi ipse seipsum suscitauit. Quod vero addidit *Recumbens dormisti vt leo.* Euangelista exponit dicens. Ioan. 19. *Et inclinato capite emisit spiritum.* Aut certe de sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens, & vnde illum nullus hominum, sicut Prophetæ, aliquos, vel sicut ipse alios suscitauit, sed sicut à somno ipse surrexit.

A

D. Gregorius homil. 4. in Ezechielem.

CHristus Dominus interdum propter fortitudinem atque potentiam, qua præditus est diuinam, leonem in scriptura vocari, vel etiam quia paululum, & breui tempore obdormijt in morte, atque statim, & celerrime à somno mortis excitatus fuit. Idq; sua propria virtute. *Vnigenitus* (inquit) *Dei Filius per virtutem suæ fortitudinis, surrexit vt leo.* Sed etiam apertis oculis

B dormire perhibetur, quia in ipsa morte, in qua ex humanitate Redēptor noster dormire potuit, ex Diuinitate immortalis permanendo vigilauit: Spiritussanctus hæc diuina mysteria, quæ in Filio Dei euentura erant, Patriarchæ Iacob inspirauit, & sic benedictio Iudæ plane mystica est, præsignās ea præcipue quæ ad Christi mortem, sepulturam resurrectionemque ex mortuis gloriosam attinet.

C Ad hanc ipsam Patriarchę Iacob Prophetiam alluſsit Ioann. Apostol. & Euangelista, Apoca. cap. 5. Apoca. 5. vbi de Christo Domino sic ait. *Vicit leo de tribu Iuda, &c.*

Paulus Burgen. in 1. part. Scrutinij. Dist. 8. cap. 13.

TErtio Reg. 7. Cum de fabricatione Templi agitur: ibi 3. Reg. 7. d. 29.

D legimus. *Sculpsit quoque in tabulatis illis quæ erant Cherubim & leones, & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis.* Et idem 2. Paralypo. 4. Ex 2. Paralyp. 4 a. 1. quibus manifeste patet, quod Cherubim erant imagines humanæ, & in translatione Chaldaica dicuntur iuuenes, & sic habes primum quod quærebas. Ad secundum verò quod quæris, vt ostendam tibi quid tales imagines spiritualiter repręsentent,

Propitiatorium referebat ſedē Dei.

repræſentarent. Reſpōdeo. Quod propitiatorium repræſentabat Sedem Dei, & Deus erat ibi, quaſi loquens Moyſi, vt dictum eſt. Ideirco Cherubim circunſtantes, repræſentabant Angelos, qui aſsidue aſsiſtunt Deo: vnde Eſai. 6. cap. cum dicitur: *Vidi Dominum ſedentem ſuper thronum, &c.* Sequitur. *Seraphim ſtabant ſupereum, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri.* Similiter & Danie. 7. de Deo dicitur. *Millia millium aſsiſtebant ei*, ſcilicet, Angelorum. Vnde ad hoc, quod Moyſes vel ſummus Sacerdos, intrans Sanctaſanctorum cleuaret mentem ſuam in diuinorum contemplationem, conueniens erat vt eſſet ibi repræſentatio diuinæ maieſtatis in Propitiatorio, quaſi ſuper thronum ſedentem, cum aſsiſtentia Angelorum, qui frequenter in imagine humana conſueuerunt apparere, vt deſignetur eorum intelligentia ſimiliter & cum alijs, vt deſignetur eorum promptitudo & acceleratio ad exequenda diuina mandata, vt patet Dan. 7. Et in Pſalm. dicitur. *Et aſcēdit ſuper Cherubim, & volauit, &c.* Imagines autem leonū intra Sanctaſanctorum ponebantur, vt ſummus Sacerdos, illuc intrans ad orandum, haberet memoriam de Regno Iudæ, quod erat principale in Iſrael. Illa enim tribus portabat in vexillo ſuo leonē. Vnde de Iuda dicitur. Geneſ. 49. *Catulus leonis Iuda, &c.* Et inter orationes, quas ſummi Sacerdotes intrantes Sanctaſanctorū faciebāt, vna de principalioribus eſt. *Nō auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, &c.* In qua oratione (vt habetur in libro Ionathæ) pro perſeuerantia Regni Iudæ orabat, & etiam pro aduentu Meſsiæ, ibi enim dicitur. *Donec veniat qui mittēdus eſt.* & de illo verificatur. *Surgit leo de tribu Iuda.* Apoc. 5.

Cherubim repræſentabat Angelos.

Danie. 7.

Ponebantur imagines in propitiatorio vt ſummus Sacerdos cleuaret mentē in cōtēplationem diuinorū

Pſalm. 17.

Imagines leonum in templo poſitæ referebant Iudaicum populum.

Tribus Iuda in vexillo leonem ferebat.

Sacerdos orabat pro perſeuerantia Regni Iudæ & pro aduentu Meſsiæ. Apoc. 5.

D. Cyrillus Catecheſi. 10. de varijs Chriſti nominibus.

LEO quoque Chriſtus vocatur, non hominum vorator, ſed Regium quidam ac ſolidum, atque confidentes perſonæ, per eā appellationem indicatur. Leoque vocatur ex aduerſo illi leoni noſtro aduerſario rugienti, & aberrantes deuoranti. Venit enim Saluator non mutans naturæ ſuę mā ſuetudinem, ſed tanquam leo fortiſsimus de tribu Iuda, ſeruans qui dē credentes, conculcans autem aduerſarium & aduerſariorum potentias, De quo Daniel. capit. 7. *Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quaſi Filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerūt eum, & dedit ei poteſtatem & honorē, & Regnum & omnes populi, tribus & linguæ ſeruient ei. Poteſtas eius, poteſtas æterna quæ non auferetur, & Regnum eius, quod non corrūpetur.* De ea enim loquitur poteſtate de qua apud Ioānē cap. 16. dicit. *Confidite ego vici mundum.* Hanc ſibi poteſtatem, per mortem & reſurrectionem ſuam ſibi datum dicit, quia eam meruit: Id quod D. Paulus teſtatur dicens. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Hoc certe eſt quod ipſemet Chriſtus Leo de tribu Iuda, poſt talem ac tantam victoriam partā de ſeipſo tanta cum gloria dicit. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Qua fœliciſsima poteſtate, ad propagādos Regni ſui fines, Apoſtolos ſuos tāquam primarios ſuos milites, armis ſuæ potentiæ

Daniel. 7.

Ioann. 16.

Ad Philipp. 2.

armatos, ad vniuersum orbem debellandum mittit. Et Paulus hæc
Ad Ephes. 1. considerans dicebat. *Quam operatus est in Christo suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus, super omnem principatū & potestatem & virtutem, & dominationem, & omne nomē quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius & ipsum dedit caput super omnē Ecclesiam.* Ac si dicat. Si rerum omniū

TEXTVS.

DATA est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

Theophylactus in Matth. capit. 28.

HOC quidem hunc sensum habet: Habui quidem sicut Deus & opifex potestatem omniū *quia omnia seruiunt tibi*, dixit ad cū Dauid: sed voluntariam subiectionem non habui, quam nūc habitu rus sum. Subiecta enim erunt mihi omnia quandoquidem per crucem vici, cumque potestatem habeo mortis. Duplex enim est obedientia & subiectio, in volūtaria, scilicet, secundum quam omnes sumus serui Dei, etiam inuicti quēadmodum & dæmones ipsi: & volūtaria, quomodo Paulus erat seruus Christi. Cum prius omnia solam obedientiam inuoluntariam exiberent, & Saluator omniū potestatem quasi dimidiatam haberet: post crucem cum Dei cognitio inotesceret omnibus, habuit etiam voluntarie obedientes omnes, qui subiecti fuerunt. Merito igitur dicit Christus: *Nunc accepi potestatem omnem*: prius enim partiaria potestas mihi erat, eo quod
Psalm. 118. Duplex obedientia.
monarchia penes me est. *Ite docete omnes gentes*, omnes mihi parere, & obedire tenentur. *Euntes ergò docete omnes gentes.* Sic D. Irenæus, lib. 3. cap. 14. dicit Apostoli simpliciter, & nemini inuidentes, quæ didicerant ipsi à Domino, hæc omnibus tradebant. Sic igitur & Lucas nemini inuidens, ea quæ ab eis didicerat, tradidit nobis, sicut ipse testatur dicens: Quēmadmodum tradiderunt nobis, &c.

Dan. 7.

Dan. 7.

Psalm. 7.

præter voluntatem mihi veluti factori seruiebant. Nunc autem cū homines spōte & scientes mihi seruiunt, omnis & integra potestas mihi data est. A quo autem data est illi? omnino à semetipso habuit & sua humilitate. Nisi enim humiliatus fuisset, & congressus cū aduersario per Crucem non saluasset nos, & sic intellige. *Data est mihi omnis potestas*, proprijs meis certaminibus & laboribus seruaui homines, & facti sunt mihi in sortem & peculiarem populum. Dominus enim super terram potestatē habet, eo quod omnis terra agnouit illum. In cælo autē eo quod merces ac municipatus illorū qui credunt, in cælo est. Vel etiam aliter. Quia humana natura prius cōdemnata, nunc vnita Dei verbo personaliter in cælo sedet, & ab Angelis adoratur, merito dicit: *Data est mihi omnis potestas in cælo.* Etenim humana natura prius seruiebat, nunc in Christo imperat omnibus. Breuiter igitur sic intelige. *Data est mihi omnis potestas.* Nā si tāquam à Dei verbo dictum intelli-

telligas. *Data eſt mihi omnis poteſtas*, eo quod volentes, & nolentes me Deum agnoſcunt, qui prius mihi ſeruiebant in voluntariæ obedientiæ modo. Si autem de humana natura dicitur, ſic intellige. Ego prius condemnata natura, exiſtens autem Deus ſecundum vnionem ad Filium Dei abſque naturarum confuſione accepi poteſtatem ſuper omnia, ita vt & ab Angelis in cælo adorer, & ſuper terram ab omnibus finibus terræ glorificer.

Beda in Matth. 28. lib. 4. in fine.

Pſalm 8. & ad Hebr. 2.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Hæc de aſſumpta loquitur humanitate, quam ſuſcipiendo minoratus eſt paulominus ab Angelis, & in qua reſurgendo à morte, *Gloria & honore eſt coronatus & conſtitutus ſuper opera manu Patris, omniaq; ſubiecta ſub pedibus eius*, inter quæ omnia etiam mors ipſa eius pedibus ſubſtrata eſt, quæ ei ad tempus viſa eſt prævalere.

Cyrillus lib. 2. in Ioannem, capit. 73.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Nec quia data ſibi poteſtas eſt, idcirco dante Patre minor videbitur. Accepit enim vt homo, quando humiliauit ſe ipſum: aliter quomodo ab æqualitate Dei Patris deſcendiſſe humiliatus diceretur? An non vides in iſtis Patrem quidem vt Deum dare, filium autem vt hominem accipere illa quæ vt Deus habebat? Non ergò ita dat Pater vt initium poteſtatis Filio præbeat, ſed ita vt cum carne filius ad poteſtatem quam abſque carne ſemper naturaliter habuit, recurrat. Non enim quando factus eſt homo, hęc ſibi poteſtas primum eſt. Ad quam enim diceretur humilitatem deſcendiſſet, ſi factus homo poteſtatē in omnibus accepit? Aut quomodo ſerui formam accepiſſe crederetur, qui cum acceperit, tunc demum factus dominus eſt? Abijciamus hæc impia ex animo noſtro: factus enim homo, vt homo incipit dominari, qui nunquam conuenientem Deo dignitatem amiſit, ſed cum carne ad id quod ſemper eſt factus homo aſcendit, quod autem hæc ita ſe habeant, ipſe oſtendit dicens: *Pater glorifica me, illa gloria, quam habebam apud te ante quam mundus eſſet.* Perpendis, quia non initium gloriæ petit, ſed renouationem (vt ita dicam) non quod amittere timeat, ſed quia vt homo regnare) incipit. Quod autem propter carnem Domini dicātur, quanuis multis probari poſſit, optimè tamen ex illa horribili Danielis viſione monſtratur, in qua vidiſſe ait: *Antiquum dierum in ſede & mille millia ut centies centena millia miniſtrari illi, atque aſſiſtere quibus adiecit. Et ecce cū nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum. & dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum. & omnes populi, tribus & linguæ ei ſeruient.* Philip. 2. Daniel. 7. Ioan. 17. Vides quomodo filius regnum à Patre vt filius hominis accepit: *Humiliauit enim ſeipſum*, vt ſcribitur, *habitu propter nos inuentus vt homo*, vt cum primus ad regnum redierit: initium & via æternæ vitæ, regaliſque gloriæ nobis proponatur: & veluti quanuis ipſe naturaliter vita ſit, deſcendit tamē propter nos, vt homo ad mortem, vt hoc modo vere in nobis naturæ noſtræ (vt ita dicam) permixtus, & ab interitu nos liberaret, & æternæ vitæ nos participes faceret, ſic quanuis Deus ſit, dedecora tamen noſtra Ad Philip. 2.

noſtra ſumpſit, vt ad Regium natu ram hominis reduceret honorē.

1. Corint. 1. *Primus enim* (vt Paulus dicit) *factus omnibus, & via, & ianua, & origo bonorum noſtrorum, à morte ad vitam, à corruptione, ad immortalitatem, ab imbecillitate, ad virtutem, à ſeruitute in adoptione filiorum Dei, à dedecore & infamia in honorem & gloriam nos reſtituit.* Quare, quando vt homo accipere illa videtur, quæ habuit, & ſemper habet vt Deus, non conturbemur, ſed diſpenſationis memores, abſque detrimento integram mentem noſtram conſeruemus.

Gloſſa in Matth. cap. 28.

Data eſt mihi omnis poteſtas, &c. Hoc non de coæterna Patris diuinitate, ſed de aſſumpta dicit humanitate. in qua minor Angelis, in qua etiam gloria & honore coronatus eſt, & omnibus ſuper poſitus.

Et interlinealis.

Data, &c. vt qui ante regnabat in cælo per fidem, regnet in terris.

Et Nicolaus de Lyra.

Hebr. 2. *Data eſt mihi omnis poteſtas*, &c. Quia licet Chriſtus quantū ad diuinitatem ab æterno haberet hanc poteſtatē, & in quantum homo ab inſtanti conceptionis haberet poteſtatem in cælo & in terra, authoritatiue tamen, executiue non habuit ante reſurrectionem ſuam, ſed voluit eſſe paſsibilitati ſubiectus propter noſtram redemptionem.

Dionyſius Cartuſienſis in Matth. cap. 28. art. 45.

Data eſt mihi omnis poteſtas, id eſt, perfecta poteſtas, *in cælo & in terra*, id eſt, præſidendi & dominandi omnibus creaturis cæleſtibus, atque terreſtribus. Per cælum itaque & terram, tanquam per duo extrema, intelliguntur & omnia intermedia. Quanuis autem hoc de Chriſto ſecundum naturam diuinam, aliquo modo queat intelligi, quoniam quidquid habet, & eſt à Patre, accepit, & ita à Patre ſuſcepit poteſtatem creādi, gubernandi & præſidendi, tamen principaliter dictum videtur de ipſo ſecundum naturam aſſumptam, Chriſto communiter quantum ad ſuam humanitatem collatus eſt principatus impenalisque virtus ſuper vniuerſa creata à primo ſuæ incarnationis inſtanti ratione vnionis cū verbo. Nam eo Ioann. 3. ipſo quo ſuæ humanitati datum eſt eſſe vnitum verbo hypoſtatica vnione, multo amplius datum eſt ei eſſe prælatum & dominari vniuerſæ creaturæ. Porro poteſtas iſta primo, data eſt Chriſto homini quātum ad authoritatem, ab inſtanti conceptionis in Virgine, & ex illo inſtanti cœpit ei dari etiam quantum ad executionem, & manifeſtationē non paulatim & pedetentim, ſecundum moderamen ac diſpoſitionem prędordinationis diuinæ, vnde ſuper naturaliter de vtero matris egreſſus eſt, & multis miraculis fulſit in mūdo antequam pateretur. Virtus Marc. 5. quippe exibit de illo & ſanabit omnes, propter quod ante paſsionē Ioann. 3. dicebat: *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.* Et rurſus dedi Ioan. 7. ſti ei poteſtatem omnis carnis. Verumtamen quoniam primus Chriſti aduentus erat quodammodo occultus, & in infirmitate, iuxta illud Eſaiæ. *Vere tu es Deus abſcondi-* Eſai. 45. *tus*: Et rurſus. *Dominus voluit eum cō-* Eſai. 53. *terere in infirmitate*: ideo dici ſolet quod poſt reſurrectionem data eſt Chriſto

Chriſto omnis poteſtas hæc quantum ad executionem & manifeſtationem, quia tunc cæpit in vniuerſo mundo imò in inferno ac cælo maieſtas & dignitas Chriſti declarari, prædicari, ſeu magnificari, A in finali vero iudicio dabitur ei iſta poteſtas quantum ad pleniſsimam conſummationem, quando ad eum venient, confundentur atque vincentur omnes, qui repugnant ei. Eſai. 45

TEXTVS.

EVNTES ergo docete omnes gentes.

Gloſſa interlinealis.

B Apoſtolorum fortitudo mirabilis oſtenditur, videlicet qui temporibus illis prædicare tenebantur, quando maxime Iudæi omnes pelebantur, quando Apoſtoli quaſi ſeditioſi ac improbi obſeruabantur, quando vndique illos extermi nandos eſſe Cæſar iam iuſſerat. Nec aliter fiebat, quam ſi quis cũ maria vndique inſurgant, cum tenebris aer obductus ſit, cum crebro atque alio ſuper aliud naufragio nauis ſubmergatur. cum inter ſe nautæ, qui ſuperſunt, diſideant, cum belluæ de profundo emergant, vnaque cum fluctibus nauigantes arripiant, cum fulmina iaciantur, cum piratæ inſidientur, nullaque fides inter nautas ſit, ignarique gubernandi atque nauigãdi gubernacula teneant, & nauali bello contendant. Cum claſis maxima ſimul, & inſtructiſsima ex aduerſo aggrediatur vnam habentibus nauiculam, & eam ita vt diximus miſere apparatam, in aduerſam & maximam claſſem inſurgere iuberet, ac ei victoriam polliceretur. Nam à gentibus quaſi Iudæi odio habebãtur, & à Iudeis aeriter impugnabantur, quaſi legẽ ſuam ſoluentes. Ita nulibi quieſcere poterant cum vbique præcipitia eſſent, acuti populi ſtarent, cautos ac ſaxa ſubeſſent, latentia in ciuitatibus, in regionibus, in domibus.

EVNTES &c. Id eſt, primum cathezizate. Quia ſine fide impoſsibile eſt placere Deo. Ordinaria. *Euntes, &c.* Quia iam in lucẽ venit, quod hactenus quibuſdam de cauſis dubium hominibus fuerat. Hebr. 11.

Nicolaus de Lyra. *Euntes ergo, &c.* Hic ponitur diuulgatio Dominicæ reſurrectionis, quantum ad omnes populos quæ facta eſt per prædicationem Apoſtolorum, per vniuerſum orbem. *Docete omnes gentes.* Gloſſa. Congruus ordo primo enim docendus eſt auditor, deinde fidei, ſacramentis imbuendus tunc ad ſeruanda mandata inſtruendus. Quia niſi prius anima fidem recipiat, non eſt dandus Baptiſmus: nec valet mundari ſi poſt non inſiſtat bonis operibus. Lyra. *Docete, &c.* Prius enim dixerat eis, quòd ſolum prędicaret Iudęis, vt ſupra dicitur 10. cap. Quia ante Chriſti reſurrectionẽ fides Chriſti non erat diuulganda per vniuerſum orbem, vt ibidẽ dictũ eſt.

D. Chryſoſto. in Matthæi tomo 3. homil. 76. ex capit. 24.

Docete omnes gentes. Vnde maxime & Chriſti virtus, &

mibus. Omnes vna & ſinguli eos aggrediebãtur, Imperatores, Principes, qui priuati, qui cum poteſtate erant, vniuerſę gẽtes ac omnes populi. Sic tanta turbatio erat, vt nullus oratione conſequi poſſet. Valde namque Romanorum principatus, Iudæos perſequebantur, quoniam mille aduerſus eos excogitabant inſidias. Nec tamẽ hinc vel minimam iacturam prædicatio habuit, ſed capta vrbe atque cremata, & habitantibus miſerrime afflictis, qui inde fuerunt, Apoſtoli nouas leges, & noua præcepta viuendi Romanis, vel inuictis imponebant: ò rem nouam atque inauditam, Iudæorum innumera millia Romani tunc viderunt, atque cæperunt, & à duodecim viris nudis, atque inermibus ſuperati ſunt. Quæ oratio exponere poterit tanti miraculi magnitudinem? Duo enim hæc docentibus ineſſe oporteret, vt authoritate polleant, & ab audientibus diligantur, & ad hæc tertium, vt ea dicantur, quæ audiendi placeant, & in tempore quietis prædicentur: quæ omnia tunc omnino cõtraria erant: nec enim per authoritatem fidedigni putabantur, & qui authoritate credebantur ſe ducentes decipienteſque multos faciebant, ne Apoſtoli diligerentur ſolum, verumetiam vt dilectis cõuerſari non poſſent, ita vndique agente à patre, à legibuſque ſuis depellebantur: ac rurſus magna in ipſis Apoſtolorum præceptis videbatur eſſe durities, è regione vero magna in priore vita, vnde homines abducebant voluptas. Præterea tàm ipſi, quàm ſequentes eos multi ſubiecti periculis, varijſque mortis generibus crudeliter trucidabantur: & ad hæc omnia tumultus, & turbationes bellorum, adeo difficilem rem faciebant, vt

Mirabilis fuit Eccleſiæ exordium.

A ſi nihil aliud reſiſteret, omnia tamen hinc diſſolui facile poſſent, quare opportunum eſt exclamare: *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius.* Nam ſi Ægyptij Moyſi facienti ſigna, vt lutum ſolummodo ac lateres haberent non auſcultarunt: quis perſuaſit Apoſtolorum diſcipulis, pro quieta voluptuoſaque vita pericula, effuſionem ſanguinis quotidia namque mortem eligere, præſertim cum alienigenæ capitaleſque hoſtes, qui prædicabant crederẽtur? Quod vt videas quantum ſit, quantumque vires excedat humanas, finge non in gentes, non in ciuitates ac populos, ſed in domum vnam, quempiam qui odio habeatur introire, vt cohabitantes ibi diuidat atque dirimat, abducatque patrem à liberis, liberos à matre, ab amantiſſima vxore maritum, & videbis antequam aperire os, mutireque poſsit, dicer ptum, atque dilaniatum. Quod ſi etiam de contemptis hominibus eſſe videatur, & oneroſa imperans, philoſophari delicijs deditos iubeat, & vnus ad multos certare audeat. Nonne antequam ad ianuam accedat, lapidibus obrutus iacebit? id igitur quod in vna domo facere impoſsibile eſt, in vniuerſo terrarum orbe Chriſtus per præcipia ignes præruptа, ſcopulos, per bella terra marique fremẽtia, Diſcipulis miſis perfecit: quæ omnia ſi certius perdiſcere velis, annonę dico inopiam, terræmotus cæteraſque tragicas ærumnas Ioſephum hiſtoriographum diligentius legat: hinc eſt quod doctiſsimus quidam author Germanus ſic explicat Chriſti ſententiã: Ite in vniuerſum orbem & prædicate Euangelium omni creaturæ, quod Apoſtolos feciſſe D. Paul. ex Dauidis oraculo demonſtrat:

Pſalm. 105.

In omnem (inquit) *terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Prædicatione ergo Apoſtolorum vera Chriſti fides, cæleſtiſque eius doctrina verbo Dei comprehenſa, per Apoſtolos eſt initio omnibus omninò hominibus annuntiata, qui pro Magiſtri ſui Spiritus ſancti ducatu, alij alio ſunt delati. Ex quibus vt Italia Petrũ & Paulum, ita Germania Diuum Thomam ſibi gratulatur fidei Chriſtianæ Magiſtrum.

TEXTVS.

BAPTIZANTES eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

D. Cyrillus Catheche. 3.

MAgna profecto res eſt fratres, magnaque cum attentione ad illam accedendum. Nam vnuſquiſque veſtrum aſsiſtet Deo coram multis Angelorum myriadibus, Spiritus ſanctus obſignauit animas veſtras: deligendi eſtis in militiam magno regi: itaque parate vos, & inſtructi eſtote non quod ſtolas veſtium ſplendidas induatis, ſed animæ bene conſciam pietatem. Non tanquam aquę ſimplici ſtudeas huic lauacro, ſed vt ſpirituali gratiæ, quæ cum aqua datur: nam vt illa, quæ in idolorum delubris offeruntur cum natura ſint pura, inuocatione dæmonum impura efficiuntur. Sic cõtra aqua ſimplex, per ſancti Spiritus, Chriſti, & Patris inuocationem accepta virtute ſanctitatem conſequitur. Cum enim duplex ſit homo, ex anima & corpore compoſitus, duplex quoque purificatio incorporea quidem, incorporeo, corporea vero corpori: & aqua ſane mũdat corpus, Spiritus autem ſignat animam, vt abluti in corpore aqua munda, & repurgati in corde, accedamus ad Deum. Qui itaq; in aquam deſcenſurus es, nõ aquæ ſimplicitati mentem adhibe, ſed Spiritus ſancti virtute ſalutem ſuſcipe. Nam ſine vtriſque ad perfectionem deduci non poteris. Non ego ſum qui dico, ſed Dominus Ieſus Chriſtus, ille qui eius rei poteſtatem habeti, nſi quis (inquit) renaſcatur deſuper, & addit, ex aqua & Spiritu non poterit intrare in Regnum Dei. Neque ſiquis aqua baptizetur abſque Spiritu, perfectam habet gratiam: neq; ſi quis etiam bene compoſitis, probiſque ſit moribus, nõ recipiat autem ſignaculum aquæ intrabit in Regnum cælorum. Audax eſt hic ſermo, ſed non meus, Ieſus enim eſt, qui hanc tulit ſententiam. Cuius rei ex ſacra Scriptura accipe demonſtrationem. Cornelius erat vir iuſtus, & Angelorum viſione dignus habitus: cum tanquam columnam bellam in cælo corã Deo ſuas orationes, & eleemoſynas cõſtituiſſet. Venit Petrus, & Spiritus infuſus eſt credentibus, & locuti ſunt linguis diuerſis, & prophetabant: & tamen poſt hanc Spiritus gratiam, dicit Scriptura: præcepit illis Petr⁹ vt in nomine Ieſu Chriſti baptizarentur, vt anima per fidẽ regenerata, & corpus per aquã, ſuſciperet gratiam.

Quod ſi quis ſcire deſiderat, quare per aquã potiuſquã per aliquod aliud elementum gratia detur, ſacras ſcripturas relegens inueniet.

Sine baptiſmo non eſt ſalus.

Præparatio ad Baptiſmũ

Aqua ſancti ficatur per inuocationẽ.

Anima per fidem, corpus per aquã regeneratur.

Magnum

Magnum enim quidam eſt aqua, & ex quatuor mũdi elementis appa.entibus pulcherrimum, Angelorum habitaculum eſt cęlũ: atqui ex aquis ſunt cæli, terra eſt hominũ locus atqui ex aquis etiã terra: & ante omnẽ rerũ creatarũ, ſex illis diebus diſtinctionem, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Principium mundi aqua, principiũ Euangelij Iordanus liberatio Iſraelis à Pharaone per mare facta eſt: & liberatio à peccatis mundi per lauacrum eſt aquæ in verbo Dei. Vbicunque fœdus aliquod inter Deũ & homines, ibi & aqua: poſt diluuium fœdus percuſſum eſt cũ Noe, fœdus & cum Iſraele ex monte Syna: verum hæc non ſine aqua, & lana rubea, & hyſopo. Elias aſſumptus eſt, ſed non ſine aqua. Prius enim tranſiuit Iordanem, deinde in cælum raptus eſt: prius abluitur ſummus Sacerdos factus. Quo modo enim ſuſciperetur pro alijs oraturus, qui nondum per aquam purificatus eſſet? Symbolum baptiſmi erat labrum in tabernaculo poſitum, veteris teſtamenti finis, & noui eſt principium baptiſmus. Ioannes erat dux eius, quo maior inter natos mulierum nullus, qui finis erat prophetarum. Omnes enim Prophetæ & lex vſque ad Ioannem. Et idem erat rerum Euangelicarum principium, initiũ enim Euangelij Ieſu Chriſti, & quæ ſequuntur, &c.

Geneſ. 1.

D. Auguſtinus lib. 2. contra Pelagianos, cap. 27.

SICVT generatio carnis peccati per vnum Adam in condemnationem trahit omnes, qui hoc modo generantur, ſic regeneratio Spiritus gratiæ per vnum Ieſum Chriſtum ad iuſtificationem vitæ æternæ, ducit omnes qui eo

A modo prędeſtinati regenerantur. Sacramentum autẽ baptiſmi profecto ſacramentum regenerationis eſt, quo circa ſicut homo qui non vixerit mori non poteſt, & qui mortuus non fuerit reſurgere non poteſt? Ita qui natus non fuerit renaſci nõ poteſt: ex quo conficitur neminem in ſuo parente renaſci potuiſſe non natum. Oportet autem vt ſi natus fuerit renaſcatur, quia *niſi quis natus fuerit denuo non poteſt videre Regnũ Dei.* Opor

Ioan. 3.

B tet igitur vt ſacramẽto regenerationis, ne ſine illo male de hac vita exeat, etiã paruulus imbuatur. Quod non fit niſi in remiſſione peccatorum, quod etiam in ſo loco Chriſtus oſtendit, cum interrogatus quomodo poſſent iſta fieri commemorauit, quid Moyſes fecerit in exaltatione ſerpentis. Cũ itaque per baptiſmi Sacramentũ, morti Chriſti conformantur infantes, eos à ſerpentis morſu faten

C dum eſt liberari, ſi à chriſtianæ fidei regula nolumus aberrare, quẽ tamen morſum nõ in ſua vita propria, ſed in illo cui primitus inflictus eſt, acceperunt. Neque illud fallat, quod ſi nec parenti poſt conuerſionem obſunt propria peccata, quanto magis inquiunt filio eius obeſſe non poſſunt: ſed qui hoc ſentiunt non attendunt, quia ſicut parenti per hoc quod ſpiritu renatus eſt propria peccata non

D obſunt, ita qui de illo natus eſt, niſi eo modo renaſcatur, quæ à parente tracta ſunt, oberunt. Quia & innouati parentes non ex primitijs nouitatis ſed ex reliquijs vetuſtatis carnaliter gignunt, & filij ex parentum reliqua vetuſtate toti vetuſti, in peccati carne propagati, damnationem veteri homini debitam ſacramento ſpiritalis regenerationis & renouationis euadunt. Illud namque præcipue,

propter

propter quæstiones, quæ de hac re motæ sunt vel moueri adhuc possunt, attendere ac meminisse debemus, tantummodo peccatorum omniũ plenam perfectamq; remissionem baptismo fieri, hominis vero ipsius qualitatem non totã continuo cõmutari, sed spiritales primitias in bene proficiẽtib⁹ de die in diem nouitate crescente commutare in se quòd carnaliter vetus est donec totũ ita renouetur, vt animalis etiam infirmitas corporis, ad firmitatem spiritalem incorruptionemq; perueniat.

D. Hieron. in c. 3. Abachuc.

Ierem. 18. INtendens quoq; arcum siue sagitas sceptra, idest, regna aduersum quæ Ieremias missus est eradicauit, destruxit & perdidit fecitq; vt nõ regnaret peccatũ in nostro mortali corpore. Sceptra autẽ, id est, regna diaboli quæ ostendit, & Domino, intellige diuersa peccata, auaritiam, luxuriã, iracundiã, detractionem, furta, periuria, aduersusq; sermo Dei sedens in equis & incurribus suis intendit fulgoris sui cõtorta spicula, interim nõ emittit vt qui ad extentũ arcum territus fuerit emissionẽ non sentiat sagittarum, & hoc faciet semper: quod Aquila interpretatus est pro diapsalmate, semper enim sedit in sanctis suis, semper armatus est, & acutas sagittas in linguis eorum præparans equitat, & huc illucq; discurrit in orbis salutem: Abach. 3. *Fluuios scindes terræ, &c.* Quia suscitauit Dominus arcũ suum vt tribubus iuramenta redderet, quæ loquutus est, Consequenter dicitur: *Fluuios scindes terræ*, idest. Reges terræ aduersum tuum populum dimicantes, diuides atque disperges iuxta septuaginta autem qui dixerunt: Fluuijs scindetur terra, primum ponamus exemplum, vt hoc quasi gradu ad altiora veniamus.

A Legimus in his qui de mirabilibus confecerunt volumina, & qui Olympiadas Græciæ ad nostram vsque memoriam perduxerunt, exponẽtes quid in singulis annis noui acciderit in mundo: quod inter cætera terræ motu eruperint flumina, quæ ante non fuerant: & rursum alia absorta sint & pessumierint: quod si licet omnes terrarũ venę quasi in humano corpore sanguinem, ita in se habeant latẽtes aquas, quæ terræ confussione rum B pantur, & manent flumina: hoc si intelligamus videamus animã humanam habere naturaliter aquas & fluuios, & per socordiam nostrã eos esse absconditos, & non fluere. Cum autem ad prædicationẽ sermonis Dei concussa fuerint, & de priori statu mota, tunc erumpere quod latebat, & in refectionem potantium fluere: hoc ipsum reor & illud significare in Genesi, quod fodiũtur putei à seruis Isaac, quos C ab Abrahã factos Philisthijm terra obrruerant. Quandiu viuit Abraham putei illius non clauduntur. Illo autem mortuo & puteis obturatis, si serui fodiant contradicunt Philisthijm, & iurgium est. Si vero ipse veniat Isaac, & fodiat puteum, & inueniat aquam Philisthijm, non valent cõtradicere. Vide Petrum & Paulũ, & de Puteis Christi fluuiisq; non D ambiges cerne omnes Apostolos, & iã non quatuor flumina sed duodecim fluuios intellige exire de Paradiso scripturarũ. Isti fluuij antequam terra cõmouerentur latebant, & cum essent in terræ venis sitientibus pocula non præbebãt, postquã vero ad aduẽtũ Christi orbis & omnis terra concussa est subito proruperunt, tunc completum est: *Posuit flumina in desertum & exitus aquarũ in sitim, terrã fructiferã in salsuginẽ à malitia inhabitantium in ea. Posuit desertum in paludes aquarum*

Duodecim Apostoli duodecim flumina scripturarum.

Psalm. 106.

& terrã ſine aquã in fontes aquarum, & habitare fecit ibi eſurientes, & conſtituerunt ciuitatem ad habitandum. Poſtquam enim Dominus venit in mundũ, & completum eſt illud quod dixit in Euangelio. In iudicium ego in mundum iſtum veni vt qui non videbant viderent, & qui videbant cæci fierent. Tunc terra Iſrael de qua fluuij ante manabant, & irrigabant vniuerſum Iudeæ populum aruit: & fontes illius obturati ſunt. Vniuerſus autẽ orbis qui erat deſertus & ſterilis, & aquas prædicationis Dominicæ non habebat, verſus eſt in paludes aquarũ, & quot doctores emiſit, tot habuit & fontes, nec ſufficit eis, fontibus videlicet atq; fluminibus, irrigare orbis populos: ſed in vnaquaque prouincia eos qui eſuriebant & patiebantur famem ſermonis Dei, in vnum populum congregantes extruxerũt Eccleſiam, quæ dicitur ciuitas ad inhabitandum, & quam lætificat impetus fluminis.

Mundus qui aqua Dominicæ prædicationis carebat verſus eſt in riuos aquarum.

Cõcilium Coloni, de Sacramento Baptiſmi.

Bæptiſmi vocabulũ quid ſignificet.

BAptiſmus Græca vox eſt, ſignificans tinctionem, ſeu lotionem. Quamobrem vocabulũ in genere, etiam ad lotionem rerum externarum accõmodatur, ſicut Marc. 7. legimus, Phariſęi & omnes Iudæi à foro venientes, niſi baptizentur non comedunt, & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt eis ſeruare, & Baptiſmata calicum & vrceorũ, & æraramentorũ & lectorum: transfertur item ad calicem paſsionis Dominicæ, & mortis eiuſdem, Marc. 10. Poteſtis baptiſmo quo ego baptizor baptizari, id eſt ſanguinem fundere & ſupplicium mortis meæ ſufferre? Et Luc. 11. Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coartor vſque dũ

A perficiatur? id eſt patiendum mihi eſt pro ſalute generis humani, id quod ſumme deſidero (ſed quod ad propoſitum noſtrum attinet, pro lauacro regenerationis accipitur, quod eſt omnium Sacramẽtorum primum, & ianua qua in Eccleſiam & ad cætera ſacramenta peruenitur.

Baptiſmus ianua in Eccleſia.

Idem.

B IN baptiſmo duo ſunt, verbum & elementum verbum eſt ipſa inuocatio Trinitatis, huic diuinę promiſsioni innixa. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: quæ per agitur hiſce verbis à Chriſto traditis. Videlicet, ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, in quod quidem verbum in primis intuendum eſt: in aqua enim verbum mundat, detrahe verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? Accedit verbum ad elemen

Baptiſmi partes.

Auguſt. in Ioan. tract. 80.

C tum & fit ſacramentum. Vnde iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tãgat, & cor abluat, niſi faciente verbo? non quia dicitur aut pronuntiatur, ſed quia creditur. Nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens. Propterea dixit Apoſtolus: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſeipſum pro ea vt eam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo.* Mundatio igitur nequaquam fluxo, & labili tribueretur elemento, niſi accederet

Idem in Ioã. tract. 53.

Auguſt. contra Faut. lib. 19. c. 16. Ephe. 5.

D verbum quo accedente fit Sacramentum, quod perinde ſe habet atq; viſibile verbum. Nam cum dicit miniſter: Baptizote in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, ſenſus verborum eſt: hoc viſibili ſigno tecum paciſcor ac teſtor te reconciliari Deo, te recipi à Deo qui eſt Pater, Filius, & Spiritusſanctus. Nã quid aliud eſt baptiſmus quam fœdus Dei cum homine, & homi-

Sentẽtia verbi, baptiſmi.

Baptiſmus fœdus Dei cum homine, & fœdus hominis cum Deo.

hominis cum Deo? Nã quatenus homo ſathanæ & mũdi gloriæ põpiſque abrrenũtiat & ſe vero Deo aſtringit, ad mortificandũ per omnem vitam membra peccati eſt fœdus hominis cũ Deo. Rurſus quatenus & Deus viciſsim homini aſtringit, quod peccata illi remittat, quod propter filium recipiat, quod Spiritum ſanctum donet, qui viuificet & ſanctificet fœdus Dei cũ homine dici poteſt, quod D. Petrus grauiſsime teſtatur. *Sic & vos* (inquit) *baptiſma ſaluos facit, non carnis depoſitio ſordium, ſed cõſciẽtiæ bonæ interrogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis:* id eſt, baptiſmum eſſe non tantum externã ſordium corporis ablutionẽ, ſed partum bonæ conſcientiæ erga Deũ per reſurrectionem Chriſti, quo Deus erga nos teſtatur ſe nobis placatum eſſe propter reſuſcitatũ Chriſtum, vt viciſsim hoc fœdere bona conſcientia bene reſpõdeat apud Deum cõfidens ſe habere placatum Deum propter Chriſtũ. Typus autem baptiſmi in veteri lege circunciſio fuit, in myſterio & ſignificatione cum baptiſmo cõueniẽs, adeo vt beatus Athanaſius dixerit baptiſmum eſſe ipſam circunciſionẽ ſpiritualem. Quemadmodum enim circũciſio ſignũ ſeu pactũ fœderis inter Deũ & Abrahã, & Abrahæ poſteros fuit (vt ſcriptura dicit) *Statuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus tuis fœdere ſempiterno vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Et tu ergo cuſtodies pactum meũ, & ſemen tuũ poſt te in generationibus ſuis:* Quod pactum ſubinde exprimens ait: *Hoc eſt pactum meũ quod obſeruabitis inter me & vos: circũcidetur ex vobis omne maſculinum, & circumcidetis carnem præputij veſtri, infans octo dierum circuncidetur in vobis, eritq; pactũ meum in carne veſtra in fœdus æternũ.* Ad eundẽ modum in Euangelio Diſcipulis loquitur Chriſtus: *Ite* (inquiens) *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti.* Et in Actis ait Petr⁹. *Baptizetur vnuſquiſq; in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorum.* Et quẽadmodum dicit ſcriptura veteris legis: *Maſculos cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactũ meum irritũ fecit:* ita de baptiſmo dicit Chriſtus. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire in Regnum Dei.*

Ad Tit. 3.

1. Pet. 2.

Ad Rom. 6.

Auguſt. in Ioann. tract. 80.

Circunciſio figura baptiſmi.

Athanaſ. lib. quæſt. quæſt. 38.

Geneſ. 17.

Analogia baptiſmi ad circũciſionem.

Matt. 24.

Actor. 2.

Geneſ. 17.

TEXTVS.

DOcentes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui vobis, & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.

Theophyl. in Matt. c. 28.

QVia non ſufficit baptizari tantũ, ſed etiã bene operandũ eſt poſt baptiſma, dicit: *Docentes eos ſeruare omnia quæcunq; præcepi vobis.* Nõ vnũ vel duo ſed omnia mandata mea: horreſcam⁹ & timeamus fratres quia ſi vnum nobis defecerit, non erimus perfecti ſerui Chriſti. Omnia enim exiguntur, vt ſeruẽtur. Vide autẽ Domini ſermonẽ quomodo vtrumq; chriſtianiſmi caput complectatur. Contẽplatiuã & practicã virtutẽ. Dicẽdo quidẽ quod oporteat baptizari in nomine Trinitatis, contẽplatiuã nobis tradidit. Dicendo autẽ quod oporteat docere & mãdata tenere, practicã interducit. Et Chriſtus hic

ſecundū mētem Chryſoſ. Hieron. & Bedę, hoc loco nō ſolū de diuina ſed de humana etiā præſētia loquitur, non quod quatenus homo eſt, corpore cū Apoſtolis futurus eſſet preſens. Sed quod fauorē & auxiliū ſuum preſentiā appellet, quod non ſolū quatenus Deus, ſed etiā quatenus homo, Apoſtolis preſtiturus erat. Dicitur enim cū illis futurus eſſe, quia auxilio illis omnibus in rebus futur⁹ erat. Sicut De⁹ dicitur cū Ioſeph fuiſſe, & cū eo in

Sap. 10. foueā deſcendiſſe, quia illū in carcere opem tulit. Venditū (inquit) iuſtū non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit illum, deſcenditq; cū illo in foueā, & Acto. 7. & Patriarchæ æmulantes Ioſeph, vēdiderūt in Ægyptū, & erat Deus cū eo, & vt Dauid teſtatur: *Multæ tribulationes iuſtorū, & de omnibus his liberauit eos Dominus.* Et vt Paulus Deū ſe ex omnibus perſequētibus eum eripuiſſe gloriatur. Et Chriſtus cū Stephano fuit cū lapidaretur, quia Stephan⁹ cū in cęlo ſtantē, & quaſi manū porrigentem, auxiliumq; ferentē vidit. Et quemadmodū De⁹ Ieremiæ Prophetę officiū recuſanti dicit: *Ne timeas à facie eorū quia ego tecū ſum vt eruam te dicit Dominus* Et vt Ezechieli dicit Dominus. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum & frontem tuam auriorem frontibus eorum vt adamātem & vt ſilicem dedi faciem tuam ne timeas eos neq; metuas à facie eorum.* Id eſt fortes quidem illi ſunt ſed ego te fortiorem faciam, & hoc eſt. *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.*

Pſalm. 33

2. ad Tim. 3.

Actor. 7.

Ierem. 1.

Ezechiel. 3.

Proſper. lib. 2. de vocatione gentium, cap. 2.

MIſis enim ad pugnā auxiliū promittit, & cū ſicut oues introieritis in mediū luporū. Nolite de veſtra infirmitate trepidare, ſed de mea poteſtate confidite, qui vos vſq; ad conſummationē ſeculi in omni hoc opere non derelinquam. Non ad hoc, vt nihil patiamini, ſed quo multo maius eſt præſtiturus vt nulla ſæuientiū crudelitate ſuperemini, in mea enim poteſtate prædicabitis, & per me fiet vt inter contradicentes interfurentes Abrahæ filij de lapidibus ſuſcitentur. Ego inſinuabo quod docui: ego faciam quod promiſi. Deniq; quemadmodum cū ad prædicandum Iudæis Euangelium Apoſtolos mitteret, præſentiam illis & auxilium Spiritus ſancti promiſit, dicens: *Cum autē tradēt vos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, non enim vos eſtis qui loquimini ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.* Ita nunc ad docendas omnes gentes Apoſtolis miſſis ſuā præſentiam & auxiliū pollicetur.

Matt. 10.

D. Auguſt. de Geneſ. ad lit. lib. 6. cap. 8.

QVomodo ergo loquebatur (inquit) eis qui nondū audiebāt, neq; intelligebāt, quia neq; erant qui verba perciperēt? Poſſē reſpōdere ſic illos allocutū Deū, quemadmodū Chriſtus nos nondū natos, etiā longe poſt futuros, nec tā tū nos ſed etiā eos omnes, qui futuri ſunt poſt nos omnibus enim dicebat, quos ſuos futuros videbat: *Ecce ego vobiſcū ſum vſque in conſummationem ſeculi.* Sicut Deo notus erat Propheta cui dixit: *Priuſquam te formarem in vtero noui te.* Sicut decimatus eſt Leui, cū eſſet in lūbis Abrahæ. Cur enim non ita & ipſe Abrahā in Adam, & ipſe Adā in primis operib⁹ mūdi quæ De⁹ creauit omnia ſimul? ſed verba Domini per os carnis ei⁹, & verba Dei per ora Prophetarū temporali corporis voce proferūtur, & omnibus ſyllabis ſuis congruas temporum moras ſumunt atque conſumunt.

Ierem. 1.

TEX-

TEXTVS.

ET ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi.

Theophyl. in Matt. cap. 28.

VIDE & iſtud. Quomodo memor fuerit cõſummationis, vt magis illos excitet ad contemnendum grauia. Ne grauatim feratis, finem enim habitura ſunt omnia mundana, ſiue aſpera ſint ſiue proſpera, atq; ideo ne ſuccumbatis in aduerſis, prætereũt enim, neque proſperis decipiamini, finẽ enim habitura ſunt. Non ſolum autẽ hoc Apoſtolis eſt pollicitus, quod cum ipſis ſit, ſed ſimpliciter Diſcipulis ſuis omnibus. Neque enim Apoſtoli vſque ad finem mũdi victuri erant: vnde & nobis, & his qui poſt nos erunt, promiſſit hoc, non quod ante conſummationem præſens, poſt conſummationem mundi adfuturus ſit. Abſit tunc enim magis nobis aderit, & clarius & mundius. Nam vbi donec, vel vſque, in ſcriptura inuenitur, nõ admit quod poſterius, quo circa gratias agamus Domino, qui & nunc nobiſcũ eſt, & omne bonũ ſuppeditat, & iterũ nobiſcum erit perfectius poſt conſummationẽ.

Finem habitura ſunt omnia proſpera & aſpera.

Beda in Matth. cap. 28.

ECce ego vobiſcum ſum, &c. Marcus ait. *Dominus quidẽ Ieſus poſt quam locutus eſt eis aſſumptus eſt in cælum & ſedet à dextris Dei.* Quia enim ipſe Deus & homo eſt, aſſumptus eſt in cælũ, & ſedit ab humanitate quã de terra ſuſceperat, manet cũ ſanctis in terra diuinitate qua terram pariter implet & cælum. Notandũ interea, quod preſens vbiq; eſt Diuina maieſtas, aliter electis ſuis, aliter eſt reprobis, adeſt enim reprobis potentia naturæ incõpre-

Marc. 14.

A henſibilis, quia omnia cognoſcit nouiſsima & antiqua intelligit cogitationes à longe, & omnes vias ſingulorũ præuidet, adeſt electis gratia piæ protectionis, quia illos ſpecialiter per præſentiã dona vel flagella quaſi filios Pater erudit, vſq; ad poſſeſsionem futuræ hæreditatis erudiendo prouehit. *Pſalm. 138.*

Gloſ. Ordin. & Nico. de Lyra

B *ET ecce ego vobiſcũ ſum, &c.* Quæ autẽ merces piæ conuerſationis quodue pignus futuræ beatitudinis etiã in preſenti ſit fidelibus ſubdit: *Ecce ego vobiſcum ſum, &c.* Quod Apoſtolis per ſucceſsiones vniuerſalis Eccleſiæ promittit. Nota quod vſq; in finẽ ſeculi nõ ſunt deſituri à Chriſto, qui diuina manſione ſunt digni. Lyra. *Ecce ego vobiſcũ ſum, &c.* Et hoc dupliciter vno modo aſsiſtẽdo eis in operibus miraculoſis ad cõfirmationem doctrinæ alio modo exiſtendo in Sacramẽto Euchariſtiæ, vbi eſt totus Chriſtus, vt patet ex prædictis: *Vſque ad conſummationẽ ſeculi.* Ex quo patet, quod fides Catholica nõ deficiet vſq: ad finem mundi, quantũ cumq; tribulationib⁹ agitetur. Aduertendũ etiã quod licet Deus nõ aſſiſtat cõtinue doctoribus Eccleſiæ, per operationẽ miraculorum, quia nõ eſt neceſſe cũ fides Catholica ſufficienter ſit confirmata per miracula facta in primitiua Eccleſia, tamen aliquãdo hoc modo aſſiſtit Eccleſiæ faciendo miracula aliqua ad cõſolationẽ fideliũ. Aſſiſtit etiam Eccleſiæ ſemper ipſam dirigendo per occultos inſtinctus Spiritus ſancti, vt ſic non deficiat fides Petri.

C

D

DOMINICA PRIMA POST PENTECOSTEN.

Euangelium, Lucæ. 6. Matth. 7.

TEXTVS.

ESTOTE misericordes sicut & Pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite cõdemnare, & nõ condemnabimini. Dimittite, & dimitemini. Date, & dabitur vobis mẽsuram bonã, & confertã, & coagitatam, & super effluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mẽsi fueritis, remetietur vobis.

Theophilactus in Lucam. capit. 6.

CVM Apostoli ad prædicandum mittẽ di erant, & expectabantur multi persecutores & insidiatores. Si igitur Apostoli in persecutione sua dolentes adiudicandum eos, qui se offenderant, conuersi fuissent, siluissentque, & non docuissent, extinctus vtique fuisset sol Euangelij propterea Dominus anticipans, admonet Discipulos ne vindictam de inimicis sumant, sed omnia quæ eueniunt fortiter ferant, quãuis quidam iniuria eos afficiant, quanuis irreligiose insidiẽtur, sicut & ipse in Cruce faciebat, dicens: *Pater dimitte eis, nesciunt enim quid faciunt.* Deinde ne Apostoli dicere possint impossibile esse præceptum diligendi inimicos,

Non sumenda vindicta. Lucæ. 28.

A dicit: *Quod tibi vis fieri, hoc et alijs facito & esto talis alijs, quales alios tibi esse vis.* Si quidem duros & incõpatientes & iracundos volueris esse tibi inimicos, esto & tu talis. Sin illos volueris esse bonos compatientes, & iniuriarum immemores, ne impossibile credas esse quod & tu talis fias. Vides legem naturalẽ in cordibus nostris scriptam? Sic & Dominus dicit: *In diebus illis dabo leges meas in mentem illorum, & in corda illorum scribam eas.* Postea & alia necessitate nos vrget. *Si diligitis eos qui vobis benefaciũt similes estis peccatoribus & gentilibus. Sin diligitis eos qui vobis malefaciunt, similes estis Deo, qui est bonus ingratis & malis.* Vtrum igitur Deo vel peccatoribus similes fieri vultis? vides diuinam doctrinam? primum à naturali lege te docuit. Nã quod tibi vis fieri, hoc etiam alteri fac. Deinde à fine hac mercede. Mercedem

Lucæ. 6.

Ierc. 31.

Lex naturæ cordibus inscripta hominum. Matth. 5.

cedē enim pollicetur vobis, quod similes fiatis Deo. Non per æqualitatem, ſed qualitatē ſimilitudinēque declarat, & eam quidem ſimilitudinem, quæ inter Deum & hominem, non quæ inter hominem & hominem eſſe poteſt. Sicut Chriſtus orat, *Vt ſimus vnum ſicut ipſe cū Patre vnum eſt.* Nec enim illam, quę inter Patrem & Filium eſt, naturalem æquitatem æquare poſſumus, ſed poſſumus tamen imitari. Proponit nobis Chriſtus ſignum ad collimandum quo ſcit nos peruenire nō poſſe, vt quò poſſumus perueniamus. Non vult nos eouſque progredi: ſed non ſtare. Vult autē nos omnibus in rebus quam ſimillimos eſſe patri, ſed in ea maximè quæ illi maximè propria miſericordia. Itaque quod Matthæus dicit: *Stote perfecti.* Lucas dicit: *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.*

Ioann. 17. & 21.

Luc. 6. & 16

Dionyſius in Luc. cap. 6.

Estote ergò miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Miſericordia virtus eſt, qua quis alterius miſeriæ condolet, releuatque eandem propoſſe. Deo ergò miſericordia non competit quantum ad primū iſtorū, quia cōpaſsionis affectus in diuinitatis inuariabili impaſsibilique natura non cadit, ſed ſecūdum iſtorū perfectiſsimē conuenit Deo qui omnibus indigentibus & miſeris ad ſe clamantibus ſubuenit, miſeriam culpæ aufert, de neceſſarijs prouidet, & tandem ab omni calamitate culpæ, ac penæ ereptos, ad æternam fœlicitatē perducit, imò ingratos & peſſimos ſepiſsimè preuenit gratioſe, hortatur, conuertit, ſaluificat, dona quoque naturæ, & bona fortunæ bonis & malis indifferenter & copioſè largitur. Vnde in Matthæo aſſerit: *Pluit ſuper iuſtos, & iuſtos, & ſolem facit oriri ſuper bonos & malos.* Quemadmodum ita ipſe ſuper clementiſsimus Deus ex pura ſua bonitate & maxima pietate, non propter vtilitatem aut profectum ſibi inde venientem, ſed ob noſtram ſalutem hęc operatur, & taliter miſeretur, ita & nos alijs compati & ſubuenire ex charitate, & pietate debemus ad vtilitatem, profectum & ſalutem eorum, non proprij intuitu commodi. Talis miſericordia nos Deo vehemēter commēdat, confirmat, charos efficit, atque placentes, per quam & miſericordiam impetramus à Deo iuxta illud Matthæi: *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Inſuper cum duplex ſit materia (vt pote culpæ) de qua in prouerbijs. *Sapiens miſeros* (inquiens) *facit populos peccatum*, & hęc miſeria eſt ipſamet culpa beatitudinis excluſiua, & repugnatiua. Alia eſt miſeria pœnæ ſcilicet, aduerſitatis, tribulationis vel indigētiæ, de qua ſanctus Iob ait: *Ad meas miſerias deuoluti ſunt.* Multo autem maior eſt miſeria culpæ quam pœnæ, ideò potiſsimū miſericordes eſſe debemus, ſuccurrendo proximis, vt à peccatis ſuis purgentur ipſos hortando, docendo, corripiendo, pro ipſis orando, & peccatis etiam dum peccant in nos condolendo, non mox indignando, iraſcendo, aut vleiſcendo. Quod ſi fecerimus tunc Deus peccantibus nobis miſericorditer indulgebit, gratiamque emendationis infundet. Deniq; ſi penſemus quàm graue atque nociuum ſit vulnus peccati in anima, peccantibus vtique cordialiſsimè compatiemur, & primò nobis metipſis prout ordo charitatis eſflagitat, ſicut in prouerbiis ſcriptum eſt: *Benefacit animæ ſuæ vir miſericors.* Et alibi. *Miſerere animæ tuæ placēs Deo.* Hinc teſte Ambroſio,

Matth. 5.

Ex charitate & pietate compati & ſubuenire proximos tenemur.

Matth. 5.

Prouc. 14.

Proximos omnino ſuccurrere tenemur

In miſericordia & pietate Religionis ſumma conſiſtit.

Prouer. 2.

Eccli. 30.

broſio, ſumma Chriſtianæ religionis, in miſericordia & pietate conſiſtit.

Ambroſius officiorum, c. 11.

Matth. 5. ET ſupra habes ſcriptum vbi diligendos inimicos, & orandum dicit pro calumniantibus, & perſequentibus nos, & benedicere maledicentes. Hoc nos facere debemus, ſi volumus perfecti eſſe, ſicut Pater noſter qui in cælo eſt, qui ſuper bonos & malos ſolem ſuum iubet radios ſuos effundere, & pluuias & rore terras vniuerſorum ſine vlla diſcretione pinguescere. Hoc eſt igitur perfectũ officium quod Katorzoma, dixerunt Græci, quo corriguntur omnia, quæ aliquos potuerunt lapſus habere. Bona etiã miſericordia, quæ & ipſa perfectos facit, quia imitatur perfectum patrem, nihil tam commẽdat Chriſtianam animam, quàm miſericordia, primũ in pauperes, vt communes iudices partus naturæ, quæ omnibus ad vſum generat fructus terrarum. Vt quod habes, largiaris pauperi, & conſortem & conformem tuum adiuues. Tu nummum largiris, ille vitam accipit, tu pecuniam das, ille ſubſtantiam ſuam æſtimat. Tuus denarius cenſus illius eſt. Ad hæc plus ille tibi confert, cum ſit debitor ſalutis: ſi nudũ veſtias, te ipſum induis iuſtitiam. Si peregrinum ſubtectum inducas tuum, ſi ſuſcipias egentem ille tibi acquiret ſanctorũ amicitias, & eterna tabernacula. Non mediocris iſta gratia. Corporalia ſeminas, & recipis ſpiritalia. Miraris iudiciũ Domini de ſancto Iob? Mirare virtutem eius qui poterat dicere.

Eleemoſyna cenſus eſt.

Iob. 29. *Oculus eram cæcorum, pes claudorum. Ego eram infirmorum pater, velleribus agnorum meorum calefacti ſunt humeri eorum. Foris non habitabat peregrinus. Oſtium autem meum omni venienti patebat.* Beatus plane, de cuius domo nunquam vacuò ſinu pauper exiuit. Nec enim quiſquã magis beatus, quàm qui intelligit ſuper pauperis neceſsitatem, & infirmi atque inopis ærumnam: in die iudicij habebit ſalutem à Domino, quem habebit ſuæ debitorem miſericordiæ.

Auguſtinus in Epiſt. Ioannis tracta. 5. tom. 9.

QVI autem habuerit facultates mũdi, & viderit fratrem ſuum eſuriẽtem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo poterit dilectio Dei manere in eo. Ecce vnde incipit charitas ſi nondum es idoneus mori pro fratre, iam idoneus eſto dare de tuis facultatibus fratri. Iam percutiat viſcera tua charitas, vt non de iactantia facias, ſed de intimo adipe miſericordiæ, vt conſideres illum in egeſtate poſitum. Si enim ſuperflua nõ potes dare fratri tuo, animam tuam poteſt dare pro fratre? iacet pecunia in ſinu tuo quã tibi fures poſſunt auferre. Et ſi illam non auferent fures, moriendo illam deſeres, etiam ſi te illa viuentem non deſerat. Quid inde facturus es? eſurit frater tuus in neceſsitate poſitus eſt, fortaſsis ſuſpenditur à creditore anguſtiatur. Non habet ipſe, habes tu, frater eſt, ſimul empti eſtis, vnum eſt pretium veſtrum, ambo ſanguine Chriſti redempti eſtis. Vide ſi misereris, ſi habes facultates mundi. Quid ad me pertinet forte dicis? ego daturus ſum pecuniam meam ne ille moleſtiam patiatur? Si hoc tibi reſpõderit cor tuum dilectio patris non in te manet, ſi dilectio patris non in te manet, non es natus

tus ex Deo, quomodo te gloriaris esse Christianum? Nomen habes. & factum non habes: si autem nomen secutum fuerit opus, dicat te quisquam Paganum, tu factis ostẽde Christianũ, nã si factis nõ ostẽdis Christianum, vt omnes te Christianum vocent, quid tibi prodest nomen, vbi res nõ inuenitur? *Qui autem habuerit facultates mundi, & viderit fratrem ſuum egentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo poteſt dilectio Dei manere in eo?* Et sequitur. *Filioli non diligamus verbo tantum & lingua, ſed opere & veritate.* Puto manifestum esse vobis magnum & necessarium secretum & sacramentum fratris mei. Quid valet charitas? Omnis scriptura cõmendat. Sed nescio si alicubi amplius quã in ista Epistola comendatur. Rogamus vos & obsecramus in Domino vt & illa quæ audistis, memoria teneatis, & ad ea quæ dicenda sunt donec finiatur ipsa epistola intenti veniatis, intenti audiatis.

Auguſt. in Pſalm. 147.

Iacob. 2. SED quid dicit Scriptura? *Iudicium ſine miſericordia ei qui non fecit miſericordiam.* Quantumcumque proficias sperabis in misericordiam. Nam si iustitia sine misericordia prolata fuerit, in quoli bet quod damnet inueniet. Quæ nos cõsolatur Scriptura? Quę hortatur ad misericordiam faciendã, vt omninò crebrescamus in erogando quod amplius habebamus. Multa autem superflua habemus, si non nisi necessaria teneamus. Nam si innania quæramus, nihil sufficit. Fratres quærite quod sufficit operi Dei, non quod sufficit cupiditati vestræ: Cupiditas vestra, non est opus Dei, forma vestra, corpus vestrum, anima vestra, hoc totum opus Dei. Quærte quæ sufficiant, & videbis quam pauca sint. Viduæ suffecerunt duo minuti nummi ad faciẽdam misericordiam, suffecerunt duo nummi ad emendum Regnum Dei. Ad vestiendos totiens veneratores quid sufficit editori? Videte quia non solum pauca sunt quæ vobis sufficiant, sed nec ipse Deus multa à vobis quærit, quære quantum tibi deerit, & ex eo tolle quod sufficit. Cætera quæ superflua iacẽt, aliorum sunt necessaria. Superflua diuitum, necessaria sunt pauperum. Res alienæ possidentur, cum superflua possidentur: faciens ergò huiusmodi misericordias, & illam præcipuè quæ gratis constat. Dimitte, sicut dimittimus, qua non nisi charitatem erogas, quæ crescit cum erogas: faciens ergò, & ferueus in ipsis bonis operibus misericordiæ, quæ iam bona opera, vt iam diximus, tunc non erunt necessaria, quia nullus erit miser in quem facienda sit misericordia, expectabis securus iudicium, non tam securus de iustitia tua, quam securus de misericordia Dei, quia & tu misericordiam prærogasti. *Iudicium enim ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam, ſuperexaltat autem* (inquit) *miſericordia iudicium.* Iacob. 2. Ne putetis fratres quia tunc non est iustus quando nostri non miseretur, aut recedit à regula iustitię suæ. Et cum dãnat iustus est, & cũ miseretur iustus est. Quid enim tam iustum quàm reddere misericordiam præroganti? Quid tam iustum, quam vt in qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis? Da egenti fratri. Cui fratri? Christo: si ergò quia fratri Christo, & quia Christo Deo, qui est super omnia benedictus in secula. Deꝰ egere à te voluit, & tu manus retrahis? Certè tu porrigis manũ

Diuitum ſuperflua, pauperum neceſſaria.

& petis à Deo: audi ſcripturam:
Eccli.4. *Non ſit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Erogari ſibi vult Deus ex illo quod dedit. Quid enim das quod ille non dedit? Quid enim habes, quod non accepiſti? Aut verò non dico Deo; ſed cuilibet de tuo das aliquid. De illius das, qui iubet vt des. Prærogator eſto non in vaſor. Hæc ergo faciens, & ſi bona humilitate dicis de illo oleo, ne forte non ſufficiat nobis, intras & clauditur: audi Apoſtolum hoc dicentem. *Mihi*
1.Cor.4. *autem minimum eſt vt à vobis diiudicer.* Quando enim poteſtis diiudicare conſcientiam meam? Quando examinare quo animo facio quicquid facio? quantum poſſunt homines de alio iudicare? Plus homo vtiq; ipſe de ſe, ſed Deus plus de homine, quàm homo de ſe. Ergò ſi talis fueris intrabis, in quinq; illis virginibus eris, cæteræ fatuæ excludentur: nam hoc habes in Euangelio. *Claudetur oſtium, & ſtabũt & clamabunt, aperi nobis, & nòn aperietur.*
Pſalm. 147. Quoniam confirmabit vectes portarum tuarum. Confirmabit, inquit vectes portarum tuarum, ſecura inſta, ſecura lauda, ſine fine lauda: fortiter clauſæ ſunt portæ tuæ, non exit amicus, non intrat inimicus. Confirmauit vectes portarum tuarum.
Matt.25.

Origen. homi.4. in c. 6. Leuit.

VIdeamus, quod eſt depoſitũ, quod nunc fidelium quiſq; ſuſcepit. Ego puto, quod & ipſam animam noſtram, & corpus depoſitum accepimus à Deo. Et vis videre aliud maius depoſitum, quod accepiſti à Deo? Ipſi animæ tuæ Deus imaginem ſuam & ſimilitudinem commendauit. Iſtud ergò depoſitum tam integre tibi reſtituendum eſt, quàm à te conſtat eſſe ſuſceptum. Si enim ſis miſericors ſicut Pater tuus cæleſtis miſericors eſt, imago Dei in te eſt, & integrum depoſitum ſeruas. Si perfectus es ſicut Pater tuus in cælis perfectus eſt, imaginis Dei in te depoſitum manet. Similiter & cætera omnia, ſi pius, ſi iuſtus, ſi ſanctus, ſi mũdus corde, & omnia quæ in Deo præſto ſunt per naturam: ſi tibi per imitationem ſubſiſtant, depoſitum apud te diuinæ imaginis ſaluum eſt. Si verò è contrario agas, & pro miſericorde crudelis, pro pio, impius pro benigno uiolentus, pro quieto turbulẽtus, pro liberali raptor exiſtas abiecta imagine Dei, diaboli in te imaginem ſuſcepiſti, & bonum depoſitũ tibi diuinitus commendatum abnegaſti, aut nõ hoc erat quod ſub myſterio Apoſtolus electo diſcipulo mãdabat Timotheo, dicẽs: *O Timothæe, depoſitum cuſtodi bonũ.* Ego etiam illud addo, quod & Chriſtũ Dominum depoſitũ ſuſcepimus, & ſanctum Spiritum depoſitũ habemus. Videndum ergo nobis eſt ne hoc ſancto depoſito nõ ſanctè vtamur, & cum nos in conſenſum ſuum peccata ſollicitant, iuremus nos ſuſcepiſſe depoſitum, quod vtique ſi habemus in nobis, peccatũ conſentire non poſſumus. Sed & ipſe ſenſus rationabilis, qui in me eſt commendatus mihi eſt, vt eo vtar ad intelligentiam diuinorũ: Ingenium, memoria, iudicium, ratio, & omnes qui intra me ſunt motus, commendati mihi videntur à Deo, vt eis vtar in his, quæ præcepit lex diuina. Si vero ad malas artes ſolers & perſpicax vertamus ingenium, & rebus Dei abutamur in his, quæ non vult Deus, hoc eſt abiurare depoſitum, & beneficia vertere in perfidiam. Poſthæc de rapina dicitur: ſunt autem raptores boni, & mali. Boni quidem, illi, de quibus dicit Saluator: quia

Re-

Regnum cælorum rapiunt. Mali raptores sunt, de quibus dicit Propheta. *Et rapina pauperum in domibus vestris est.* Si homo nõdum purgatus à vitijs, nondum segregatus à profanis, & sordibus actibus, velit se cętui sanctorum, & perfectorum latenter ingerere, & sermonẽ quo perfecta tractantur audire, huiusmodi secretorum & perfecto- A rum scientiam, non bene rapit. Meminisse enim oportet præcepti Saluatoris, quo dicit: *Quia nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin & vtres rumpentur & vinum peribit.* Ostendens quod animæ nõdum renouatæ, sed in vetustate malitię perdurãti, nõ oporteat nouorũ mysteriorũ, quę per Christũ mundus agnouit, secreta cõmitti.

Esai. 3.

Matth. 9.

TEXTVS.

NOLITE iudicare, & non iudicabimini.

Chrysostomus 2. expos. in c. 7. in Matth.

QVidam hunc locum secundũ huiusmodi sensum exponũt, dicentes, quia Dominus hoc mandato non prohibet Christianos, ex beneuolentia corripere alios Christianos dignos correptione: sed ne aut per iactantiam iustitiæ suæ Christianos despiciant peccatores derogantes frequenter de multis, & ex solis plerumque suspicionibus odientes cæteros & condemnantes, & sub specie pietatis proprium odium exequentes. Et vt ne sic quidem Christiani corripiant Christianos, conuenit sermo, qui dicit. *Nolite iudicare.* Si autem corripuerint, vtrum conueniat illud quod dicit: *Vt non iudicemini*, nescio. Nunquid propter illud solum, si sic non corripuerint peccatores, consequentur indulgentiam peccatorum suorum, secundum quod dictum est. *Vt non iudicabimini?* Si enim iudicantes, sicut iudicare non decet, malefaciunt: sine dubio non iudicantes, veniam peccatorum priorum, ex hoc non consequentur, quia non iudicauerunt malè. Quis enim cõ- B sequitur indulgentiam mali sui prioris, quia non addit & alterum malũ? Certè si in se peccantes non iudicauerint, nec ipsi iudicabuntur à Deo pro suo peccato. Hæc diximus volentes ostendere, quia hic sermo non est positus de proximis non iudicandis, qui peccãt in Deum, sed qui in nos peccant. Quid ergo est? Vsque nunc exposui consequentiam ad iustitiam eleemosynæ pertinentem, nunc autem incipit exponere consequẽ- C tiam ad iustitiam orationis respicientem. Et est doctrina hęc quodammodo pars ipsius orationis. Vt sit talis ordo narrationis. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Nolite iudicare vt non iudicemini.* Qui enim non iudicat proximum suum propter peccatum quod fecit in ipsum illum nec Deũ iudicat propter peccatum quod fecit in ipsum: sed dimittet Deus debitum eius, sicut & ipse dimittit debitoribus suis. Sicut autem cætera vniuersa mandata generaliter cunctis mandauit, tam sacerdotibus quàm laicis, præcipue tamen Doctoribus, qui quanto maiores sunt in ordine, tanto perfe-

Matth. 6.

perfectiores esse debẽt in disciplina. Sic & hoc mandatum de proximis non iudicãdis ad omnes quidem pertinet, præcipuè tamen ad Doctores. Vndè quædam sunt mãdatorum istorum, quæ si diligenter aspicias, pene nec conueniunt laicis, nisi forte parum, Doctoribus autem omninò conueniunt. Tale est hoc ipsum quod sequitur. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.* Videre autem festucam in oculo fratris omnium est, eijcere illam posse non est omnium, sed tantũ Doctorum, qui per doctrinam vel interpretationem secundum Deum possunt eijcere demente fratris sui peccatum, vel magnum vel modicum. Sicut & illud quod dicit. *Nolite sanctum dare canibus, nec margaritas vestras miseritis ante porcos.* Habere enim vel sancta, vel margaritas, & posse dispensare vel bona, vel mala, & discernere qui hominum sunt canes, qui porci, non est omnium hominum, sed sanctorũ. Vult ergò Dominus Doctores Christianorum sicut in omni iustitia, sic & hoc primũ facere, deinde docere. Vt doctrinam suam bonam meliori cum vita commendent, vt benè docendo scientiam inferant, melius autem viuendo timorem. Quia tales sales sunt terræ cõdientes omnes suæ vitæ exẽplo & luces sunt, doctrinis illuminantes. Quis audiat illum docentem, qui seipsum non audit? Ideò dicit ad omnes præcipue ad Doctores: *Nolite iudicare, vt non iudicemini.* Quoniam si Doctor memor sit iniuriæ & doloris, & memoriã malitiæ seruet in anima sua: soluitur totus Ecclesiæ status, siue ad tempus respicias Apostolorũ, siue ad nostrum. Tunc enim, sicut legimus, difficile aliquos conuertebant ad fidem Christi, nisi multa prius paterentur ab ipsis. Nã quasi lassato diabolo & deuicto per sufferentiam eorum nimiam vsque ad mortem, & relinquente corda infidelium, & iam nõ habente virtutem amplius eos armare, accedente gratia Dei conuertebantur ad Christum. Si ergò memores fuissent iniuriarum, quas fuerant passi ab eis, nunquam postmodum eos in charitate docuissent, nunquam eos libenter ad fidem Christi postmodum recepissent. sed & nunc cum frequenter Doctores offendantur à laicis, siue iuste, siue iniuste, diabolo seminante occasiones, si memores sint iniuriæ & doloris, totam soluunt Ecclesiam. Nam vbi recordatio iniuriæ aut doloris in medio est, nec doctor benevolenter docet laicum, nec libenter eum laicus auscultat: & doctor forsitan vel inuitus aperit os suum ad docendum, laicus autem cum sit omninò sine timore Dei, nec vsque ad faciem contentus est eum audire, sed conuerso egreditur dorso, & illum spernens & se, & amplius se, quam illum, & non sentit animæ suæ dispendiũ efferatus, sicut neque bestia irritata vulnus in se fixum. Hoc caput Lucas Euangelista late prosequitur, dicens: *Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini: dimittite, & dimittemini. date & dabitur vobis. Mensuram bonam, & confertam, & commotam, & effluentem dabunt in sinum vestrũ. Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.* Et quis sit ille, qui nec iudicat: quis autem qui iudicat quidem & non condemnat: & quis est, qui condemnat quidem, & tamen dimittit, & quis est, qui dat, exposuimus ibi. Et quoniam

Festuca, id est peccatum.

Luc. 6.

ſuperflua quidem menſura datur ei, qui nec iudicat: commota autē ei, qui iudicat quidem, non autem condemnat: bona autem ei qui cōdemnat, ſed dimittit. Quoniam ſicut maior eſt ſuperflua menſura quam commota, & commota maior eſt quam bona & iuſta: ſic perfectior eſt ille qui nec iudicat, quam ille qui iudicat, & non condemnat, & ille qui iudicat & non condemnat, melior eſt illo, qui condemnat, & dimittit. Hic autem Matthæus omnia ille breui ſermone concluſit, dicens: *Nolite iudicare vt non iudicemini. In quocumque enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis.* Intelligens quoniam iudicij ſermo ad omnia pertinet illa. Nam qui iudicat tantum peccantem in ſe, & non condemnat, iudicat: & qui non ſolum iudicat, ſed etiam condemnat, iudicat: hoc ipſum enim iudicare cōdemnare eſt. Ergò pro illo quod Lucas dixit: *Nolite iudicare aut iudicantes, nolite condemnare*: Ille dixit: *In quocumque iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis*, id eſt Si iudicaueritis, & non condemnaueritis, ſimili iudicio, & vos quidem iudicabimini à Deo, ſed non condemnabimini: ſi autem iudicantes condemnaueritis: ſimili iudicio & vos iudicabimini, & condemnabimini.

Diuus Chryſoſto. homil. 24. in Matth. ex cap. 7. in prima expoſitione.

Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare & nō condemnabimini. Quid igitur? nō debemus arguere peccantes? Nam & Paulus hoc dicit, imò ipſe rurſum Chriſtus per Paulum: *Tu quis es qui iudicas fratrem tuum? & tu quis es, qui* Rom. 14. *iudicas alienum ſeruum?* Et iterum: *Nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dominus.* Quemadmodū igitur alibi dicit: *Argue, obſecra, increpa?* Et alibi: *Peccantes coram omnibus argue.* Et Chriſtus quidem in Euangelio præcipit: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Et ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum: ſi vero nō audierit adhibe tecum adhuc vnum vel duos vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum quod ſi non audierit, dic Eccleſiæ.* Et certè tam multos conſtituit increpantes, & non increpantes modò, verumetiam punientes, cum eum qui nullum horum vellet audire, quaſi ethnicum, & publicanū eſſe præcipit: quemadmodum vero illis etiam claues dedit? Si enim iudicaturi omnino non erunt, priuabūtur omnium poteſtate, & fruſtra illam acceperunt ad ligandū atque ſoluendum. Nam & aliter ſi hæc peccandi impunitas obtineret, cuncta pariter diſperirent, & quæ in Eccleſijs ſunt, & quæ in vrbibus, & quæ in domibus ſingulorum. Nam & dominus ſeruum, & domina ancillam, & filium pater, & amicum amicus, niſi iudicauerint, ad maximum omninò incrementū ſui vitia cuncta perueniēt. Et quid dico amicus amicum, vbi de ipſis quoque iudicemus inimicis? Nunquam poterimus omninò inimicitias diſſoluere, & abſque vllo prorſus ordine, ac diſtinctione meritorū per mixta erunt omnia, atque confuſa.

1. Cor. 4.
2. Tim. 4.
1. Tim. 5.
Matt. 18.

Rupert. in cap. 7. Matth.

Nolite iudicare vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Non mandatum nouum eſt hoc, ſed mādatum vetus quod ab initio audiui

mus.

Leuit.19. mus. Nã per Moyſen dixerat hoc idem Dominus. *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eũ, ne habeas ſuper illo peccatum.* Deniq; quod de iudicij odio Domin⁹ hic dixerit: *Nolite iudicare vt non iudicemini, & cætera, quæ iam dicta ſunt,* protinus manifeſtat, cũ dicit per ſimilitudinem huiuſmodi. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem quæ in oculo tuo eſt nõ vides? Aut quomodo dicis fratri tuo ſine, eijciã feſtucam de oculo tuo, & ecce trabes eſt in oculo tuo? Hypocrita eijce primũ trabem de oculo tuo & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.* Igitur quod dicit. *Nolite iudicare vt non iudicemini.* Hoc dicere eſt, nolite in iudicando habere odium in cordibus veſtris. Nam vt omninò non iudicemus, ſiue arguamus, vel corripiamus, & Euangelica ſimul, & legalis ſimul repugnat authoritas. Legalis, vt eodem capitulo, protinus cum dixiſſet: *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.* Subiunxit, *ſed publicè argue eum,* ſubauditur hac intẽtione vt velis eũ lucrari quod non eſt odij, ſed dilectionis Euangelicę vt illic. *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolùm: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe adhuc vnum tecum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi nec eos audierit, dic Eccleſiæ.* Simul & hoc Euangelica ſuppleuit authoritas, quod in legali minus apparebat, quia videlicet legalis hoc tantùm dixit: *Sed argue publice:* Euangelica verò præſcripſit, quali ordine debeas adhoc peruenire, vt arguas publicè, ſiue dicas Eccleſiæ peccatum, quod nõ eſt publicè admiſſum, ſed te ſolo ſciente. Cauendum eſt ergò iudicium, quod ex odij radice procedit, & ſi non amore iuſtitiæ, at ſaltem metu viciſſitudinis iuſtæ, quã

Quomodo arguendus eſt frater non ex odio, ſed ex dilectione

Matth.18.

A protinus ſubiungit. *In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini.* Etenim ſi per odium, non cauſæ ſed perſonæ iudicaueritis, iudicabimini & vos iudicio non dilectionis, ſed odij Dei, qui odit omnem odioſe iudicantem, imò & *omnes odiſti* (in quit Pſalmiſta) *qui operantur iniquitatem.* Pſalm.5.

Ciril. in Matth. Canone 5.

B *Nolite iudicare, &c.* Omne iudicij officium penitus ſubmouet, nec vllum omninò ſuſcipi patitur, ſed compugnare propoſitis ſubſequentia exiſtimantur, cũ dicit. *Quo iudicio iudicaueritis iudicabitur de vobis.* Sed ſuperius ait: *Nolite iudicare ne iudicemini.* Nũquid boni iudicij arbitrium ſuſcipi non oportebit? At qui profitetur pro conditione iudicij iudicandos, & vniuerſis genere quo menſi ſunt mentiendum: ergò nunquam bene iudicabitur, ſi omninò nõ erit

C iudicandum. Sed iam dudum, vt ſuperius cognoſcitur, nihil in verbis Dei leue aut inane tractatur, omniſque hic vltra ſenſum gentilium aurium ſermo eſt. Iudicare enim de ſponſionibus ſuis vetuit, quia vt iudicia ex incertis reb⁹ inter homines ſumuntur, ita & hoc iudicium aduerſus Deum eſt ſentiendi atque opinandi ambiguitate ſuſcipitur, quod penitus repellet à nobis, vt cõſtans potius fides

D retineatur, quia non ſicut rebus cęteris peccatum ſit perperam iudicaſſe, ſed in his rebus tantummodo de Deo iudicium initum eſſe ſit criminis.

D. Hieron. in Matth. c. 7.

Nolite iudicare, &c. Si iudicare prohibet: qua conſequentia Paulus in Corintho. iudicat for-

fornicantem, & Petrus Ananiam & Sapphiram mendacij coarguit? Sed ex conſequentibus quid prohibuerit, oſtendit dicens: *Quomodo enim iudicaueritis, ſic iudicabitur de vobis*: Hic non prohibuit iudicare, ſed docuit.

Sanctus Thomas in lectio 1. ad Roma. 14.

PRæterea ſanctus Thomas, tres adducit rationes propter quas à falſo iudicio abſtinere debent homines, ſecundnm doctrinam Pauli dicentis: *Qui non manducat, manducantem non iudicet.* Quare hoc? Primò, quoniam Deus illum aſſumpſit ſcilicet, in ſeruum, à ſe iudicandum. Ille autem qui aſſumitur ad ſuperioris iudicium non debet ab inferiori iudicari. Et ideò concludit? Tu quis es? Ideſt, cuius authoritatis vel virtutis es, qui iudicas alienum ſeruum, proximum, ſcilicet tuum qui ſeruus eſt Dei? Cuius occulta Deus ſibi reſeruauit ad iudicandum. *Nemo enim nouit, quæ ſunt in homine, niſi Spiritus hominis, qui in ipſo eſt.* Immo & homo, quæ in ſeipſo geruntur nõ agnoſcit dicente Iob. *Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorauit anima mea.* Vnde cum Ierem. verba illa protuliſſet. *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud?* Quaſi cordis cognitio occulta eſſet hominibus, & Angelis intulit: *Ego Dominus probãs renes & corda.* Si intueri cor nobis datum non eſt, nec iudicare illius arcana erit conceſsũ. Secunda ratio Pauli eſt, *Quia Domino ſuo ſtat, aut cadit. Siue viuimus, ſiue morimur Domini ſumus*, ad illum pertinent, quæ noſtra fuerunt bona, vel mala iudicare, non ad proximos, niſi quatenus vice Dei fungũtur. Tertia ratio eſt. *Tu autem quid iudicas fratrem tuum?* Scilicet qua vtilitate, vel neceſsitate iudicas fratrem tuum temere de occultis, quæ tuo iudicio non ſunt commiſſa? Iudicantes fratres, iudicium, quod Dei eſt ſibi vſurpant, lib. 9. cap. 10. num. 3. Qui furatur, vtilitatem prætendere poteſt, qua leuius fiat peccatum, in alijs peccãs, paſsio, ira, neceſsitas, quibus omnibus cum careat hoc peccatum minorem habet excuſationem. Vt autem Ieſus ſuaderet, ne alios iudicaremus, condẽnaremus, &c. Id perſuaſit, dicens: *Nolite iudicare, & non iudicabimini, &c.* vſque ad illa verba. *Date & dabitur vobis*, quæ dupliciter poſſunt intelligi. Quidam enim ad ipſos homines referunt, vt ſit ſenſus. Ne iudicetis alios, ſic fiet vt viciſsim ipſe non iudicemini ab hominibus, & ſic de reliquis. Ideò ſecundum hunc intellectum Dominus ab iniquo, & prauo iudicio auocat ea ratione, ne & nos quoq; illud experiamur, quod natura mire in viſa res omnibus ſit, ſua ab alijs curioſe veſtigari, ac ſiniſtre arbitrari. Qui enim aliquam æquitatis portiuncu lam retinet à prauo, & odioſo iudicio, vitæ alienæ facile abſterrebitur, ſi cogitet quam graue, & per moleſtum ſit ſe, & ſua ad hunc modum iudicari.

Roma. 14.

1. Cor. 2.

Iob. 9.

Iere. 17.

Rom. 14.

D. Auguſt. de verbis Domini, ſerm. 15. in Matth.

DAte, & dabitur vobis, & dimittite, & dimittetur vobis. Duo ſunt enim opera miſericordiæ, quę nos liberant, quę breuiter ipſe Dominus poſuit in Euangelio. *Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur vobis* ad ignoſcendum pertinet. *Date, & dabitur vobis*, ad præſtandum beneficium

Luc. 6.

ficium pertinet. Quod ait de ignoſcendo, & Deus tibi ignoſcit, quod peccas, & habes alium cui tu poſſis ignoſcere. Rurſus quod pertinet ad tribuendum beneficium, petit te mendicus. Omnes enim quãdo oramus mendici Dei ſumus ante ianuam magni patrisfamilias ſtamus. Imò etiam proſternimur, ſupplices ingemiſcim⁹, aliquid volentes accipere, & ipſum aliquid ipſe Deus eſt, quid à te petit mendicus? Panem, & tu quid petis à Deo, niſi Chriſtum, qui dicit. *Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi?* Ioann. 6. Ignoſci vobis vultis, ignoſcite, *Remittite & remittetur vobis.* Accipere vultis, *Date & dabitur vobis.* Sed in hac aperta præceptione mouere poſſit, audite. In remiſsionem vbi venia petitur, & ab ignoſcente debetur. Hoc poteſt mouere, quod & Petrũ mouit. *Quoties debeo* (inquit) *ignoſcere? ſufficit vſque ſepties?* Matth. 18. *Non ſufficit* (ait Dominus) *Non dico ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.* Iam tu enumera quoties in te peccauerit frater tuus. Si potueris peruenire vſque ad ſeptuageſimam culpam & octauam, vt tradas ſeptuagies ſepties, tunc moliris vindictam. Ita ne verũ eſt quod dicit? & vere ita ſe res habet, vt ſi peccauerit ſeptuagies ſepties ignoſcas. Si autem peccauerit ſeptuagies octies, iam liceat tibi non ignoſcere? Audeo dicere, vt & ſi ſeptuagies octies peccauerit, ignoſcas. Si autem peccauerit (vt dixi) ſeptuagies octies, ignoſce. Et ſi centies peccauerit, ignoſce. Et quid dicam toties & toties? Omninò quoties peccauerit, ignoſce. Ergo ego auſus ſum ſupergredi modum domini mei? ille in ſeptuageſimo & ſeptimo numero ignoſcendi limitem fixit, hunc ergo limitem tranſire præſumam? non eſt verum, non ſum auſus plus aliquid. Ipſum Dominum meum

A audi loquentem in Apoſtolo ſuo, vbi modus & numerus præfixus non eſt. Ait enim: *Donantes vobis metipſis, ſiquis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut Deus in Chriſto donauit vobis.* Coloſ. 3. Audiſtis formam. Si ſeptuagies ſepties peccata tibi Chriſt⁹ donauit, ſi vſque ignouit, & vltra negauit, pone & tu limitem, & vlterius noli ignoſcere. Si autẽ Chriſtus millia peccata peccatorum inuenit, & tamẽ omnia donauit, noli ſubducere miſericordiam, ſed B poſce illius numeri ſolutionem: non enim ſine cauſa Dominus ſeptuagies ſepties dixit, cum omnino nulla culpa ſit, quàm non debeat ignoſcere. Ecce ille ipſe ſeruus, cuius debẽtis inuentus debitor, decem millia talentorum debebat. Puto enim quia decem millia talentorum, vt parum ſit, decem millia peccatorum ſunt. Nolo enim dicere vnum talentum, quod omnia peccata concludat. C Seruus autem ille quantùm ei debebat? Centum denarios debebat. Iam plus eſt quam ſeptuagies ſepties, & tamen iratus eſt dominus, qua non dimiſit. Nõ ſolum enim centum plus ſunt, quam ſeptuaginta ſeptem, ſed centum denarij ſorte mille aſſes ſunt. Sed quid ad decem millia talentorum? Ac per hoc omnes culpas, quæ in nos cõmittuntur, parati ſumus ignoſcere, ſi nobis deſideramus ignoſci. D Si enim conſideremus peccata noſtra & numeremus, quid facto, quid oculo, quid aure, quid cogitatione, quid innumerabilibus motis, neſcio vtrùm dormiamus ſine talento. Ergo quotidie petimus, quotidie diuinas aures orãdo pulſamus, quotidie nos proſternimus & dicimus. *Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Matth. 6. Quæ debita tua? Omnia an aliquã partem? Reſpondebis, omnia.

nia. Sic ergò & debitori tuo. Hãc ergò regulam ponis, hanc conditionẽ loqueris. Hoc pacto & pla- A cito quando oras commemoras, vt dicas: *Dimitte nobis sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

TEXTVS.

MEnsuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum.

Bernardus sermo. 5. in Vigilia Natalis Domini.

QVID enim maiestas illa nõ impleat? Etiã super impleuit, & super effluit, quando mensuram bonam, & confertam, & coagitatã dabunt in sinus vestros. Vsq; adeò quidem superfluet, vt supramodũ in sublimitate excedat. Non modo merita, sed & vota, sicut vere potens est facere supra quam nos intelligere aut sperare possimus.

Diuus Bernard. serm. 11. super Cantica.

POrrò fructum talem expectamus nostri amoris, qualẽ ipse quem amamus, promisit: *Mẽsuram* (inquiens) *plenam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem, dabunt in sinum vestrum.* Mensura ista (vt audio) erit sine mensura. Sed velim scire cuius rei futura sit illa mensura, vel potius illa immensitas, quære promittitur? *Oculus nõ vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te.* Dic nobis tu qui præparas, quid præparas? Credimus, confidimus, re vera sic promittis. Replebimur in bonis domus tuæ. Sed quibus quæso bonis, vel qualibus? fortè frumento, vino, oleo, auro, atq; argento, lapidibus vel preciosis? Sed hæc nouim?, & vidimus, & videmus, & fastidimus. Id quæri- B mus quod oculus non vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascẽdit. Hoc placet, hoc sapit, hoc delectat inquirere, quodcunque est illud. *Erunt* (inquit) *omnes docibiles Dei, & ipse erit omnia in omnibus.* Vt audio plenitudo quam expectamus à Deo, non erit nisi de Deo? Quis verò comprehẽdat quam magna multitudo dulcedinis in breui isto sermone comprehensa sit erit Deus omnia in omnibus.

1. Cor. 2.

Ioann. 6.

1. Cor. 15.

Theophyl. in Lucam, c. 6.

C

MEnsuram enim bonam, & confertam, & concussam, & exũdantem dabunt in sinum vestrum. Non enim parce remetietur Dominus sed opulentè. Sicut igitur mensurus farinam accumulas, concutis, exundareque facis siquidem absq; parsimonia metiri vis: ita & Dominus mensuram magnam, & exũdantem dabit tibi. Hic fortè acutior quispiam quæsierit, quomodo postquam dixit: *Qua mensura metimini mentietur vobis*, & alij iterum dicit, *Quod mensura exundet.* Si enim exundet, quomodo mensura hæc eadẽ est? Dicimus itaq; nõ esse dictum quod tanta mensura mentiẽtur vobis & alij, sed eadem, siquidẽ dixisse, sed tanta mensura, tunc non defuisset difficultas, & cõtrarietas sermonis: nunc autem cum eadem dixerit, soluit contrarietatem. Licet enim dare eadem men- D

Esai. 64.

ſura, ſed non tanta. Hoc igitur dicit Dominus: *Si benefeceris, bene fiet tibi.* Hoc enim eſt eadem menſura. Exundantem autem dicit, quod cum ſemel benefeceris innumeris modis tibi benefiet. Idem eſt etiã in condemnatione. Qui enim cõ A demnat, & deinde condemnatur, eadem menſura recipit: quatenus autem amplius cõdemnatur quod ſimilem condemnarit, in hoc exũ dans eſt menſura. Hæc autem dicit Dominus à condẽnatione nos prohibens.

TEXTVS.

EADEM quippe menſura, remetietur vobis.

D. Thom. in Matth. 7.

CVM vis æquare duo defers ad regulã, & quod ſuperabundat de vno, reſecas, ſic ſi aliquis habeat de alieno pluſquã debeat habere, id reſecat, & reddit vnicuiq; quod ſuum eſt, id eſt, pro iſta mẽſura remetietur nobis. Sed obijcitur, aliquis peccat tẽporaliter, & in de punitur æternaliter, videtur quod non ſit æquũ iudicium. Dico quod in peccato duo ſunt conſide- B randa, duratio, & offenſa, & in offenſa etiã duo, ſcilicet auerſio & conuerſio. Ex parte conuerſionis culpa finita eſt, ex parte auerſionis infinita, quia auertitur à Deo, qui eſt infinit?. Cũ ergò auertat ſe ab infinito, infinitè puniri debet. Item ex parte durationis, duo cõſiderare oportet, ſcilicet, actum & maculam, actus momentaneus eſt, macula infinita, id eſt æterna, ideò infinitè, ideſt, æternaliter puniri debet.

Obiectio & ſolutio.

TEXTVS.

DIcebat autem illis & ſimilitudinem. Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt?

D. Gregorius, lib. 14. Moral. capit. 15.

ORdo quippe erectionis in bono iſte eſt, vt primum cõtra nos, poſtmodum contra malos erigamus. Nam qui contra bonos erigitur per ſuperbiã inflatur. Cõtra noſmetipſos enim erigimur, quãdo mala propria reconoſcentes, diſtricta noſmetipſos pœnitẽtiæ vltione ferimus, quãdo nequaquam nobis in peccatis parcimus, & nullis erga nos cogitationibus C blandimẽtis inclinamur, qui ſi diſtrictè prius noſtra in nobis mala ſequimur, iuſtum quoq; eſt vt etiã contra aliena mala vtiliter erigamur, & ea quæ in nobis punimus, etiam in alijs redarguendo ſuperemus. Sed hanc erectionem mali ne ſciunt, quia ſe linquunt, & bonos impetunt. Sibi ſe intra conſcientiam ſuam mollitiæ blandæ adulationis inclinant, & cõtra bonorũ vitam diſtrictione aſperitatis eriguntur, qui enim ſemetipſum prius non iudicat, quid in alio rectũ iudicet ignorat. Hinc eſt enim

enim quod inſidiātibus quibuſdā, & puniendam adulteram deducentibus dicitur. Ioann.8. *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.* Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & ſua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad conſciētiam, vt prius propria corrigant, & tunc alia reprehendant. Hinc eſt quòd cum Tribus Beniamin in carnis ſcelere fuiſſet obrauta: collectus omnis Iſrael vlciſci iniquitatem voluit, ſed tamen ſemel & iterū in belli certamine ipſe proſtratus eſt. Conſultò autem Domino ſi ad vlciſcendum ire debuiſſent iuſſum eſt. Qui iuxta diuinæ vocis imperium perrexit, & ſemel, & ſecundò perdidit, & tunc demum peccatricem tribum valde feriens, pene funditus extinxit. Quid eſt, quod in vltionem ſceleris inflammatur, & tamen prius ipſe proſternitur, niſi quod prius ipſi purgandi ſunt, per quos aliorum culpæ feriuntur, vt ipſi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere feſtinant? Vnde neceſſe eſt, vt cùm contra nos vltio diuini examinis ceſſat, noſtra ſeipſam conſcientia reprehendat, atque ad lamenta pœnitentiæ, ipſa ſe contra ſemetipſam erigat, nec contra bonos elata, & ſibi humilis, ſed contra ſe rigida ſit, bonis verò omnibus ſubmiſſa.

Diuus Chryſoſtomus homi. 17. in Matth. ex cap. 7. in 2. expoſitione.

Ioann.8. *QVID autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem in oculo tuo non vides? aut quomodo dicis fratri tuo, frater ſine, eiiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabes eſt in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.* Videre enim feſtucam in oculo fratris, omnium eſt: eijcere illam poſſe non eſt omnium, ſed tantum doctorum, qui per doctrinam, vel increpationē ſecundum Deum poſſunt eijcere de mente fratris ſui peccatum vel magnum, vel modicum. Sicut & illud quod dicit: *Nolite ſanctum dare canibus, neque margaritas veſtras miſeritis ante porcos.* Habere enim vel ſancta, vel margaritas, & poſſe diſpenſare vel bona, vel mala: & diſcernere qui hominum ſunt canes, qui porci, non eſt omnium hominum, ſed ſanctorum. Vult ergò Dominus doctores Chriſtianorum, ſicut in omni iuſtitia, ſic & hoc primum facere, deinde docere: vt doctrinam ſuam bonam meliori cum vita comendent, vt benè docendo ſcientiam inferāt, melius autem viuendo timorem: quia tales ſales ſunt terræ condientes, omnes ſuæ vitæ exemplo, & luces ſunt doctrinis illuminantes. Quis audiat illum docentem, qui ſe ipſum non audit? Ideò dicit ad omnes, præcipuè ad doctores, *Nolite iudicare, vt non iudicemini:* Quoniam ſi Doctor memor ſit iniuriæ & doloris, & memoriam malitiæ ſeruet in anima ſua, ſoluitur totus Eccleſiæ ſtatus, ſiue ad tempus reſpicias Apoſtolorum, ſiue ad noſtrum. Tunc enim ſicut legimus, difficilè aliquos conuertebant ad fidem Chriſti, niſi multa prius paterentur ab ipſis. Nam quaſi laſſato diabolo & deuicto per ſufferentiam eorū nimiam vſque ad mortem, & relinquente corda infidelium, & iam non habente virtutem amplius eos armare, accedēre gratia Dei conuertebātur ad Chriſtum. Si ergò memores fuiſſent iniuriarum, quas fuerāt paſſi ab eis, nunquàm poſtmodum

dùm eos in charitate docuiſſent, nunquam eos libenter ad fidem Chriſti poſtmodum recepiſſent: ſed & nunc cum frequenter doctores offendantur à laicis, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, diabolo ſeminante occaſiones, ſi memores ſint iniurię & doloris, totam ſoluunt Eccleſiam. Nam vbi recordatio iniuriæ & doloris in medio eſt: nec Doctor beneuolenter docet laicum, nec libenter eum laicus auſcultat, & Doctor forſitã vel inuitus aperit os ſuum ad docendum, laicus autem cum ſit omninò ſine timore Dei, nec vſque ad faciem contentus eſt eum audire, ſed conuerſo egreditur dorſo, & illũ ſpernens & ſe, & amplius ſe quam illum, & non ſentit animæ ſuæ diſpendium efferatus, ſicut neque beſtia irritata vulnus in ſe fixum. Hoc caput Lucas Euangeliſta latè proſequitur dicens: *Nolite iudicare & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini: dimittite, & dimittemini: date, & dabitur vobis. Menſuram bonam, & confertam, & commotam, & effluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem menſura, qua menſi fueritis remetietur vobis.* Et quis ſit ille, qui nec iudicat, quis autem qui iudicat quidem, & non condemnat, & quis eſt qui cõdemnat quidem, & tamen dimittit: & quis eſt qui dat, expoſuimus ibi. Et quoniã ſuperflua quidem menſura datur ei, qui nec iudicat: commota autem ei, qui iudicat quidem, non autem condemnat: bona autem ei qui condemnat, ſed dimittit. Quoniam ſicut maior eſt ſuperflua menſura, quã commota, & commota maior eſt quam bona, & iuſta: ſic perfectior eſt ille qui neciudicat, quam ille qui iudicat & non condemnat: & ille qui iudicat, & non condemnat, melior eſt illo qui condemnat, & dimittit. Hic autem Matthæus, omnia illa breui ſermone concluſit, dicens: *Nolite iudicare, vt non iudicemini. In quocunque enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis.* Intelligens quoniam iudicij ſermo ad omnia pertinet illa. Nam qui iudicat tantùm peccantem in ſe, & non condemnat, iudicat: & qui non ſolum iudicat, ſed etiam condemnat, iudicat. Hoc ipſum enim iudicare, condemnare eſt. Ergò pro illo, quod Lucas dixit: *Nolite iudicare, aut iudicantes nolite condemnare*: Iſte qui dixit. *In quocunq; iudicio iudicaueritis iudicabitur de vobis*, id eſt. Si iudicaueritis, & nõ condemnaueritis ſimili iudicio & vos quidem iudicabimini à Deo, ſed non condemnabimini: ſi autem iudicantes condemnaueritis: ſimili iudicio & vos iudicabimini, & condemnabimini. Et quidem ille dixit: *Dimittite, & dimittemini: date, & dabitur vobis*: Iſte dixit: *In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.* Hoc eſt, ſi non rogati dimiſeritis peccatum proximis veſtris, ſed ſolo reſpectu Dei, & Deus ex ſe priuſquàm rogetur à vobis, dimittet vobis. Si autem rogati veniam dederitis, & Deus tunc dabit vobis veniam, cum dignis precibus, & congrua lamentatione eum rogaueritis. Quoniam ergò dixerat præcipuè, ſicut dixi Doctoribus: *Nolite iudicare, vt non iudicemini*: conuenienter addidit & dicit. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem verò in oculo tuo non vides?* Id eſt, qui trabem in oculo tuo non vides, vt quid vides feſtucam in oculo fratris tui. Ac ſi dicat, melius eſt neque docere, nec reprehẽdere laicum, quam docere & reprehendere, & teipſum in reprehẽſione conſiſtere. Quoniã talis doctrina doctoris, non eſt audibilis,

ſed

sed derisibilis. Propter quod omnis Sacerdos, si vult docere populum, prius seipsum doceat: si autē seipsum non vult docere de omni, quod docet, nec ipsum arguere de omni quod arguit, nec alios doceat, nec arguat quenquam, vt si iudicium Dei non euadit, vel hominum oprobriū non patiatur. Aut quomodo dicis fratri tuo. *Sine eiiciam festucā de oculo tuo, & ecce trabs in oculo tuo?* Id est, cum qua facie arguis peccatum laici fratris tui, ipse in eodem, aut in maiori peccato existens? Non times, ne audias ex diuerso, *Medice cura te ipsum?* Si medico opprobrium est, qui neq; alterius sanitatem habet in potestate, neque suam, si alios velit curare, & ipse debilis sit, quasi testimonium imperitiæ suæ portat in corpore suo propriam passionem: quomodo Doctori sit opprobriū alios velle eruere à peccato, & ipsum in maioribus esse peccatis, dū possit amplius seipsum eruere à peccatis, quam alios? Aut ita, quomodo fratri tuo dicis, id est, quo proposito, putas ex charitate cordis dicis, vt salues proximum tuum? Non, sed vt te simules iustum. Si autem vere ex charitate cordis argueres proximum tuum, vt saluares, te ipsum ante saluares. Numquid possibile est, vt benevolentior sis alteri, quam tibi? Vt quid cùm teipsum nolis saluari, alterū velis? Omnis ergò Doctor, qui alterum in qualicunque deprehendit delicto, & ipse in eodem constitutus, non se prius expurgat, certum est quia alloquens in Ecclesia non alios vult saluare, sed per bonam doctrinam malos actus suos cælare, & scientiæ laudem ab hominibus quærit, nō ædificationis mercedem à Deo, & est hypocrita. Ideò competenter addit Salvator. *Hypocrita eiice primū trabem de oculo*

Frater charitatis amore corrigendus.

Quid est hypocrita.

tuo & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Hypocrita est enim omnis Doctor, qui non prius facit bona & postea docet. Dum enim bona docet, profitetur se iustum coram hominibus: dum autē male agit, peccatorem se cōstituit intra se. Hoc ergò dicit: Vis liberi & fiducialiter reprehendere laicum, & eijcere de oculo mētis eius peccatum? Prius tuam ipsius mentem purga ab omni malo vt cum tu argueris laicū pro peccatis eius, ex diuerso laicus non habeat, vnde redarguat te pro peccato tuo: nam incipiet timere in se, cum non inuenerit, quod condemnet in te. Omne autem peccatum non secūdum actum suum diiudicatur, aut modicum sit, aut magnum, sed secundum peccantis personam. Laicus enim & si magnum fecerit peccatum, modicū est, & festuca, quantum ad sacerdotis dico peccatum, quia laicus est: Doctor autem, & si modicum fecerit peccatum, magnum est, & trabs est, quantum ad laici dico peccatum, quia Doctor est.

Reprehensio quomodo fieri debeat.

Peccatum secundum peccantis personam pēsatur

Theophyl. in cap. 7. Matth.

Hypocrita eiice primū trabē, &c. Carptūrū alios, oportet immaculatum esse. Nam habens trabem in oculo suo, hoc est magnū lignum, magnum scilicet peccatū, & reprehendens alium, festucam habentem, impudentiorem illum facit. Ostendit autem Dominus, quòd magnus peccator non potest benè videre peccatum fratris. Nā qui habuerit in oculo trabem, quomodo videre potest alium mediocriter malum?

Qui alienos carpens mores labe, &c.

Abulensis in cap. 7. Matth.

Quid vides festucā, &c. Hic ostendit Christus quod proxi-

mus non est temerarie arguẽdus: hoc autem contingit quando quis in peccato existens arguit aliquẽ de aliquo peccato æquali, vel minori, quia hoc regulariter est illicitum ideò dicitur. *Quid vides festucam in oculo fratris tui.* Idest quomodo potest videre, &c. Vocatur festuca peccatum paruum in comparatione ad trabem, quæ significat peccatum magnum, vt si quis habeat odium fraternũ quod est graue peccatum: & fratrem suum arguat deleui ira, quæ est in comparatione odij paruũ peccatum. Sic dicit Hieronymus super Matthęũ de his loquitur, qui cum mortali crimine detineantur obnoxij minora peccata non concedunt fratribus, id est, non permittunt in accusata, vt si forte ille in ira peccauerit: tu autem odio eum reprehendas quantũ autem inter festucam, & trabem tantum inter iram distat & odium: odium quippe ira inueterata est: fieri autem potest, vt si irascaris homini, velis eũ corrigi, non autem si eum oderis, scilicet, quia ille qui alterũ odit nullum bonum ei vult, & tamen correctio bonum quodam est. *Et trabẽ in oculo tuo non vides.* Id est peccatũ magnum quod trabes significat, & est metaphora. quia sicut festuca & trabes differunt magnitudine & paruitate, grauitate, & leuitate: ita & peccata, quia quædam sunt grauia alia leuia, grauia sunt, quæ cũ magna difficultate expiari possunt & de illis satis fieri: leuia autem dicuntur illa, quæ possunt faciliter expiari, vt dicit Augustinus in Enchirid. & super Epistolam ad Corinth. & 25. distinct. §. Criminis, ista sunt quæ vocamus venialia, id est, digna venia vel remissione etiã dicuntur quotidiana, quia quotidie, id est, frequentissime ista homo committit. Licet interdum peccata mortalia, quæ sunt parua comparata ad alia mortalia magna, dicuntur quotidiana, vel leuia. Vt dicit Magister 4. Sentent. distinct. 14. talẽ modum comparãdi ponit Apostolus 1. Corinth. 3. dicens: Peccata quædam esse vt fœnum alia vt stipulam, alia ut lignũ, scilicet, quod sicut differunt ista in maiori & minori facilitate cremationis. Ita & peccata differunt, quia quædam tã in hoc seculo quam in futuro facilius expiabuntur, quam alia & ita Christus fecit duas differẽtias peccati, hic per trabem, & festucã, scilicet magnum & paruum peccatum: aliqui intelligunt per festucã solum veniale, per trabem autem mortalia, sed non est verum, quia quomodocumque quis arguat proximum suum de minori peccato, quam sit illud in quo ipse est, habet locum ista litera contra eum: Ideò quodlibet peccatum magnũ vocatur trabes, & quodlibet minus illo in quantum comparatur ad ipsum, vocatur festuca. Et dicitur in oculo fratris tui non quia quod trabes possit esse in oculo, sed ad significandum periculum quòd sequitur homini existenti in peccato: nam si quis festucam, vel trabem in manu, vel in pede, aut alia parte corporis habeat non est manifestum periculum. In oculo autem est grauissimũ periculum: quia nihil est extraneum quantũcumque paruum sit, si sit durum quod nõ noceat oculo, si sit in eo, vel appropinquat ei, possitque ipsum in totum destruere: ita est de peccato respectu eius in quo est, scilicet, conscientiæ nostræ, quia destruet eam. Alia etiam ratio est: quia Christus voluit ostendere quòd qui est in vno peccato graui non potest alterum arguere, scilicet, quia impeditus est rationabiliter,

Festuca quid?

Odiũ est ira inueterata.

Quæ sunt peccata grauia, quæ vero leuia.

liter vt non possit: sicut ille qui vult, aliquid facere, & non videt illud, non poterit facere quidquam: Ita est si quis in oculo habeat impedimentum nihil videt, & sic nihil potest facere, & quanto fuerit res posita in oculo maior, magis impediet visum: ideo dixit quod trabem habet in oculo hypocrita scilicet, magnum impedimẽtum, ita vt non possit iuste videre peccatum proximi ad arguendum illud. Proximus autẽ dicitur habere festucam propter duo primò ad significandum quòd minus est impeditus oculus eius: & ideò melius ipse potest arguere hypocritam quam argui ab eo. Secũdò quia mirabile est quomodo habens trabẽ in oculo possit videre festucam in oculo alterius, cùm minor sit res visibilis quam impedimentum visus: & sic inuitur quòd nullo modo videre potest, id est, non potest videre ad arguendum iuste quãdiu trabem in oculo habet: & si arguit iniuste facit: *Aut quomodo dicis fratri tuo*, id est, quomodo poteris dicere, quasi dicas non poteris, quia non videbis, cum habeas trabẽ in oculo, & dicitur fratri tuo: quia homines sunt fratres inter se, sic enim Christus vocari instituit. *Omnes vos fratres estis, & patrem nolite vocare vobis super terram. Sine, eiciã festucam de oculo tuo*, id est, permitte quod eijciam festucam: in quo innuitur, quod ille qui alterum arguit de peccato, recte aufert peccatum de conscientia eius: sic dicitur: *Si peccauerit frater tuus corripe ipsum, &c. Quod si te audierit lucratus eris fratrem tuum: (Et ecce trabes est in oculo tuo)* Id est, tu habes trabem in oculo: & dicis quod vis festucã eijcere de oculo alterius: & impossibile est quia non videbis eam. (*Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo.* Taliter arguentem proximos vocat hypocritam, quia quod quis in grauibus peccatis existens velit proximum de minoribus arguere, fit vt communiter exinani gloria, vt ostendat quis se esse bonum, & bonitatis cælatorem: & hoc est esse hypocritam, cum velit videri bonus, & non est: vel vocatur hypocrita ad vituperandum eum: vt ostendatur magnitudo peccati. Sic dicit Chrysostomus, quod vbicũque vult Christus ostendere aliquod peccatum magnum à contumelia incipit. Iuxta illud: *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, &c.* Et ideo dicit: *Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo*, scilicet, quilibet videt, & cognoscit melius quæ sunt in ipso, quam aliquis alius, *Quia nemo scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in eo est.* 1. Corinth. 2. & quilibet se ipsum magis diligit quam alium: & ita rationabilius poterit eijcere peccatum magnum de conscientia sua, quam peccatum paruum de aliena. (*Et tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui:*) id est, tunc videre poteris ablato impedimento, id est, trabe de oculo tuo, in quo innuitur quod peccatores non sunt interdicendi corrigere proximos: sed quod quandiu sunt in peccatis non possunt bene illos corrigere.

Proximus dicitur habere festucam propter duo.

Homines sũt fratres inter se. Matt. 22.

Matt. 18.

Hypocrita dupliciter dicitur.

Matth. 18.

1. Cor. 2.

D. Bernard. de gradibus humilit. grad. 1.

Matth. 7.

Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo: & sic videbis festucam eijcere de oculo fratris tui. Trabes in oculo, grandis, & grossa, superbia in mente est, quæ quadam corpulẽtia sui vana non sana tumida non solida, oculum mentis obscurat, veritatem obumbrat: ita vt si tuã occupauerit mentem: iam tu te videre,

dere iam te talẽ qualis es, vel qualis eſſe potes, non poſsis ſentire: ſed qualẽ te amas, talem te vel putes eſſe, vel ſperes fore. Quid enim aliud eſt ſuperbia, quã vt quidã ſanctus diffiniuit, amor proprię excellentię? Vnde & nos poſſumus dicere per contrariũ, humilitatem proprię excellentiæ eſſe contemptũ. Amor vero ſicut neq; odiũ, veritatis iudiciũ neſcit. Vis iudiciũ veritatis audire? Sicut audio, ſic iudico. Nõ ſicut odi, nõ ſicut amo, nõ ſicut timeo. Eſt iudiciũ odij vt illud. *Nos legem habemus, & ſecundum legem noſtram debet mori:* eſt & timoris vt illud. *Si dimittimus eũ ſic, veniẽt Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem.* Iudicium vero amoris, vt Dauid de filio parricida: *Parcite inquit puero meo Abſalõ.* Et legibus humanis ſtatutum, & in cauſis tã eccleſiaſticis quam ſecularibus ſeruatũ ſcio: ſpeciales amicos cauſantium non debere admitti ad iudiciũ, ne vel fallant vel fallãtur amore ſuorum. Quod ſi culpam amici tuo iudicio amor illius aut minuit, aut prorſus abſcondit: quanto magis amor tui tuũ contra te iudiciũ fallit? Qui ergo plenè veritatem in ſe cognoſcere curat: neceſſe eſt vt ſemota trabe ſuperbię, quæ oculũ arcet à luce, aſcẽſiones in corde ſuo diſponat, per quas ſeipſũ in ſeipſo inquirat, & ſic poſt duodecimũ humilitatis, ad primum veritatis gradum pertingat. Cum autem veritate inuenta in ſe, immo in ſe inuẽto in veritate dicere potuerit. *Credidi propter quod locutus ſum, ego autẽ humiliatus ſum nimis: aſcẽdat homo ad cor altum, vt exaltetur veritas:* & ad gradum ſecundum perueniens, dicat in exceſſu ſuo: *Omnis homo mendax.* Putas hunc ordinem Dauid non tenuit? Putas hoc non ſenſit Propheta, quòd Dominus, quòd Apoſtolus, quòd & nos poſt ipſos, & per ipſos ſentimus? Credidi inquit, veritati dicenti. *Qui ſequitur me non ambulat in tenebris.* Credidi ergo ſequendo, propter quod locutus ſum confitendo. Quid confitẽdo? Veritatem quam cognoui credẽdo. Poſtquam autem & credidi ad iuſtitiam, & locutus ſum ad ſalutem: humiliatus ſum nimis, hoc eſt perfectè. Tanquã diceret: Quia veritatem cognitam in me confiteri, contra me non erubui, ad perfectionem humilitatis profeci. Nimis enim pro perfectè poteſt intelligi, vt ibi: *In mãdatis eius volet nimis.* Quod ſi quis contendat nimis, hic pro valde poſitum, non pro perfectè: quia & expoſitores idipſum vidẽtur aſtruere: nec hoc diſcordat à ſenſu Prophetæ: vt ſic ſentiamus eum dixiſſe. Ego quidem cum adhuc veritatem non noſſem, aliquid me putabã eſſe, cum nihil eſſem. At poſtquã in Chriſtum credendo, id eſt, eius humilitatẽ imitãdo, veritatem agnoui: ipſa quidem exaltata eſt in me ex mea cõfeſsione: ſed ego humiliatus ſum nimis, id eſt valde vilui mihi ex mei conſideratione. Humiliatus ergo Propheta in hoc primo gradu veritatis, vt ait in alio Pſalmo: *Et in veritate tua humiliaſti me:* ſemetipſum attendat, & ex propria miſeria, generalem perpendat. Sicq; ad ſecundũ tranſiens dicat: *In exceſſu ſuo omnis homo mendax.* In quo exceſſu ſuo? In illo proculdubio: quo ſeſe excedens, ac veritati adhærens, ſeipſum diiudicat. In illo ergo exceſſu ſuo dicat non indignando, aut inſultando, ſed miſerãdo, & compatiendo: *Omnis homo mẽdax.* Quid eſt omnis homo mendax? Omnis homo infirmus, omnis homo miſer, & impotens, qui nec ſe, nec alium poſsit ſaluare. Sicut dicitur: *Fallax equus ad ſalutem,* non quod equus aliquem fallat,

Superbia.

Ioann. 19.

Ioann. 11.

2. Reg. 18.

Pſalm. 115.

Pſalm 63.

Pſalm. 115.

A

B

C

D

Ioann. 8.

Pſalm. 111.

Pſalm. 118.

Pſalm. 32.

lat,ſed quia is ſeipſum fallit,qui in fortitudine eius confidit: ſic omnis homo dicitur mendax, ideſt, fragilis,mutabilis,à quo ſalus nõ poſsit vel ſua vel aliena ſperari: quin potius maledictionem incurrat,qui ſpẽ ſuã in homine ponit. Proficiens itaq; humilis Prophetaperducatum veritatis, quodque in ſe lugebat videns in alijs: dum apponit ſcientiã,apponat & dolorem,ac generaliter,ſed veraciter dicat.*Omnis homo mẽdax.* Vide quã longe aliud ſenſerit de ſe Phariſæus ille ſuperbus. Quid deprõpſit in exceſſu ſuo?*Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum.* Dũ in ſe ſingulariter exultat, alijs arroganter inſultat. Dauid autem aliter,ait enim.*Omnis homo mẽdax.* Neminem excipit ne quem decipiat:ſciẽs quia omnes peccauerũt, & omnes egent gratia Dei:Phariſæus ſe ſolum decipit,quem ſolum excipit,dum cęteros damnat. Prophetaſe non excipit à cõmuni miſeria, ne excipiatur à miſericordia.Phariſæus exufflat miſericordiam, dum diſsimulat miſeriam: Propheta affirmat tam de omnibus quam de ſe:*Omnis homo mẽdax.* Phariſæus cõfirmat de omnibus præter ſe,*Non ſum* (inquiens) *ſicut cæteri hominum.* Et gratias agit non quia bonus,ſed quia ſolus: non tã de bonis quæ habet, quam de malis quæ in alijs videt. Nondum de ſuo trabem eiecerat, & feſtucas in oculis fratrum enumerat. Nam ſubdit, *Iniuſti raptores.*

Ierc. 17.

Lucæ.28.

Pſalm. 115.

Roma.3.

Lucæ.28.

A

B

C

D

Theatri Sanctum Patrum, Author, vniuerſis ſtudioſis atq; curioſis viris, hæc annotare decreuit.

VIRI religione,ſcientia, ac pietate præditi, inſtanter à me petierunt,vt licet duo ſint iam in feſto Sanctiſsimæ Trinitatis Euangelia explicata, nempe vltimam doctrinam, quam Chriſtus Apoſtolis ſuis,& vniuerſali Eccleſiæ dedit,dicens:*Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Et etiam inſignia & præclara officia, quæ exercere tenebantur per vniuerſum orbem Apoſtoli docuit: & in ſecundo Euangelio explicẽtur virtutes illę inſignes, quas Iudices exercere tenentur in officio tali à Deo inſtituti,nempe miſericordiam, qua Patrem æternum imitari teneantur. Quæ re vera duo Euangelia ſunt,quæ Eccleſiã Dei ſupra modum illuſtrant. Verum cum antiquitus in Eccleſia Dei, Diuitis Epulonis,& Lazari mendici,Euangelium, in hac Domini ca pro eius commemoratione & officio,apponi ſolitum ſit, de quo nos antiquum morem ſequuti nõ pauca ſcriptis mandauimus,vt omnino conſtaret præmiũ,quod viri pij pietatem ſequentes, præclarã, à Deo accipiũt. Et pœnam, qua puniuntur tranſgreſſores ſtatutorũ ipſius,in Lazaro, & diuite Epulone,tãquam in ſingularibus pro typis oſtendatur. Et vt vniuerſæ Eccleſię Dei tanquam ſententia permaneat Euangeliũ, de ſupradictis rebus aponere decreuimus, quatenus vnuſquiſq; concionatorum amplam materiam habeat eligendi ea,quæ ſibi magis in vtilitatem audientium expedire iudicauerit? & vt manifeſte conſtet, punitionem quam ipſemet Deus ſuperbis diuitibus,male affectis cõtra pauperes, in inferno exequatur. Et gloriam ſimiliter quã humilibus pauperibus ipſemet Deus largitur agnoſcant,vniuerſi fideles.

DOMINICA PRIMA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Lucæ. 16.

TEXTVS.

HOMO quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplẽdidè. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat, ſed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.

Fulgentius, de ſtatu viduali ad Galam. Epiſt. 2.

Luca. 16. Diues & Lazerus, hic beatus, ille miſer.

DIVES ille qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplẽdidè, quã inanis fuit in illis epulis, quam pauper in diuitiarũ multitudine, quam nudus in veſtium pulchritudine, quam infirmus in corporis ſanitate, quam famelicus in ventris ſaturitate, quam miſer in gaudijs, quam deſolatus inter amicorum colloquia, quam deiectus inter obſequia ſeruulorum. Attende quoque Lazarum in paupertate diuitem, in miſeria beatũ, in infelicitate felicem, in vulneribus ſanum, & quidem ſine domo, ſed non ſine domino, ſine veſte, ſed non ſine fide, ſine bona valetudine corporis, ſed non ſine robore charitatis, ſine cibo, ſed non ſine Chriſto, canibus expoſitum ſed ſocium angelorum, qui non accipiebat de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, ſed cæleſtem panem viſceribus ructabat internis. Hæc ſunt igitur, quæ nonnunquã bene habentur, nonnunquam male, nonnunquam bene contemnũtur, nonnunquam male, bene quippe habentur, cum in eorum vſu, timor Dei ſeruatur: bene autem cõtemnuntur, cum in eorum contẽptu à ſummo Deo gloria, non ab hominibus quæritur.

Bona temporalia & bene & male habentur pariter & contemnuntur.

Iuſtinus Philoſo. & Martyr, reſpon. ad orthodoxos, quæſtio. 60.

SI formarum diuerſitas nobis hic vtilis eſt propter vſus corporis, & ſtudia, & contractus, cum cor-

corpus sit resurgat in resurrectione, vt nulla re egeat, si eadem formarũ diuersitate resurgemus, nõne erit inutilis? Sin eadem similitudine, quomodo demõstrari hoc potest: An non Lazari & Diuitis parabola formarũ varietatem ostendit. Nã hoc omnino ex ea perspicuum est. Quod si quis dicet cognitionem Diuiti quandam fuisse datam ad cognoscendum Lazarũ, & Abrahamum, vnde hoc probabunt etiam de domino, cum sanctorum qui adormierant corpora, resurrexerunt, multis apparuerũt? Nimirum sua quisque forma à notis suis agniti sunt.

Matth. 27.

RESPONSIO. Multæ sunt causæ propter quas oportet resurgentes, sua quemque forma resurgere, primum ad ostendendam singularem diuinamque Dei potestatem, quòd possit in tam innumerabili resurgẽtium multitudine, sua cuique forma seruari. Deinde ne putetur condere nouos homines, ac non mortuos excitare, propterea oportet vt resurgentes habeãt suam quisque formam. Ignoratis enim formis ei⁹, qui intulit, & ei⁹ qui passus est iniuriam, perit æquitas iudicij. Præterea si abolitis vsibus, propter quos necessaria est formarum varietas, ea superuacanea & inutilis reperitur, superuacanea est, & inutilis etiam nominum diuersitas. Qui fuit ergo, vt Dives Abrahamum & Lazarũ nomine vocet, cum ex nominum diuersitate non cognoscãtur facies? Iam illa de Lazaro & Diuite narratio, nec parabola est, nec historia. Si quidem Parabola, sermo est similitudinem habens rei præteritæ ad futuram. Historia vero, sermo narrationem continens iam factæ rei. Nec enim ante resurrectionem sua cuique digna factis præmia soluuntur, nec post resurrectionem verum est illud: *Habent Moysen & Prophetas, audiant eos.* Est autem hæc de Lazaro & Diuite narratio, illustris euidens sermo, quo docetur non posse post animæ exitum, homines vlla prouidentia aut studio assequi vllam vtilitatẽ.

Parabola quid sit?

Historia quid sit?

Clemens Alexand. in Pædagogo, lib. 2. cap. 10.

B *SI autem fœnum quod hodie est in agro & cras in clybanũ mittitur, Deus sic vestit, quanto vos magis modicæ fidei? Et vos ne quærite quid comedatis, aut quid bibatis.* Hic hæc particula: Quid, cibi varietatem expulit, id significatur ex scriptura. *Ne soliciti sitis, quænam comedatis, aut quænam bibatis.* De his enim esse solicitum, est plura nimia habẽdi cupiditas, & delitias arguit. Sed si comedere per se solum cogitetur, est argumẽtum necessitatis, & defectus repletio, vt diximus. Quod est autẽ amplius, est ex superfluo: quod est autem ex superfluo, esse à diabolo declarauit Scriptura. Sensum autem planum facit quæ sequitur dictio, cum enim dixisset: *Ne quærite quid comedatis, aut quid bibatis:* subiunxit: *& ne sublimes efferamini.* A veritate autem sublimes efferunt arrogantia & delitiæ, & quæ in rebus superuacaneis versatur, delectatio abducit veritate. Quo circa pulcherrimè quoque dicit: *Hæc omnia gentes mundi quærunt.* Qui immoderati sunt, & insipientes, gentes sunt. Quænam autem hæc dicit. Delitias delectationem, cupedias, obsoniorum voracitatem & ingluuiem. Hæc sunt illud quid. De solo autem nutrimento, siccò scilicet & humido, vt quæ sint necessaria, scit inquit: *Pater noster quid nobis opus sit.* Quod si nobis omnino innatum est vt quæramus, ne quærendi

Luc. 12.

Comedere per se argumentum necessitatis.

Repletio defectus est, & superfluũ à diabolo.

rendi facultatem in delitijs perdamus, ſed eam ad veritatē inquirēdam excitem? *Quærite enim* (inquit) *Regnum Dei, & quæ ad alimentū pertinent, adijcientur vobis.* Si ergo de veſte, & delitijs rebuſque ſuperuacaneis, tanquam neceſſariam omnino curam tollit, quid cenſendū eſt cum dicere de nimio ornatus ſtudio, de tinctura lanarum, varietate colorum, ſuperflua cura gemmarum, auri elaboratione: capillis artificioſis, & in tortis crinib⁹? Quid defucata oculorum pictura, quid deuulſionibus purpuriſæ & ceruſæ fucationibus, tinctiſque pillorum coloribus, improbriſq; huiuſmodi artificiorū fraudibus? An non hoc quoque recte coijcié dum eſt, id quod de ſeno paulo ante dictum eſt. De his ornamentorum amatoribus, qui à temperantia, & vero animi ornatu alieni ſunt, optime poſſe dici? Ager enim eſt mūdus & nos herba, qui ſumus Dei gratia irrigati, tonſi autē rurſus exorimur, vt pluribus oſtendetur in libro de reſurrectione. Fœnum autem turba promiſcua allegoricè dicitur, quę ſe ad momentaneam lætitiam applicat; quæ floret paruo tempore, quæ ſuperflua ornamenta, quæ gloriā, quæ quiduis potiuſquam veritatem ſectatur, quæ non ad aliud apta eſt quā ad ignis incendium. *Homo quidam*, dicit narrans Dominus, *erat valde diues, qui induebatur purpura, & byſſo, qui oblectabatur quotidie ſplēdide.* Hic erat fœnum. *Mendicus autem quidam nomine Lazarus abiectus erat in veſtibulo diuitis, vlceratus, cupiens repleri ijs, quæ cadebant de mensa diuitis*, hic eſt herba, ſed ille quidem diues puniebatur ad inferos, vt qui eſſet ignis particeps. Hic autem rurſus germinauit in ſinu patris. Laudo ergo & admiror veterem Lacedemoniorum ciuitatem, quæ ſolis meretricibus floridas veſtes & aurum mundum geſtare permiſit, à probis mulieribus mundi ſtudium auferens, quod ſolis meretricibus ſe ornare concederit. Contra autē Athenienſium Principes, qui ciuilem vitæ formam expulerant, toge virilis obliti aurum geſtabant, & talaribus tunicis amiciebantur crobulo, q̄ eſt veſtimēti genus aureo induebātur, adiunctis cicadis ornati ortuū ſuū reuera terreſtrē. Cynedico quodā faſtu & arrogātia mōſtrantes. Horū autem principium æmulatio ad alios quoq; Ionas peruaſit, quos Homerus cſæminatos eſſe oſtendens, vocat hoc eſt veſtimenta trahentes. Ij ergo qui pulchri ſimulachrum nimium ſcilicet, ornatus ſtudium, non autem ipſum pulchrum, & honeſtum attendunt, ſpecioſo nomine, ſimulachrorum cultum rurſus inducentes, à veritate longe ſunt relegandi cum opinione non ſciētia pulchri naturā omniēt, & eſt vita, quę ab eis hic agitur profundus ſomnus ignorātię. An nō oportet nos excitatos, ad id quod vere pulchrum eſt & ornatum contendere? & id ſolum aſſequi deſiderare, relinquētes quæ hic ſunt mūdana, ipſo mundo, hoc eſt vero ornatu gaudentes, priuſquam perfectè abdormiamus. Dico ergo hominem non alia de cauſa opus habere veſtimentis, quam vt tegatur corpus, ad maxima frigora & vehementes æſtus propulſandos, ne nos lædat ambictis aeris immoderatio. Quod ſi hic eſt veſtis ſcopus, vide ne non alia quidem viris, alia vero fœminis veſtis tribuenda ſit. Tegi enim vtriſque commune eſt, quemadmodum comedere & bibere. Cum vſus itaque ſit communis, conſtructionem ſimilem comprobans. Quemadmodum enim vtriſque commune eſt, vt

egeant

Mundus eſt ager homines herba gratia Dei irrigata. Fœnum qui dicantur.

Diues dicitur fœnū, & pauper herba.

Eſœminatiho mines qui ſint.

Quæ ſunt mūdi mundo relinquenda quæ autē pulcra ſeu cæleſtia ſolum deſideranda.

egeant ijs quæ tegant, ita à quibus tegẽdi ſunt eſſe oportet ſimilia, & ſi oporteat huiuſmodi tegumentum aſſumere, quo ſunt fœminarum celandi oculi. Et ſi enim fœmina propter imbecillitatem longe plura concupiſcat, id malæ educationis conſuetudini tribuendũ eſt, per quam ſæpenumero viri in malis vitæ inſtitutis educati euaſerunt, mulieribus magis efœminati. Non eſt igitur eis hac in recedendum. Quod ſi ſe eis aliquantulũ accõmodare oporteat, veſtibus quidẽ paulo molliorib⁹ eis vti concedendũ eſt, dummodo nimis ſubtiliter per ſummam ſtultitiam laborata opera, curioſæque in texturis plicaturæ longiſsimæ à mandentur: aurifila, & indicos ſeres, & operoſas bombyces valere inuentibus. Eſt autem bombyx primum vermis, deinde aſpera ex eo naſcitur eruca, poſtquam in tertia Metamorphoſi innouatur Papilio, quæ nonnulli Græce appellant. Ex quo longum ſtamen naſcitur, quemadmodũ ex aranea tela araneæ, ſuperflua enim hæc, & perſpicua mentem minime conſtantem arguunt, quæ exiguo expanſo velo, tanquam quodam lenocinio, probrum corporis illiciũt. Nõ eſt eſt enim amplius tegumẽtum molle ac delicata veſtis, quæ nudam figuram non poteſt oculere. Eiuſmodi enim veſtis in corpus incidens, mollius ipſi corpori imprimitur & applicatur, figuræ carnis inſtar adhærens, & mulieris typum ita exprimit, vt vel non vidẽti manifeſta ſit tota conſtitutio corporis. Reijciendæ quoq; ſunt veſtimenti tincturæ, ipſæ enim & ab vſu & à veritate longe remotę ſunt, præter id quod ex eis morum oritur reprehenſio. Nec enim eſt earũ vſus vtilis: Nam nec ad frigus propulſandum eſt aptus, nec ad tegumentum habet aliquid amplius quam alia veſtis, niſi ſolum vituperium. Coloris autẽ delectãs ſuauitas, male habet auidos, eos ad ſtultam impellens lippitudinem Atq; eos quidem qui ſunt candidi, & nõ intus adulterini, candidis & minime curioſis ac operoſis veſtibus, vti eſt conuenientiſsimum. Aperte certe & pure Daniel Propheta. *Poſiti ſunt* (inquit) *throni & ſedit ſuper ipſos tanquã vetus dierũ, & eius veſtimentum album ſicut nix.* Tali veſte vtentem Dominum, in viſione ſe vidiſſe dicit Apocalypſis: *Vidi animas eorum qui teſtes fuerant ſub altari, & data eſt vnicuique veſtis candida.* Quod ſi oportea⁹ etiam aliquem alium colorem quærere, naturalis veritatis per ſe tinctura ſufficit. Veſtes autem, quæ ſunt floribus ſimilis, Bachicis, nugis, & initiorum myſterijs relinquendæ ſunt. Deinde vero purpura & vaſa argẽtea, ſunt, vt dicit Comicus, Tragædijs & non vitæ vtilia. Vita autẽ noſtra quiduis potius quam pompa exiſtimanda. Tinctura itaque ſardiniaca, & alia Omphacina, ſeu Oleagina, & alia viridis, roſacea, & cocina, & alię innumerabiles tincturæ, excogitatę ſunt à pernicioſis delectationibus. Quo fit vt viſus iam ſit veſtis nõ autem in tegumenti. Quæ autem ex auro à fabre facta, & quæ purpura tincta ſunt, & hæ animalium quæ vento feruntur delitiæ, & ille vnguentis delibutus Crocotus, & ſuſpiciendarum mẽbranullarum precia ingentia, & vanegatæ veſtes, quæ in purpura habent animalia, cum ipſa arte valere iubenda ſunt. Quid enim prudenter ac præclare fecerint mulieres, quę vt ait Comędia floribus tinctæ, Crocotum geſtantes, ac fucatæ ſedent? Aperte itaq; ſuadet pædagogus. *In amictu veſtis ne glorieris, nec in omni gloria quæ eſt præter*

Sumptum ex Tragædia Euripedis Hecuba.

Propter imbecillitatẽ & male educationis cõſuetudinẽ fœminæ plura concupiſcunt.

Veſtimenta quæ neceſſaria, & quæ ſuperflua ſint.

Daniel. 7.

Apoc. 6.

Eccle. 11.

præter leges eferaris. Eos certe irridēs qui mollibus veſtibus induti ſunt: dicit in Euangelio: *Ecce qui in veſtitu glorioſo & delitijs degunt, ſunt in terrenis regis.* Regias dicit terrenas, mortales ac corruptibiles, vbi eſt vana honeſti opinio, inanis gloriæ ambitio, error & adulatio. Qui aulam autem cęleſtem obſeruant, quæ eſt circa omnium regem, incorruptibilem animæ veſtem nēpè carnem ſanctificant, & per eam induunt in corruptionem. Quemadmodum ergò quæ non nubit, ſoli Deo dat operam, & eius cura nō diuiditur. Pudica autem, quæ nupſit, vitam cum Deo & marito diuidit: quæ autem aliter fertur, tota coniugij, hoc eſt vitij efficitur. Eodem modo pudica mulier, vt ego quidem ſentio, quę marito dat operā, pia eſt & religioſa, citra vllam fictionem. Quæ autem immoderato ornatus ſtudio tenetur, & à Deo & à pudico coniugio excidit, vt quæ maritum ornamento permutet. Quemadmodū Argiua illa meretrix, Eriphilæ inquam: aurique precium ſumpſit, pro coniuge charo. Quo circa Cæum Sophiſtam iure aprobo, qui virtutis & improbitatis aptas deſcribit imagines. Quarum hanc quidem fecit ſimpliciter ſtatem, candida veſte indutam & puram nempe virtutem, ſola verecundia ornatam. Talem eſſe oportet fidelem mulierem, nempe virtute præditā cum verecundia. Alteram autem contra inducit, nempe improbitatem, ſuperflua quidem & varia veſte indutam, alieno autem colore exultantem: motus eius & habitus comparatus ad delectationem deſcribitur, non ſecus ac meretrices, qui ergo rationem ſeu verbū ſequitur, nulla turpi voluptati adhærebit. Et ideò quòd in veſte vſum affert præferendum: & ſi verbum hoc canit, per Dauid dicens de Domino: *Delectauerunt te filiæ regum in honore, aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu de aurato, & in fimbris aureis circumamicta*: non luxurioſas ac delicatas veſtes ſed integrū ac incorruptum, ex fide contextum ornatum eorum, qui conſequuti ſunt miſericordiam, nempè Eccleſiæ ſignificauit. In qua Ieſus à dolo alienus ſplendit, vt aurum & fimbriæ aureæ ſunt electi. Quod ſi etiam propter fæminas ſit aliquid relaxandum, texenda quidem eſt ſuauis veſtis, & tactu mollis: ſed non ſicut picturæ, eſt auiſus delectationem colorum varugāda floribus. Pictura enim tempore euaneſcit: Ablutiones autem, exterſiones, ac conſtipationes, quæ venenatis tincturæ ſucis lanas inficiūt, imbecillas veſtium texturas efficiunt. Hoc autem nec ad bonā quidem domus adminiſtrationē aptum eſt. Eſt autem maxime ineptū & in decorum, pepla, xeſtides, ephatides, lenaſque aſt unicas ſtupere & admirari: & quæ, vt ait Homerus velant circumquaque pudorem. Pudet me, vt vere dicam, cum videam tantum opus effundi ad tegenda pudenda. Vetus enim homo qui erat in Paradyſo, ramis & folijs dimetiebatur tegumentum pudoris. Nunc autem cum nobis oues fabricatæ ſint, nec ſimiliter ac oues ſimus inſpicientes. Aratione autem ſeu verbo inſtituti, ſumptuoſas veſtes redarguamus, dicētes, eſtis pillij ouium: etiam ſi ſe iactet Miletus, etiam laudetur Italia, etiam ſi ſubpellibus pilli cuſtodiantur, quarum nonnulli inſano amore tenentur, nobis quidē certe nullum eſt ſtudium in ea conferendum. Beatus autē Ioannes deſpectis quoque ouium pillis, qui delitias redolent, pillos camelorum eligit, & eis ſe veſtijt, ſimplicem vitam,

Matth. 11.

Diſcrimen inter nuptā & nonnuptā mulierem. 1. Cor. 7.

Pſalm. 44.

Geneſ. 3.

Victus & veſtitus D. Ioā. Baptiſt.

Matt.3.4

tam,& à dolo alienã repræſentãs, Mellenim comedebat & locuſtas, dulcem ſpiritalem cibum: à faſtu alienas & moderatas vias Domini præparans: ſe enim certę purpurea chlamide induiſſet, ſi vllam vrbani faſtus curam geſiſſet: ſed cum in ſolitudinem quietis, tranquillæ cum Deo verſatus ſe recepiſſet, ab omni inani ſtudio, vnaque boni ſpecie, ſordidoq; ac liber à illiberali decore ſe remouit. Qui na autem pelle Elias vtebatur indumento, & ouinam pellem ſtringebat zona facta ex pillis. Eſaias vero alius Propheta, nudus erat, & nullis vtebatur calceis. Sępe au tẽ ſacco quoq; vtebatur, quod eſt indumentum humilitatis. Quòd ſi etiam vocas Ieremiam, is cingulum ſolum habuit lineum. Quemadmodum autẽ bene nutrita corpora ſi nuda ſunt, vires ac vigorem apertius indicant: ita etiam pulchritudo morum, ſi ineptis nugis non inuoluatur, magis indicat animi magnitudinem, & magnificentiam. Trahere autem veſtes ad ſummos vſque pedes demiſſas, valde eſt arrogans & ſuperbum, quod ambulandi actionem impedit, cum veſtis inſtar verriculi, quę in ſoli ſunt ſuperficie ſordes ſecum atrahat, ne fractis quidem & eneruatis his ſaltatoribus, qui Cynedicam turpitudinem mutam in ſcenam transferunt, veſtem cum tanto dedecore defluentem deſpicantibus, quibus exquiſitæ veſtes fimbriarumque dilationes, & curioſi figurarum numeri, illiberalem ac ſordidam firmatum mollitiem indicant. Quod ſi quis talarem Domini veſtem adducit, variegata illa tunica oſtendit flores ſapientiæ, varios, & quæ non faciſcunt ſcripturas, eloquia Domini, quæ veritatis ſplendoribus refulgent. Eiuſmodi alia veſte Spi-

4. Reg.1.

Eſai.20.

Ieremi.13.

Prophetarũ aliquorũ veſtimenta.

A ritus Dominũ per Dauid induit, ſic pſallens: *Confeſsionem & decorem indutus es. Induens lucem, ſicut veſtimentum.* Quemadmodum ergo veſtium compoſitionem honeſtam, & ab eo quod eſt in decorum mundam eſſe oportet, ita etiam vitanda eſt vſus immoderatio. Nec enim ſicut Lacenas virgines, ſupra genu veſtiri honeſtum eſt. Nullã enim partem fæminæ nudari decorum eſt. At qui poſſet quidem honeſte dici vrbana & faceta illa

B vox, quæ dicta eſt ei qui dixerat, Pulcher cubitus, at non publicus: & tibi pulchræ ſunt tibiæ dicendo, ſed ſunt ſolius mei mariti, & ſpecioſa facies, ſed eius tãtum qui me vxorem duxit. Ego autem nõ laudo pudicas fęminas præbere talium laudum cauſam, ijs, qui per eiuſmodi laudes vt probrum eis afferant, venãtur. Nec vero ſolum calcaneum nudare eſt prohibitũ, ſed etiam caput tegere, & vultum

C adũbrare iuſſum eſt. Nec enim honeſtum eſt corporis pulchritudinem eſſe hominum aucupium, nec pars eſt vt purpureo vtens velo, fœmina velit aſpici. Atque vtinam poſſet etiam à veſte eximi purpurea, vt nõ in vtentium faciem ſpectatores conuerteret. Atque ille quidem cum reliquæ veſtes admodum parum texant, fecerũt, quid eſt purpureum, ſuas inflamantes libidines. Qui autem his ſtolidis & mollibus purpuris impenſe de-

D lectantur eas, vt ſunt verba Poetæ: Purpurea arripuit mors. Propter hanc itaque purpuram, & Tyrus, & Sydon, & quæ regio eſt mari propinqua Laconico maxime deſiderantur. Quinetiam earum tinctores & purpuræ infectores, & ipſa Conchilia in magno precio habentur, propterea quod eorum ſanguis producat purpuram. At etiam auidis pannis, admiſcẽ-

Pſalm.103.

Ex quo purpura producitur.

tes

tes doloſæ mulieres,& qui ſunt ex viris efæminati, & fraudulentas doloſaſque tincturas,inſano quodam amore feruntur in immoderationem, non amplius lintea ex Ægypto, ſed quædam alia ex terra Hebræorum & Cilicum comparantes. Amorgina autem taceo & byſipia: Delitiæ iam ipſorum appellationum immodice ludificando tranſmiſerunt. Porro autem oportet,vt mihi quidem videtur, id quod tegitur, extegumento oſtẽdere ſe eſſe eo melius: vt templo imaginem, & corpore animã, & veſte corpus. Nunc autem contra omninò, ſi corpus quidem earum venundetur, nunquam mille dragmas atticas inuenerit: vnam autem veſtem mille talentis emẽtis, ſe eſſe veſtibus vtiliores & viliores argunt. Cur ergo quæ ſunt rara & precioſa pluſquam ea quæ ſunt in medio ſita & vilia perſequimini? Quoniã quod vere pulchrũ, & quòd verè honeſtum ignoratis, & pro his,quæ ſunt,ea quæ eſſe videntur aſtultis magno ſtudio quęruntur,qui perinde ac inſani quæ alba ſunt tanquam nigra viſione appræhendunt.

Origenes homilia 9. ſuper Ezechielem,de eo quòd dicitur Mater veſtra Cethea, & pater Amorrhæus vſque & manum egeno & paupereri non porrigebant, capit. 17.

Ezechie. 16.

PRoponamus primũ id quod ante multos dies lectum eſt diuitem veſtitum byſſo & purpura,quotidie delicijs luxuriaque lætantem,& Lazarum vulnerum tabe,&vermium pedore confectum, A quærentem ſolatium famis ſuę micas quæ de menſa eius decidebãt. Oportune autem nunc in hunc locum exemplum iſtud incidit, vt perſpicuum fiat, quæ iniquitas diuitis fuerit: locuples erat, abundabat delitijs. Non enim ăcuſauit eum ſcriptura,quaſi diuitias in iniquitate poſſederit: non eum crimi natus eſt ſermo diuinus, quod meretricibus dederit: non homicidam, aut aliud quodcunque ſcelerum faciente. Sed ſi cõſideres hoc quod B in præſenti ſcriptum eſt, & illud quod in Euangelio dicitur, videbis quia & illius maximum peccatum inter vniuerſa peccata ſuperbia fuerit: in ſaturitate panum, & in abundantia affluens non habuit miſerationis affectum ad eũ, qui ante portas ſuas confectus vlceribus iacebat: ſed in tantam ſuperbiam elatus eſt, deſpitiens paupertatem, vt non computaret nec inferorum ſuplitia nec communia humanitatis iura, quia oporC teret hominem humana ſapere, & in alienis calamitatibus pro ſimili conditione ſui quodãmodo miſereri. Eſt igitur & diues ille Sodomita. Si enim talia erant peccata Sodomæ, vt in ſaturitate panum & in abundantia fuerit, talis autem eſt & diues, qui in Euangelio deſcribitur, nulli dubium quin diues ille Sodomita ſit. Quomodo autem Sodoma & filiæ Sodo- D morum ſuperbæ fuerũt, tales ſunt arrogantes animæ & filiæ Sodomorum quæcunque neſciunt dictum: *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur.* Hoc erat ei & filiabus eius. De hinc ſequitur aliud Sodomæ delictum, quod debemus dicere, ne in ſimili crimine reperiamur. Et manũ pauperis & egentis non ſuſcipiebat. Conſidera diligenter enumerationem peccatorum Sodomæ. Ego ipſe

Diuitis iniquitas quæ fuerit.

Lucæ. 14.

ipſe ſi iuxta vires meas manum pauperis & egentis non adiuuero, ſodomiticum habeo peccatum, ſequitur alia accuſatio. Et ſuperbe gloriabatur. Et iactatio gloriæ Sodomiticum crimen eſt. Sũt autem quædam Ægyptia peccata, quædã Sodomitica: ſunt alia Babylonica, alia Aſſyria, alia Moabitica, alia Ammanitica. Quis ſapiẽs & intelliget iſta? aut quis intelligens & agnoſcet ea? Quotieſcumque legimus ea quæ de Sodomorum ſubuerſione conſcripta ſunt, non dicamus miſerabiles Sodomitas, quorum vlterius fructus terra non adfert, miſerabiles multumque plagendi, qui tam lugubria & tam dira perpeſsi ſunt. quin potius conuertamus hunc in corda noſtra ſermonem, ſcrutemur renes & cogitationes noſtras, & tũc videbimus eos, quos plangimus, in nobis intrinſecus contineri, & quia Sodomitica, & Ægyptia, & Aſſyria, & alia vniuerſa peccata quæ caſtigans Scriptura enumeratverſentur in nobis. Pollicitiſupra ſumus maius aliquid ſcripturæ nos eſſe dicturos Sodomę in ſaturitate panis, & in abũdantia atque delitijs, & iſtiuſmodi peccatis delinquenti lex loquitur. Attẽde tibi ne comedens & bibens repletus, & domos bonas ædificans, ouibus tuis & bobus tuis multiplicatis tibi; argento & auro multiplicatus obliuiſcaris Dominum Deum. Et in alio loco manducauit & bibit & ſaturatus eſt & incraſſatus, & recalcitrauit dilectus. Similia his Salomon in prouerbijs, ait. Conſtituite autem mihi neceſſaria & ſufficientia vt non repletus mendax fiam, & dicam, quis me videt? aut egens furer, & iurabo nomen Dei. Simpliciterque dicendum, quia nihil ſic in arrogantiam eleuet, vt diuitiæ & ſaturitas, & cibus opũ plurimarum, dignitas quoque & poteſtas. Eſt autem etiam ad altiora tranſgreſſum videre, quia ſuperbiam frequenter nutriam, ſi diuinum ſermonem intellexero, ſi ſapientior cæteris fuero. *Scientia quippe inflat,* non ego dico ſed Apoſtolus. Et ideò vereor ne & ipſe ſuſtollar, dãtur, & chariſmata ad id quod expedit. Si ad hoc dantur quod expedit, quis eſt ille cui non expedit? & cur non expediat audi. Inferior ſubijcit inflationem, & quandam placitionem ſui, dum ſe putat inter cæteros eminere. Sæpe igitur ſaturitas panum, & abundantia materia eſt arrogantiæ. Sæpe autem & ſpiritualibus donis ſuperbiæ crimen exoritur, & non eſt vtrobique diſcrimen. Tantus vir Apoſtolus Paulus neceſſarium habuit colaphum angeli ſathanæ, vt eum colaphizaret nec leuaretur multum, quia orans & deprecans Deum impetrauit pro multis ſæpe, quod petijt. Cum autem etiam pro hoc petijſſet, nec eſſet quod petierat conſequtus dictum eſt ei: *Sufficit tibi gratia mea virtus enim in infirmitate perficitur.* Oportet itaque timere eum qui adhuc in genere humano, & in hac præſenti luce verſatur, non ſolum ea quæ bona putantur in ſeculo, ſed etiam quæ verè bona ſunt: quia magna non poſſumus ſuſtinere. Exhibeo ad probationem præſentis ſententiæ hiſtoriam Dauid, in qua conſcribitur in Vriam eum comiſiſſe peccatum. Ante Vriam nullũ delictum reperitur in Dauid: Beatus homo erat, & ſine querella in cõſpectu Dei. Quia vero conſcius ſibi vitæ immaculate locutus eſt quod non debuerat dicens: *Exaudi Domine iuſtitiam meam intende deprecationi meæ, auribus percipe orationem meam, non in labijs doloſis, de vultu tuo*

A B C D

Saturitas panis & abundantia materia eſt arrogantiæ.

1.Cor.8.

1.Cor.11.

Deut.31.

Prouerb.30.

Diuitiæ & ſaturitas in arrogãtiam eleuant.

Pſalm.16.

tu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates, probaſti cor meum & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Et hæc dixit, quia viſitatio Dei propter conſcientiam, & vitæ beatitudinem eidem præſentaretur, tẽtatus eſt, & nudatus auxilio, vt videret quid humana poſſet infirmitas. Recedente quippe præſidio Dei ille caſtiſsimus, ille admirabilis in pudicitia, quæ audierat. *Si mundi ſunt pueri maxime à muliere,* & acceperat Euchariſtiam quaſi mũdus, nõ potuit perſeuerare ſi in eo repert⁹ eſt crimine, in quo ſibi quaſi cõtinens applaudebat. Si quis ergò conſcius puritatis ſuę ſeipſum glorificauerit, nõ habẽs memoriã illius dicti. *Quid autẽ habes quod non accepiſti, ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* relinquitur, & derelictus diſcit experimẽto quia in his bonis, quorum ſibi cõſcius erat, non tam ipſe ſui extitit cauſa quam Deus, qui virtutum omniũ fons eſt. Ex quibus apparet & ſaturitatem panum, & dona ſpiritalia ei qui ea non poteſt ſuſtinere generare ſuperbiam. Idcirco fugiamus à Sodoma, & à peccatis eius, fugiamus à Samaria & criminibus quibus caſtigatur, miſera Ieruſalem, vt in vniuerſis Deo nobis fortitudinem miniſtrante, humilitatem & iuſtitiam conſequamur in Chriſto Ieſu, cuius eſt gloria & imperiũ in ſęcula ſęculorum, Amen.

I. Cor. 4.

In bonis per ſeuerãtia nõ hominis ſed Dei eſt donũ.

Ambroſ. in Lucã, lib. 8. c. 17.

HOmo autem quidem diues induebatur purpura, &c. Narratio magis quam parabola videtur, quã do etiam nomen exprimitur. Nõ ocioſe autem hic diuitem Dominus perfunctum delicijs ſeculari-
bus in perpetuæ famis apud inferos conſtitutũ ſignificauit erũna. Cui nõ immerito, quinq; fratres,
A id eſt, quinque ſenſus corporis, naturali quadam germanitate viden
tur fuiſſe ſociati, qui immodicis ac innumeris cupiditatibus æſtuabant, Lazarũ vero in Abrahæ gremio, quaſi in quodam ſinu quietis & ſanctitatis receſſu locauit: nec illecti præſentium voluptate maneamus in vitijs, vel tædio victi, laborum dura fugiamus, ſiue itaque Lazarus pauper in ſęculo, ſed Deo diues, ſiue apoſtolicus aliquis pauper in verbo, lucuples in fide. Nec enim omnis ſancta paupertas, aut diuitiæ criminoſæ: ſed vt
B luxuria infamat diuitias, ita pauperatẽ commendat ſanctitas. Siue ergo Apoſtolicus qui veram teneat fidem, verborũ infulas, fucũ argumentorum, ambitioſa ſententiarum velamina, non requirat, fæneratam mercedem accipit, impugnans hæreticos, Manichæũ, Marcionem, Sabellium, Arrium, Fotinumque, iſti enim non aliud quã fratres ſunt Iudæorum, quibus
C perfidiæ germanitate nectũtur. Reprimens quoque carnis cupiditates, quæ illis, vt dixi, quinque ſenſibus vaporantur, fæneratam, in quam, mercedem accipit, cui compenſatio exuberantium copiarum & perpetuitatis vſura eſt. Nec alienum putamus vt de fide quoque opinemur hũc eſſe tractatum, quã Lazarus abiectam de mẽſa diuitis colligit, cuius vtiq; vlcera ſecundũ literam diues faſtidioſus horre
D ret, nec inter precioſas epulas vnguentatoſq; conuiuas fœtorem vlcerũ lambẽtibus canibus ſuſtineret, cui odor aeris & ipſa eſſet natura faſtidio: quanquã inſolẽtia & tumor diuitũ indicijs competentibus exprimatur, quod ita conditionis inmemores humanę ſint, vt vt tanquã ſupra naturã ſiti, de miſerijs pauperũ incẽtiua ſuarũ capiãt voluptatũ, rideant inopẽ, inſultẽt egẽti

Luxuria infamat diuitias & paupertatem commendat ſanctitas.

Diuites humanæ conditionis immemores.

egẽti,& quorũ miſereri deceat his auferãt. Vtrũq; ergo qui voler,tãquã Lazarus colligat. Cui ſimilem illũ puto,qui cęſſus ſępi⁹ à Iudæis, ad patientiã credentiũ & vocatiõẽ gentiũ, vlcera ſui corporis lambẽda quibuſdã velut canib⁹ offerebat,quia ſcriptũ eſt: *Conuertentur ad veſperam, & famẽ patientur vt canes.* Quod agnouit Chananitis illa myſteriũ,cui dicitur. *Nemo tollit panẽ filiorũ & mittit canibus.* Agnouit hunc panẽ nõ eſſe panẽ, qui videtur,ſed illũ qui intelligitur,& ideo reſpondit: *Vtiq; Dñe,nam & cateli edũt de micis, quæ cadũt de mẽſa dominorum ſuorum.* Micę iſtę de illo pane ſunt, & quia panis verbũ eſt, & fides verbi eſt,micæ velut quędã dogmata fidei ſunt. Vnde reſpõdit Dñs, vt oſtẽderet fideliter dictũ: *O mulier,magna eſt fides tua.* O felicia vlcera,quę perpetuũ excludũt dolorem. O vberes micę, quę repellitis ieiuniũ ſempiternũ,quę colligentẽ pauperẽ ęternis expletis alimẽtis. Abijciebat vos de mẽſa ſua Archiſinagogus, cũ propheticarũ ſcripturarũ, & legis interna myſteria refutaret. Micę enim ſermones ſunt ſcripturarũ de quibus dicitur: *Et proieciſti ſermones meos poſt te.* Abijciebat vos Scriba,ſed Paulus diligẽtiſsimè colligebat,iniurijs ſuis eligẽs populũ,lambebant vlcera eius:qui morſu ſerpẽtis intrepidum excuſo ſerpẽte viderũt & crediderunt. Lãbebat ille carteris cuſtos,qui vulnera Pauli lauit & credidit. Beati canes in quos vlcerũ taliũ diſtillat humor,vt adimpleat cor,& impinguet fauces corũ, qui cuſtodire domũ,ſeruare gregem,cauere aſſuęſcant lupos. Pone nũc ante cõſpectũ,ſecularib⁹ Arrianos ſtudijs intẽtos,qui ſocietatẽ potentię regalis affectant, vt armis militaribus impugnẽt Eccleſię veritatẽ. Nonne tibi videntur in quadã purpura & byſſo extructis iacentes thoris, qui pro veris fucata defendãt,ditibus abundare ſermonibus,cum iactãt dominico terrã tremuiſſe ſub corpore cælũ tenebris obductum, excita verbo maria vel ſedata, verũtamen Dei filium denegantes? Cõſtitue&illum pauperẽ,qui ſciẽs nõ in ſermone,ſed in virtute regnũ Dei eſſe,paucis quid ſentire ex prędſit dicẽs: *Tu es Filius Dei viui.* Nõne tibi illę videntur egere diuitię, hęc redũdare paupertas? Diues hæreſis Euãgelia multa cõpoſuit, pauper fides hoc ſolum Euangeliũ tenuit, & accepit. Diues philoſophia plures ſibi deos fecit,pauper Eccleſia,vnũ Deũ nouit. Inter hunc igitur diuitẽ & pauperem chaos magnũ eſt, quia poſt mortẽ nequeunt merita immutari, eoq; in inferno dives inducitur,cupiẽs aliquid de pauperis ſpiritu refrigerantis haurire. Aqua enim refectio eſt animę in doloribꝰ cõſtitutę,de qua dicit Iſaias: *Et ſalient aqua cum delectatione de fontibus Saluatoris*, cur autem cruciatur ante iudiciũ: Quia luxurioſo carere delitijs pæna eſt. Nã & Dñs dicit: *Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ,cũ videritis Abrahã, & Iſaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno cælorũ.* Serus autẽ diues iſte magiſter eſſe incipit, cũ iam nec diſcedi tẽpus habeat,nec docendi. Quo loco euidentiſsime declarat Dñs vetus teſtamentũ eſſe fidei firmamentũ, retundens perfidiã Iudęorũ,& excludẽs nequitias hęreticorũ, à quibus mens ſupplantatur infirmior. Ipſi enim puſilli ſunt,qui adhuc neſciunt incrementa virtutis. Licet autẽ auertere quod inuillici illi⁹ ſuperiore,& iſtius diuitis prędſenti cõparatione incentiuũ miſericordię ſit. Et ibi fortaſſe ſanctis,quos amicos dicit,& quib⁹ tabernacula tribuit,hic vero docet pauperibus conferendum.

Pſalm.58.

Matt.15.

Micæ panis fidei dogmata dicuntur.

Matth.15.

Micæ ſermones ſcripturarum ſunt.

Pſalm.49.

Matth.16.

Merita poſt mortem immutari nequeunt.

Eſai.12.

Luc.13.

Theophylactus in Lucam, cap. 16.

Diuitis & Lazari parabola non hiſtoria eſt.

BEne ſequũtur hæc ad ſuperiora, quia enim pri⁹ docuerat, vt nos recte circa diuitias geremus: merito coniungit & hãc parabolã, in eandẽ ferentẽ ſententiã per exẽplũ diuitis. Parabola enim eſt hęc, & nõ (vt quidã opinati ſunt) hiſtoria. Nondũ enim ſeparata erãt iuſtis bona, & peccatorib⁹ contraria: ſed figurauit ſermonem Dñs vt im miſericordes doceat qualia eis euẽtura ſint, & iterũ doceat eos, qui affligũtur, quã bene habituri ſint pro his, quę hic ſuſtinẽt. Diuitẽ igitur hoc loco abſq; nomine in parabola aſsũpſit, vt potequi nec dignus vt à Deo nominetur ſicut & per Prophetã dicit: *Non memor ero nominũ illorũ per labia mea.* Nomẽ autẽ pauperis memorat. Iuſtorũ enim nomina in libro vitę ſcripta ſunt. Fert enim Hebreorũ traditio. Lazarũ quendã per illud tẽp⁹ extrema inopia & infirmitate laboraſſe, cuius mentionẽ fecerit Dñs in parabola hac, vt pote noti & manifeſti. Diues igitur omninò diſſolutus, nam purpura & byſſo induebatur & præterea omnib⁹ alijs delitijs vacabat epulabatur enim, dicit, & nõ nunc tantũ & poſtea non. Sed quotidie & nõ mediocriter, ſed ſplendide, hoc eſt, ſumptuoſe, & prodigaliter. Lazarus verò & pauper erat & infirmus grauiter, vlceroſus enim, inquit, erat. Ægrotant alij ſed vlceribus carent. Hic autẽ grauiore malo affligebatur, & ad veſtibulũ diuitis iacebat: ecce ali⁹ dolor, videre alios in delicijs ſe vero famæ præmi. Deſiderabat enim, inquit, ſatiari, nõ ſumptuoſis ferculis, ſed de micis ei⁹, & illis, quibus ſatiebãtur canes. Inſuper deſtitutus erat, omni cura & canes lingebant vlcera eius. Cũ nemo eſſet, qui ab illo iſtos abigeret. Nũ igitur Lazar⁹ in tãtis malis blaſphemabat? nũ cõuiciabatur? nũ inceſſabat luxũ diuitis, num inhumanitatem condemnabat, num prouidentiã Dei reprehendebat? Nihil horũ, ſed fortis erat, & magnæ philoſophiæ.

Pſalm. 6.

Nomina iuſtorum in libro vitæ ſcripta ſunt.

Lazari pauperis fortitudo.

TEXTVS.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo.

Chryſoſto. tom. 2. homil. 10. de diuite & paupere.

Pratis & nemoroſis locis Eccleſia comparatur.

PRata & nemoroſa loca, diuerſos & varios habent flores: & quędã quidẽ ſunt viſu delectabilia quædã autẽ bene olentia, quædam vero ad curã corporũ neceſſaria & hæc omnia congrua ſunt homini. Sic enim Eccleſia eſt, lectiones diuerſarũ habet ſcripturarũ. Euãgelij videlicet, & Apoſtolorũ & Prophetarũ inſtitutiones: quę omnia apta ſunt, & cõuenientia Chriſto. Sed ſuper prata oritur Sol, & marceſcunt flores, & decorem ſuum amittunt. In hunc vero agrum vel pratum, mittitur Sol iuſtitiæ, & aliũ quidem corripit, alium autem ſanctificat, alij vero miſeretur. Exort⁹ eſt nobis hodie ſermo Euãgelij lectione, dicens: *Quandiu feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis.* Iterũ commoneo pauperẽ, iterum opprobriũ diuitibus facio, ſed calumniã & iniuriã dignitati non facio, inſatiabilem mentem oſtẽdo, non diuitias accuſo, ſed cũ qui his male vtitur. Nã & Abrahã diues erat, & faſtũ multum habuit: & Lazarus cũ pauper eſſet, neminem blaſphemauit in tanta penuria cõſtitutus.

Matt. 25.

tus. Sed quid duarum perſonarum teſtimonia memoraui? Citabo & beatum Iob, qui vtrarumque partium idoneus teſtis eſt, qui cum eſſet diues contẽpſit neminem: & cum iniuriam pateretur non blaſphemauit vllũ ſed cũ eſſet locuples dicebat. Dom⁹ mea omni homini patuit. Et cũ paupertate prẽmeretur, loquebatur in anguſtia ſua, dicẽs: *Dominus dedit, Dñs abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt.* Diu & fortiter ei colluctatus eſt diabolus, ſed athletam vincere non potuit: pharetram ſagittarum ſuarũ exinaniuit, & bellatorem fortiſsimum fauciare non potuit, immanẽs ſuſcitauit fluctus, & firmiſsimam petram mouere non potuit: machinationes ſuas adhibuit, & turrim validiſsimam non proſtrauit, arborem concuſſit, & poma nõ decerpſit: & ramos quidem confregit, ſed radici nihil nocuit: parietẽ perforauit, ſed theſaurum auferre non potuit. Theſaurum dico, non auri & argenti, ſed fidem iuſti, hãc enim huius theſauros diripere diabolus feſtinauit. Vidiſti augmentari fluctus, vidiſti petram firmiſsimam, vidiſti militem præparatũ, vidiſti turrẽ inexpugnabilem, vidiſti Deum honorificatum, vidiſti diabolum confuſum. Et quali nomine hũc iuſtum appellem ignoro. Athletam eum vocem, ſed præcellit tantarum copia coronarum, petram eũ dicam? ſed firmiorem video, militem appellabo? ſed robuſtiorem cerno conſtantiam. Turrem eum nominabo? ſed eminet ſapientia, arborem eum dicã? ſed decorior inuenitur, fructum eum appellem? ſed ſpecioſior demonſtratur. Theſaurum eum nominabo? ſed copioſior dignoſcitur, & quali vocabulo appellẽ ſanctum non inuenio. Audiant hæc diuites, audiant pauperes quẽadmodum hic beatus vir in diuitijs ſuis, & fælicitate diſpenſator exti tit diuitiarũ, & in tentatione paupertatis ſuæ patienter & fortiter tolerauit. Vides igitur quam bonum eſt diuitem eſſe in operibus bonis, & pauperem in patientia, & egeſtate eſſe beatum. Nolo mihi dicas, paupertatem timeo: paupertatem times, & peccatum non times. Nolo timeas paupertatẽ, ſed iniquitatem time, quæ mater eſt tormentorum, Dominus à te ſtipem poſtulat, & dare eis nõ vis: cũ enim audis eum dicentem: *Quandiu feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis.* Vides quoniam ſi tribuis pauperi, Chriſto fæneraris: quod ſi tu cõtrahis à paupere manũ tuã, quomodo, & qua fiducia in illa die & tu à Domino miſericordiã poſtulabis? Nonne arguet te, dicens: *Vidiſti me nudum, & non opperuiſti, & eſurientem, & non pauiſti: ſitientem, & non potaſti.* Quid tu ad hæc reſpondebis, & quam veniam depræcaberis? Nonne conſcientia tua reum te faciet, & obmuteſces? Tu quidem phaſianos, & attagenas & turtures, & omnia cæli volatilia deuoras & quod pauperi repleat vẽtrem non largiris tu quidem veſte ſerica, leporina, & caprina, & diuerſo veſtimento veteris, & pauperi nudo nec lineum veſtimentum largiris, Tu habes in domo tua, lacunaria deaurata: parietes, precioſos, veſtitos marmore, columnas purpureas, & capita eorum de aurata: & pauperem nec proſpicere quidem permittis. Sed cum irreuocabilis finis aduenerit, perges ad inferos nudus bonis operibus, remanente domo cum omni ornatu ſuo in teſtimoniũ auaritiæ tuæ vnuſquiſque enim *prætereuntium* dicit: Hæc domus illius fuit raptoris, prædonis & iniqui: quantas viduas affixit: quantos orphanos denuda-

Iob. 1. Iob fortem Dei athletã diabolus vincere non potuit.

Matth. 25. Qui tribuit pauperi Chriſto fœneratur.

In die iudicij arguet Dominus in miſericordem.

nudauit, quantos miſeros fecit, vt hanc domum poſsideret? Nolo mihi dicas, quia diues, Conſul ſum, vel Prefectus, aut Comes, ſeu Senator. De dignitatibus nũc non diſputo, quæ à Deo ad benefacien dum omnibus conceduntur: ſed de illis dico, qui inflati ſuperbia dignitatum, putant ſe immortales cum ipſa dignitate futuros: & non conſiderant conditionẽ ſuã, quia de terra ſunt, & in puluerem redigentur: & pro parua lætitia præſenti, perpetua ſuſtinebunt tormenta. Atendis pauperem, & deſpicis, nec recogitas, quoniam homo eſt ſicut & tu. Homo eſt chara poſſeſsio Dei, homo cuius cauſa firmatum eſt cælum, extenſum mare, fundata eſt terra ſuper aquas: propter quem Sol oritur & occumbit, Luna creſcit, & decreſcit, aſtra micantia ſurgũt: propter quem diuerſa animalia, quadrupedia, volatilia, & natantia propter quem terra producit herbam, & dat cibaria in tempore ſuo omni animę: propter quem montes & colles, valles & campi: propter quem fontes & flumina, ſtagna & paludes: propter quem tempora & mẽſes, & anni: propter quem Angeli, & Archangeli, Principatus, & Poteſtates, Sedes & Dominationes, Cherubim & Seraphim. Et quid multa loquar? Propter quem Vnigenitus Filius Dei ſanguinem ſuũ fudit, & genus redemit humanum: & vt pauperes non deſpicerentur, formam ſerui ſuſcepit: & quia pauperes & ruſticanos, & piſcatores elegit Dominus, quos etiam beatos appellat. Nam facilius eſſe dicit: *Camelum perforamen acus tranſire, quã diuitem intrare in Regnum cælorum.* Princeps Apoſtolorum Petrus, ſuper cuius confeſsionem ac fidem Chriſtus fundauit Eccleſiam, vere immobilis petra, & firma cõfeſ-

Miſericordia circa pauperes habenda.

Matth. 19.

A

B

C

D

ſio, nõne pauper erat, & deſpectus, & piſcator? Sed & Iacobus, & Ioãnes ſimiliter pauperes erant: & trã ſiens Saluator vidit eos conſuentes retia ſua, & non deſpexit, ſed conuocauit & affatus eſt eos. O eminentia paupertatis. In tantum pauperes erant, quod retia noua emere non valebant ad capiendũ piſces, ſed vetera conſuebant. Sed & Matthæus ſimiliter, nõne in telonio ſedebat, & tranſiens Ieſus vidit illum, & dicit ei: Sequære me. Et ſurgens ſecutus eſt eum, & dereliquit auaritiam matrem, & rapinam nutricem: & non timuit in iunctionem regis, ſed ſtatim audito verbo, ſecutus eſt Regem regũ, & Dominum dominantium. Et qui aliquando aliena rapiebat, cępit donare ſua: & pro telonario factus eſt Apoſtolus, & de raptore conſtituitur Euangeliſta: & qui aliquando lupus, nũc factus eſt agnus. Et Petrus pro hamo piſcatorio, accepit claues Regni cæleſtis, &c.

Paupertas laudatur.

Gregorius Niſſæ. Epiſcopus, in oratione 1. de amandis pauperibus.

HIC mihi deinceps tute reliqua conſidera: chrateras, tripodas, cados, guturnia, lances, innumerabilia poculorũ genera. Scurras, mimos, cithariſtas, poetas, oratores, cãtores, cãtatrices, totũ deniq; petulantiæ ludũ. Pueros comis effęminatos, puellas inuerecũdas, inquas propter immodeſtiã merito ſorores Herodiadis Appelles, Ioannẽ, ideſt, diuinũ in vno quoq; ſapientiæq; ſtudioſum animum è medio tollentes. Atq; dum hæc intus geruntur, aſident ad veſtibuli fores innumerabiles, Lazari partim grauibus vlceribus pleni,

Pauperes clamant & non exaudiuntur.

pleni, partim oculis orbati, partim pedibus mutili. Quidam ipſorum quanuis ſint omnibus fere membris ſpoliati, ſerpere autem audẽt, & vt cumque progrediuntur. Conclamant autem, nec tamen exaudiũtur: impedit enim tibiarũ ſtrepitus, & carmina, quæ ab ipſis cantoribus concinuntur, & ſalute ridentium cachinatio. Quod ſi pauperes paulo vehementius fores pulſauerint, inmittis ac ſæuus aliunde proſiliens Domini ianitor eos baculo propellit, & canes appellãs, verueribus plagas infligit & vulnera. Abeunt igitur Chriſti amici, in quibus ſita mandatorum ſumma, quum nec panis fruſtum, nec obſonij quicquam acceperint, ſed potius contumelias & verbera lucrati ſunt. Intus autem in officina mammonæ alij tanquam nimis onuſta nauigia reuomunt cibum, alij præſentibus poculis indormiunt menſæ. Duplex autem in turpi domo exercetur peccatum, vnum propter Hebræorum ſacietatem, alterum propter expulſorũ pauperum famem. Si Deus hæc aſpicit, vt profecto aſpicit: quam vitæ commutationem, quem exitũ fore cogitatis. Dicite quæſo vos, ò pauperum inimici, an neſcitis horum cauſa in ſuo Euangelio poni, & commemorari exempla omnia horrenda & terribilia? nonne graues illius cruciatus & gemitus recẽſentur, qui in byſſo fuerat enutritus? An non in malorum abyſſo deſcribit coerceri. Quid huic alteri illi ſimilis. Nonne cum veſperi de matutinis delitijs cogitaret, tam in expectata, & repentina dãnatus eſt morte, vt ne oriẽtis quidem ſolis radiũ potuerit intueri? Proinde cum mortales ſimus, fidem ne abijciamus, neue fruamur voluptatibus vt immortales. Sic enim ferè affecti ſumus quicunque genio indulgere & carni in omnibus obſequi volumus. Tanquã patresfamilias ſucceſſorum nunquã habituri, & perpetui rerum humanarum Domini. Meſsis tẽpore ſementem facimus & quando ſeminandũ eſt, ſi ſperamus lętitiã meſsis. Platanum ſerimus, & procere arboris vmbram moramur. Palmæ ſemem terræ committimus & fructuum dulcedinẽ expectamus. Hæc autem fere in ipſa ſenectute, quando iam adeſt ætatis autumnus, & mortis hyems, aduentat, & vitæ reſiduum tempus eſt, non integer annus, ſed tres aut quattuor dies. Cogitemus igitur nos, qui ratione prædiți ſumus, quam fragilis fluxæque ſit vita noſtra, quam velociter labatur tempus, vt ſiſti cohiberique non poſsit vt omnia quæ metitur, ad interitum ducat & trahat. Atque vtinam breuem tantum eſſet ſpatium vitæ, modo certum eſſet, modo reddẽdę rationis non eſſemus obnoxij. Nunc autem illud merito torquere nos debet, quod & ſingulis horis inſtat periculum, & incorruptus, atque integer adeundus eſt iudex, apud quem non ſolum eorum quæ fecimus, ſed omniũ quæ diximus, reddẽda nobis eſt ratio. Quemadmodum hæc ſecum ipſæ animæ voluens, beatus ille vates habet intelligere præfinitum ſibi terminum vitæ. Itaque Deum præcatur, vt ſibi numerum dierum, qui reliqui ſint, annunciet, quo accingant, ſe ſe ad ea, quæ ad exitum pertinent: ne tanquam viator improbidus, dum iter facit, & viaticum neceſſarium quærit, repentè turbetur. Sic igitur inquit: *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi: Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.* Carnis animæ bonæ prudentem

Mandatorũ ſumma in pauperibus ſita eſt.

Pauperũ causa in Euangelio ponitur.

Fragilis & fluxa eſt vita noſtra.

Cauendũ nobis quia ſingulis horis inſtat periculũ.

Pſalm 38.

tem ſollicitudinem, idque in homine in regia dignitate conſtituto. Nec mirum, intuetur enim Regem regum, & Iudicum iudicem. Illud autem obſecrat vt abſoluta mandatorum obſeruantia decoratus diſcedat, integer & perfectus, cæleſtis illius patriæ ciuis, quam nos item omnes vt aſſequamur, opto, & ſpero per gratiã & benignitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti cui gloria in æternum, Amen.

Prudentis animæ ſollicitudo.

Iræneus aduerſus hæreſes, lib. 4. cap. 4.

NON autem fabulam retulit nobis pauperis & diuitis, ſed primũ quidem docuit neminem oportere delitijs vti, neq; in ſecularibus oblectamentis, & multis epulis degẽtes, ſeruire ſuis voluptatibus, & obliuiſci Deum. *Erat enim* (inquit) *diues, qui veſtiebatur purpura & byſſo, & epulabatur epulis ſplendidis.* De talibus autem & per Eſaiam dixit ſpiritus: Cum citharis, & tympanis, & pſalterijs, & tibijs vinum bibunt, opera autẽ Dei non intuentur, & opera manuum eius non conſiderant. Ne ergo in eadem pœna cum his veniamus, finem eorum oſtendit Dominus, ſimul ſignificans quod obedientes Moyſi & Prophetis crederent in eum, quem ipſi prædicaſſent Dei Filium, qui reſurrexit à mortuis, & vitam nobis donat, & demonſtrat ex vna ſubſtantia eſſe omnia, ideſt, Abraham, & Moyſen, & Prophetas, etiam ipſum Dominum, qui reſurrexit à mortuis, in quem credunt multi, qui ſunt à circũciſione, qui & Moyſen & Prophetas audiunt prædicantes aduentum Filij Dei. Qui autẽ diſpernunt, & ab altera ſubſtantia eos eſſe dicunt, nec primogenitũ mortuorũ ſciunt, ſeparatim Chriſtum intelligentes, tanquam impaſsibilem perſeuerantem, & ſeparatim eum qui paſſus eſt Ieſum. Non enim à Patre accipiunt cognoſcere Filium, nec à Filio diſcunt Patrem, manifeſte & ſine parabolis eum Deum, qui eſt vere docentem.

Delitijs & voluptatib. vti & Dei obliuiſci iniquũ eſt.

Eſai. 5.

Ambroſius officiorum, lib. 1. capit. 15.

DVo abſoluim⁹ & vt arbitramur non incongrue nobis huiuſmodi cecidit diſputatio. Tertium genus quæſtionis reſidet huiuſmodi: cur peccatores abundent opibus & diuitijs, epulentur iugiter, ſine mærore, ſine luctu iuſti autem egeant, & afficiantur, aut coniugum amiſsione, aut liberorum. Quibus ſatisfacere debuit illa Euãgelij parabola, quod diues byſſo & purpura induebatur, & epulas copioſas exhibebat. Quotidie pauper autem plenus vlceribus de mẽſa eius colligebat reliquias. Poſt obitũ vero vtriuſq;, pauper erat in ſinu Abrahæ requiem habens, diues in ſupplicijs. Nonne euidens eſt, meritorum aut præmia, aut ſupplicia poſt mortem manere? Et recte, quia in certamine labor eſt, poſt certamen alijs victoria, alijs ignominia. Nunquid priuſquam curſus conficiatur, palma cuiquã datur, aut defertur corona? merito Paulus *Certamen* (inquit) *bonum certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, quod reliquum, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex. Non ſolum autẽ mihi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius.* In illa, inquit, die, reddet, non hic. Hic autem in laboribus, in periculis, in naufragijs, quaſi athleta bonus decertabat, quia

Peccatores abundant opibus & diuitijs in hac vita, iuſti autẽ egent & affliguntur.

Diuitis & pauperis alteri ignominia, & alteri præmiũ manẽt poſt mortem.

2. Timoth. 4.

quia sciebat, quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in Regnum Dei. Ergo non potest quis præmium accipere, nisi legitimè certauerit. Nec est gloriosa victoria nisi vbi fuerint laboriosa certamina.

Nõ potest esse gloriosa victoria nisi vbi fuerint laboriosa certamina.

Beda in 16. cap. Lucæ.

Purpura.

Homo quidam erat diues & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè. Purpuram regij habitus esse colorem marinis ecõchilijs tinctam, nemo fere qui dubitet. Nam conchilia ferro circuncisa lachrymas purpurei coloris quibus lana tingatur, emittunt, Byssum vero genus est quodam lini, nimium candidi, & mollissimi, quod Græci Papatin vocant. Admonuerat ergo Dominus supra facere amicos de mãmona iniquitatis, qui cum ab hac vita defecerimus, recipiãt nos in ęterna tabernacula, quod audiẽtes Pharisæi deridebant. Verum ille, quę proposuerat exẽplis adstruẽs, ostendit ideo diuitem purpuratũ irremediabiliter apud inferos tortum, quia pauperem Lazarum, à quo in vitę tabernacula recipi posset, amicũ sibi facere neglexerat. Nonnulli autem putant præcepta veteris testamenti, districtiora esse quã noui. Sed hi nimirum improuida consideratione falluntur. In illo enim non tenatia, sed rapina multatur ibi res iniuste sublata restitutione quadrupli punitur: Hic autem diues iste non abstulisse aliena repræhenditur, sed propria nõ dedisse, nec dicitur quod vi quempiam oppræssit, sed quia in aceptis rebus se extulit. Hinc ergo, hinc summopere colligendũ est, quã pæna multandus sit qui aliena diripit, si inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur.

Diuitis auari pæna.

Lex noua strictior veteri.

Diuitis peccatum.

Qua pæna puniẽdus est qui aliena rapit si inferni damnatione percutitur qui propria non largitur.

A gitur. Et sunt nonnulli, qui cultũ subtilium preciosarumque vestiũ, non putant esse peccatum quod si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilãter exprimeret, quod diues, qui torquetur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta præcipua, nisi ad inanẽ gloriam quærit, videlicet vt honorabilior cęteris esse videatur. Quã culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere, quia si abiectio vilis indumenti virtus non esset.

Preciosarum vestiũ curiositas repræhenditur.

B Euangelista vigilanter de Ioanne non diceret, *Erat indutus pillis camelorum*, sed notandum nobis magnopere est, in ore veritatis de superbo diuite, & de humili paupere, quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur. *Homo quidam erat diues*, Et protinus subiungitur. *Et erat quidam mẽdicus nomine Lazarus.* Certè in populo plus solent nomina diuitum, quam pauperum sciri. Quid est ergo quod Dominus de

Marc. 1.

C paupere & diuite verbum faciens, nomen pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit: nisi quod Deus humiles nouit, atque approbat, & superbos ignorat? Vnde & quibusdã de miraculorum virtute superbientibus, in fine dicturus est. Nescio vos vnde sitis, *Discedite à me omnes operarij iniquitatis.* At contra Moysi dicitur, *Noui te ex nomine tuo.* Ait ergo de diuite, *Homo quidã.* Ait de paupere, *egenus nomine Lazarus*, Ac si aperte dicat. Pauperẽ humilem scio, superbum diuitem nescio, Illum cognitum per approbationem habeo, hunc per iudiciũ reprobationis ignoro. *Qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus cupiẽs saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius.* Plenus vlceribus mendicus Lazarus, ante ianuas diuitis iacet. Qua de re vna, Domi-

Pauperi nomen non diuitis exprimitur.

Psalm. 6.

Exod. 33.

Pauperẽ humilem agnoscit Deus superbum diuitem non cognoscit.

Diuitis exageratur inhumanitas.

Diuitis impietas ipſum damnat pauperis tẽtatio ipſum probat.

nus duo iudicia expleuit. Habuiſſet enim fortaſſe aliquam excuſationem dines, ſi Lazarus pauper, & vlceroſus, ante eius ianuam non iacuiſſet ſi remotus fuiſſet, ſi eius inopia nõ eſſet oculis importuna. Rurſus ſi longe eſſet dines ab oculis vlceroſi pauperis minorem tolleraſſet tẽtationem pauper in animo. Sed dum egenum & vlceratũ ante ianuam diuitis & delitijs affluentis poſuit, in vna eademque re, & ex viſione pauperis non miſerenti diuiti cumulum damnationis intulit, & rurſum ex viſione diuitis, tentatum quotidie pauperem probauit. Cui certe poterat ad pœnam ſufficere paupertas, etiã ſi ſanus fuiſſet. Rurſum ſuffeciſſet ægritudo, etiam ſi ſubſidium adeſſet. Sed vt probaretur amplius pauper, ſimul hunc & paupertas, & egritudo tabefecit, atque inſuper videbat procedentem diuitem, obſequentibus cuneis fulciri, & ipſe infirmitate & inopia à nullo viſitari, nam quia nemo ad viſitãdum aderat, teſtantur canes, qui licenter vulnera lingebant. Ex vna ergo re, omnipotens Deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperẽ ante ianuam diuitis iacere permiſit, vt & dines impius damnationis ſibi augeret vltionem, & tentatus pauper, creſceret ad remunerationem. *Factum eſt autem vt moriretur mendicus & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & dines & ſepultus eſt in inferno.* Sinus Abraham, requies eſt beatorũ pauperum, quorum eſt Regnum cælorum, quo poſt hanc vitam recipiuntur. Sepultura inferni, pœnarum profunditas, quæ ſuperbos & immiſericordes poſt hanc vitam vorat: *Eleuans autem oculos ſuos cum eſſet in tormentis videbat Abraham à longè. & Lazarum in ſinu eius & ipſe clamans dixit: Pater Abraham miſere-*

Pauperis tentamenta.

Sinu Abrahæ

A *re mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crutior in hac flamma.* O quanta eſt ſubtilitas iudiciorum Dei, ò quam diſtricte agitur bonorum actuum, malorum que retributio. Certè ſuperiùs dictum eſt, quia in hac vita Lazarus cadentes micas de menſa diuitis quærebat, & nemo illi dabat, nũc de ſuplicio diuitis dicitur, quia de extremo digiti Lazari, deſtillari

B aquam in os ſuum cõcupiſcit. Qui ergò menſæ ſuæ vel minima dare noluit, in inferno poſitus, vſq; ad minima quærenda peruenit. Sed notandum valdeeſt, quid ſit, quod dines in igne poſitus, linguam ſuã refrigerari petit. Mos quippe eſt ſacri eloquij, vt aliquando aliud dicat, ſed ex eodem dicto aliud inuat. Superiùs autem hunc ſuperbum diuitem Dominus non loquacitati vacantem dixerat, ſed ſuperflue conuiuantem. Nec hunc de lo

C quacitate narrauit, ſed cum elatione & tenatia, de edacitate peccaſſe, ſed quia abundare in conuiuijs loquacitas ſolet, is qui hic male conuiuatus dicitur, apud inferos grauius in lingua ardere perhibetur. Sed cum graui valde pauore penſandum eſt hoc quod ſequitur. *Et dixit ille Abraham: Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua, Lazarus ſimiliter mala: nũc autem hic cõſolatur,*

D *tu vero cruciaris.* Ecce enim dum dicitur: *recepiſti bona in vita tua*, indicatur & dines iſte boni aliquid habuiſſe, ex quo in hac vita, bona reciperet. Rurſumque dum de Lazaro dicitur, quia recepit mala, profecto monſtratur, & Lazarum habuiſſe malum aliquod, quod purgaret. Sed mala Lazari purgauit ignis inopię, & bona diuitis, remunerauit fælicitas tranſeuntis vitæ. *Et in his omnibus inter vos & nos chaos magnum firmatum eſt, vt hi qui*

Iudicorũ Dei diſtrictio.

Lingua cur refrigerari cupiat dines in inferno.

Bona diuitis.

Mala pauperis.

volunt

volunt hinc transire ad vos non possint, nec inde huc trãsmeare. Qua in re valde quærẽdũ est quomodo dicatur: *Hi qui volũt ad vos trãsire non possint.* Quod enim hi qui in inferno sunt, ad beatorum sortem transire cupiunt, dubium non est. Qui vero iam in beatitudinis sortem susceptisunt, quo pacto dicitur quia trãsire ad eos, qui in inferno cruciantur, volunt? sed sicut trãsire reprobi ad electos cupiunt, id est à suppliciorum suorum afflictione migrare, ita ad afflictos atque in tormẽtis positos transire iustorum est mente ire per misericordiam, eosque velle liberare, sed qui volunt de beatorum sede ad afflictos atq; in tormentis positos transire non possunt, quia iustorum animæ, quãuis in suæ naturæ bonitate misericordiam habeant, iam tunc autoris sui iustitiæ coniunctę, tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueãtur, sed postquam ardenti diuiti de sespes tollitur eius animus ad propinquos, quos reliquerat, recurrit quia reproborũ mentem pæna sua quãdoque inutiliter erudit ad charitatem, vt iam tũc etiam suos spiritualiter diligant, qui hic dum peccata diligerent, nec se amabãt. vnde nunc sequitur. Et ait: *Rogo te ego Pater, vt mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis ne & ipsi veniãt in locũ hũc tormentorum.* Qua in re notandum est ardenti diuiti quanta ad supplicium cumulantur, ad pænam nãque suam, ei & cognitio seruatur & memoria. Cognoscit enim Lazarum, quẽ despexit, fratrũ quoque suorum meminit, quos reliquit. Perfecta quippe ei vltio de paupere nõ esset, si hunc in retributione non cognosceret: & perfecta pæna in igne non esset, si non hoc quod ipse patitur, etiam suis timeret: vt ergo peccatores amplius in supplicio puniantur, & eorum vident gloriam, quos contempserunt, & de illorum etiam pæna torquentur quos inutiliter amauerunt. Credendum vero est quod ante retributionem extremi iudicij, iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt, vt eos videntes in gaudio, non solum de suo supplicio, sed etiam de illorũ bono cruciẽtur. Iusti vero in tormentis semper intuẽtur iniustos, vt hinc eorum gaudium crescat, quia malum conspiciunt quod misericorditer euaserunt, tantoque maiores ereptori sui gratias referãnt, quanto euidentius vident in alijs quid ipsi perpeti, si essent neglecti potuerunt. Quia qui creatoris sui claritatem vident, nihil in creatura agitur quod videri non possit. *Et ait illi Abraham: habent Mosem & Prophetas, audiant illos.* Sed qui verba Dei despexerat, hæc audire non posse suos sequaces æstimabat. Vnde & respondit diues. *Non pater Abrahã, sed si quis ex mortuis ierit ad eos pœnitentiam agent.* Cui mox veraci sententia dicitur: *Si Mosem & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis surrexerit, credent.* Quia nimirum qui verba legis despiciunt, redemptoris præcepta qui ex mortuis surrexit quanto subtiliora sunt, tãto hæc difficilius implebunt, & nimirum contrat, quia cuius implere dicta renuũt, ei procul dubio credere recusant. Quem verò iuxta allegoriam, diues iste qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie splendide, nisi Iudaicum populum significat? qui cultum vitæ exterius habuit, qui acceptæ legis delicijs ad nitorem vsus est non ad veritatem. Quem autem Lazarus vlceribus plenus nisi gentilem populum figuraliter exprimit? qui dum conuer-

sus

Beati quomodo ad damnatos transire velint.

Reprobi vident iustos in requie.

Iusti semper vident reprobos in tormẽtis.

Reproborũ charitas.

Deum videntes omnia vident.

Ex mortuis Christus.

Diuites pœna.

Allegorica diues epulo.

ſus ad Deum, peccata ſua confiteri nõ erubuit huic vulnꝰ incute fuit. Incutis quippe vulnere, virus à viſceribus trahitur, & foras erumpit. Quid eſt ergo peccatorum confeſſio, niſi quędam vulnerum ruptio? quia peccati virus ſalubriter aperitur in confeſsione, quod peſtifere latebat in mente, ſed Lazarus vulneratus, cupiebat ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat, quia gentilem quemque ad cognitionem legis admittere ſuperbus ille populus deſpiciebat, qui dum doctrinam legis non ad charitatem habuit, ſed ad elationem quaſi de acceptis opibus timuit, & quia ei verba defluebant de ſcientia, quaſi micæ cadebant de menſa. At cõtra iacentis pauperis vulnera lingebant canes. Nonnunquam ſolet in ſacro eloquio per canes prædicatores intelligi. Canũ etenim lingua vulnus dum lingit curat, quia & Doctores ſancti dum in cõfeſsione peccati noſtri nos inſtruunt, quaſi vulnus mentis per linguam tangunt. Et quia nos loquendo à peccatis eripiunt, quaſi tangendo vulnera ad ſalutem reducunt. Vnde & bene Lazarus adiutus interpretatur, quia ipſi hũc adereptionem iuuãt, qui eius vulnera, per linguæ correptionẽ curant. cõtigit vero vt vterque moretur, diues qui inducbatur purpura & byſſo ſepultus in inferno, in ſinu vero Abrahæ Lazarus ab Angelis ductus eſt. Quid Abrahæ ſinus, niſi ſecretam requiem ſignificat patris? de qua veritas: *Multi* (inquit) *venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum filij autem regni huius eiicientur in tenebras exteriores.* Qui enim purpura indutus dicitur, recte filius regni vocatur. Quid de longinquo ad videndum

Canes dicuntur prædicatores.

Matth. 8.

A Lazarum oculos leuat, quia dum per damnationis ſuæ ſupplicia infidelis in imo ſunt, fideles quoſque ante diem extremi iudicij ſuper ſe in requie attendunt, quorum poſt gaudia contemplari nullatenus poſſunt. Longe vero eſt quod conſpiciũt, quia illuc per meritum nõ attingunt. In lingua autẽ amplius ardere oſtenditur, cum dicit: *Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam & refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flamma.* Infidelis populus verba legis in ore tenuit,

Dives in lingua cruciabatur.

B quæ opere ſeruare contempſit. Ibi ergo amplius ardebit, vbi ſe oſtendit ſcire, quod facere nolluit. Ab extremo digiti ſe tangi deſiderat, quia ęternis ſupplicijs datus optat operatione iſtorũ, vel vltima participari. Cui reſpondetur quod in hac vita bona receperit, quia omne ſuum gaudium, felicitatem trã ſitoriam putauit. Habere hic etenim poſſunt & iuſti bona, nec ta-

Bona quibus iuſti in hac vita fruuntur non bona reputant, quia meliora, ideſt æterna exſpectant.

C men hæc in recompenſatione recipere, quia dum meliora, ideſt, æterna appetunt, eorum iudicio quælibet bona adſuerint, cum ſanctis deſiderijs æſtuant, bona mini me videntur. Inter hęc vero notã dum eſt quod ei dicitur: *Memento filij.* Ecce enim Abraham filium vocat, quem tamen à tormento non liberat, quoniam huius infidelis populi præcedentes patres fideles, quia multos à ſua fide deuiaſſe cõſiderant eos nulla compaſsione à

Filium licet vocet non liberat.

D tormentis eripiunt, quos tamẽ per carnem filios recognoſcũt. In tormentis autem diues poſitus, quinque fratres habere ſe perhibet, quia ſuperbus idem Iudaicus populus, qui ex magna iam parte dãnatus eſt ſequaces ſuos, quos ſuper terram reliquit, quinque ſenſibus corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres quos reliquerat, exprimit, quia eos ad ſpiri

Fratres diuites.

talem

talem intelligentiam non adſurgere, in inferno poſitus gemit, Petit vt ad eos Lazarus mittatur, cui quod Moſen & Prophetas habeãt, dicitur. Sed ait: *Quod non credunt, niſi quis ex mortuis reſurrexerit.* Cui protinus reſpondetur. *Si Moſen & Prophetas non audiũt neq; ſi quis à mortuis reſurrexit, credent ei*: certe de Moſe veritas dicit: *Si crederetis Moſi, crederetis vtique & mihi.* De me enim ille ſcripſit, impletur ergo quod per Abrahæ reſponſionem dicitur. Ex mortuis enim Dominus reſurrexit, ſed Iudaic⁹ populus quia Moſi credere noluit, ei etiam qui reſurrexit ex mortuis, credere contempſit, cunque Moſi verba ſpiritaliter intelligere renuit, ad eum de quo Moſes loquutus fuerat nõ peruenit. *Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ, mortuus eſt autem & dives & ſepultus eſt, &c.*

Ibann. 5.

Iudæi nõ crediderãt Chriſto qui ſurrexit à mortuis

Hieronymus in Oſeam, c. 6.

ET dives ille purpurat⁹ qui ante ianuas ſuas iacentem Lazarum cõtemnebat: omne quod fruitus eſt inſtar nubis ac roris trãſiſſe cognouit.

Bona huius vitæ ſicut nubes & res trãſeunt.

Theophyl. in Lucam.

MOrtuus eſt autem & dives, ac ſepultus eſt, nã profecto etiã cum viueret, ſepulta erat eius anima, carnem quaſi ſepulchrum circumferens. Et ideo cum moreretur non ab angelis aſſumptus eſt, ſed in infernum deductus. Nam qui nihil ſublime, nihilque cæleſte cognouit vnquam infimo loco dignus eſt, dicendo enim, quod ſepultus ſit, inſinuat: obiter Dominus, quod & anima eius locum infimum & caliginoſum ſortita fuerit.

Anima peccatoris viuens mortua eſt.

A

Chryſoſtomus de prouidentia vel fato, ſerm. 4.

ITaque cum videris locupletari indignum quempiam, ne ideò dicas beatum, ne putes æmulatione dignum, ne diuinam prouidentiam reprehendas, & præſentia fortunæ ſubdita temere ferri exiſtimes, eo quod indignus ille ditatur. ſed memor eſto Lazari & diuitis. Et quomodo hic ad luxum faſtigiumq; diuitiarum peruenerit, licet crudelis eſſet, & immitis atq; inhumanus, canibuſque ipſis ferocior. Quandoquidem canes pauperis miſerabantur, & eum curabant etiam vlcera totius corporis lingua lambentes: Diues vero ne micam quidem impartiebatur. Cogita ergo, quomodo diues tanta abũdantia potitus ſit: pauper vero ille, qui reuera diues & abundans in extremam inciderit miſeriã. Ita vt ne cibum quidem neceſſarium haberet, perpetuumque cum fame & morbo bellum gereret. Et pauperi quidem non erat quantum poſtulabat neceſsitas: diues autẽ fruebatur pluribus quam ſatis erat. Cæterum non egre ferebat pauper, nõ dicebat verbum impium, non incuſabat Deum, non reprehendebat prouidentiam, non fato euentus adſcribebat, non dicebat, vel ad alium, vel ad ſeipſum: ego cum non admiſſerim ſingulare malũ, tantam luo pœnam, extrema fero ſupplicia, tabeſco fame, vexor morbo difficillimo, & parũ abeſt quin omnem formam hominis amittã, atque totus abſumar. Ille vero locupletatur & deliciatur, alienis calamitatibus victitat, & infortunis meis inſultat. Et tam inhumanũ, & inmiſericordem, tam crudelẽ & ſaxeum Deus harũ opum fecit Dominum, me vero, qui ne minimo quidem

B

C

D

Diues immiſericors canibus eſt ferocior.

quidem verbulo exaſperarim quẽquã, hiſce laboribus permittit implicari? Vbi illa iuſta dignaq; iudicia? vbi illa pro nobis ſollicitudo ac prouidentia? Nihil talium dixit Lazarus. An non abſurdũ eſt, quod cum hi, qui grauiter affligũtur, Dominum in omnibus benedicunt, tu vero qui extra agonẽ cõſtitutus es, inde blaſphemas Deũ, vnde alij gratias ipſi habent? Item cum his qui valde affligitur ſi verbum aliquod aſperum & dolens proloquitur, venia indignus eſt, tamet ſi non tantum quantũ alius, qua venia dignus erit felix, nullãque miſeriam expertus? non propter ſe, ſed propter alium animã perdet: inde blaſphemat Deum, vnde alius gratias agit, & ſemper à laudibus non deficit: quando igitur videris iuſtũ affligi, recordare huius exempli. Nec enim proferre mihi poteris aliquem iſto iuſtiorem: id quod tam patientia, quam præmijs eius declaratum, ſi quidẽ primum locum ſortitus eſt, & cum Abraham collitur. Nec alium proferes, qui maiora ſit paſſus, qui vehementius ſit deſpectus. Quid enim dices, cũ nec deciduæ micæ illi ſint datæ? Cum igitur vides inſignitam malitiam. Quid nam crudelius diuite, pauperem in tanta calamitate non agnoſcente & prætercurrente? & quid abundantius menſa illa, veſtitu delicijs, & proſperitate? Et contra cum vides excellentem iuſtitiam. Quid enim anima hac, quæ talia patiebatur, extremamque miſeriam tam viriliter ferebat, Deo grati?? aut eſt aliquid miſerius fame, & incurabili hoc morbo? Qualẽ tibi dabo veniam, ſi in alijs offenderis? An res humanæ intra vitam præſentem omninò concluſæ ſunt? expecta finem, & videbis, quid vniuſcuiuſque vita meruerit. Ne ante brauia & coronas

A tumultueris? Cum videris vtrumque ante tribunal accipere ſententiam, tunc & ipſe tuum de vnoquoque iudicium affer. Quot nunc latrones vias obſident, quot fures parietes perfodiunt, quot teſtamenta morientium rumpunt, quot alienis coniugijs inſidiantur, quot venenis mortiferis multos perdũt? num propter hos obloqueris iudici? Nequaquam, ſed ſi ſententiam ferendo male. Ab alio affectum puniret, & malefacientem honoraret atque abſolueret, tunc nota maliſq; extremis dignus eſſet. Cũ vero nondum iudici ſunt oblati, nec ferẽdæ ſententiæ tẽpus adeſt, & nondum iudex rationes exquirit, tu ne præueniendo condemnabis? At oportebat, dicis etiam hic peccatoribus irrogari pœnas. Homo ingrederę in cõſcientiam tuã & cogita vt tu ipſe hactenus vixeris, mutabiſque opinor ſententiã, & cancellato ſuffragio tuo Deum oblonganimitatem ſuam miſericordem prędicabis. Nam ſi à quouis iuſta peccata ſua hic eſſet ſumenda pœna, non duraſſet vſque ad noſtra ſecula genus humanum. Quis enim gloriabitur ſe habere purum cor aut quis cõfidet ſe mũdum à peccato? Quod ſi de longanimitate Dei doles, cogita diligẽter, quę etiam tu peccaueris, diſceſque quanta ſuæ patientiæ gratia proculdubio ſuam intollerandis malis manſuetudinem admireberis. Turbaris, mœres, & luctu compleſ omnia, quod indigne locupletetur ille, & maiori cura foueatur. Verum non audis Pſaltem dicentẽ: Ne timeas, ſi ditatus fuerit homo, quia cum morietur ipſe nõ ſumet omnia, nec deſcendet cum ipſo poſt eum gloria eius. Non audis Prophetam clamantem voce magna. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis ſicut flos fœni.* Non vides

Si cuiuis iuxta peccata ſua hic Deus infligeret pœnam non duraſſet vſque nunc genus humanum.

Pſalm. 48.

Eſai. 40.

des etiam rerum euentus prophetarũ teſtimonijs adſtipulari? Non vides eos reſpondere his, quæ dicta ſunt? *Nam cum moriuntur non accipiunt omnia. Et in inferno eleuans oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius.*

Tertullia. aduerſus Marcionem, lib. 4.

SEd Marcion aliorſum cogit, ſcilicet, vt vtranque mercedẽ creatoris, ſiue tormenti, ſiue refrigerij apud inferos, determinet eis poſitam qui legi & prophetis obedierint, Chriſti vero & Dei ſui cęleſtem definiat ſinum & portum. Reſpondebimus, & hac ipſa ſcriptura reuincẽte oculos ei⁹, quę ad inferos diſcernit Abrahæ ſinũ pauperi. Aliud enim inferi, vt puto, aliud quoq; Abrahæ ſinus. Nã & magnũ ait intercedere regiones iſtas profundũ, & trãſitum, vtrinq; prohibere. Sed nec alleuaſſet diues oculos, & quidem de longinquo, niſi in ſuperiora, & de altitudinis lõginquo per immenſam illam diſtãtiam, ſublimitatis & profunditatis Vnde apparet ſapienti cuique qui aliquando Elyſios audierit, eſſe aliquam localem determinationem, quæ ſinus dicta ſit Abrahæ ad recipiendas animas filiorum eius etiã ex nationibus, patris ſcilicet multarum nationũ in Abrahæ cenſum deputandarum, & ex eadem fide, qua & Abraham Deo credidit, nullo ſub iugo legis, nec in ſigno circunciſionis. Eam itaq; regionem, ſinum dico Abrahæ & ſi non cæleſtem, ſublimiorem tamen inferis, interim refrigeriũ, præbituram animabus iuſtorum, donec conſummatio rerum reſurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat: tunc apparitura cæleſti promiſsione quã Marcion ſuo vẽdicat, quaſi non à creatore promulgatam, ad quam aſcenſum ſuum Chriſtus ædificat in cælum, ſecundum Oſeæ: vtiq; ſuis, vbi eſt & locus æternus, de quo Eſaias: Quis annunciabit vobis locum æternum, niſi ſcilicet, Chriſtus incedens in iuſtitia, loquens viam rectam, odio habens iniuſtitiam & iniquitatem? Quod ſi æternus locus repromittitur, & aſcenſus in cælum ædificatur à creatore promittente etiam ſemen Abrahæ velut ſtellas cæli futurum: vtique ob cæleſtem promiſsionem, ſalua ea promiſsione, cur non capiat ſinum Abrahæ dici, temporale aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo iam delinietur futuri imago, ac candida quædam vtriuſque iudicij proſpiciatur. Admonens quoque vos hæreticos dum in vita eſtis Moyſen & prophetas vnum Deum prædicantes Creatorem, & vnum Chriſtum prædicantes eius, & vtrumque iudiciũ pænę & ſalutis æternæ apud vnicum Deum poſitum, qui occidat & viuificet. Imò, inquit, noſtri Dei monela de cælo, non Moyſen & prophetas iuſsit audiri, ſed Chriſtum hunc audite, merito. Tunc enim Apoſtoli ſatis iam audierant Moyſen & prophetas, qui ſecuti erant Chriſtum, credendo Moyſi & prophetis. Nec enim accepiſſet Petrus dicere. Tu es Chriſtus, ante quã audiſſet & credidiſſet Moyſi & prophetis. A quibus ſolis adhuc Chriſtus annuntiabatur. Hęc igitur fides eorum meruerat, vt etiam voce cæleſti confirmaretur iubente illum audiri, quem agnouerant euangelizantẽ pacem. Euãgelizantem bona, annunciantem locum æternum, ędificantem illis aſcenſum ſuum in cęlum. Apud infe-

Sinus Abrahæ fideliũ receptaculum.

Eliſij campi Sinus Abrahæ.

inferos autem de eis dictum est: *Habent illic Moysen & prophetas audiant illos*: qui non credebant, vel qui nec omninò sic credebãt esse post mortem superbiæ diuitiarũ, & gloriæ delitiarum, supplicia annũtiata à Moyse & prophetis. Decreta autẽ ab eo Deo, qui de thronis deponit Dynastas & de sterquilinis eleuat inopes. Ita cum vtrinque pronuntiationis diuersitas cõpetat creatori. Non erit diuinitatum statuenda distantia sed ipsarũ materiarum.

Ambrosius in oratione de obitu Valentiniani Imp.

SInus enim Patriarcharum recessus quidã est quietis ęternę

Tertullianus lib. de anima.

DOlet apud inferos anima cuiusdam, & punitur in flamma, & cruciatur in lingua, & de digito animæ felicioris, implorat solatium roris, imaginem existimas exirum illum pauperis lætantis, & diuitis mærentis & quod illic Lazari nomen si non in veritate res est? sed & si imago credenda est, testimonium erit veritatis.

Augustinus in Psalm. 85.

PLanè prodest opus misericordiæ, & in diuite, & in paupere: in diuite ex voluntate & opere, in paupere ex sola voluntate, cum ergo talis est cõtemnens in se quidquid est, vnde superbia solet inflare, pauper Dei est, inclinat illi aurem suam, nouit enim contribulatũ cor eius. Certe fratres, ille pauper ante ianuam diuitis vlcerosus, qui iacebat, ab Angelis sublatus est in sinum Abrahæ, sic legimus, A sic credimus. Diues autem ille qui inducebatur purpura & byssо, epulabatur quotidie splendide, ablatus est ad inferos ad torméta. Nũquid vere ille pauper merito illius inopiæ ablatus est ab Angelis, diues autem ille peccato diuitiarum suarum ad tormenta missus est? in illo paupere humilitas intelligitur honorificata, in illo diuite superbia damnata. Breuiter probo, quia non diuitiæ, sed superbia in B illo diuite cruciabatur. Certe illi pauper in sinum Abrahæ sublatus est. De ipso Abrahã dicit scriptura, qui habebat hic plurimum auri & argenti, & diues fuit in terra. Si quis diues est, ad tormenta rapitur, quomodo Abraham præcesserat pauperem, vt ablatum in sinum suum susciperet? Sed erat Abraham in diuitijs pauper, humilis, tremẽs, & omnia præcepta obaudiens. Vsque adeo autem pro nihilo habebat illas diuitias. vt iussus à Domino filium suum immolaret, cui seruabat diuitias. Discite ergo esse inopes, & pauperes, siue qui habetis aliquid in isto seculo, siue qui non habetis. Nam & hominem mendicum, inuenitis superbientem, & hominem superabundãtem diuitijs, inuenitis cõfitentem. Resistit Deus superbis, & holosericatis, & pannosis humilibus autem dat gratiam: & habentibus aliquam substantiam huius seculi, & non habẽtibus interior inspector est Deus. Ibi appendit, ibi examinat: stateram Dei non vides, cogitatio tua in illam leuatur. Videte quia meritum exaudi tionis suæ, id est, quo exaudiretur in eo posuit, vt diceret. Quoniam egenus & inops, ego sum. Obserua ne nõ sis egenus, & inops si non fueris, nõ exaudieris. Quicquid est circa te, vel in te vnde possis præsumere abijce à te, & tota

Humilitas in paupere honorificatur, & superbia in diuite damnatur.

præ-

præſumptio tua Deus ſit. Illius indigẽs eſto, vt ipſo implearis. Quicquid enim aliud habueris ſine ipſo latius, inanis eris.

Auguſtinus, Hilario contra Pelagianos, & in Manichæos, Epiſt. 89.

Quæſtio 4. de reliquẽdis facultatibus.

AVdi iam pauca de diuitibus, quod in epiſtola tua ſequitur inquirendum. Hoc enim poſui B ſti illos dicere, diuitẽ manentẽ in diuitijs ſuis Regnum Dei nõ poſſe ingredi, niſi omnia ſua vendiderit, nec ei prodeſſe, ſi fortè ex ipſis diuitijs mandata fecerit. Euaſerũt iſtorum diſputationes Patres noſtri Abraham, & Iſaac, & Iacob, qui tanto ante ex hac vita migrarunt. Habebãt quippe hi omnes nõ paruas diuitias, ſicut fideliſſima ſcriptura teſtatur: multos tamen ventu

Matt. 9. ros ab Oriente, & Occidente, & nõ C ſupra ipſos vel extra ipſos, ſed cum ipſis recubituros in regno cælorũ, ille ipſe qui propter nos factus eſt pauper, cum vere diues eſſet veraciſſima promiſsione prædixit. Et quamuis ſuperbus diues qui induebatur purpura & byſſo & epulabatur quotidie ſplendidè, mortuus apud inferos torqueretur, tamen ſi pauperis vlceroſi qui ante ianuam eius contemptus iacebat miſertus fuiſſet, mereretur & ipſe miſericor D diam. Et ſi pauperi illi meritum eſſet, inopia non iuſtitia non vtique ab Angelis in Abrahę gremiũ, qui diues hic fuerat, tolleretur. Sed vt nobis oſtẽderetur nec in iſto paupertatem perſeipſam diuinitus honoratam, nec in illo diuitias fuiſſe damnatas, ſed in iſto pietatẽ, in illo impietatẽ ſuos exitus habuiſſe, ſic ſuſcepit impium diuitem cru-

Pietatis & impietatis diuerſi exitus. ciatus ignis, vt tamen pium paupe rem ſuſciperet ſinus diuitis.

A *D. Auguſt. de Geneſ. ad lit. lib. 8. cap. 5.*

Non temere aſſeuerandũ.

SIc & ſapientia, id eſt, ipſe Chriſtus, lignum vitæ eſt in Paradiſo ſpirituali, quo miſsũ de Cruce latronem: certum eſt autem quod eam ſignificaret lignum vitæ, etiã in paradiſo corporali, quia hoc illa ſcriptura dixit, quæ res ſuis temporibus geſtas narrans & hominẽ corporaliter factum, & in corpore viuentem, ibi cõſtitutum eſſe narrauit. Aut ſiquiſquam putat animas cũ à corpore exceſſerint, locis corporaliter viſibilibus cõtineri, cum ſint ſine corpore, aſſerat ſententiam ſuã; non deerũt qui ſic faueant, vt illum etiã diuitem ſitientem in loco vtiq; corporali fuiſſe contendant, ipſamque animã omnino eſſe corpoream propter arentem linguam & ſtillã aquæ de Lazari digito concupitam, pronuntiare non dubitent, cũ quibus ego de tam magna quæſtione nulla temeritate cõfligo. Melius eſt enim dubitare de occultis quam litigare de incertis. Illũ quippe diuitem in ardore penarum, & illum pauperem in refrigerio gaudiorum intelligendos eſſe non dubito, ſed quomodo intellfgenda ſit illa flãma inferni, ille ſinus Abrahæ, illa *Sinus Abrahæ.* lingua diuitis, ille digitus pauperis, illa ſitis tormenti, illa ſtilla refrigerij, vix fortaſſe à manſuetè quærentibus, à contentioſè autem certantibus nunquam inuenitur. Cito ſane reſpondendũ eſt ne nos proſunda iſta quęſtio, & multis ſermonibus indigens tardet. Sic corporalibus locis animæ continentur, etiam exutæ corporibus potuit ille latro in eum introduci paradiſum, vbi fuerat corpus primi hominis: vt aptiore ſcripturarum loco ſi vlla neceſsitas flagitauerit, etiam de hac re quid vel quæra-

mus vel arbitremur, vt cumq; promamus.

Augustinus de Genesi ad literam, lib. 12. c. 33.

De inferis quæstio.

NEc audiendi sunt qui affirmant inferos in hac vita explicari nec esse post mortem Viderint enim quemadmodũ poetica figmenta interpretẽtur nos ab autoritate diuinarum scripturarum, quibus solis de hac re fides habenda est recedere non debem⁹. Quãquã possimus ostẽdere illorũ quoque sapientes de inferorũ substantia minime dubitasse, quę post hãc vitam excipit animas mortuorũ. Vnde autem sub terris esse dicantur inferi, si corporalia loca non sunt? Aut vnde inferi appellãtur, si sub terris non sunt, merito quæritur, animã vero non esse corpoream non me putare, sed planè scire audeo profiteri: Tamen habere posse

Anima incorporea est.

similitudinẽ corporis, & corporaliũ omninò membrorum quisquis negat, potest negare animã quę in somnis videt vel se ambulare, vel sedere, vel hac atque illac egressu aut etiã volatu ferri ac referri, ꝙ sine quadã similitudine corporis non fit. Proinde si hanc similitudinẽ etiã apud inferos gerit, nõ corporalem sed corpori similem: ita etiã in locis videtur esse nõ corporalibus, sed corporaliũ similibus, siue in requie siue in doloribus. Quamquã & illud me nondũ inuenisse cõfiteor, inferos appellatos, vbi iustorum animæ requiescunt: & Christi quidem animam venisse vsq; ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, vt eos solueret à tormentis, quos esse soluendos occulta nobis sua iustitia iudicabat, nõ in merito creditur. Quomodo enim aliter accipiendum sit quod

Act. 2.

dictum est. *Quem Deus suscitauit ex*

A *mortuis, solutis doloribus inferorum,* quia non poterat teneri ab eis, nõ video, nisi vt quorundam doloris apud inferos eum soluisse accipiamus, ea potestate qua Dominus est, cui omne genu flectitur, cælestium, terrestrium, & infernorum, per quam potestatẽ etiam illis doloribus quos soluit, non potuit teneri. Nec enim Abraham, vel ille pauper in sinu eius, hoc est, in secreto quietis eius in doloribus e-

Sinus Abrahæ & dolores inferni qui dicantur.

B rat, inter quorum requiem & alia inferni tormenta legimus magnũ chaos firmatum, sed nec apud inferos esse dicti sunt. Contigit enim, inquit, mori inopem illum, & afferri ab Angelis in sinum Abrahæ, mortuus est autem & dines, & sepultus est. Et cum apud inferos esset in tormentis, &c. Videmus itaque inferorum mentionem non esse factam in requie pauperis, sed in supplicio diuitis. Il-

C lud etiam quod Iacob dicit, ad filios suos deducetis senectutem meam cum tristitia ad inferos, videtur hoc magis timuisse ne nimia tristitia, sic perturbaretur, vt non ad requiem beatorum iret sed ad inferos peccatorum. Nec enim paruum animæ malum est tristitia, cum etiam Apostolus cuidam tam sollicite timuerit ne maiore tristitia absorberetur. Proinde, vt dixi nondum inueni & adhuc

Genes. 44.

2. Cor. 2.

D quæro, nec mihi occurrit, inferos alicubi in bono posuisse scripturam dumtaxat canonicam. Non autem in bono accipiendum, sinum Abrahæ, & illam requiem, quo ab Angelis pius pauper ablatus est, nescio vtrum quisquam possit audire: & ideo quomodo eum apud inferos credamus esse, non video.

Augu-

Auguſtinus ad Dardanum, Epiſto. 57.

VTRVM autem ſinus ille Abrahæ vbi diues impius cũ in tormentis eſſet inferni, requieſcentem pauperem vidit, vel paradiſi cenſendus vocabulo, vel ad inferos pertinere exiſtimandus ſit, nõ facile dixerim. De illo quippe diuite legimus dictũ eſſe: *Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno*. Et cum apud inferos eſſet in tormentis, in pauperis autem morte vel requie non ſunt inferi nominati, ſed contigit, inquit, mori inopem illũ & offerri ab Angelis in ſinum Abrahæ. Deinde ardenti diuiti dicit Abraham: *Inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt*, tanquã inter inferos ſedeſq; beatorũ. Non enim facile alicubi ſcriptura rũ inferorum nomẽ poſitum inuenitur in bono. Vnde etiam quęri ſolet ſi non niſi pœnalia recte intelligũtur inferna, quomodo animã Domini Chriſti pie credamus fuiſſe in inferno? Sed bene reſpondetur, ideo deſcẽdiſſe, vt quibus oportuit, ſubueniret. Vnde beatus Petrus eũ dicit ſoluiſſe dolores inferni, in quibus impoſsibile erat teneri eum. Porrò ſi vtraq; regio & dolentium & requieſcentium, id eſt, & vbi diues ille torquebatur & vbi pauper ille lætabatur in inferno eſſe credenda eſt, quis audeat dicere Dominum Ieſum ad pœnales inferni partes veniſſe tantũmodo, nec fuiſſe apud eos qui in Abrahæ ſinu requieſcũt? vbi ſi fuit, ipſe eſt intelligẽdus Paradiſus, quẽ Latronis animæ illo die dignatus eſt polliceri. Quę ſi ita ſunt, generale paradiſi nomẽ eſt vbi feliciter viuitur. Nec enim quia paradiſus eſt appellatus vbi Adã fuit ante peccatum, propterea ſcriptura prohibita eſt etiã Eccleſiam vocare Paradiſum cum fructu pomorũ. Eſt autem ſenſus multo expeditior, & ab his omnibus ambiguitatibus liber ſi nõ ſecundũ id quod homo erat, ſed ſecundum id quod Deus erat, dixiſſe accipiatur: *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Homo quippe Chriſtus illo die, ſecundum carnem in ſepulcro, ſecundum animam in inferno futurus erat, Deus vero idẽ ipſe Chriſtus vbiq; ſemper eſt.

Abraham in inferno.

Acto. 2.

Paradiſusq; Chriſtus in cruce Latroni promiſit quis ſit.

Chriſtus vbiq; quẽ.

Auguſt. Euodio, Epiſ. 99.

SEd quo nam modo intelligatur Abraham, in cuius ſinum pius etiam pauper ſuſceptus eſt, in illis fuiſſe doloribus, ego quidem non video, explicant fortaſſe qui poſſunt. Solos autem duos, ideſt, Abraham & Lazarum in illo memorabilis quietis ſinu fuiſſe antequam Dominus in inferna deſcenderet, & de iſtis tantum duobus dictum fuiſſe illi diuiti: *Inter vos & nos chaos magnum firmatum eſt, vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos non poſsint, nec inde huc tranſmeare*: neſcio vtrum quiſquam ſit cui non videatur abſurdum. Porro ſi plures quam duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuiſſe Patriarchas, & Prophetas, quibus in Scriptura Dei iuſtitię pietatiſque tam inſigne teſtimonium perhibetur? Quid his ergo præſtiterit, qui dolores ſoluit inferni, in quibus illi nõ fuerunt nondum intelligo: præſertim quia ne ipſos quidem inferos vſpiam ſcripturarum locis in bono appellatos potui reperire. Quodſi nuſquã in diuinis authoritatibus legitur non vtiq; ſinus ille Abrahę, ideſt, ſecretę cuiuſdã quietis habitatio, aliqua pars inferorũ eſſe credẽda eſt: quanquã in his ipſis tãti verbis magiſtri, ibi ait dixiſſe Abraham: *Inter vos & nos chaos magnum firmatum eſt*: Satis vt opinor appareat non eſſe quandam partẽ,

Lucæ. 16.

& quaſi membrum inferorum tantæ illius felicitatis ſinum. Chaos enim magnum, quid eſt, niſi quidã hiatus multum ea ſeparans inter quę nõ ſolum eſt verum etiã firmatus eſt? Quapropter ſi in illũ Abrahæ ſinum Chriſtũ mortuum veniſſe ſancta Scriptura dixiſſet, non nominato inferno eiuſque doloribus, miror ſiquiſquam ad inferos eum deſcendiſſe aſſerere auderet. Sed quia euidentia teſtimonia & infernum commemorant & dolores, nulla cauſa occurrit, cur illo credatur veniſſe Saluator, niſi vt ab eius doloribus ſaluos faceret. Sed vtrum omnes quos in eis inuenit, an quoſdã quos illo beneficio dignos iudicauit, adhuc requiro. Fuiſſe tamen eum apud inferos, & in eorũ doloribus conſtitutis, hoc beneficium præſtitiſſe nõ dubito: vnde illis iuſtis qui in ſinu Abrahæ erant cum ille in inferna deſcenderet, nondum quid contuliſſet inueni, à quibus eum ſecũdum beatificam præſentiam ſuæ Diuinitatis nũquam video receſsiſſe: ſicut etiam eodem ipſo die quo mortuus eſt, promiſsit Latroni, quod cum illo in Paradiſo fuiſſet futurus quando ad ſoluẽdos inferni dolores fuerat deſcẽſurus. Profecto igitur in Paradiſo ac ſinu Abrahæ, etiam ante iam erat beatificante ſapientia, & apud inferos iudicante potentia. Vbi enim non eſt, nullo loco obſeſſa diuinitas? Verumtamen ſecundum creaturam, quam ex quodam tempore ſuſcipiendo manens Deus, homo factus eſt, hoc eſt ſecundum animam eum fuiſſe apud inferos, aperte ſcriptura declarat & per prophetiam præmiſſa, & per apoſtolicum intellectũ ſatis expoſita, qua dictum eſt: *Non derelinques animam meam in inferno.*

Luce. 23.

Chriſtus deſcendit ad inferos.

Pſalm. 5.

A *Cyrillus in Ioann. lib. 1. c. 22.*

NON enim recte inquiũt, quoniã in ſinu patris filius eſſe dicitur ex patre, & in patre recte ipſum eſſe intelligitis, & à ſubſtantia eius vt eiuſdẽ naturæ genitum prædicatis. An non audiſtis inquiunt, de Diuite atque Lazaro quid Chriſtus dicat? Lazarũ enim poſt mortem in ſinu Abrahæ delatum fuiſſe dicit, nec quoniam in ſinu Abrahæ Lazarus poſtea fuit, idcirco ex ipſo & in ipſo naturaliter eſt: ſed vocabulo ſinus ſcriptura, inquiũt, charitatem intelligit. In ſinu ergo patris filius eſt, id eſt, in dilectione, atque amore, vt ipſe dicit: *Pater diligit Filium.* Sed dicãt, quæſo, ſi dilectionem atque amorem ſinus apud ſcripturas ſignificat, an quia Deus iuſta Saluatoris vocem mundum dilexit, aut quia Dominus diligit portas Sion? ſecure dicere poſſumus, & mundum, & portas Sion in ſinu Dei Patris eſſe? Cũ præterea immittere Moſi manum in ſinum ſuum iubebat, diligere ne manum ſuam iubebat, an potius in ſinu ſuo eam cęlare? Ridiculoſi profecto erimus dicentes iſta. Imo verò etiam in patrem ipſum impie faciemus, ſi vniuerſa (cuncta enim diligit) in ſinu eius eſſe opinantes, quod filio ſuo attribuitur, creaturis quoque concedemus, vt nihil maius nec dignius aliquid quam creaturæ filius poſſideat. Quare his omiſsis quando in ſinu Patris Filius eſſe dicitur, nihil aliud quã ex ipſo & in ipſo filiũ eſſe intelligemus. Quod omnibus apertiſsimum erit, qui Euangeliſtæ verba diligentius conſiderant. *Vnigenitus, enim*, inquit Deus, *qui eſt in ſinu Patris*: Deũ & vnigenitũ primo dixit, deinde illico adiecit, qui eſt in ſinu Patris: vt Filiũ ex Patre naturaliter atq; ſubſtãtialiter intelli-

Roma 14.

Filius Dei eſt in ſinu Patris

Ioann. 3.

Pſalm. 124.

Exod. 4.

intelligatur, ſinũ pro ſubſtãtia per ſimilitudinẽ corporũ, quę rebus intelligibilib⁹ manifeſtiora ſunt, poſuit. Capiuntur enim plerumque rerum ſublimium imagines à corporibus, quamuis etiam hiſtoricæ, vt expoſita ſunt multa intelligantur, quale illud Moſi eſt: quod manum ſuam in ſinum emiſerit: quod verò de Lazaro dicunt, nõ modo nobis non refragatur, verumetiã ſuffragatur. Nam hac vita defunctus Lazarus, in ſinũ Abrahæ fuit deductus, ideſt, cum Abrahæ filijs collocatus eſt: Patrem enim multarum gentium Deus ipſe conſtituit.

Chryſoſtomus homil. 29. in 8. cap. Matth.

QVod vero immolatorũ hominũ animæ, ipſis cooperentur, vnde mihi perſuadebitur? an quia ipſos dęmoniacos clamare nonnũ quã audiſti, anima talis ego ſum? verũ hęc quoq; oratio à fraude atque deceptione diabolica eſt. Nõ enim anima defuncti eſt, quæ iſta dicit, ſed dęmon, qui hæc vt audiẽtes decipiat, defingit. Nam ſi poſſibile eſſet animam hominis in dęmonis ſubſtantiam tranſire, multo facilius poſſet in corpus ſuũ redire: præterea quæ ratio inducet nos, vt credamus animã, cui illata iniuria eſt, illi ipſi patrocinari, qui ſibi iniuriam intulit, aut hominẽ poſſe facere, vt in corporea virtus in aliam ſubſtantiam tranſmutetur? Nam ſi eſt de corporibus impoſsibile, vt vnquam hominis corpus, in aſini corpus traſmutetur? quanto minus inuiſibilem animã in ſubſtantiam dæmonis transformare, poſsibile erit? Quare vetularum hæc verba, imo deſipientium ducẽda ſunt, & puerorum ludibria. Nec enim poteſt anima è corpore

Anima neq; in ſubſtantiã dæmonis trã ſire, neque in aliud corpus poteſt.

A ſeparata in his regionibus errare. *Iuſtorũ animæ enim in manu Dei ſunt.* Infantium quoque ſimiliter, non enim peccarũt. Peccatorum verò poſt hunc exitum continuo abducuntur, quod à Lazaro & diuite planum efficitur. Sed alibi quoq; Dominus ait: *Hodie animam tuam abs te repetent.* Non igitur poteſt anima cum à corpore abſceſſerit, apud nos hic errare: nec id iniuria. Nã ſi qui iter faciunt, cũ in ignotas regiones inciderint, neſciunt quo ituri ſint, niſi ducem habeãt, quãto magis anima relicto corpore, cum nouam omnino ſibi vitam & viam ingrediatur, quo itura ſit, ignorabit, niſi ducem conſequatur? multis è locis ſcripturę comprobari poteſt non errare hic poſt mortem iuſtorum hominum animas. Nam & Stephanus ait: *Suſcipe ſpiritum meum.* Et Paulus reſolui, *ac eſſe cum Chriſto deſiderabat.* De Patriarcha quoque ſcriptura dicit: *Et appoſitus eſt, ad patres ſuos, mortuus eſt in ſenectute bona.* Quod vero nec peccatorum animæ hic commorari poſſunt, diuitẽ audias quid dicat, perpendaſque quid petit, & non impetrat. Quod ſi poſſent animæ hominum hic conuerſari: veniſſet ipſe vt cupiebat, & ſuos de tormentis inferni feciſſet certiores: quo ex loco Scripturæ illud etiam aperte patet, quod poſt exitum à corpore in locum, quendam certum animæ deducuntur vnde redire ſponte ſua non poſſunt, ſed terribilem illum iudicij diem ibi expectant.

Iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt. Sap. 3.

Hodie animam tuam abs te repetent. Luc. 12.

Et appoſitus eſt, ad patres ſuos, mortuus eſt in ſenectute bona. Geneſ. 25. Philip. 1.

Anima poſt mortem in locum certũ deducuntur vnde redire nõ poſſunt.

Hieronymus in Pſalm. 114.

PLacebo Domino in regione viuorũ: Confitetur hãc regionẽ non eſſe viuorum, ſed mortuorum. Vultis ſcire, quæ eſt illa regio viuorum? Dominus dicit in Euange-

Pſalm. 114. Quæ ſit regio viuorum.

gelio. *Deus Abrahã, Deus Iſaac, Deus Iacob*, & erant mortui. Et quid ſequitur: Deus inquit, nõ eſt mortuorum, ſed viuorum. Igitur & iuſtus, qui dicit: *Placebo Domino in regione viuorum.* In regione Abrahã, Iſaac, & Iacob: hoc eſt, quando vere fuero in ſinu Abraham, tunc placebo Domino.

Lucæ. 24.

Hierony. in Iſai. lib. 13. c. 49.

TVnc afferent in vlnis, ſiue in ſinu filios Siõ, & filias ei⁹ portabunt in humeris. Qualis fuit & Lazarus, omneſque ſancti, qui requieſcunt in ſinu Abrahæ, & animæ credentium, ad quas Paulus Apoſtolus loquebatur. *Lacte vos potaui*, & alibi. *Filioli mei, quos iterũ parturio, donec Chriſtus formetur in vobis.* Et in alio loco: *Quaſi nutrix foueat filios ſuos.*

1. Cor. 13.
Galat. 4.
1. ad Theſ. 2.

Hilarius in Pſalm. 120.

DOminus cuſtodiet introitum tuũ & exitum tuum, ex hoc nũc & vſque in ſeculum. Non enim temporis huius & ſeculi, eſt iſta cuſtodia, non aduri ſole, atque luna, & ab omni malo cõſeruari, ſed futuri boni expectatio eſt, cum exeuntes de corpore ad introitum illum regni cæleſtis, per cuſtodiam Domini fideles omnes reſeruabũtur in ſinu ſcilicet interim Abrahę collocatę quod adire impios interiectum chaos inhibet, quouſq; introeũdi rurſum in regnum cælorum tẽpus adueniat. Cuſtodit ergo Dominus exitũ dũ de corpore exeũtes ſecreti ab impijs interiecto Chao quieſcunt. Cuſtodit introitum, dũ nos in æternum illud & beatum regnũ introducit. Ipſe eſt enim qui ait: *Ego ſum ianua, & nemo vadit ad Patrẽ niſi per me*, id eſt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſalm. 120.
Ioan. 14.

Origenes in c. 25. Geneſeos, homil. 11.

ET factum eſt, inquit, poſtquã mortuus eſt Abraham, benedixit Dominus Iſaac filiũ eius, & habitauit ad puteũ viſionis. De morte Abrahã quid nobis amplius dicendum eſt, quam ſermo Dñi in Euangelijs continet dicens: de reſurrectione autẽ mortuorũ non legiſtis, quomodo dicit in rubo, *De⁹ Abrahã & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Deus autem non eſt mortuorum ſed viuorum.* Omnes enim illi viuunt: optemus ergo & nos huiuſmodi mortem, ſicut & Apoſtolus dicit: *Vt mõriamur peccato, viuamus autẽ Deo.* Talis nanq; Abrahæ mors intelligenda eſt, quę in tantũ dilatauerat ſinus eius, vt omnes ſancti, qui de quatuor terræ partibus veniũt, in ſinũ Abrahæ portẽtur ab Angelis.

Marci. 12.
Deus nõ mortuorũ ſed viuorum dicitur.

Ioãnes Damaſce. in hiſtoria Ioſaphat & Barlaam.

SEd & aduerſarijs torméta reſtare prẽnũciauit per parabolas mirabiles ac præcipuas, quas fõs ſapiẽtiæ enarrauit. Aliquãdo quidẽ diuitẽ quendã introducens, purpura & byſſo indutum, & epulantem quotidie ſplendide, tenacem vero & immiſericordẽ contra egenos exiſtentẽ, ita vt & pauperem quendã Lazarum nomine, ante ianuã illius iacentem ſperneret, & nec ex ipſis quæ de menſa illius cadebant micis, daret illi: mortuis igitur vtriſque pauper quidem ille & vlceroſus deportat⁹ eſt (inquit) in ſinum Abrahę, iuſtorum requiem ita ſinuãs. Diues vero ſepult⁹ eſt in inferno, in flamma & tormentis. Ad quẽ & Abraham dixit: *Recepiſti tu bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris.*

TEX-

TEXTVS.

ET ipſe clamans dixit: Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquã vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Ciprianus lib. 1. Epiſtolarũ, epiſto. 3. ad Cornelium.

Luc. 16. VNDE & diues ille peccator, qui de Lazaro in ſinu Abrahæ poſito, atque in refrigerio conſtituto implorat auxilium cũ in tormentis cruciabundus flammæ cremantis ardoribus aduratur inter omnes corporis partes magis, os eius, & lingua dat pœnas: quia plus, ſcilicet, lingua ſua & ore peccauerat. Nam cum ſcriptum ſit: *Nec maledici regnum Dei conſequũtur?* Et iterum in Euãgelio ſuo Dominus dicat: *Qui dixerit fratri ſuo: fatue, qui dixerit racha, reus erit gehẽnæ ignis:* quomodo poſſunt cenſurã Dei vltoris euadere, qui talia ingerunt non ſolum fratribus, ſed & ſacerdotibus: quibus honor tantus de Dei dignatione cõceditur, vt quiſquis Sacerdoti eius, & ad tempus hic iudicanti non obtemperaret, ſtatim necaretur?

Diuitis lingua quarema gis crematur quam cæteræ partes corporis.

1. Cor. 1.

Matth. 5.

Pœna non obtemperantiũ ſacerdotibus.

Cyprianus de Aſcenſione Chriſti in fine.

Deſperatio atrocius damnatorum tormentum.

ARdebit purpurat⁹ diues, nec erit qui æſtuanti linguæ ſtillam aquæ infundat: In proprio adipe frixæ libidines bullient, & inter ſartagines flammeas miſerabilia corpora cremabuntur, & omni tormento atrocius deſperatio cõdemnatos affliget. Non miſerebitur vltra Deus, nec tunc audiet pœnitentes, ſera erit illa confeſsio,

Luc. 16.

A & cum clauſa fuerit ianua, & fruſtra carentes oleo acclamabunt excluſi. Nullum ibi refrigerium, nullum remedium: ſemel Chriſtus deſcendet ad inferos, vlterius non deſcendet, non vltra videbũt Deũ in tenebris ſigillati, irregreſsibilis erit illa ſententia, & immutabile iudicium, & ſtabit damnationis huius immobile cõſtitutũ. Exultabunt ſanè ſancti in gloria, videbunt Deum, & gaudebunt, lætabũtur, & delectabuntur, & fruentur gloria, & in felicitate iucundabuntur æterna. Ibi non guſtabunt quã ſuauis ſit Deus, ſed implebuntur & ſatiabuntur dulcedine mirifica. Nihil eis deerit, nihil oberit. Omne deſiderium eorum Chriſtus, præſens implebit. Non ſeneſcent, nõ tabeſcẽt, nõ putreſcẽt ampli⁹, perpetua ſanitas, felix æternitas beatitudinis illis ſufficientiã confirmabũt: nõ erit cõcupiſcentia in mẽbris, non vltra vlla exurget rebellio carnis, ſed totus hominis ſtatus pudicus & pacificus, ſana ex integra natura, ſine omni macula, & ruga deinceps permanebit. Erit denique Deus omnia in omnibus, & illius præſentia omnes animæ & corporis implebit appetitus. Ceſſabuntque de cætero conſummatis omnibus miniſtratorij Angelicarum virtutum diſcurſus, & implera ordinataque omnino ciuitate Dei, nec innouabitur, nec mutabitur vltra fixæ & conſummatæ beatitudinis ſtatus. Ei igitur ante cuius tribunal ſtabimus, qui nunc vultui Dei apparet pro nobis, cui

Iudicium Dei immutabile.

Beatitudinis ſtatus fæliciſſimus.

de nobis tanta cura fuit, vt pro nobis vellit, naſci & mori: in præſenti quęſumus vt ſit cura curãdi nos, & nobis authoritatem & poteſtatem iudicandi nos metipſos & corrigendi concedat, vt illo terribili iudicio ſuo inter electos aſciti & congregati, liberi à ſeruitute & captiuitate, cæleſtibus ciuibus cõ iungamur, & fruamur bonis, quæ ipſe diligentibus ſe repromiſit, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c.

Auguſt. de anima & eius origine, ad Vincentium Victorem, lib. 4. c. 16.

DEnique dicis membra illic animæ deſcribuntur, vt vere ſit corpus. Et vis per oculum totũ caput intelligi, quia dictus eſt, leuaſſe oculos ſuos per linguã fauces, per digitum manum, quia dictum eſt: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam.* Tamen ne per membrorum nomina de Deo tibi corporeo præſcribatur, dicis per hæc corporeas intelligendas eſſe virtutes, quia Deum rectiſsimè defendis non eſſe corporeum. Quid igitur cauſæ eſt, cur nomina iſta membrorum in Deo tibi corpus non faciant, in anima faciant. An vero quando de creatura hæc dicuntur, proprie accipienda ſunt: quando autem de creatore, tropice atque tranſlate? pennas itaque corporeas, daturus eſt nobis, quoniam non creator, ſed creatura, id eſt, homo dicit, ſi aſſumpſero pænas meas ſicut columba, porro ſi propterea linguam habebat dives ille corpoream, quoniam dixit, refrigeret linguam meam: in nobis quoque adhuc in carne viuẽtibus, manus habet ipſa lingua corporeas, quia ſcriptum eſt: *Mors & vita in manibus linguæ.* Puto etiam non tibi videri, vel eſſe creaturam, vel corpus eſſe peccatum. Cur ergo habet faciem? An non audis in Pſalmo, *Non eſt pax oſsibus meis, à facie peccatorum meorum.* Quod vero illũ Abrahæ ſinum, exiſtimas eſſe corporeum, & per ipſum aſſeris totum corpus eius agnoſci vereor ne in re tanta ioculariter atque irridenter, non ſerio grauiterque agere credaris. Nec enim vſq; adeò deſiperes, vt arbitrareris corporeũ ſinum vnius hominis ferre tot animas, imo vt ſecundum te loquar, ferre tot corpora benemeritorũ, quot illuc Angeli ſicut Lazarum perferunt. Niſi opinaris fortaſſe illam vnam animam ſolam, ad eũdem ſinum peruenire meruiſſe. Si non iocaris, & errare pueriliter non vis, ſinum Abrahæ intellige remotam ſedem quietis atque ſecretam. Vbi eſt Abraham. Et ideo Abrahæ dictum, non quod ipſius tantum ſit ſed quod ipſe pater multarum gentium ſit poſitus, quibus eſt ad imitandum fidei principatum propoſitus. Sicut Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob, ſe Deus vocari voluit cum ſit innumerabilium Deus.

Pſalm. 138.

Prouerb. 18.

Pſalm. 37.

Sinus Abrahæ locus vbi eſt Abraham

Auguſtinus in Pſalm. 48.

NE timueris cum dives factus fuerit homo. *Et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.* Quare ne timueris? quoniam non cum morietur accipiet hæc omnia. Vides viuentem, cogita morientem. Quid hic habeat attendis, quid ſecũ tollat, attende. Quid ſecũ tollit? Multum auri habet, multum argenti habet, multum prædiorum, mancipiorum: moritur, remanẽt illa neſcio quibus. Et ſi enim dimittit, quibus vult, nõ ſeruat quibus vult.

Pſalm. 48.

Multi

Multi enim & nõ ſibi dimiſſa acquiſierũt, & multi ſibi dimiſſa perdiderunt. Remanent enim illa omnia, & tulit ſecum. Quid? forte dicit aliquis, illud ſecum tollit, vnde inuoluitur, & quod illi erogatur, ad precioſum & marmoratum ſepulchrum, ad inſtruendam memoriam, hoc ſecum tollit. Ego nec hoc dico. Exhibentur enim iſta non ſentienti, ſi dormienti, & non vigilantem ornes, in lecto illa ſecum habet, forte ornamenta inſunt in corpore iacentes, & forte ille in ſomnis in pannis ſe videt. Quod ſentit ei, plus eſt, quam quod non ſentit. Quanquam & illud cum euigilauerit non erit. Tamen dormienti magis illud erat quod in ſomnis videbat, quam illud, quod non ſentiebat. Quid ergo fratres dicãt ſibi homines, ero gent ad mortem meam, quare dimitto hæredes meos diuites? Multa habebũt de meo, habeam & ego aliquid de meo in corpore meo. Quid habebit corpus mortuum? quid habebit caro putreſcẽs? Quid habebit caro non ſentiens? Si aliquid habuit diues ille cui? lingua ſiccauerat, tunc habet homo aliquid de ſuo. Fratres nunquid ſic legimus in Euangelio, quia diues ille cum holoſericis & byſinis tegumentis apparebat in igne? nunquid qualis erat in epulis ad mensam, talis erat & apud inferos, cũ ſitiret & ſtillam deſideraret? Non ibi erant illa omnia. Non ergo ſecum accipit homo omnia, nec quod tollit ſepultura, tollit ſecum mortuus. Vbi enim ſenſus, ibi homo, vbi nullus ſenſus non eſt homo. Iacet vas quod continebat hominem domus, quæ habebat hominem. Corpus dicamus domum, ſpiritum dicamus habitatorem domus, ſpiritus torquetur apud inferõs, quid illi prodeſt, quia corpus iacet in cinnamis & aromatibus conditum, inuolutũ precioſis lintheis? Tãquam ſi dominus domus mittatur in exilium, & tu ornes parietes ipſius ille in exilio eget & fame deficit, vix ſibi vnam cellam inuenit vbi ſomnum capiat, & tu dicis felix eſt. Nam ornata eſt domus illius. Quis te non aut iocari, aut inſanire arbitretur? ornas corpus: torquetur ſpiritus. Da aliquid ſpiritui, & dediſti aliquid mortuo. Sed quid illi dabis, quando vnam guttam deſiderauit & non accepit? Hic enim contempſit mittere ante ſe aliquid. Quare contemſit? Quia hæc via eorum ſcandalũ eſt illis. Non putauit vitã niſi præſentem, non cogitauit niſi quemadmodum precioſis veſtibus obuolutus ſepeliretur. Ablata eſt ab illo anima eius ſicut Dominus dicit: *Stulte, hac nocte auferetur anima tua & quæ præparaſti cuius erunt?* Et impletum eſt in illo quod iſte Pſalmus dicit: *Ne timueris cum dites factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam non cũ morietur, accipiet hæc omnia: nec ſimul deſcendet cũ eo gloria domus eius. Quoniam anima eius in vita ipſius benedicetur.* Intendat charitas veſtra quoniam anima eius in vita ipſius benedicetur. Quandiù vixit bene ſibi fecit. Hoc dicũt omnes, ſed falſo dicunt. Benedictio eſt ab animo benedicentis, non ab ipſa vanitate. Quid enim dicis tu, quia manducauit & bibit, quia fecit quod voluit, quoniam ſplendide epulatus eſt, ideo ſecũ fecit bene? Ego dico, fecit ſecũ male: non ego dico, ſed Chriſtus, fecit ſecum male. Etenim diues ille quando quotidie epulabatur ſplendide, bene ſecum facere putabatur: cum autẽ cæpit ardere apud inferos tunc inuentum eſt male, quod putabatur bene: quod enim manducauerat

Precioſa ſepulchra eſt ornamenta mortuo nihil proſunt.

Lucæ. 16.

Optima comparatio.

Lucæ. 12.

Secũdum animum benedicentis dicitur Benedictio nõ ſecundũ vanitatem.

apud ſuperos hoc digerebat, apud inferos, iniquitatem dico fratres quam epulabatur. Mãducabat precioſas epulas ore carnis, ore cordis manducabat iniquitatẽ. Quod apud ſuperos ore cordis manducabat, hoc apud inferos in illis ſuppliciis digerebat. Et quidem quod tẽporaliter manducauerat, in æternum male digerebat. Manducatur ergo iniquitas? Forte aliquis dicit, quid eſt quod loquitur, manducatur iniquitas? non ego dico, audi ſcripturam: *Sicut vua acerba dẽtibus vexatio eſt, & fumus oculis ſic iniquitas vtentibus ea.* Qui manducauerit enim iniquitatem, id eſt, qui libenter habuerit iniquitatem non poterit manducare iuſtitiam. Panis enim iuſtitia eſt. Quis eſt panis? *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* Ipſe eſt panis cordis noſtri. Quomodo qui manducat ore corporis vuas acerbas, obrigeſcunt, & obſtupeſcunt dentes eius, & minus idoneus fit ad manducandum panem & remanet illi laudare, quod videt, & manducare non poſſe: ſic & qui iniquitate vſus eſt, & paſtus peccatis in corde, incipit non poſſe manducare panem, laudat verbum Dei, & non facit. Vnde non facit? quia cum cæperit facere laborat, quomodo ſentimus laborare dentes poſt vuas acerbas cum cæperimus panem manducare. Sed quid faciũt illi, quibus obſtupuerunt dentes. Temperant ſe aliquantum ab vuis acerbis, & redeunt dentes ad ſtabilitatem ſuã, & incumbunt pani. ſic & nos laudemus iuſtitiam. Sed ſi nos volumus mãducare iuſtitiam, temperemus nos ab iniquitatibus, & naſcitur in corde, non ſolum delectatio laudãdi iuſtitiam, ſed etiam facilitas manducandi, nã ſi dicit Chriſtianus Deus nouit, quia delectat me, ſed non poſſum facere: quaſſatos

Prouer. 10. Iniquitas mãducatur.

Ioann. 8.

A dentes habet diu manducauit iniquitatem: ergo & iuſtitia manducatur? Si non manducaretur, non diceret Dominus: *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.* Ergo quoniã anima illius in vita ipſius benedicetur, in morte torquebitur. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Attendite & paſcimini, hęreat in cordibus veſtris, manducate & videte tales, & nolite eſſe tales. Cauete & talia verba: confitebitur tibi cum benefeceris ei. Quam multi ſunt Chriſtiani fratres, qui tunc Deo

B gratias agunt, quando illis accidit lucrum: hoc eſt confitebitur tibi cum benefeceris ei, laudabit te & dicet: Vere quia tu es Deus meus, liberauit me de carcere, & confitebor illi. Venit illi lucrum, confitetur venit hæreditas, confitetur patitur damnum, blaſphemat. Qualis filius es, quia quando te pater emmendat, tunc tibi diſplicet? Non emendaret niſi, diſpliceres: aut ſi

C ſic diſpliceres, vt odiſſet, non ille te ęmendaret. Gratias age ergo emendatori vt accipias hæreditatẽ à Deo qui te emendat. Eruditis enim cum emendaris, ſed multum emendat, quia magnum eſt quod habes accipere. Nam ſi appendas, quod emendaris cum eo quod acceperus es, inuenies quia nihil eſt quod emendaris. Apoſtolus Paulus hoc dicit. Etenim quod ad prę

D ſens eſt temporale leue tribulationis noſtræ, iuxta incredibilẽ modum, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Sed quando? Non reſpicientibus, inquit, quæ videntur, ſed quæ non videntur, nõ quę temporalia, ſed quæ æterna. *Quæ enim videntur temporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna.* Et iterum: *Non ſum condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Quid ergo? quod pateris ſic ſemper pateris? concedo. Ex

Iuſtitia mãducatur. Matth. 5.

2. Corint. 4.

quo

Laborum pœna momentanea illorum præmium æternum.

quo nat⁹ es per omnes ętates tuas, vſque ad ſenectam tuam, quouſque morieris, puta quia hoc pateris quod eſt paſſus Iob. Quod ille paſſus eſt aliquot diebus, ſi aliquis patiatur ab ipſa infantia? Quod pateris tranſit, finitur: Quod accepturus es, finem non habebit. Nolo iam ęques pœnam cum præmio temporali, æqua æternitati ſi potes. Confitebitur tibi cum bene fecerisei. Nolite eſſe tales fratres, videte quia propterea dicim⁹ hęc, propterea cantamus, propterea trą ctatur, propterea ſudatur. Nolite facere iſta: negotia veſtra vos probant. Aliquãdo in negotio veſtro auditis verum, & blaſphematis, Ecclęſiam blaſphematis. Quare? quia Chriſtiani eſtis. Si ſic eſt, duco me in parte donati, paganus volo eſſe Quare? quia momordiſti panem & dolent dentes. Quando videbas ipſum panem, laudabas: cæpiſti mã ducare, & dolent dentes, id eſt, quã A do audiebas ſermonẽ Dei collaudabas, cũ tibi dicitur, fac hoc blaſphemas. Noli ſic velle, hoc die bonus eſt panis, ſed ego non poſſum illum manducare. Nunc autem ſi oculis vides laudas cum cæperis dentes præmere, dicis, malus eſt panis iſte. Et qualis eſt ille qui illũ fecit? ita fit vt confitearis Deum, quando tibi benefecit Deus, & mẽ tiaris quando cantas: *Benedicam Domino in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.* Exigitur de corde tuo cantatio labiorum tuorum cantaſti in Eccleſia: *Benedicam Dominum in omni tempore.* Quomodo in omni tempore? Si omni tempore lucrum, omni tẽpore benedicetur. Si aliquando eſt damnum, non benedicitur, ſed blaſphematur. Certe quia non benedicis in omni tẽpore, certe quia non ſemper laus eius in ore tuo eſt, eris talis, qualem modo deſcripſit. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* B

Pſalm. 33.

TEXTVS.

ET dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic cõſolatur, tu vero cruciaris, & in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt: vt hi qui volũt hinc tranſire ad vos, non poſſint, nec inde huc tranſmeare.

Claudius Mamertino Viennenſis Galiarum Epiſcopus, de ſtatu animæ, lib. 3. capit. 10.

SED quoniam nec authoritati diuinæ peruicaciter obſiſti poteſt, nec miſeris beatitudo miſceri, proloquij huiuſce perplexũ, quia cũ lippo imaginationum cor C poralium introſpicere nequimus, ſemotis paululum locis corporibuſque videamus, eatenus inter quoſpiam indicio diſcretos immẽſum dicitur ſpacium, vt etiam ſermonis poſsit eſſe commertiũ animaduertamus non locorum diſtãtiam, ſed differentiam meritorũ. Cum iuſto, nam quantum ad corpus ſpectat, localiter eſſe iniuſtus cum iuſto poteſt, iniuſtus vero eſſe in

Nec peccare nec pœnitere posſibile eſt poſt mortem.

ſe in innocencia iuſti quoaduſque iniuſtus eſſe nõ poteſt. Vnde quia poſt mortem nec pœnitere cuiquam, nec peccare poſsibile eſt, inter ſaluatos & perditos, intranſmeabile dicitur chaos immutabilis ſtatus tua igitur aduerſum te fertur oratio. Nempe teſtimoniũ, quod à nobis diſpar aſſerere arbitraris, animaduertis nobis cũ profectu diſputationis, bene ſtare, tibique tenuiſsimos ſui tramites ad infinita illocalium regionum ſpacia ducẽtes obuerſo poſte claudere, qua corporeæ amplitudinis anguſtum incorporalium ſubtilitatum immenſa non capiens, nec diſtantiam ſine loco, nec verbum ſine ſtripitu, nec gremiũ ſine ſpatio complecti poteſt. Porro autem corporea non ſunt, quæcunq; ita ſunt. Animæ vero Abrahæ, Lazari & diuitis ita ſunt, corporeæ igitur nõ ſunt. Sed quæ poſt hinc hiſce ſimilia ſequuntur, minus profecto in cõfutationem ſui penes cõſilij vigiles habere labores debẽt. Cordatus quippe iudex rite victũ cenſet, qui pro ſui imbecillitate par victus eſt: vnde non ſine pudore ſtupeo, quod pro comprobanda animæ corporalitate ſubiungit. Ecce animæ ſi Alexandriam vel Ieroſolymam cogitat, & ſi cogitatione tota ſui præſentia illic interfuit, referat nobis ſitus locorum, vultus hominum, motus actuſque populorum. Non diſplicet Authorem huius ſententiæ exemptæ animæ corporalitatis capeſcere iudicium, vnde incorporalitatis videri debuit argumentum. Hactenus quidem de animi incorporea atque illocali viſione diſerui, ac liquido patuit eandem nulla mediante ſubſtantia æterna ſemper atque immutabilia contueri.

Æternæ & immutabilia contuetur anima.

A *Fulgentius ad Venãtiam, de pœnitentia, Epiſt. 7.*

VT autem nouerimus illos qui gaudijs temporalibus oblectantur & iuſſa diuina contemnunt, æternis ignibus concremandos. Illos vero qui mala temporalia cum timore Dei patienter tollerãt, æterna quiete potituros. Attendamus diuitem purpuratum & pauperẽ Lazarum. Illum poſt epulas flammis perennibus tradditũ, iſtum poſt ærumnas in æterna ſinus Abrahæ quiete ſecurum. Vbi cum ſtillam diues ardens digito beati pauperis linguæ ſuæ poſceret inrorari, hæc ad eum beatæ Abrahæ, protinus eſt directa reſponſio. *Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem cruciaris, hic vero requieſcit.* Non fuit alia cauſa, qua diues pœnas lueret, pauper gaudio potiretur ac requie, niſi quia ille bona recepit, in vita ſua, ille autẽ mala. Non omnes autem, qui bona præſentis vitæ habẽt bona, præſentis vitæ recipiunt. Nec omnes qui mala huius vitæ patiuntur, mala huius vitę recipiunt. Sed illi recipiũt bona in vita ſua. Qui in gaudio & delitijs vitæ præſentis exultant, & in eo ſe beatos credunt, quod ſe nulla concuti aduerſitate conſpiciunt. Ille autem male recipiunt in vita ſua, qui præſuras & tribulationes præſentis vitæ cum timore Dei tollerant & in corde contrito & humiliato non temporalia gaudia, ſed ęterna ſuſpirant. Nec tranſitura bona, ſed permanſura deſiderant. Deniq; illis, qui in bonis præſentium rerum volũt habere lætitiam, dicit Pſalmus. *Filij hominum vſquequo graues corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium.* Et alio loco: *nolite ſperare iniquitatem, & in rapina. Nolite concupiſcere.*

Non idem eſt bona præſentis vitæ habere & recipere.

Luc. 16.

Pſalm. 4.

Pſalm. 51.

cere. Diuitiæ si affluant, nolite cor appo nere: Tales etiam Beatus Iacobus increpare non cessat, dicens. *Agite nunc diuites, plorate, vllulantes in miseriis, quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentũ vestrum eruginauit, & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis, thesaurizastis in nouissimis diebus. Ecce merces operariorũ, qui messuri erũt regiones vestras, qui fraudatus est à vobis, clamat & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit. Epulati estis super terram, & luxurijs enutristis corda vestra. Talium quoque risum & gaudium in luctum cõuerti præcipit & mœrorem, dicens. Emũdate manus peccatores, & purificate corda duplices animo, miseri estote, & lugete, & plorate. Risus vester in luctũ cõuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.* Nec vero putemus tristitiam humilium & lætitiam superborum, luctum piorum, & gaudiũ impiorum futura posse retributione priuari, manet vtriusque condigna merces, diuino reddẽda iudicio. Quam iudex ipse tali agnosci tur decreuisse sentẽtia. Vę vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Vę vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabũtur.* Tales etiã Dauid, semina quidem dicit in fletibus iacere, nec tamen silet cum gaudio & exultatione messuros. Sic enim ait. *Qui seminãt in lachrimis in gaudio metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos suos.* Talibus etiam nunc asserit Dominum propinquare dicens. *Prope est Dominus his qui tribulato sunt corde & humiles spiritu saluos faciet.* In tantum vero prodest tribulatio Christianis, vt per hanc spiritus noster Deo sacrificiũ fiat. Scriptum namque continetur in Psalmo: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus cor contritum & humiliatũ Deus non despicies.* His & innumeris huiuscemodi testimonijs informati, principaliter ad Deum conuerti, quãtocitius festinem⁹, dicit enim Scriptura: *Ne tardaueris cõuerti ad Dominum. Et ne differas de die in diẽ, ne subito veniat ira eius, & in tempore vindictæ disperdat te.* Conuersi autẽ de remissione peccatorum, nullatenus desperemus, tenentes Domini fidele promissum, quo ait. Cũ conuersus fueris, & ingemueris saluus eris. Præsuras, tribulationesq; præsentis temporis longanimiter tolleremus. & à timore Dei nullatenus discedamus. Præcipit enim nos Apostolus esse in tribulatione patientes. Qui etiam correptionẽ præsentis temporis ad euitandam futuri iudicij, pœnam multũ nobis prodesse testatur, dicens: *Cum iudicamur autem à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Verũ in ipsis tribulationibus gratias agamus Domino, & hoc quod sanctus Azarias dixit in fornace, nos in tribulatione dicamus: Benedictus es Domine Deus Patrũ nostrorum, & laudabilis, & glorioſum nomen tuum in secula, quoniam iustus es in omnib⁹, quę fecisti nobis, & omnia opera tua vera, & rectæ viæ tuæ, & omnia iudicia tua veritas, & iudiciũ veritatis fecisti, secũdum omnia quæ induxisti nobis, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem. Quoniam in veritate & iudicio induxisti hæc omnia propter peccata nostra. Quoniam peccauimus, & iniquè egimus discedẽtes à te, & multum peccauimus in omnibus, & mandatis tuis non obediuimus, nec conseruauimus, nec fecimus sicut

Iacob. 5.

Iacob 4.

Bonis & malis condigna merces dabitur.

Psalm. 125.

Psalm. 33.

Non dilatanda pœnitẽtia

1. Corint. 2.

In tribulationibus gratiæ Deo sunt agendæ.

ſicut præcepiſti nobis, vt bene nobis eſſet. Et omnia, quæ induxiſti nobis, & omnia quæcunque feciſti nobis, in vero iudicio feciſti. Et paulopoſt ait. Et nunc ſequimur in toto corde & timemus faciem tuam, ne confundas nos.

Cyrillus in Leuiticũ, lib. 14. in fine.

VIS autem & de Euangelijs noſcere, quod qui reciperit in hac vita mala ſua, ibi iam non recipiat: qui autem hic non recipit, ibi ſeruentur ei etiam omnia? Docet nos exemplum Lazari pauperis, & illius diuitis, ad quem dicitur in infernis poſitum à Patriarcha Abraham: *Memento fili, quomodo tu recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem tu quidẽ cruciaris, hic vero requieſcit.* Et ſolent homines ignorantes iudicia Dei, quæ ſunt abyſſus multa, conqueri aduerſus Dominũ & dicere. Cur homines iniuſti & iniqui, raptores impij, ſceleſti in hac vita nihil patiuntur aduerſi, ſed cũta eis pro ſperis ſucceſsibus cedant, honores diuitiæ potentiæ ſanitas quoque eis ipſa & corporis habitudo famuletur. Et contra innocentibus ac pijs & colentibus Deum innumerabiles ærumnæ ſuperueniant, abiecti, humiles contempti, & ſub colaphis potentium viuunt, nonnunquam etiã & ſępius eis morbi quoque ipſi corpori, dominentur, ſed hæc vt dixi conqueruntur ignorãtes quis ſit ordo in diuinis iudicijs. Quanto enim grauius eos puniri volunt, de quorum potentia & iniquitatibus ingemiſcunt tanto magis neceſſarium eſt differri pœnas, quæ ſi non differrentur: tẽporales vtique & leuiores eſſent, quia finem cum morte reciperent, nunc vero quia differuntur certũ eſt, quod æternæ erunt & cum ſeculis extendentur. Ecõtrario igitur ſi velint, iuſtis & innocentibus in prẹſenti ſeculo bona reddi, eſſent etiam ipſa bona temporalia & celeri termino concludenda. Quanto autem magis differũtur in futurum tanto amplius erũt perpetua, & neſcient finem. Hoc ergo eſt quod noſ ſcripturæ huius locus paucis ſermonibus comprẹhenſus edocuit, vt ſciamus multo eſſe grauius accipere peccatum & habere ac ſecum ad inferna deferre quam in præſenti pẹnas dare cõmiſſi: & ideo hæc ſciens expedire fidelibus, Paulus Apoſtolus dicit de eo qui peccauerat. *Quem tradidi,* (inquit) *ſathanæ in interitum carnis* hoc eſt morti. Multos autem ſequi fructus mortis huius, oſtendit in ſequentibus, dicens: *Vt ſpiritus ſalu⁹ fiat in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Vides ergo quomodo aperte Apoſtolus vtilitatẽ mortis huius expoſuit, cũ eum dicit: *Tradidi in interitum carnis,* hoc eſt, in afflictionẽ corporis, quę ſolet à pænitentibus expendi eumque carnis interitum nominauit, qui tamen carnis interitus vitam ſpiritui conferat. Vnde & nunc, ſi quis noſtrum recordatur in ſemetipſo alicuius peccati conſcientiam, ſi quis ſe obnoxium nouit eſſe delicto, confugiat ad pænitẽtiam, & ſpontaneum ſuſcipiat carnis interitum: vt expurgatus in præſenti vita ſpiritus noſter, mũdus & purus pergat ad Chriſtum Dominum noſtrum, cui eſt gloria & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen. 1. Cor. 5.

Pœna & præmium quæ in hoc ſæculo reduntur temporalia quæ autem in alio æterna ſunt.

Chryſoſtomus ad Theodorũ lapſum.

CÆterum ſi quando hinc abierimus, nondum conſecuti vehementiſsimam pænitentiam, manebit

Pœnitentia in hac vita ſit neceſſaria.

nebit nos quidam acerbius. Nam tum vel dentibus frendemus, vel plangemus, vel rogemus infinita ſed ne ſummo quidem digito paululum quiddam refrigerij quiſpiã diſtillauit ardentibus nobis: quim eadem audiemus, quæ quondam dives ille, nempe magnũ eſſe hiatum inter nos & vos. Redeamus itaque ad frugem meliorem, moneo, dum hic degimus, & agnoſcamus Dominũ ſicut agnoſcere fas eſt. Et enim non eſt cur alibi ſperemus pœnitentiam, in inferno conſtituti, quo in loco pharmacũ hoc infirmum eſt: hoc autem ſeculo, etiam in extrema ſenecta impoſitum, miram vim præſefert. Vnde diabolus omnem, quod aiunt lapidem mouet, quo in nobis alte radicem agat cogitatio deſperationis. Quandoquidem nouit quamlibet exiguum penituerimus, nullo pacto futuros indonatos à Deo. Quẽ admodum enim malitia ſubfrigida, ſi incidit, imminentem habet retalionem: ſic actus pœnitudine ſuper commiſsis à ſe quanquã idoneam dilectis pœnitentiam non exibet, æqualem tamen illi quam habet, quantulacumq; eſt retributionem ſentiet. Etenim nihil bonorum ſit vel minutiſsimum, auidice neglectum erit. Quando peccata tanta cura diſquiruntur, vt de verbis & cogitationibus pœnã attemperet: quando acuratius bonorum operum tam inſignium, quam obſcurorum rationem habebit illis temporibus? Quare ſi vires non ſufficiunt ad amiſſam diligentiã reuerti, & forte præſens morbus, libidoque te deſtituit, nihil adhuc deploratum videtur, modo initiũ rei feceris, atque ad certamen aditum recluſeris. Quanto tempore ante veſtibulum oberras optimo iure omnia tibi difficilia ac deſperata videbuntur, ante nimirũ experientiam res facillimæ maxime

Nullus actus pœnitẽtiæ etiam exiguus indonatus manebit.

A

que parabiles, arduę difficultates ſpeciem prebere ſolent. Deinde vbi facto periculo paulum intro ſerpſimus, & animum perduramus, pro tremore, pro deſperatione confidentia ſubit, diminuit timorem, facilitatem auget, ſpes amplas confirmat: propterea malignus Iudam inde ſeduxit, quò minus facto feliciter initio, redurit per pœnitentiam, vnde prolapſus erat. Equidem dico quod ſupra veri fidem alijs apparet, ne illud quidem peccatũ Iudæ eſſe maius quã auxilium quod nobis à pœnitentia venit. Quare rogo & obſecro omnem Sathanæ cogitationem à ſeptis animæ procul arceas, atque ad hunc penetres portum ſalutis. Si vno velut niſu ad ſummũ illud faſtigiũ cõſcendere iuberem, haud iniuria grauatim tentare propter permixtam rei difficultatem: quãdo vero tantulum dumtaxat impræſentia requiro, non dico quantum malis peractis debetur, ſed quantulumcũque eum, qui hoc loci conſiſtit, retinere ſufficit, ne in contrarium relabatur. Quid dudũ contaris? Quid refugis? Quid teipſum retrahis? Num vidiſti quoſdã qui in delicijs, inebrietatibus, in reliquo hui⁹ vitæ ludibrio mortui ſunt? Vbi nunc ſunt, qui pridem videlicet per forũ tumidi ſuperbia, cũ multis aſſectatoribus ſe mouebant, qui ſericis induti veſtimentis, vnguentum olentes, arridentes paraſito, & ſemper affixi ſcenę: vbi nunc illorum eſt phantaſia? ſublata eſt. Cænarum ſumptus, immodicus riſus, quies animæ, cogitationis diffuſio, vita molis, ociosa luxu perdita: vbi nunc? euolarunt omnia. Quid ex corpore factum eſt, quod pridem tãto famulitio, tam exquiſita munditia abundabat? Abijt nimirũ ad ſepulchrũ.

B

C

D

Contem-

Contemplare puluerem, cineres, vermes, eius formæ ſpeciem, & amare ſuſpires. Atq; vtinam ad puluerem tantum eiuſmodi damnum pertingeret. Verum interim à ſepulchro, & his vermibus deduc oculos mentis ad vermem illum immortalem, ad ignem illũ inextinguibilem, ad fremitum dentium, ad extremas tenebras, ad afflictionem & anguſtiam, ad ſimile Lazari ac diuitis, qui amictus purpura, & tot nummorum dominus factus eſt omnium rerum adeò indigus, vt nec vnius guttulæ aquæ Dominus eſſet, & ſub acerbiſſima tormentorũ neceſſitate conſtitueretur. Quid? putas ne ſomnijs præſtare huius perituri ſæculi bona? Quemadmodum enim, qui ad metalla damnati, aut aliam quandam pœnam luunt hac grauiorẽ: ſi quãdo ſub duris illis laboribus, & acerbiſsima vita conſopiuntur, ſe vident in delicijs ac læta rerum affluentia, experrecti autem à ſomnis nihil oblectamenti reliquum intelligunt ſic diues ille tanquam in ſomnio tantum diues fuiſſet, poſteaquam hinc emigrauit, amaram ſuam pœnam perſoluit. Hæc conſidera, & iſti igni repugna, qui te ocupat nunc ardore concupiſcentiarum. Recede à fornace interim, nam qui eam hic probe reſtinxit, nec eius incaleſcet alibi vicinio, ſiquis eam non exuperat, hunc abeuntem excipiet tanto vehementior, quo tibi cupis longiore tempore huius vitæ fructum ſupereſſe. Equidem opinor non plures annos tibi, quam quinquaginta expectandos, imo nec hoc quidem nobis certum eſt: ſiquidẽ de noſtra vita neſcimus, an veſperum imminens aſſequatur? qua fronte ſuper tot annis aſſeuerabimus.

Lucæ. 16.

Theophylactus in Lucam, capit. 16.

QVemadmodum Dominus eiectum Adam è regione Paradiſi collocauit, vt continuo aſpectans, clarius ſentiret àquantis bonis excidiſſet, ſic & illum condemnauit in conſpectu Lazari, vt videns illum in qualibus eſſet, ſentiret, vnde per inhumanitatem excidiſſet, & propterea non apud aliũ quendam iudicum, ſed in ſinu Abrahæ vidit Lazarum, quoniam hoſpitalis fuerat Abraham, vt igitur reprehenderetur illius in hoſpitalitas, propterea illũ apud Abraham videt. Ille etiam eos qui præteribant, in domum ſuam trahebat, hic autem etiam intra domũ iacentes deſpiciebat. At cur non vertit ſermonem ad Lazarum, ſed ad Abraham? Confundebatur fortaſsis, exiſtimans forſitam Lazarum vindictæ auidum, & de ſuis cauſis iudicabat illũ. Si ego enim tanta felicitate fruens contempſi illum, tantis malis coanguſtatum, & nec micas ei cõmunicaui. multo magis ipſe contemptus vindicabit, & non annuet, vt mihi beneficium concedatur, propterea ad Abraham facit ſermonem. Putabat enim ignorare Patriarcham, quæ contigiſſent. Quid igitur ille? Nõ dixit, inhumane & crudelis, non erubeſcis? miſericordię non recordaris? Sed quomodo? *Fili.* Vide patientem & ſanctum. Dicit enim & Sapiens quidem: *Animam humiliatam ne turbaueris.* Et propterea ipſe dicit. *Fili*: inſinuans per hoc, eatenus ſibi licere, quatenus tam benigne alloquitur, ſed vlterius nihil licere ei. Quod poſſum, hoc tibi cõmunico, compacientem ſcilicet vocem. At illinc tranſire non eſt noſtrum, concluſa enim ſunt omnia. Et tu quidem recepiſti bona tua,

Geneſ. 3.

Hoſpitalitas commẽdatur.

Cur diues Abrahã in auxilium inuocet, & nõ potius Lazarũ.

Eccleſ. 4.

Recipere.

tuã, ille autem mala. Et quare non dixit: Accepiſti, *ſed recepiſti?* Recipere enim de his dicere ſolemus, qui ſuſcipiũt, quod eis debebatur, dicimus igitur, quod licet quidam facinoroſi ſint, & in extremam peruenerint malitiam, nonnunquam vnum quoddam vel dua bona opera faciunt, vnde & ipſi habentes bona quædam, quæ in præſentis vitæ proſperitate capiunt, recipere dicuntur. Similiter autem & Lazarus mala. Fortaſsis autem & ille vnum vel duo mala commiſſerat & propterea dolorem iſtum ſuſtinens, dignam factis mercedem accepit. Vnde conſolationem habet ille, tu vero cruciaris. Porro hiatus ſignificat diſtantiam & differentiam iuſtorum & peccatorũ. Nam ſicut voluntates eorum diuerſæ fuerunt, ita & præmia multum inter ſe diſtant, vno quoque recipiente, ea quę vitæ & voluntati ſuæ congruunt. Obſerua autem hoc loco contra Origeniſtas, dicentes quod tempus erit, quo finiẽtur impiorum ſupplicia, & peccatores cum iuſtis coniungentur, & ſic omnia in omnibus erit Deꝰ. Ecce enim audimus Abraham dicentẽ, quod hi qui volunt hinc ad vos, vel illinc ad nos, tranſire non poſſint. Sicut igitur impoſsibile eſt, ex conſortio iuſtorum quempiam tranſire in locum peccatorum, ita impoſsibile eſt, vt nos docet Abraham tranſire à loco pœnæ in locũ iuſtorum, Abraham ſanè fide dignior eſt, quam Origenes. Quid autem eſt infernus? Quidam dicunt eſſe locum ſubterraneum tenebroſum. Alij autem tranſitum animæ à lucido in obſcurum & immundũ dicunt infernum. Quãdiu enim in corpore eſt anima apparet propter operationes ſuas, poſtquam autem à corpore emigrauerit, inuiſibilis fit. Hoc igitur dixerunt eſſe infernum. Sinus autem Abrahæ vocant continẽtiam bonorum, quæ repoſita ſunt iuſtis, qui à tempeſtate huius maris ingrediuntur in portus cæleſtes. Quoniam & in mari ſinus appellamus loca portubus & quieti apta. Attende hic, quod in die illo qui alium iniuria affecit, videbit iniuria affectum, in quali gloria ſit, & hic iterum illum in quanta condẽnatione: ſicut in hoc loco diues Lazarum, & Lazarus diuitem.

Contra Origeniſtas.

Origeniſtarũ error, quod tormenta dãnatorum conſumãda ſunt.

Hiatus quid?

Sinus Abrahæ.

Sinus maris

Infernꝰ quid.

Gregorius de cura paſtorali, admonit. 27. p. 3.

VT ergo ad æternorũ fidẽ certius roboretur, nequaquam ſolummodo ſpe ad res, ſed rebus quoq; ad ſpem trahitur. Quod liquido Pſalmiſta teſtatur dicens: *Dedit eis regiones gentium, & labores populorum poſſederunt. Vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius requirãt.* Sed cum largientem Deum humana mens boni operis repenſatione nõ ſequitur, vnde nutrita pie creditur, inde iuſtius damnatur. hinc enim per Pſalmiſtam rurſum dicitur: *Deieciſti eos dum allenarentur.* Quia videlicet reprobi cum recta opera diuinis muneribus non rependunt: cum toto ſe hic deſerũt, & affluentibus proſperitatibus dimittunt: vnde exterius proficiũt, inde ab intimis cadunt. Hinc eſt quod in inferno cruciato diuiti dicitur, *Recepiſti bona in vita tua.* Idcirco etenim recepit bona in vita ſua malus, vt illic plenius mala reciperet, quia hic fuerat nec per bona conuerſus. At contra admonendi ſunt, quia ea quidem quæ mundi ſunt concupiſcunt, ſed tamen aduerſitatis labore fatigantur, vt ſolicita conſideratione perpendant, creator diſpenſatorque cunctorum, quanta ſuper eos gra-

Pſalm. 104.

Pſalm. 71.

Lucæ. 16.

Eius ſalus deſperatur cui omnia quæ cõcupiſcit cõceduntur.

tia vigilat, quos in ſua deſideria non relaxat. Ægro quippe quem medicus deſperat, concedit vt cũcta quæ concupiſcit accipiat. Nam qui ſanari poſſe creditur, à multis quæ appetit prohibetur. Et pueris nummos ſubtrahimus, quibus tota ſimul patrimonia heredibus reſeruamus: hinc ergò de ſpe æternæ hæreditatis gaudium ſumant: quos aduerſitas vitæ temporalis humiliat, quia niſi ſaluandos eos imperpetuum cerneret: erudiendos ſub diſciplinæ regimine diuina diſpẽſatio non refrenaret. Admonendi itaq; ſunt qui in his quę temporaliter concupiſcunt: aduerſitatis labore fatigantur, vt ſolicitè conſiderẽt, quod plerunque etiã iuſtos cum temporalis potentia ſuſtollit, velut in laqueũ culpa comprehendit. Nam ſicut in priori huius voluminis parte iam diximus, Deo Dauid prius amabilis rectior fuit in ſeruitio, quam cum peruenit ad regnum: ſeruus nanque amore iuſtitiæ deprehenſum aduerſarium ferire timuit: Rex autem perſuaſione luxuriæ deuotum militem etiam ſub ſtudio fraudis extinxit. Quis ergo opes, quis poteſtatem, quis gloriam quærat inoxiè, ſi & illi extiterunt noxia, qui hæc habuit, non quæſita? Quis inter hæc ſine magno diſcriminis labore ſaluabitur. Si ille in his culpa interueniente turbatus eſt: qui ad hæc fuerat Deo eligente præparatus? Admonendi ſunt vt conſiderent quia Salomon, qui poſt tãtam ſapientiam vſque ad idololatriam cecidiſſe deſcribitur, nihil in hoc mundo priuſquam caderet aduerſitatis habuiſſe memoratur. Sed conceſſa ſapientia funditus cor deſeruit. quod nulla, vel minima tribulationis diſciplina cuſtodiuit.

1. Reg. 24. 1. Reg. 11.

3. Reg. 11.

Hieronymus de viro perfecto, ad amicum ægrotum.

VÆ enim diuitibus, quoniam perceperunt conſolationem ſuam, ſed illis diuitibus, quibus dicendum erit: *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non potaſtis me:* Illis vtique diuitibus, qui de iniuſto mammona amicos facere voluerunt, qui meditati ſunt in cogitationibus ſuis exuberãte fructu, quo neminem refrigerabant, noua immenſis fructibus receptacula molliri: qui vbi in craſtinum comederent, ignorabant. Anima eorum eo tempore expoſtulabatur, ſub vna tamen nocte, vana ſolicitudine occupata, cum theſaurizare non ceſſauerint, nec de foſis inuigilare opibus omiſerint. Hinc Lazarus pauper, cũ eo Patriarcha, qui peregrinus vixit in mundo, lætatur in cubili ſuo. At diues è contra, in æternis flagrat incendijs, & omni expolliatus dignitate atque ſubſtantia, deſpecti quondam inopis diuinum implorat auxilium: eiuſque vel minimo exoptat digitulo contingi, cuius egeſtatem inter optimas dapes ſuas, & copioſa cõuiuia ne micis quidẽ de mẽſa decedẽtibus ſuſtentabat: Cum itaque præſcriptum iudiciũ per nos, id eſt, per Sanctos eſt celebrandum, nobis vindicta in nationes, & in populos eſt donata. Quod cum cogitatur, quæ in nobis mens? quis ardor animi? Quod deſiderium futurorum? quis præſentium contemptus? facilius ſentiri quàm dici poteſt. Aut quis eſt qui non ad iſta feſtinans diſſolui ſe cupiat, & eſſe cum Chriſto? Aut quid magnum eſt, ſi pro tantis ac talibus bonis mors contemnatur, pro quibus etiam hæc vita contemnenda eſt: quoniam pro his qui perdiderit animam ſuam,

Contra diuitos.

ſuam,ſaluat illam. At contra, qui hic ſaluauerit animam ſuam perdet eam. Etenim cum pleriq́ue in hoc mundo velut furialibus flammis,ita ſint animi ambitione ſuccenſi:vt non opibus conditis, nec patrimonijs,nec ipſis quoq́ue filijs parcant:quos etiam de auaritia accuſati opponere conſueuerunt,dū præfecturas cōſularitateſq́ue mercentur, quas poteſtates & mors adimit,& ſucceſſor excludit: quæ dementia eſt non ea potius impēſis omnibus & detrimento vitę ipſius comparare,quæ promotos faciant, vel de vitæ æternitate ſecuros,vel de iudicij perpetua dignitate glorioſos.

Bernardus Epiſtola, 2.

MEmento fili,quia recepiſti bona in vita tua. Recepiſti, dixit, non rapuiſti: ne etiam de hoc tibi fruſtra blandiaris, quod tuis contentus,aliena non rapias. Veruntamen quæ ſunt illa tua? beneficia Eccleſiæ? Recte, quia ſurgis ad vigilias,vadis ad miſſas, horis, chorū nocturnis diurniſq; frequē tas. Bene facis. Sic Eccleſiæ præbendam gratis non accipis. Dignum eſt qui altario deſeruit,de altario viuat. Conceditur ergo tibi, vt ſi bene deſeruis de altario viuas, non autem vt de altario luxurieris,vt de altario ſuperbias,vt inde compares tibi frena aurea, ſellas depictas, calcaria de argentata,varia griſſeaq́; pellicia à collo & manibus ornatu purpureo diuerſificata. Deniq́ue quicquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de altario retinens, tuum non eſt,rapina eſt,ſacrilegiū eſt:Orabat quiddam Sapiens tantum victui ſuo tribui neceſſaria, non ſuperflua. Habentes (ait Apoſtolus) *Victum & veſtitum*, non victum & ornatum, & quidam alius ſanctus. *Si dederit* (inquit) *Mihi Dominus panem ad manducandum, & veſtimentum quo operiar*. Nota quo operiar. Sic ergò & nos contenti ſimus veſtimentis quibus operiamur,non quibus laſciuiamus, non quibus ſuperbiamus, non quibus mulierculis vel ſimilari,vel placere ſtudeamus.

Bona eccleſiaſtica,quomodo expendenda ſint.

Prouer.30.

2 Timot. 6.

Geneſ.28.

TEXTVS.

ET ait diues: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei,habeo enim quinque fratres,vt teſtetur illis,ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.

Ambroſius de interpellatione,lib.3.cap.4.

Quod flagella & caſtigatio in hac vita firmamentū præſtent non autem poſt mortem proſint.

VIdimus illum diuitē, qui indutus purpura&byſſo in hoc ſeculo recumbebat, & epulabatur quotidie ſplendidè,de cuius mēſa quæ cadebant,pauper Lazarus colligebat,quemadmodum in tormē tis poſitus in inferno ſe reclinare non poterat,ſed vix ad Abraham, non totum ſe,ſed oculos erigebat, rogās vt mitteret Lazarū, qui extremum digiti ſui in aquam intingeret & linguā eius refrigeraret. Ergo morti reclinatio non erat, nec firmamētum eius: nihil enim

Pænitentia post mortem nihil prodest

prossunt flagella post mortem. Et ideò Dauid dum esset in istius corporis vita in flagella se præparabat, vt eũ Dominus reciperet castigatũ. Considera iterũ mihi sanctũ Iob, qui perfusus erat vlceribus, & cõcutiebatur omnibus membris, & plenus erat totius corporis sui doloribus, glebas terræ vulnerum suorum sanie & humore resoluẽs, quemadmodum cum se in hoc corpore positus reclinare non posset, requiem mortis inuenerit, ideòq; conscius sui dixit: Mors viro requies. Is igitur in plaga nõ motus est, nec nutauit sermonis sui lubrico, qui in illis omnibus, nihil peccauit labijs suis, sicut scriptura testatur, sed magis plagę suę repetierit firmamentum per quam confirmatus in Christo est. Ergo & Iob, & Dauid, quia flagellati hic sunt, firmamentum habuerunt in plaga sua, quia flagellat pater filiũ, quem recipit, qui autem hic non flagellãtur, ibi non suscipiuntur vt filij. Ideòq;, *In laboribus hominũ non sunt, cum hominibus nõ flagellabuntur*, vt in perpetuo cũ diabolo flagellentur.

Hebr. 12. Psalm. 72.

Gregorius lib. 8. Moral. in capite 12. Iob.

Quod ad exhibẽda recta opera, exuta carne anima nõ recurrat: & quod Deꝰ post mortem non liberat, quos ante mortẽ gratia ad veniam non reformat.

Qui maiora nesciunt de minimis iudicare non possunt.

M*Emẽto quia vẽtus est vita mea*: Hi enim vitã carnis quasi permanentem diligũt, qui quanta sit vitæ sequentis æternitas, nõ attendunt, cumque soliditatem perẽnitatis non cõsiderãt: exilium patriam tenebras lumen, cursum stationẽ putant: quia qui maiora nesciunt iudicare de minimis nequaquã possunt. Ordo quippe iudicij exigit: vt quod examinare nitimur, transcẽdamus. Si enim pręesse rebus omnibus animus non valet, nequaquã de his certa à quibus vincitur videt. Idcirco itaq; mens reproba præsentis vitæ cursum ęstimare nõ sufficit, quia admiratione illius ex amore succumbit. Sancti autẽ viri, qui ad æterna cor eleuant: quã breue sit quod fine clauditur, pensant: & eò eorũ sensibꝰ vilescit, quod præterit, quo intellectu radiante interlucet, quod acceptum nunquã recedit. Cumq; infinitatem perennitatis aspiciunt, nequaquã iam pro magno desiderãt, quicquid finis angustat, sed subleuata mens extra temporum terminos ducitur, etiã cum carne in tẽpore tenetur: & tanto altius finienda despicit quanto verius infinita cognoscit. Sed hæc ipsa humanæ breuitatis cõsideratio: authori nostro magnæ virtutis oblatio est. Vnde & recte nunc cũ depręcatione immolatio eiusdem virtutis offertur, cũ dicitur: *Memento quia ventus est vita mea*. Ac si aperte diceretur: Transeuntem velociter benignus respice: quia tanto à te videri misericordius debeo, quãto ipse à consideratione breuitatis meæ oculos non auerto. Sed quia dum tempus vitæ præsentis abscinditur: ad operationem promerendæ venię vlteriꝰ nõ reditur, recte subiungitur: *Nec reuertetur oculus meus vt videat bona*. Ad videnda bona extincti, oculus non reuertitur: quia ad exibenda recta opera exuta carne anima non recurrit. Hinc est quod diues quẽ inferni flãma cruciabat, quia semetipsum reparare operando nõ posse agnouerat, nequaquã iã sibi, sed relictis fratribꝰ prodesse satagebat, dicẽs: *Rogo te Pater Abrahã vt mittas eum in domum patris*

tris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniãt, in locũ hunc tormentorum. Solet namq; mẽstum animum spes vel falsa refouere sed vt pœnam suam reprobi grauius sentiãt spẽ de venia amittunt. Vnde flãmis vltricibus traditus: non sibi, vt diximus, sed opitulari fratribus concupiuit: quia nunquam se ignium carere tormentis, adiũcto desperationis supplicio, agnouit. Hinc Salomõ ait: *Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Nequaquam ergo ad videnda bona oculus reuertetur: quia retributionẽ suam mens inueniens, ad operationis vsum nullatenus reuocatur. Quia igitur fugit omne quod cernitur, & mansura sunt, quæ sequuntur, bene beatus Iob vno versu vtraque complexatus est, dicens: *Memento quia ventus est vita mea, nec reuertetur oculus meus vt videat bona.* Cursum quippe præsentium contemplatus ait: *Memento quia ventus est vita mea.* Æternitatem vero sequentiũ considerans adiunxit: *Nec reuertetur oculus meus, vt videat bona.*

Reprobi veniæ spem nõ habent.

Eccles. 9.

A enim est, quod in gloria illis esset conspiciendus, siquidem ipsum fide dignum præconem esse oportebat. Quid igitur Abraham? habẽt Moysen non ita (inquit) tu curam geris fratrum, ita & Deus qui illos fecit, innumeros enim illis præfecit Doctores. At diues, inquit: Non Pater, nam quanuis ipse scripturas audiens non crediderat, & fabulas esse putarat, ea, quæ dicuntur: similiter enim fratres suos se habere suspicatus est, & ex se iudicans dicebat, quod non audituri sint scripturas, sicut nec ipse, sed siquis ex mortuis resurrecturus esset, credituri sint. Tales etiam nũc sunt qui dicunt: quis vidit ea quæ in inferno? Quis venit illinc, & annuntiauit nobis? Sed audiant Abraham. Quoniam si scripturas non audimus, nec his, qui ex inferno veniunt credemus. Et hoc manifestarũt Iudæi, qui quia scripturas non audierunt, nec eum resurrexissent mortui, credidissent: sed & Lazarum occidere tentauerunt, & cum mortui multi resurrexissent, crucifixo Iesu, magis tamen sęuientes Iudæi inuaserunt Apostolis: quia siquidem illud profuisset nobis ad fidem, etiã hoc sæpe fecisset Dominus. Nunc nihil tam vtile est, vt scripturarum diligens scrutatio. Mortuorum scrutationem, falsẽ & apparenter facere potest etiam diabolus, vt seducat imprudentes seminans doctrinas de inferno dignas sua malitia: at eis, qui scripturas probe scrutantur, nihil potest illudere. Illę enim sunt lucerna & lumen, quo lucente fur deprehenditur & manifestatur. Illis igitur credendum & de mortuorum suscitatione non curandum.

B

C

D

Ioann. 12.

Diligens scripturæ scrutatio curanda, non defunctorum spectra.

Theophylactus in Luc. c. 16

DE rebus suis desperãs miser ille diues, pro alijs supplicat. Vide autẽ quomodo in supplicijs sensum alienæ infelicitatis capit. Et prius Lazarũ despiciebat ante pedes iacẽtem, nunc aliorũ absentium curã gerit & obsecrat, vt Lazarus ex mortuis in domũ patris sui mittatur. Et nõ simpliciter ex mortuis quispiam, sed Lazarus vt videant eum coronatum & in gloria, & incolumitate, qui viderant ante infirmum & contemptũ, fiãtque testes tanti miraculi, ac tantæ gloriæ spectatores. Manifestum

TEXTVS.

HABENT Moyſen & Prophetas.

Tertullianus de præſcriptio. aduerſus hæreticos.

Loann. 5. HAbent, inquit, *Moyſen & Eliã*, id eſt, legem & Prophetas Chriſtum prædicantes, ſecundum quod & alibi aperte: *Scrutamini* (inquit) *ſcripturas*, in quibus ſalutem ſperatis, illę enim de me loquuntur. Hoc erit quęrite & inuenietis.

Cyrillus in Ioannem, lib. 3. capit. 3.

Luce. 16. MOyſes nunc pro lege accipi ſolet: habent (inquit) Moyſen & Prophetas.

Origenes in Numerorum, cap. 31. homil. 26.

VNde enim poterat Moſes, vel quæ ab origine mũdi geſta ſunt, vel quæ in fine eius erant gerẽda narrare, niſi per inſpiratio nem Spiritus Dei? Vnde potuiſſet prophetare de Chriſto niſi loquẽte Spiritu ſancto? Sic enim & ipſe Chriſtus ei teſtimonium reddit, Ioann. 5. & dicit: *Si crederetis Moyſi, crederetis vtique & mihi. De me enim ille ſcripſit, ſi autem illius literis non creditis quomodo meis verbis credetis?* Conſtat ergo ea per Spiritum ſanctum dicta, & ideò conueniens videtur hæc ſecundum dignitatem, imo potius ſecundum maieſtatem loquentis intelligi. Sed & illud hoc in loco, memorari aptiſsimum duco, quod Abraham cum audiret illum diuitẽ poſitum in tormentis rogare ſe vt dimitteretur, & veniens moneret fratres ſuos piè viuere, ne & ipſi in locum illum deſcenderent tormẽ A torum, reſpondit ei: *Quia habẽt Moyſen & Prophetas audiant illos.* Nõ vtique homines aliquos dicebat in corpore poſitos Moyſen & Prophetas, ſed hæc, quæ per Moyſen Spiritu Dei dictante ſcripta ſunt, Moyſen ea nominauit.

APPENDIX AD iſtam primam Dominicã poſt Trinitatis feſtum.

B

Theophylact. in Lucam.

ROSSET autem parabola hæc per allegoriam exponi, & ita dici, quod per diuitem populus Iudæorum ſignificetur. Diues enim fuit ille olim locupletatus omni cognitione, & ſapiẽtia, & ſermonibus Dei, qui ſuper aurum & lapidem precio ſum: ſed & purpura & byſſo indu- C tus erat, regnum habens & ſacerdotium, & regale erat Sacerdotiũ Deo, ſignificat autem purpura quidem Regnum, byſſus vero Sacerdotium. Nam leuitæ byſsinis ſacerdotalibus veſtimentis induebantur. Epulabatur autem quotidie & bibebat ſplendidè. Quotidie enim offerebant ſacrificiũ matutinum, & veſpertinum, quod iuge ſacrificium nominabant. Laza- D rus vero populus gentilium fuit, pauper diuina gratia & ſapientia, & ante fores iacens, non enim licebat gentilibus intrare in domũ, pollutio enim videbatur ſicut in Actis Apoſtolorum, clamant in Acto. 21. Paulum, quod gentiles introduxerat in templum, & communem feciſſet illum locum ſanctum. Inſu-

per

per & vlceribus peccatorum fœtẽtium, plenus erat ille populus & impudentes canes, ideſt dęmones, paſcebãtur ſuis vlceribus. Voluptati enim ſunt illis noſtra vlcera. Deſiderabat item & micas decidentes à mẽſa diuitis. Omninò enim carebat pane, qui confirmat cor hominis: & minimo, tenuique cibo agebat, ſicut & Chananæa mulier cum ethnica eſſet: *De micis ſaturari cupiebat.* Quid multis? Mortuus eſt Hebraicus populus Deo, & mortua ſunt illorum oſſa, quæ ad bonũ faciendum non mouentur. Mortuus eſt autem & Lazarus peccato. Gẽtilis (inquã) populus. Et Iudæi quidẽ qui in peccatis ſuis mortui ſunt, in flamma inuidię exurũtur zelantes, vt dicit Apoſtolus, quod gentiles aſſumpti ſint ad fidem, qui autem prius pauper & ignobilis populus gentilis, in Sinibus Abrahæ patris gentium verſetur. Merito. Etenim & Abraham cum gentilis eſſet, credidit Deo, & ex idolorum cultu ad Dei agnitionem tranſit. Proinde qui participes ſunt tranſlationis eius & fidei, vere & in ſinibus ei⁹ quieſcũt, eundem finem & habitationes & ſuſceptionem bonorum ſortiti, & cupit Iudæorũ populus vnam guttam de aſperſionibus & purgationibus priſcis legalibus, vt refrigeretur eius lingua, & poſsit confidenter loqui nobis, quod lex ſit efi cax & operetur ſed non eſt. *Lex enim vſque ad Ioannem.* Et ſacrificiũ (inquit) & oblationem noluiſti, ac cætera: & Daniel exterminabitur vnctio, & ſignari prophetas, hoc eſt, ceſſaturus eſſe, & concludendos prædixit? Tu autem & moraliter parabolam expone. Et ne cum ſis diues, in malo mẽtem tuã famelicã prætereas, nec deſpicias in humum proiectam, & cum facta ſit, vt ſurſum tendant ante fores iacentem, ſed introduc eã intro, & non ſtet foris, nec vagetur, nec iaceat, ſed operetur. Et ſic ea quæ mẽtis ſunt, operari, & non ſolũ in carne deliciari poteris. Facile fuerit etiã alia quæ in hac parabola ſunt, ad morum vtilitatem exponere.

Pſalm.103.

Matth.15. *Hebraicus populus mortuus eſt Deo.*

Moralis parabolæ expoſitio.

Auguſtinus Quæſtionũ Euãgelicarum, lib.2.quæſt.38.

HOmo quidam erat diues, & induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè, & cætera per allegoriam ſic accipi poſſunt vt in diuite intelligantur ſuperbi Iudęorum ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere. Purpura & byſſus dignitas regni eſt: *Et auferetur, inquit, à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam.* Epulatio ſplendida, iactantia legis eſt, in qua gloriabantur plus ad pompam elationis abutentes ea, quam ad neceſsitatem ſalutis vtẽtes. Mẽdicus autem nomine Lazarus, qui interpretatur adiutus ſignificat, indigentem veluti gentilem aliquem aut publicanum, qui tãto magis adiuuatur, quanto minus de ſuarum copia facultatum præſumit. Tales erant illi duo, qui orabant in templo, vnus Publicanus, & alter Phariſæus. Diues ergo dicit tanquam ſatiatus iuſtitia, non inter illos beatos numerãdus qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: *Gratias tibi ago quia non ſum ſicut Publicanus iſte.* Pauper autem qui ſe adiuuari deſiderat, dicit: *Propitius eſto mihi peccatori.* Deſiderat tamen ſaturari de micis, quæ cadunt de mẽſa diuitis iacens ad ianuam. Non enim admittebatur ad epulas eius qui nec bene illis vtebatur nec egenti dabat, tanquam ſcriba habẽs claues regni cælorum, nec ipſe intrans, nec alios intrare permittens,

Matth.21.

Epulatio ſplẽdidã quid ſit.

Luc.18.

Micæ quæ cadunt de mensa diuitis quæ sint.

tens. Micę cadẽtes de mensa diuitis, sunt quædã verba legis, quę illi iactantes quasi proijciebant in terram, cum superbè populo loquerẽtur, vlcera autem sunt confessiones peccatorum, velut mali humores à visceribus intimis foras erũpentes. Canes qui ea lingebant, nequissimi homines sunt amantes peccata, qui lata lingua etiam laudare non cessant opera mala, quæ in se alius gemens & cõfitens detestatur. Sinus Abrahæ, requies est beatorum pauperũ, quorum est regnum cælorum, in quo post hãc vitam recipiuntur. Sepultura inferni, pænarum profunditas, quæ superbos & immisericordes post hãc vitam vorat. Quos tamen Dominus in ista narratione dicit videre de longinquo, atque sentire beatorum requiem quo sane transire non possunt. Quod autem linguã sibi vult refrigerari, cum in flamma vbique totus arderet, significat quod scriptum est: *Mors & vita in manibus linguæ*, & quia ore confessio fit ad salutẽ, quod per superbiã ille nõ fecit. Extremũ autẽ digiti vel minimam operationem misericordiæ significat, qua per Spiritum sanctum subuenitur. Cum autem ei dicitur: *Recepisti bona in vita tua*: illud tangitur, quia felicitatẽ dilexit seculi, nec aliam vitam pręter istam in qua superbus tumebat adamauit. Lazarum autem mala dicit recepisse, quia intellexit huius vitæ mortalitatem, labores, dolores, & ærumnas, pænam esse peccati, de quo scriptum est: *Fuimus & nos naturaliter filij iræ sicut & cæteri* De quo iterum scriptum est: *Nec infantem cuius est vnius diei vita super terram mundum esse à peccato*, quia omnes vtique in Adam morimur, qui factus est transgressione mortalis: quod autem dicit, ad ea loca in quibus torquentur impij,

Prouer. 18.

Ephes. 2. Iob. 25.

A iustos etiã si velint, non posse trãsire, quid aliud significat, nisi post hãc vitam ita receptis in carcere, vt inde non exeant donec reddãt nouissimum quadrantem, per incommutabilitatem diuinæ sententiæ, nullum auxilium misericordię posse præberi à iustis, etiã si velint illud præbere. Quo admonet, scilicet, vt in hac vita homines subueniant, quibus possunt, ne postea etiam si optimè recepti fuerint, eis quos diligũt, opitulari nõ valeãt. Illud enim quod scriptum est: *Vt & ipsi recipiant vos in æterna tabernacula*: non de superbis & immisericordibus scriptum est, qualis iste diues fuisse demonstratur, quod recipi à sanctis in illa tabernacula mereantur: sed de his, qui sibi amicos officiosissimos operibus misericordiæ fecerint: Quanquam nec ipsos iusti velut propria potestate quasi gratificando recipiant, sed promissione atque permissione illius, qui eos consilio præmonuit, vt sibi amicos facerent, & qui seipsum pasci, vestiri, hospitio recipi, visitari in vno quoque minimorũ suorum liberatoris bonitate dignatus est. Quamquam illa receptio vtrum statim post istã vitam fiat, an in fine seculi in resurrectione mortuorum atque vltima retributione iudicij, nõ minima quæstio est: sed quãdolibet fiat, certe de talibus qualis ille diues insinuatur nulla scriptura fieri pollicetur. Quinque autem fratres quos habere se dicit in domo patris sui, Iudæos significant. Appellati autem sunt quinque quia sub lege detinebantur, quæ per Moysen data est, qui libros quinq; cõscripsit. Quod vero Lazarum petit mitti ad fratres suos sensit, se vtique indignũ qui testimoniũ perhibeat veritati. Et quia non impetrauerat paululũ se refrigerari, multo minus credit rela-

Subuenire in hac vita quibus possumus debemus. Matth. 5.

relaxari se posse ab inferis ad prædicationẽ veritatis. Quod Abrahã dicit, si volunt credere, *Habẽt Moysen & Prophetas*, non istos Euangelio pręposuit, sed quia Euangeliũ, sicut dicit Apostolus, testimonium habet à lege & Prophetis, illis credendo posse eos significat ad Euangelium peruenire. Sicut alio loco, ipse Dominus dicit: *Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. Ille enim de me scripsit.* Denique ad hoc pertinet quod etiam postea dicit: *Si Moysen & Prophetas non audiunt, nec si quis ex mortuis resurrexerit credent*: quia eum prænuntiauerunt Moyses & Prophetæ qui surrexit à mortuis, hoc ipsum etiam de illo quod resurrecturꝰ esset à mortuis, quibus non credendo vtique nec Christo volunt credere? Multo minus ergo cuilibet possunt credere, qui à mortuis resurgeret, quando ei non credunt, cuius resurrectionem Moyses & Prophetæ prædicauerunt, quibus credere nolũt. Aliter etiam intelligi potest ista narratio, vt Lazarum Dominum significare accipiamus, iacentẽ ad ianuam illius diuitis. Quia se ad aures superbissimas Iudæorum incarnationis humilitate deiecit, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis. Et quærens ab eis vel minima opera iustitiæ, quæ suæ mensæ, hoc est, suæ potestati per superbiam non vsurparẽt: quæ opera misericordiæ atque humilitatis, quanuis minima, & si non disciplina & perseuerantia vitæ bonæ, saltem interdum vel casu facerent, sicut micæ de mensa cadere solent. Vlcera passiones sunt Domini ex infirmitate carnis, quam pro nobis suscipere dignatus est. Canes ergo qui ea linge bant, gentes sunt, quos homines peccatores & immundos dicebant Iudæi: & tamen passiones Domini in sacramentis corporis, & sanguinis eius, per totum iam orbem suauitate lambũt deuotissima. Sinus Abrahæ intelligitur secretum Patris, quo post passionem resurgens assumptus est Dominus, quo eum portatum ab Angelis ideò dictum puto, quia ipsam receptionem, qua in secretum patris abscessit Angeli annuntiauerunt Discipulis intuentibus, dicendo enim, quid statis aspicientes in cælum quid aliud dixerunt, nisi nullo modo posse oculos hominum vsque in illud penetrare secretum quo ibat Dominus, cum in conspectu Discipulorum ferretur in cælum. Iam cætera secundum superiorem expositionem accipi possunt: quia secretum patris bene intelligitur vbi etiam ante resurrectionem iustorum animæ viuunt cum Deo: tanto enim verius vbiq; est Deus, quanto nullo continetur loco, sicut & Latroni dictum est: *Hodie mecum eris in Paradiso*, vnde nunquã recessit Dei filius, quanuis ab hominibus per susceptam carnem in ciuitate Iudæorum tanta pateretur.

Roma.2. Euangeliũ à lege & Prophetis habet testimonium. Ioann.5.

Luc.16.

Alia expositio.

Sinus Abrahæ secretum patris intelligitur.

Luc.23.

DOMINICA SECVNDA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Lucæ. 14.

TEXTVS.

HOMO quidam fecit cænam magnam, & vocauit multos, & misit seruum suũ hora cænæ dicere, inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia.

Tertullianus aduersus Marcionem, lib. 4.

Esai. 58. AD prandium vel ad cænam quales vocari iubet? Quales ostenderat per Isaiam, confringe panem tuum esurienti, & mendicos & qui sine tecto sunt, induc in domum tuam, qui scilicet humanitatis istius vicem retribuere non possint. Hanc si Christus captari vetat, in resurrectione eam repromittens, creatoris est forma, cui non placent amantes munera, sectantes retributionem. Etiam inuitatoris Parabola cui magis parti occurrat expendo. *Homo quidam fecit cænam, & vocauit multos.* Vtique cænę paratura, vitæ æternæ saturitatem figurat. Dico primo extraneos & nullius iuris affines inuitari ad cænã nõ solere, certe facilius solere domesticos, & familiares. Ergo creatoris est inuitasse, ad quem pertinebant qui inuitabantur, & per Adam quà homines, & patres quà A Iudaici, non eius ad quem nec natura pertinebant neque prærogatiua. De hinc si is mittit ad conuiuas, qui cænam parauit, sic quoq; creatoris est cæna qui misit ad cõuiuas admonendos, ante iam vocatos per patres, admonendos autem per prophetas, non qui neminem misserit admonendum, nec qui nihil prius egerit aduocandũ sed ipse descenderit subito, tantũ B quod innotescens, iam inuitans: tantum quod inuitans, iam in conuiuium cogens, eandem faciens horam cænandi & ad cænam inuitandi. Excusant se inuitati. Si ab alio Deo, merito, quia subito inuitati, si nõ merito ergo nec subito. C Si autem non subito inuitati, ergo à Creatore à quo olim. Cuius deniq; declinauerãt vocationẽ, tunc primo dicẽtes ad Aaronem: Exod. 32. Fac nobis deos qui præeant nobis. Atque exinde aure audientes, & non audientes vocationem scilicet Dei, qui pertinẽtissime ad hãc parabolam per Ieremiam: Audi- Ieremiæ. 7. te, in-

Hora cænãdi & inuitanti eadem.

te, inquit, vocem meam, & ero vobis in Dominũ, & vos mihi in populum, & ibitis in omnibus vijs meis quascumque mandauero vobis. Ecce inuitatio Dei. Et nõ audierunt, inquit, & non aduerterũt aurem suam. Ecce recusatio populi. Sed abierunt in his, quę concupiuerunt corde suo malo. Agrum emi, & boues mercatus sum, & vxorem duxi. Et adhuc ingerit, & emisi omnes ad vos famulos meos prophetas. Hic erit Spiritus sanctus admonitor conuiuarum, die & ante lucem. Et non audijt populus meus, non intendit auribus suis. Et obdurauit collum suum. Hoc vt patrifamiliæ renunciatum est motus, tunc (bene quod & motus, negat enim Marcion moueri Deum suum, ira & hoc meus est) mandat de plateis & vicis ciuitatis facere sublectionẽ. Videamus an eo sensu quo tursus per Ieremiam, nũquid solitudo factus sum domui Israelis? aut terra in incultum derelicta? id est: nunquid non habeo quos allegam, aut vnde allegam. Quoniã dixit populus meus non venimus ad te. Itaque misit ad alios vocandos, ex eadem adhuc ciuitate, de hinc loco abundãte præcepit etiam de vijs & sępibus colligi, ideſt, nos iam de extraneis gentibus illa scilicet, æmulatione. Qua in Deuteronomio: Auertam faciem meam ab eis, & mostrabo quid illis in nouissimis, id est, alios possessuros locum eorum, quoniam genitura peruersa est, filij in quibus fides non est. Illi obæmulati sunt me in non Deo, & prouocauerunt me in iram in idolis suis: & ego obæmulabor eos in non natione, in natione insipiẽti prouocabo eos in iram, in nobis scilicet, quorum spem Iudęi gerũt: de qua illos gustaturos negat Dominus, derelicta Sione tãquam spe

Inuitatio Dei Excusatio populi.

Ierem. 2.

Deute. 32.

A cula in vinea & in cucumerario casula, posteaquam & nouissimã in Christũ inuitationem recusauit. Quid ex hoc ordine secundum dispositionem, & prędicationes Creatoris recẽsendo, competere potest illi, cuius nec ordinem habet, nec dispositionem ad parabolæ conspirationem, qui totum opus semel fecit? Aut quęrit prima vocatio ei⁹, & quæ secundo actu admonitio? Ante debent alij excusare, postea

B alij conuenisse. Nunc autem pariter vtranque partem inuitare venit, de ciuitate, de sepibus, aduersus speculum parabolæ, nec potest iam fastidiosos iudicare, quos nũquam retro inuitauit, quos cũ maximè aggreditur. Aut si de futuro eos iudicat, cõtempturos vocationem: ergo & sublectionem loco eorum ex gentibus de futuro portendit. Planè ad hoc secundo venturus est, vt gentibus prædicet, &

C si venturus est autẽ, puto non quasi vocaturus adhuc conuiuas sed iã collocaturus.

Matth. 22.

Gentes vocatæ sunt loco illorum qui Dei vocationem contempserunt.

Ambr. de Pœnitẽtia, lib. 1. c. 6

De Ecclesia Christi per cœnam significata, ad quam omnes vocati sunt, siue boni, siue mali, & qui se excusauerunt Nouatiani sunt, atque cæteri hæretici, qui partem cum

D *Christo non habebũt, eo quod pœnitentiæ lauacrum respuant.*

ERgo Domine Iesu ad Ecclesiam tuam totus aduenio quoniam Nouatianus excusat. Nouatianus dicit iuga boum emi, qui iugum Christi suaue non suscipit, & on⁹ graue collo imponit suo, quod portare

Hæretici sunt qui se excusant vt non veniant ad cœnam.

portare non queat. Nouatianus ſeruos tuos, à quibus inuitabatur tenuit, & contumelia affectos occidit, quos iterati baptiſmatis labe inquinauit. Mitte ergo ad exitus viarum, & collige bonos & malos, & debiles, & cæcos, & claudos, introduc in Eccleſiã tuã, iube, impleatur domus tua, & introduc omnes ad cænam tuam, quia quem tu vocaueris, dignum facies ſi ſequatur. Ille ſane reijcitur, qui non habuerit veſtem nuptialem, hoc eſt amictum charitatis, velamen gratiæ. Mitte inquam, ad vniuerſos, non excuſat Eccleſia tua à cæna tua. Excuſat Nouatianus. Non dicit familia tua, ſana ſum, medicum non requiro, ſed dicit: *Sana me Domine & ſanabor, ſalua me & ſaluabor.* Denique Eccleſiæ tuæ ſpecies eſt in illa, quæ acceſsit retro & tetigit fimbriam veſtimenti tui dicens intra ſe: Quia ſi tetigero veſtimentum eius, ſalua ero. Hæc ergo Eccleſia confitetur vulnera ſua, hæc curari cupit. Et tu quidem Domine, omnes cupis, ſed non omnes curari volunt. Non vult Nouatianus, qui ſe putat eſſe ſanum. Tu Domine ægrum te eſſe dicis, & in minimo noſtram ſentis infirmitatem, dicens: Æger erã & viſitaſtis me. Nouatianus illum minimum viſitare neſcit, in quo tu deſideras viſitari. Tu dicis Petro excuſanti, ne ei pedes lauares: niſi lauero tibi pedes, non habebis partem mecũ, quod ergo iſti poſſunt conſortium tecum habere, qui claues regni non ſuſcipiũt negantes quod demittere peccata debeant? Quod quidem recte de ſe fatentur, non habent enim Petri hæreditatem, qui Petri fidem non habent, quam impia diuiſione diſcerpunt. Sed hoc improbè, quod etiam in Eccleſia donari peccata negant poſſe, cum Petro dictum

Ierem.17.

Matth. 9.

Deus vult omnes homines ſaluos fieri.

Ioann.13.

A ſit: *Tibi dabo claues regni cælorum, & quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcumque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.* Cum & ipſe vas electionis Dominicę, dicat: *Si cui autem quid donaſtis & ego, nam & ego quod donaui propter vos in perſona Chriſti.* Cur igitur Paulum legunt, ſi eum tam impiè arbitrantur erraſſe, vt ius ſibi vendicaret Domini ſui? Sed vendicauit acceptum, non vſurpauit indebitum.

Matt. 16.

2. Cor. 2.

B

Chryſoſt. homil. in Matth. 41. excap. 22.

ERGO quando miſit ſeruos ſuos, iam inuitati erant. Primum ergo dicamus, quid ſit ipſum conuiuium, ſecundo quando ſunt inuitati. Tertio quando cæpit præparare conuiuium, & quando miſit inuitatores. Prandium enim eſt doctrina iuſtitiæ, & verba cæleſtium myſteriorum de Filio Dei vẽturo, quæ omnia manducans homo, ideſt, audiens, acquirit ſibi vitam æternã. Multas enim proprietates habet ſermo ad eſcam. Sicut enim qui mittit in os ſuum fragmentum panis, aut qualẽcumque cibum, primum molit eum dentibus, & ita dimittit in ſtomachum: ſic & cum audimus verbum, neceſſe eſt eum meditari in ore ſenſus, & quaſi quibuſdam dentibus, ideſt, tractatibus molere, & videre quid

Sermo Dei eſcæ compa-ratur.

D eſt, quod dicit, aut vnde dicit, aut propter quam rẽ dicit. Nam quẽadmodum qualemcumque cibum, niſi maſticauerimus dentibus, nõ ſentimus ſaporem eius. Ita & verbum quod audimus, niſi maſticauerimus eum tractantes in nobis, non poſſumus intelligere virtutem verbi illius. Nam & Manna quod edebatur in eremo, figuram habebat verbi. Ideò dicebatur

Manna

Manna, quod interpretatur Hebraicę, quid eſt hoc: vt quotieſcunque audimus verbum, admoneat nos ipſum nomen requirere, quid eſt hoc, quod audimus? Et ſicut cibum poſtquam maſticauerimus, dimittimus in ſtomachum: ita & verbum poſtquam bene tractauerimus, commendamus ipſum memoriæ quaſi ſtomacho. Nam quēadmodum non prodeſt cibus, niſi cum fuerit maſticatus, & in ſtomachum deſcenderit: ſic non proficit ad ſalutem verbum, niſi cum fuerit intellectui & memoriæ traditum. Nam ſicut tibus nihil prodeſt ſi manducauerimus, & iterum euomimus eum de ſtomacho: ſic nihil in nobis prodeſt verbū quod audimus, & obliuiſcimur illico: cibus qui in ſtomacho ſtat ille confortat, & ſermo qui in memoria manet, ille ſaluat. Vnde & apud Iudæos, illa animalia ſunt munda, quæ reuocant cibum, & ruminant. Ergò animal illud eſt mundum, quod maſticat & tradit vtero & iterum de vtero reuocat, & ruminat. Et homo ille eſt ſpiritualis & ſanctus, qui audiens verbum tractat: & cū intellexerit, memoriæ quaſi vtero tradit, & iterum de memoria quaſi de vtero reuocat, & ruminat, & retractat. Ille autem homo, inmundus eſt ante Deum, qui non recordatur aliquando nec retractat, quod audit. Qui autem manducat de ſpirituali conuiuio, impletur ſpiritu, dilatatur ſenſibus nutritur in veritate, pingueſcit in fide, & ſic ingreditur ad interiora voluntatis Dei, & manens in eis acquirit ſibi vitam æternam. Qui autem ab hoc conuiuio verbi longe fuerit factus, euacuatur ſpiritu, anguſtatur ſenſibus, deficit à veritate, diſtillat à fide, & ſic egrediēs ab omnibus voluntatibus Dei ad inferiora, nouiſsime cadit in mortem. Quando ſunt inuitati in tempore Abrahæ, quando dixit ad eū Deus: *Exi de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram, quam tibi demoſtrauero. Et omnem terram quamcūque tetigeris pedibus tuis, tibi dabo illā, & ſemini tuo in æternum.* Quam terram? Terram orientalem, fluentē lac, & mel. Quod verum non eſt de terra illa Iudæę, quoniam illa terra nunquam fluxit lacte & melle, ſed terram rationabilem, quam Chriſtus ſuſcepit. De illius enim incarnatione lac & mel proceſſerunt: lac enim opus eſt miraculorum, quoniam & ſine labore dentium, & cum ſuauitate comeditur, per quod rudes in fide, quaſi pueri ſuſtentantur, mel autem eloquia doctrinæ dicuntur, ſicut ait Propheta: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo.* Ergo Chriſti incarnatio promittebatur, qui lacte miraculorum, & melle doctrinæ nutriturus fuerat gentes rudes in fide. Vide ergo, quoniam iam ex eo oſtendebat Deus, quoniam non aliter Iudæi poterant Chriſto credere, niſi vt relinquerent Iudaiſmum, quod eſt exi de cognatione tua: & corpus circumciſionis, quod eſt exi de terra tua. Ergo ex eo iam Iudaiſmus relinquendus oſtendebatur. Non ſolum autem Iudæi, ſed nullus homo poteſt lac & mel manducare Chriſti, niſi cognationem ſuam, & terram ſuam reliquerit, ſicut ſcriptum eſt: *Niſi quis reliquerit patrem, aut matrem, &c.* Item, *Qui meus vult eſſe diſcipulus abneget ſemetipſum.* Relinquit ergo cognationem ſuam, non qui contemnit eam, ſed qui amplius diligit Deum quam parentes. Relinquit terram ſuā qui carnis ſuæ non ſequitur voluntatem: qui autem concupiſcentias carnis non exit, terram corporis ſui exercet, ſicut Cain. Qui vero perfecte

Manna Dei verbum.

Optima comparatio.

A

B

C

D

Geneſ. 12.

Terra fluens lac & mel, quæ ſit.

Pſalm. 118.

Matt. 19.

fecte cognationem ſuam & terrã relinquit, hic lac & mel manducat, cũ legit mirabilia aut eloquia Chriſti. Quando cæpit hoc conuiuium præpararí? à tempore Moſi, quando lex Domini data eſt irreprehenſibilis, conuertens animas, quando teſtimonium Domini fidele datum eſt ſapientiam præſtãs paruulis, quando iuſtitiæ Domini recte lætificantes corda, quando præceptum Domini lucidum illuminans oculos: quando timor Domini ſanctus permanet in ſęculũ ſęculi: quando iudicia Domini vera iuſtificata in ſemetipſa, quando ex decem ſpeciebus confectus eſt cibus decalogi ſalutaris: ſicut enim regale prãdium multis ciborum ſpeciebus ornatur, ita & hoc conuiuium ſcripturarum diuerſis iuſtitiarũ ſpeciebus eſt decoratũ.

Theophylactus in Lucam. capit. 14.

CVm dixiſſet is qui ſimul accubuerat, Beatum eũ qui comedit prandium in Regno Dei: Dominus docet eũ latius, quomodo oporteat nos intelligere conuiuiũ Dei, & parabolam hanc dicit: Hominem quidem nominans miſericordem ſuum patrẽ. Quando enim vindicatiuam Dei virtutem ſcriptura ſignificat pantheram, & vrſum, & pardum eum vocat, quando autẽ miſericordiã vult inſinuare, hominem inducit. Sicut & nũc miſericordiſsimam eius diſpenſationem intelligens quam operatur in nobis, qua nos facit participes carnis filij ſui, hominem eum nominans. Cænam enim magnã vocauit diſpenſationem hanc. Cænam quidem eò quòd in nouiſsimis temporibus, etenim ad veſperã ſęculi venit Dominus. Magna autem cæna hæc, quoniam ex confeſſo magnũ, eſt ſalutis noſtrę myſterium. Et miſit ſeruũ illum ſuũ hora cænæ. Quis eſt ſeruus ille? Is qui forma ſerui aſſumpta, Filius Dei homo factus, & vt homo miſus eſſe dicitur, attende quomodo non dixerit ſeruum, ſed cũ articulo ſeruum illum ſuum, illum proprie dixit, qui iuſta formam humanam ei placuit & ſeruiuit. Non enim vt Filius & Deus tantum beneplacitus eſt patri, ſed & ſicut homo ipſe ſolus ſine peccato, omnibus paternis conſilijs & mandatis miniſtrauit & paruit, & implẽs omnem iuſtitiam ſeruire dicitur Deo & Patri, ideo ipſe ſolus propriè ſeruus Dei dicitur. Hora autem cænæ miſſus eſt, hoc eſt definito, & oportuno tempore. Non enim aliud tempus commodius fuit ſaluti noſtræ, quam quo regnabat Cæſar Auguſtus, cũ in ſummo eſſet malitia, quam deſtrui oportebat: ſicut enim medici ſinũt in ſæui morbi vlceribus, humorem colligi, & deinde remedia aponunt, ita & peccatum oportebat omnes ſuas ſpecies indicare, & deinde magnum medicum imponere pharmaca, & propterea expectauit Chriſtus, donec diabolus malitiæ, menſuram impleret, & tunc demum incarnatus eſt, & omne genus malitiæ per ſanctam vitam ſuam ſanauit. Miſſus eſt igitur in tempore, hoc eſt, opportuno, & acommodo tempore ſicut & Dauid dicit: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potenter tempeſtiuitate tua.* Omninò enim gladius verbum Dei, per femur autem natiuitas in carne ſignificatur: quæ contigit in tempeſtiuitate, hoc eſt, in tempore opportuno, miſſus vero eſt, vt diceret inuitatis. Qui ſunt hi qui vocati ſunt? Fortaſsis omnes homines. Omnes enim vocauit Deus ad ſui agnitionem, partim

Dei vindicãtis appellationes in ſcriptura.

Philip. 2.

Seruꝰ miſſus ipſemet Filius Dei eſt.

Filius Dei ſolus proprie dicitur ſeruus Dei.

Dei incarnatio opportuno tempore.

Optima cõparatio.

Pſalm. 44.

tim per ordinatam visibilium constitutionem, partim per naturalem legem: fortasis enim magis proprie Israelitas qui per legem & Prophetas vocati fuerunt: ad illos igitur missus est primum Dominus, vti ad oues domus Israel. Matth.22. Ipse enim dicebat: *Venite quia parata sunt iam omnia.* Prope enim esse regnum Dei, omnibus euangelizabat Dominus.

Beda in Lucam, cap. 14.

Homo qui cænam fecit. AT ipse dicit ei: *Homo quidam fecit cænam magnam, & vocauit multos:* Quis est iste homo, nisi ille de quo per Prophetã dicitur, & homo est, & quis cognoscit eum? Iterem. 17. *Qui fecit cænam magnam,* quia satietatem nobis internæ dulcedinis præparauit. Qui vocat multos, sed pauci veniunt, quia nonnunquam ipsi qui ei per fidem subiecti sunt, æterno eius conuiuio male viuendo contradicunt. *Et misit seruum suum hora cænæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata.* Hora cænæ quæ sit. Quid hora cænæ, nisi finis est mundi? in quo nimirum nos sumus, sicut iam dudum Paulus testatur, dicens: 1.Cor.10. *Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt.* Si ergo iam hora cænæ est, cũ vocamur, tanto minus debemus excusare conuiuio Dei, quanto propinquasse iam cernimus finem seculi. Finis seculi. Idcirco autem hoc conuiuium Dei non prandium sed cæna nominatur, quia post prandiũ cæna restat, post cænam vero conuiuium nullum restat. Et quia æternum Dei conuiuium nobis in extremo præparabitur, rectũ fuit vt hoc non prandium, sed cæna vocaretur. Sed quis per hunc seruum qui à patrefamilias ad inuitandum mittitur, nisi prædicatorum ordo signatur: ad repellendũ autem fastidium nostrum, iam parata sunt omnia, quia ad abstergendum mentis nostræ teporem, in cæna Dei ille nobis singularis agnus occisus est, qui tulit peccata mundi. *Et cœperunt simul omnes excusare.* Offert Deus quod rogare debuit, nõ rogatus dare vult, quod vix sperari poterat, quia dignaretur largiri postulatus, contemnitur vero paratus delitias refectionis æternæ denuntiat, & tamen simul omnes excusant. Sed dicunt aliqui excusare nolumus. At illud enim supernæ refectionis conuiuium, & vocari & peruenire gratulamur. Qui verum profecto dicunt, si non plus terrena quam cælestia diligunt, si non amplius rebus corporalibus quam spiritualibus occupantur. Vnde hic quoque ipsa excusantium causa subiungitur, cum protinus subinfertur. *Primus dixit ei villam emi, & necesse habeo exire & videre illam: rogo te habe me excusatum.* Quid per villam nisi terrena substãtia designatur: exit ergo videre villam, qui sola exteriora cogitat propter substantiã. *Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: Rogo te habe me excusatum.* Quid in quinq; iugis boũ, nisi quinque corporis sensus accipimus? Quid recte quoque iuga vocati sunt, quia in vtroque sexu geminatur. Qui videlicet corporales sensus, quia comprehẽdere nesciunt interna, sed sola exteriora cognoscunt, & deserentes intima, ea quæ extra sunt tangunt, & recte per eos curiositas designatur. Grande nanque curiositatis est vitium, quæ dum cuiuslibet mentẽ ad inuestigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit. Propter hoc nanque & de ijsdem quinque iugis boũ dicitur. *Eo probare illa,* qui videlicet aliquando pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notandum,

Inuitantes ad cænam sunt Prædicatores Ioann.5.

Liberalitas Domini.

Villa.

Iuga boum quinque.

dum, quod & is qui propter villã, & is qui propter probanda iuga boum à cæna ſui inuitatoris excuſat, verba humilitatis permiſcet dicens: *Rogo te habe me excuſatum*, dum enim dicit: *Rogo*, & tamen venire contemnit, humilitas ſonat in voce ſuperbia in actione, & ecce hoc diiudicat prauus quiſque, cum audit, nec tamen ea quæ diiudicat agere deſiſtit. Nam dum cuilibet peruerſe agenti dicimus, conuertere, Deum ſequere, mundum relinque, vbi hũc niſi ad Dominicã cænam vocamus? Sed cum reſpondet, ora pro me quia peccator ſum, hoc facere non poſſum, quid aliud agit, niſi rogat, & excuſat? Dicens nanq; peccator ſum, humilitatem inſinuat, ſubiungens autem, conuerti non poſſum, ſuperbiam demonſtrat. Et alius dixit: *Vxorem duxi, & ideò non poſſum venire*. Quid per vxorem niſi voluptas carnis accipitur? nam quanuis bonum ſit coniugium, atque ad propagandã ſobolem prouidentia diuina cõſtitutum, nonnulli tamen nõ per hoc fęcunditatem prolis, ſed deſideria expetunt voluptatis, & ideò per rem iuſtam ſignificari poteſt non incõgruè res iniuſta. Ad cænã nos ergo æterni conuiuij ſummus paterfamilias inuitat, ſed dũ hunc terrena cura occupat, illum alieni actus ſagax cogitatio deuaſtat, alterius etiam mentem voluptas carnalis inquinat, faſtidioſus quiſque ad æternæ vitæ epulas non feſtinat. *Et reuerſus ſeruus nunciauit hæc Domino ſuo. Tunc iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes & debiles, & cæcos, & claudos introduc.* Ecce qui terrenæ ſubſtantiæ plus iuſto incũbat venire ad Dominicam cænam recuſat, qui labori curioſitatis inſudat. Præparata vitę alimenta faſtidit, qui carnalibus deſiderijs inhæret ſpiritalibus conuiuij epulas reſpuit. Quia ergo venire ſuperbi renuunt, pauperes eliguntur. Cur hoc? quia iuxta Pauli vocem: *Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia*. Pauperes autem, & debiles dicuntur, qui iudicio ſuo apud ſemetipſos infirmi ſunt. Nã pauperes & quaſi fortes ſunt, qui & poſiti in paupertate ſuperbiunt. Cæci verò ſunt, qui nullum ingenij lumen habent. Claudi quoque, qui rectos greſus in operatione non habent. Sed dum morum vitia in membrorum debilitate ſignantur, profecto liquet quia ſicut illi peccatores fuerunt, qui vocati venire noluerunt, ita hi quoque peccatores ſunt qui inuitantur, & veniunt, ſed peccatores ſuperbi reſpuuntur, & peccatores humiles eliguntur: hos itaque eligit, quos deſpicit mundus, quia plerunque ipſa deſpectio hominem reuocat ad ſemetipſum. Pauperes & debiles, cæci, & claudi vocãtur, quod veniũt, quia infirmi quique atque in hoc mundo deſpecti plerunq; tanto celerius vocem Dei audiunt, quanto & in hoc mundo non habent vbi delectentur. Sed ductis ad cænam pauperibus, quid puer ſubiungat, audiamus *Domine factum eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt*. Multi tales ad Dominicam cænam ex Iudæa collecti ſunt, ſed multitudo, quæ ex Iſraelitico populo credidit, locum ſuperni conuiuij non impleuit. Intrauit iam frequentia Iudæorũ, ſed adhuc locus vacat in regno, vbi ſuſcipi debeat numeroſitas gẽtiũ. Vnde & eidem ſeruo dicitur. *Exi in vias & ſepes, & cõpelle intrare vt impleatur domus mea*. Cum de vicis & plateis ad cænam Dominus inuitat illum videlicet populũ, deſignat, qui tenere legem ſub vrbana conuerſatione nouerat. Cum vero

Superbo infacto.

Vxor.

Res iuſta.

Pauperes electi.

1. Cor. 1.

Peccatores ſuperbos reſpuit Deus humiles autem eligit.

Vici explentes.

vero conuiuas ſuos colligi ex vijs & ſepibus præcipit, nimirum agreſtem populum colligere, ideſt, Gétilem quærit. Notandũ vero quod in hac inuitatione tertia, non dicitur inuita. *Sed compelle intrare*, nã ſunt nonnulli, qui bona facienda intelligunt, ſed hæc facere deſiſtunt. His vt ſuperius diximus plerunque contingit, vt eos in carnalibus deſiderijs ſuis mundi huius aduerſitas feriat. Sæpe nanque aut longa ægritudine tabeſcunt, aut afflicti iniurijs concidunt, aut per cuſſi grauioribus damnis affligũtur, ſeque ipſos in ſuis deſiderijs reprehendẽtes ad Dominum corda conuertunt. Qui ergo huius mũ

A di aduerſitatibus fracti ad Dei amorem redeunt, atque à præſentis vitæ deſiderijs corriguntur, quid iſti niſi compelluntur vt intrent? Sed valde eſt tremenda ſententia quæ protinus ſub infertur. Ait enim. *Dico autẽ vobis, quod nemo virorũ illorũ, qui vocati ſunt, guſtabit cænã meam.* Ecce per ſe vocat, per angelos vocat, per patres vocat, per prophetas vocat, per Apoſtolos vo-

B cat, per paſtores vocat, plerunque per miracula vocat, plerunque per flagella vocat, aliquando per mundi huius proſpera vocat, aliquando per aduerſa, nemo contemnat. Nedum vocatus excuſat, cum voluerit intrare, non valeat.

Qui dicuntur compelli intrare ad cænam.

TEXTVS.

ET cæperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei, Villam emi, & neceſſe habeo exire & videre illam: rogo te habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideò non poſſum venire.

Ambroſius in Lucam, lib. 7. capit. 14.

QVod nec ille qui ſtudijs intentus inferioribus poſſeſsiones ſibi terrenas coemit regnum cæli poſsit adipiſci, cum Dominus dicat: Vende omnia tua, & ſequere me. Nec ille qui emit boues cũ Eliſæus occiderit, & populo diuiſerit, quos habebat. Et ille qui duxit Vxorem, cogitet quæ mundi ſunt non quæ Dei, non quo coniugium reprehendatur, ſed quia ad maiorem honorem vocetur integritas: *Quoniã mulier innupta & vidua cogitat, quæ ſunt Domini, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nam quæ nupta eſt cogitat, quæ ſunt mundi, quomodo placeat*

C *viro.* Sed vt in gratiam vt ſupra cũ viduis, ita nunc etiam cum coniugibus reuertamur. Non refugimus opinionem, quam ſequuntur plerique, vt tria genera hominum à cõſortio magnę illius cęnæ æſtimemus excludi, Gentilium Iudæorum, Hæreticorum. Et ideò Apoſtolus auaritiam dicit eſſe fugiendam ne impediti more genti-

D li, iniquitate, malitia, impudicitia, auaritia, ad regnum Chriſti peruenire nequeamus. *Omnes enim immundus, aut auarus, quod eſt idolorũm ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.* Iudæi autem corporali miniſterio iuga ſibi legis imponunt, & ideo ſecundum Prophetam. *Dirumpamus vincula eorum,*

Tria genera hominum excludũtur à cæna.

Coniugiũ bonũ eſt, ſed maioris honoris integritas.

1. Cor. 7.

Epheſ. 5.

Pſalm. 2.

rum & proijciamus à nobis iugum ipſorum: Chriſtum enim recipimus, qui ceruicibus noſtris pietatis ſuę iugum mitte ſuſpendit. Quinq; autem iuga ſunt, verborũ decem, vel quinque libri veteris legis, de quibus in Euangelio videtur Samaritanæ dicere: *Quinque enim viros habuiſti.* Ioann. 4. At vero hæreſis velut Euæ fæmineo rigore fidei tẽtat affectum, & lubrica facilitate prolabens, lenocinia falſi decoris affectat intemeratam negligens pulchritudiné veritatis. Ideò igitur excuſant quia nemini intercluditur regnũ, niſi ei, quem ſuę profeſsiovocis excluſerit. Dominus autẽ omnes clementer inuitat, ſed nos aut deſidia noſtra, aut error auertit. Ergo & ille qui villam emit, alienus à regno eſt. Ementes enim atque vendentes, Noe vt legiſti tempore, diluuia ſorbuerunt, & ille qui iugum potius legis quam gratiæ munus elegit. Et ille quí propter ducendam excuſat vxorem, ſcriptum eſt enim: *Si quis venit ad me & non odit patrem ſuum, & matrem. & vxorem, non poteſt meus diſcipulus eſſe.* Luc. 14. Etenim ſi propter te Dominus ſuę renuntiat matri dicens: *Quæ eſt mater mea, aut quid fratres mei*, Matth. 12. cur tu Domino tuos cupias anteferre? ſed neque ignorare naturam, nec ſeruire naturæ dominus iubet, ſed ita indulgere naturæ, vt venereris authorem, neque ab eo parentum amore deſciſcas.

Diuus Auguſtinus de verbis Domini, ſerm. 33.

LEctiones ſanctę propoſitę ſũt, & quas audiamus, & de quibus aliquid ſermonis adiuuante Domino proferamus. In lectione Apoſtolica gratiæ aguntur Deo de fide gentium, vtique ideò quia ipſe

A fecit in Pſalmo diximus: *Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* Pſalm. 79. In Euangelio, ad cænam vocati ſumus, immo alij vocati, nos non vocati, ſed ducti. Non ſolum ducti, ſed etiam coacti. Sic enim audiuimus, quia *Homo quidã fecit cænã magnam.* Quis eſt iſte homo, niſi mediator Dei, & hominũ, homo Chriſtus Ieſus? Miſit vt venirent inuitati, quia hora erat iam, vt venirent. Qui ſunt inuitati, niſi per præmiſſos vocati Prophetas? Quia olim ex quo

B mittuntur Prophetæ, & inuitãt ad cænam Chriſti. Mittuntur ergo ad populum Iſrael: ſæpe miſſi ſunt, ſæpe vocauerunt, vt ad horam cęnæ venirent. Illi autem inuitantes acceperunt, cænam repudiauerunt. Quid eſt inuitantes acceperunt, cænam repudiauerunt? Prophetas legerunt, & Chriſtũ occiderunt. Sed quando occiderũt, tunc nobis cænam neſciẽtes præparauerunt. Parata iam cæna immolato

C Chriſto, poſt reſurrectionẽ Chriſti commendata, quam ſciunt fideles cæna Domini, ciuſq; manibus & ore firmata, miſſi ſunt Apoſtoli ad quos miſſi ante fuerant Prophętę: *Venite ad cænã.* Excuſauerũt qui venire noluerũt. Quomodo? Tres fuerũt excuſationes: *Vnus dixit, Villam emi, eo videre illam, habe me excuſatum. Alius dixit: Iuga boum emi quinque, ea volo probare, habe me excuſatũ. Tertius dixit. Vxorem duxi, habe me excuſatum, non poſſum venire.*

D Putamus non iſtæ ſunt excuſationes, quæ impediunt omnes homines, qui ad iſtam cænam venire detrectant? Quæramus eas, diſcutiamus, inueniamus, ſed vt caueamus. In villa empta dominatio notatur, ergo ſuperbia caſtigatur habere enim villam, tenere, poſsidere, homines ſibi in illa ſubdere & dominari delectat. Vitium malum, vitium primum.

Excuſationes quæ impediũt homines venire ad cænam quæſitu.

mum. Primus enim homo dominari voluit, qui dominum habere noluit. Quid eſt dominari, niſi propria poteſtate gaudere? Eſt maior poteſtas, illi ſubdamur vt tuti eſſe valeamus: *Villam emi, habe me excuſatum.* Inuenta ſuperbia uenire noluit: *Alius dixit: Quinque iuga boum emi.* Nonne ſufficeret bouis emi? Aliquid proculdubio eſt quod nos ad quærendum, & intelligendum obſcuritate ſui prouocat, & quia clauſum eſt, vt pulſemus hortatur. Quinque iuga boum, ſenſus huius carnis quinque numerantur. Senſus carnis huius quod omnibus notum eſt, & qui forte non aduertunt, commoniti ſine dubio recognoſcunt. Senſus ergo carnis huius quinque inueniuntur, in oculis viſus eſt, auditus in auribus, odoratus in naribus, guſtatus in faucibus, tactus in omnibus membris. Alba & nigra, & quoquomodo colorata, lucida & obſcura ſentimus videndo. Rauca, & canora, audiendo ſentimus. Suaue olentia, & graue olentia, odorando ſentimus. Dulcia & amara, guſtando ſentimus. Dura & mollia, lenia & aſpera, calida & frigida, grauia & leuia, tangendo ſentimus. Quinque ſunt, & iuga ſunt. Sed quia iuga ſunt in tribus prioribus ſenſibus facilius apparet. Duo ſunt oculi; duæ ſunt aures, geminæ nares. Ecce tria iuga, faucibus, id eſt, ſenſu guſtandi, geminatio quædam inuenitur, quia nihil guſtando ſapit niſi lingua & palato tangantur. Voluptas carnis, quę ad tactum pertinet, in occultis geminatur: eſt enim, & forinſecus, & intrinſecus, ergo & ipſa gemina eſt. Quare boum, dicũtur iuga? quia per ſenſus iſtos carnis terrena requiruntur. Boues enim terram verſant. Sunt autẽ homines remoti à fide terrenis, dedi-

Quinque iuga bouũ quinque hominis ſenſus deſignant.

A ti, carnalibus occupati, nolunt credere aliquid niſi ad quod ſui corporis ſenſu quinque partito peruenium. In eis quinque ſenſibus totius voluntatis ſibi regulas ponũt. Non, inquit, credo ego, niſi quod video. Ecce quod noui, ecce quod ſcio. Album eſt, nigrum eſt, rotundum eſt, quadratũ eſt, ſic vel ſic coloratũ eſt, noui, ſentio, teneo, natura ipſa me docet. Non cogor credere, quod mihi nõ poteſt oſtẽdere.

B Vox eſt, ſentio, quia vox eſt: bene cantat, male cantat, ſuauis eſt, rauca eſt, noui ſcio, peruenit ad me, bene olet, male olet, ſcio, ſentio, hoc dulce eſt, hoc amarũ, hoc ſalſum, hoc inſulſum: Quid mihi plꝰ dicas neſcio. Tangẽdo noui, quod durũ eſt, quid molle ſit, quid lene ſit, quid aſperũ ſit, quid caleat, quid frigeat. Quid mihi plus moſtraturus es? Tali impedimento tenebatur Apoſtolus noſter Thomas, qui Domino Chriſto, ideſt, de Chriſti reſurrectione, neq; ſolis oculis

C credere voluit: *Niſi miſero* (inquit) *digitos meos in clauorũ, & vulnerum locũ, & niſi manum meã in latus eius miſero, non credam.* Et Dominus qui poſsit ſine vllo ſigno vulneris reſurgere ſeruauit cicatrices, quę à dubitãte tangerẽtur & cordis vulnera ſanarentur: & tamen vocaturus ad cænã contra excuſationem quinq; iugorum boum: *Beati* (inquit) *qui non vident & credunt.* Nos fratres mei ad cænam vocati ab iſtis quinq; iugis non ſumus impediti. Nõ enim

D carnis faciẽ Domini videre in hoc tempore cõcupiuimus, aut vocem ex ore carnis illius procedentem auribus admittere deſiderauimus, nullum in illo temporalem odorẽ quæſiuimus. Perfudit enim eum quædam mulier precioſiſsimo vnguento, domus illa odore impleta eſt, ſed nos ibi non fuimus, & non olfecimus, & credimus. Cænam

Ioann. 20.

Quare Chriſtus Dominus ſeruauit cicatrices poſt reſurrectionẽ.

Ioann. 12.

manibus ſuis conſecratam diſcipulis dedit, ſed nos in illo conuiuio non diſcubuimus, & tamen ipſam cænam fide quotidie mãducamus. Nec magnum putetis in illa cæna, quam ſuis manibus dedit ſine fide interfuiſſe, melior extitit fides, poſteaquam tunc perfidia. Non ibi fuit Paulus, qui credidit, ibi fuit Iudas qui tradidit. Quã multi & modo in ipſa cæna, quanuis illã tunc menſam nõ viderint, nec panem, quem Dominus guſtauit, in manibus oculis ſuis non aſpexerint, vel faucibus guſtauerint, tamen ipſa nunc prẽparatur, quã multi etiam nunc in ipſa cæna iudiciũ ſibi mã ducant & bibunt: vnde autem tanquã occaſio nata eſt Domino, vt de iſta cẽna loqueretur, Dixerat vnus de diſcumbẽtibus, in conuiuio enim erat quo fuerat inuitatus, beati, qui manducãt in regno Dei panem, quaſi in longinqua iſte ſuſpirabat, & ipſe panis ante illum diſcumbebat. Quid eſt panis de regno Dei, niſi qui dicit: *Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi?* Nolite parare fauces ſed cor. Inde commendata eſt iſta cæna, ecce credimus in Chriſtum, cum fide accipimus, in accipiendo nouimus quid cogitemus: modicũ accipimus, & in corde ſaginamur, non ergo quod videtur, ſed quod creditur, paſcit: nõ ergo etiã ſenſum illum ſternũt queſiuimus, nec diximus, crediderint qui Dominum ipſum reſurgentẽ ſi verum eſt quod dicitur: viderunt oculis, manibus palpauerunt, nos non tangimus, quare credimus? Si talia crederemus, quinq; illis iugis boum ad cænã impediremur? vt noueritis fratres iſtorum quinque ſenſuũ non delectationẽ, quæ permulcet & ingerit voluptatem, ſed curioſitatem quandam notatã fuiſſe, non ait, *Quinque iuga boũ emi*, eo paſcere illa, *ſed eo probare illa.* Qui vult probare per iuga boum, non vult dubitare, quomodo ſanctus Thomas, per iuga noluit dubitare. Videam, tangam, digitos mittam. Ecce inquit: *Digitos tuos mitte per latus meum, & noli eſſe incredulus.* Occiſus ſum propter te, per locum quem vis tangere, ſanguinem fudi, vt redimerem te, & adhuc dubitas de me? Ecce vt hoc præſto, ecce & hoc exhibeo, tange & crede, inueni locum vulneris, ſana vulnus dubitationis. Tertius dixit: *Vxorem duxi.* Iſta voluptas carnis, quæ multos impedit, vtinam foris & non intus, ſunt homines qui dicunt, non eſt homini bene, niſi cui adſũt carnis delitię: ipſi ſunt quos notat Apoſtolus, dicens: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* 1. Cor. 15. Quis inde ſurrexit? Quis nobis quod ibi agitur dixit? Hoc nobiſcum tollimus quod in hoc tempore bene eſt nobis: qui hoc dicit, vxorẽ duxit, carnem amplexatur, carnis voluptatibus iocundatur, à cæna excuſatur, obſeruet, ne fame interiore moriatur. Attendite ſanctum Ioannem Apoſtolum & Euãgeliſtam: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt.* 1. Ioann. 2. O qui ad cænã Domini venitis, nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt: non dixit, nolite habere, ſed *nolite diligere.* Habuiſti, poſſediſti, dilexiſti. Amor rerum terrenarũ, viſcum eſt ſpiritualium pennarũ. Ecce cõcupiſti, hæſiſti, Quis dabit tibi pennas vt columbæ? Quando volabis, vbi vere requieſcas, quando hic vbi male hæſiſti, peruerſe requieſcere voluiſti? *Nolite diligere mũdum*, tuba diuina eſt. Continuò huius tubæ verbis, terrarũ vniuerſo dicitur mũdo: *Nolite diligere mundũ, neque ea quæ in mundo ſunt. Quiſquis dilexerit mundum, non eſt charitas patris in illo, quoniam omnia quæ in mundo ſunt concupiſcentia carnis ſunt, & concupiſcentia* Pſalm. 54.

Ioann. 6.

Parum prodeſt Chriſti corpus mãducare faucibus niſi manducemus fide & corde.

cupiſcentia oculorum & ambitio ſeculi. A Ab vno cæpit quo Euãgeliũ terminauit, inde ille cępit vbi Euãgeliũ terminum poſuit. Concupiſcentia carnis, *Vxorem duxi*: Concupiſcẽtia oculorum, *quinque iuga boũ emi*. Ambitio ſeculi, *Villam emi*: ideò autem à parte ſeculi per ſolos oculos commemorati ſunt iſti ſenſus, quia oculorũ eſt in quinq; ſenſibus principatus. Propterea cum propriè ad oculos pertineat viſus, ipſum videre per omnes quinque ſenſus ſolemus appellare. Quomodo? Primò quod ad ipſos oculos pertinet, dicis, vide quam candidum eſt, intẽde & vide quã cãdidum eſt, hoc ad oculos pertinet, audi & vide quam canorum eſt. Nunquid conuerſim potes dicere, audi & vide quã candidum eſt? hoc quod dicitur: vide, per omnes ſenſus currit: inter de & vide quã canorum eſt: odora & vide quam ſuaue eſt: guſtat & vide quam dulce eſt: tange & vide quam molle eſt. Vtiq; quoniam ſunt ſenſus, ſic potius diceremus, audi & ſenti quam canorum eſt: odora & ſenti quam ſuaue eſt: guſta & ſenti quam dulce eſt: tange & ſenti quam calidum eſt: palpa & ſenti quam leue eſt: palpa & ſenti quam molle eſt nihil horum. Nam ipſe Dominus poſt Reſurrectionem cum apparuit diſcipulis ſuis, cumque cernentes adhuc titubarẽt. in fide putantes ſe ſpiritum videre. *Quid* (inquit) *dubitatis, & quare cogitationes aſcẽdunt in cor veſtrũ? Videte manus meas & pedes meos*. Et parum eſt videre: *Tangite & palpate*, inquit. Intendite & videte, palpate & videte, in ſolis oculis videte, in omnibus ſenſibus videte: quia interiorem ſenſum fidei quærebat, exterioribus corporis ſenſibus adiacebat. Nos nihil ab iſtis exterioribus ſenſibus in Domino carpſim⁹, auditu audiuimus, corde credim⁹, & ipſum auditum nõ ab illius ore, ſed ab ore prædicatorum eius, ab ore illorum qui iam cænabant, & nos ructando imitabãt. Tollamus ergo de medio excuſationes vanas, & malas, & veniamus ad cænã: qua intrinſecus ſaginemur. Non nos impediat extollẽtia ſuperbiæ, non nos extollat, vel non nos terreat curioſitas illicita, & auertat à Deo. Non nos impediat voluptas carnis à voluptate cordis, veniamus & ſaginemur. Et qui venerunt niſi mendici, debiles, claudi, & cęci? Illi autem non venerunt diuites, ſani, quaſi bene ambulantes, & acute cernentes, multum de ſe prę ſumentes, & ideò deſperatiores quanto ſuperbiores veniant mendici, quia ille inuitat qui propter nos pauper factus eſt cum diues eſſet, vt illius paupertate mendici ditaremur. Veniant debiles, quia nõ eſt opus ſanis medico ſed male habentibus. veniant claudi qui ei dicant, *compone greſſus meos in ſemitis tuis*: Veniant ei qui dicant: *Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte*, tales venerunt ad horam: illis prius inuitatis ſua excuſatione reprobatis, venerũt ad horam, intrauerunt de plateis & vicis ciuitatis. Et reſpondit (ſeruus) qui miſſus erat: *Domine factum eſt quod iuſſiſti, & adhuc locus eſt*, *exi* (inquit) *in vias, & ſepes, & quos inueneris coge intrare*. Quos inueneris vt dignentur noli expectare, coge intrare. Magnam cænam, magnam domum paraui, non ibi patior locum vacare. Venerunt de plateis & de vicis gẽtes, veniant de ſepibus hæretici, hic inueniunt pacem. Nã qui conſtruunt ſepes, diuiſiones quærunt. Tractantur à ſepibus, euellantur à ſpinis, in ſepibus hæſerunt, cogi nolunt. Voluntate (inquit) noſtra intremus, non hoc Dominus imperauit. *Coge* (inquit) *intrare*: foris

Oculi in quinque ſenſibus principatum habẽt.

loann. 20.

2. Cor. 8.

Matth. 9.

Pſalm 16.

Pſalm. 12.

Omnes admittuntur ad cænam.

Ad fidem non coacti ſed libere venientes recipiuntur.

ris inueniatur neceſsitas, naſcitur intus voluntas.

Theophylactus in Lucam.

OMnes enim principes Iudęorum detractabãt Ieſum habere regem, & cænam non inuenerunt, & alius quidẽ propter diuitiarum cupiditatem, alius autẽ propter voluptatem. Nam ille quidem villam emerat, & alius iuga boum qui ſignant diuitiarum cupidos. At alius qui vxorem duxerat voluptarius erat. Inſuper & is villam comparat, qui propter mundanam ſapientiam non accipit myſteriũ, villa enim eſt, & mundus hic, & natura ſimpliciter. Qui autem naturam obſeruat, non recipit hoc, quod ſuper naturam. Igitur Phariſæus, qui villam forte comparauerat, hoc eſt qui reſpexerat ad naturæ leges, non recipit virginem parere Deum, quod ſuper naturã eſt, ſed & omnes qui in externa ſapientia gloriantur, propter villam hanc, hoc eſt, naturam ignorauerunt, cum qui condiderat, & innouarat naturæ ordinẽ Ieſum. Porro qui iuga boum quinque emit, vt probaret, ſignat carnalem hominem, qui quinque ſenſus animæ corporalibus coniunxit, & animam carnem fecit: & propter hoc, vt pote circa terrena occupatus, non vult ſpiritualis cænæ particips eſſe. Dicet enim ſapiens: quis calumniatur qui alteri præuaret? At qui propter vxorem excidit, voluptarius vtique fuerit qui carni coniugi animæ alligatus eſt, & cum eſt in illa quaſi ei adhærens Deo placere non poteſt. Intelligas autem hæc omnia & iuxta literam. Etenim excidimus à Deo, & propter villas, & propter iuga boum, & propter nuptias, adhærentes enim illis, & totam vitam in eã impendentes, & vſque ad ſanguinem vexati & excoriati, nullũ Diuinum vel ſenſum, vel verbum cogitemus, vel attentamus.

Mundana ſapientia cum tota adhæreat naturæ ſuper naturalia nõ intelligit.

TEXTVS.

ET reuerſus ſeruus nunciauit hæc domino ſuo: tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos, introduc huc.

Ambroſius in Lucam, lib. 7. capit. 14.

ITaque poſt diuitum re ſupina faſtidia, contulit ſe ad gentes, iubet bonos & malos introire, vt bonos augeat, malorum afectum in meliora commutet, vt cõpleretur illud quod hodie lectum eſt: *Tunc lupi & agni ſimul paſcentur.* Inuitat pauperes, debiles, cæcos, quo oſtenditur nobis, vel quod nullum debilitas corporis excludat à regno, rariuſque delinquat cui deſit illecebra peccandi, vel quod infirmitas peccatorũ per miſericordiam Domini, remittatur, vt non ex operibus, ſed ex fide redemptus à crimine, ſi gloriatur in Domino glorietur. Mittit itaque ad exitus viarũ, prudentia enim in exitu canitur. Mittit ad plateas, quia miſit ad peccatores vt delatoribus vijs ad anguſtam viam venirent quæ ducit

Iſai. 11.

Debilitas corporis cui deeſt illecebra peccandi nõ excludit à regno cælorum.

cit ad vitam, mittit ad vias, & circa ſepes quod ſi videlicet apti ſint regno cælorum, qui nullis præſentium cupiditatibus occupati, ad futura feſtinent, in quodam bonæ voluntatis tramite conſtituti, & qui modo ſepis, quæ ab incultis culta ſe cernat, & incurſus arceat beſtiarum, nouerint bona, mala quæ diſtinguere, & aduerſus tentamenta nequitiæ ſpiritalis fidei munimen obtendere. Deniq́ue Dominus vt vineã ſuam oſtenderet fuiſſe munitam, & ſepem, inquit, circundedi & circũfodi eam. Et Apoſtolus medium parietem ſepis dicit eſſe ſublatum, qui connuationem munitionis irruperat. Fides igitur & ratio quæritur, & quæritur in plateis, hoc eſt, in mentibus interioris affectus, quia ſcriptum eſt: *In plateis tuis diffundãtur aquæ tuæ.* Nec hoc tamen plenum eſt, vt aliquid vocatus adueniat, niſi veſtem habeat nuptialẽ, hoc eſt fidem habeat & charitatem. Et ideò qui pacem & charitatem non detulerit ad Chriſti altaria tolletur pedib⁹ & manibus, & mittetur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium, quæ ſunt tenebræ exteriores: Nũquid illic quoq́ue carcer aliquis latomiæ quæ ſubeundæ ſunt: Minime, ſed quicũq́ue extra promiſſa ſunt cæleſtium mandatorum, in tenebris exterioribus ſunt, quia mandata Dei lumen ſunt, & quicunque ſine Chriſto eſt, in tenebris eſt, quia lumẽ in tenebris eſt Chriſtus: ergo nec corporalium ſtridor aliquis dentium, nec ignis aliquis perpetuus flammarum corporalium, nec vermis eſt corporalis. Sed hæc ideò, quia ſicut ex multa cruditate & febres naſcuntur, & vermes ita ſi quis nõ decoquat peccata ſua, velut quadam interpoſita ſobrietate abſtinentiæ, ſed miſcendo peccata peccatis, tanquam cruditatem quandam contrahat veterum & recentium delictorum, igne aduretur proprio, & ſuis vermibus conſumetur. Vnde & Eſaias ait: *Ambulate in lumine ignis veſtri & flamma quam accendiſtis.* Ignis eſt, quem generat mœſtitia delictorum. Vermis eſt, eo quod irrationabilia animæ peccata mentem rei ſenſumq́ue compungunt, & quędam exedunt viſcera conſcientiæ, quæ tanquam vermes ex vnoquoq; naſcuntur, tanquam ex corpore peccatoris. Deniq́; Dominus id per Eſaiam declarauit dicens: *Et videbunt membra hominum præuaricantium in me, & vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Stridor quoque dẽtium prodit indignantis affectũ, eò quòd ſerò vnumquenque pœniteat, ſerò ingemiſcat, ſerò iraſcatur ſibi, quod tam prœuicaci improbitate deliquerit.

Matth. 21.

Ephe. 2. n. 14

Prou. 5. n. 16.

Nuptialẽ veſtẽ habet qui habet fidẽ & charitatem.

Iſaiæ. 50. n. 11

Iſai. 66. n. 24.

Theophylact. in Lucã, c. 14.

NAM abiecti ſunt principes Iudæorum, & nullus ex illis credidit Chriſto, & ipſi gloriabantur in malitia, vt dicit: *Nũ quis principum credidit in eũ?* Proinde docti in lege, ac ſcribæ (vt Propheta dicit) infatuati gratiã amiſerunt, idiotæ autem & Iudæi, qui cæcis, & claudis & debilibus cõparantur, & ſtulti ſunt huius mundi, & mire contempti, hi vocati ſunt. Turbæ enim admirabantur ſuper gratia, quæ de ore Ieſu procedebat, & gaudebant in doctrina. Poſtquam autem intrauerunt Iſraelitę, electos inquam, quos in gloriã ſuam prædeſtinarat Deus, quales fuerunt Petrus & filij Zebedæi, & multa alia millia eorum, qui crediderunt, benignitas Dei etiam in gentes diffuſa eſt. Per hos enim qui in via & apud ſepes, gentes intelligendæ ſunt. Iſraelitæ enim fuerunt intra

Ioan. 7. n. 48

Ierc. 8. n. 9.

ciuitatem, vt ij qui legem ſuſceperãt & ciuiliorem vitã ſortiti. Gentilis verò à teſtamentis, & à lege Dei alieni erant, & nõ facti ciues ſanctorũ, neq; in vna, ſed in multis iniquitatib⁹ & ruſticitate magna, verſabantur & apud ſepes, peccata dico. Peccatum enim magna ſepes eſt, & interſtitium, diuidens nos à Deo. Per vias itaq; pecuinam gentilium vitam, & in multas diſſectã opiniones, per ſepes vero intelligit vitam illorum in peccatis. Nõ ſimpliciter autem iubet illos vocare ſed cõpelle (inquit) quanuis volũtarium ſit omnibus credere, cæterum vt ſciamus magnæ virtutis Dei eſſe credidiſſe gentes in tanta verſantes ignorantia, ideò dixit, *Compelle*. Niſi enim magna prędicaretur virtus & magna eſſet verbi veritas, quomodo perſuaſſi eſſent homines in idolorum cultu inſanientes, & fæda operantes, vt repẽte agnoſcerent verum Deum, & ſpiritualem diligerent vitam? Igitur admirabilem tranſlationem ſignificare volens neceſsitatem nominauit, quaſi diceret quis, gentiles etiam idola & delitias relinquere nolentes à prædicatione tamen veritatis ea relinquere coacti ſunt. Vel aliter, & virtus ſignorum magnam afferebat neceſsitatem, vt transferrentur ad fidem Chriſti. Et quotidie cæna illa præparatur, & vocamur omnes ad regnũ, quod Deus præparauit ante mundi originem hominibus ſed alij quidem propter ſapientiæ curioſitatẽ, alij vero propter rerum terrenarum cupiditatem, alij autem propter carnalitatem, non meremur illud. At Dei miſericordia alijs peccatoribus hoc largitur, qui cæci mentalibus oculis ſunt, & non intelligunt quę ſit volũtas Dei, vel intelligunt quidẽ, ſed claudi ſunt, & ad operã-

Iſai. 59.

Epheſ. 2. Coloſ. 1.

Peccatũ quid

Cur Dominus compellit intrare.

Matth. 25.

dũ tardi ac immobiles & omninò debiles ac pauperes, eò quòd ſuper na gloria exciderint nec immaculata vita cõſpicui fuerint, illis igitur peccatoribus in latis, ac ſpacioſis peccatorũ vijs errãtibus, mittit Pater Filium ſuum ad cænã inuitantem, qui ſecundum carnem ſeruus fuit, qui non venit vt vocet iuſtos ſed peccatores, inuitatq; eos liberaliter prædoctis illis & diuitibus, & carni indulgẽtibus. Multos autem morbos & pericula immittẽdo, facit eos etiam inuolũtarios renuntiare huic vitæ, quibus iudicijs ſolet inducere illos ad cænam ſuã, neceſsitatem eius faciens periclitationem, & huius exẽpla multa ſunt. Docet autẽ nos parabola hac ſimplicius pauperibus & debilibus, potius dandum quam diuitibus, id quod & paulò antea admonuerat, propterea iſtud videtur parabola dicere, per hoc credibilius faciens pauperes vocando. Diſcimus & aliud, debere nos eſſe alacres & liberales ad pauperum ſuſceptionem: atque etiam ita nolentes cogamus eos, vt participes fiãt noſtrorũ bonorum. Hoc & magiſtri admoneantur, quod operepreciũ ſit diſcipulos enim nolentes docere.

Luc. 5.

Auguſt. Quæſtionem Euangeliorum, lib. 2. cap. 30.

QVod de ciuitate aducit inuitos ad cænam, de ipſa gẽte Iudæorum qui crediderunt, ſignificat debiles peccatis, non habentes ſuperbiam quaſi iuſtitiæ, quæ mendax primates eorum à gratia prohibebat. Quod autem de ſepibus & vijs alios adduci iuſſit, cum adhuc locus eſſet, gentes ſignificat, propter diuerſas vias ſectarum, & ſpinas peccatorum.

TEX-

TEXTVS.

COMPELLE intrare.

Auguſt. contra ſecundã Gaudentij Epiſt. lib. 2. c. 17.

QVod autẽ vobis videtur, inuitos ad veritatẽ nõ eſſe cogendos, erratis neſcientes ſcripturas, nec virtutẽ Dei, qui eos volẽtes, facit dum coguntur inuiti. Nunquid enim pœnitentiã Niniuitæ inuiti egerũt, quia hoc rege ſuo cõpellente fecerũt? iam enim Propheta irã Dei vniuerſæ ciuitati, eã triduo per ambulans prænũtiauerat. Quid igitur opus erat regis imperio, vt humiliter ſupplicaretur Deo, qui nõ intuetur ora, ſed corda, niſi qui erãt in eis, quidã qui nec curarent, nec crederẽt prædicta diuina, niſi territi poteſtate terrena? Iſta igitur iuſſione regiæ poteſtatis, cõtra quã voluntarius fit veſter occaſus, multis ad ſalutẽ qui in Chriſto præſtatur occaſio, qui & ſi violẽter adducuntur ad cœnã tanti patriſfamilias, ſed cõpelluntur intrare, intus tamẽ inueniũt vnde ſe lætẽtur intraſſe: Vtrunq; enim futurũ Dominus ipſe prædixit, & vtrunq; compleuit. Nam reprobatis quibuſdã, qui vtiq; intelliguntur Iudæi, quia ipſi per Prophetas ante fuerant inuitati, & ad horã excuſare maluerunt. *Ait Dñs ſeruo ſuo. Exi in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait ſeruus Domino, factũ eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt. Et ait Dominus ſeruo, exi inuias & ſepes, & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea.* Intelligim⁹ vias, hæreſes, ſchiſmata, ſepes. Viæ quippe hoc loco ſignificãt diuerſas opiniones, ſepes autẽ peruerſas opiniones. Quid ergo miramini ſi nõ corporalis cibi, ſed ſpiritalis fame moritur, quiſquis ad iſtã cœnã nec libẽter introduct⁹, nec violẽter impulſus ingreditur.

Ionæ. 3.

1. Reg. 16.

Deus non ora ſed corda intuetur.

Aliquid licet innocenter faciunt pœnitẽtiam eis prodeſſe ſolet.

Auguſt. Donato, Epiſta. vlt.

HOc tunc Dominus ſignificare volebat, qui quãuis haberet magnam poteſtatem, prius tamẽ elegit cõmendare humilitatẽ. Hoc & in illa cõuiuij ſimilitudine ſatis euidẽter oſtẽdit, vbi miſit ad inuitatos, & venire noluerũt: *Et ait ſeruo, exi in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait ſeruus Dño factũ eſt, vt imperaſti, & adhuc locꝰ eſt. Et ait Dñs ſeruo, exi inuias & ſepes, & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea.* Vide nũc quẽadmodũ de his qui priꝰ venerunt dictũ eſt: *Introduc eos*, nõ dictũ eſt, *compelle*. Ita ſignificata ſunt Eccleſiæ primordia adhuc creſcẽtis, vt eſſent vires etiã compellendi. Proinde quia oportebat eiꝰ iam viribus, & magnitudine roborata etiã cõpelli homines ad cõuiuium ſalutis æternæ, poſteaquã dictum eſt: *Factũ eſt quod iuſſiſti & adhuc eſt locus, exi*, inquit, *inuias & ſepes, & cõpelle intrare*. Quapropter ſi ambularetis quieti extra hoc cõuiuiũ ſanctæ vnitatis Eccleſiæ, tanquã inuijs vos inuenirem⁹, nũc vero quia per multa & ſæua, quæ in noſtros cõmittitis tanquã ſpinis & aſperitate pleni eſtis, uos tanquã in ſepibus inuenimus, & intrare cõpellimus. Qui cõpellitur, quo non vult cogitur, ſed cũ intrauerit iam volẽs paſcitur, cohibe itaq; iam iniquũ & impacatũ animũ, vt in vera Eccleſia Chriſti inuenias ſalutare conuiuium.

Auguſt. Bonifacio Comiti, Epiſto. 50.

QVia ergo non poſſunt malum eſſe oſtendere quo coguntur, nec ad bonum ſe cogi oportere cõ

tẽdunt ſed à Chriſto coactum oſtendimus Paulum. Imitatur itaq; Eccleſia in iſtis cogendis Dominum ſuum, quæ prius vt neminem cogeret, ſpectauit, vt de fide regum atque gentium, prædicatio prophetica compleretur. Etiam hinc enim nõ abſurdè intelligitur illa Apoſtolica ſententia vbi beatus Paulus dicit: *Paratiulciſci omnẽ inobediẽtiam cum completa fuerit prior obedientia veſtra.* Vnde & ipſe Dominus ad magnã cænam ſuam, prius adduci iubet conuiuas, poſtea cõgi. Nam cum ei ſerui ſui reſpondiſſent: *Domine factũ eſt quod iuſsiſti, & adhuc eſt locus. Exite, inquit, in vias, & ſepes, & quoſcunque inueneritis cogite intrare.* In illis ergo qui leniter primò adducti ſunt, cõpleta eſt prior obedientia. In iſtis autem qui coguntur, inobedientia coercetur. Nam quid eſt, *cogite intrare*, cũ primò dictum eſſet, *adducite*, & reſponſum eſſet, *factum eſt quod iuſsiſti, & adhuc eſt locus?* Si miraculorum terroribus cogendos voluiſſet intelligi, magis ad eos qui prius vocati ſunt, diuina miracula multa facta ſunt, maximè ad eos de quibus dictum eſt: *Iudæi ſigna petunt.* In ipſis quoq; gentilibus talia temporibus Apoſtolorum miracula Euangeliũ commendauerunt, vt ſi talibus cogi iuberentur, priores, vt dixi, potius cõuiuę coacti eſſe merito crederentur. Quapropter ſi poteſtate, quam per religionẽ ac fidẽ regum, tẽpore quod debuit, diuino munere accepit Eccleſia, hi qui inueniũtur in vijs, & in ſepibus, ideſt, in hęreſibus & ſchiſmatibus cogũtur intrare, nõ quia coguntur, reprehendãt, ſed quò cogãtur attendãt. Cõuiuiũ Domini, vnitas eſt corporis Chriſti, non ſolũ in ſacramẽto altaris, ſed etiã in vinculo pacis. De ipſis ſanè poſſumus veriſsime dicere, quod neminem cogãt ad bonũ quoſcunque enim cogunt, non cogũt niſi ad malũ. Veruntamen antequam iſtæ leges, quibus ad conuiuium ſanctum cogũtur intrare, in Africam mitterentur, nõnullis fratribus videbatur, in quibus & ego eram, quãuis Donatiſtarum rabies vſquequaq; ſæuiret, non eſſe petendũ ab imperatoribus, vt ipſam hæreſim iuberent omninò non eſſe, pænam conſtituẽdo eis, qui in illa eſſe voluiſſem, ſed hoc potius cõſtituerent, vt eorum furioſas violentias non paterentur, qui veritatem catholicã vel prædicarent loquendo, vel legerẽt cõſtituendo. Quod eo modo fieri aliquatenus poſſe arbitrabantur, ſi legem pijſsimæ memoriæ Theodoſij, quã generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quiſquis eorũ Epiſcopus vel clericus vbilibet eſſet inuentus, decẽ libris auri mulctaretur, expræſsi⁹ in Donatiſtas, qui ſe negabant hæreticos, ita confirmarent, vt non omnes ea mulcta ferirentur, ſed in quorũ regionibus aliquas violentias à clericis, vel à circuncellionibus vel populis eorũ Eccleſia catholica pateretur: vt ſcilicet, poſt proteſtationẽ catholicorum, qui fuiſſent iſta perpeſsi, iam cura ordinũ ad perſoluendã mulctam Epiſcopi ſiue Miniſtri cæteri tenerẽtur. Ita enim exiſtimabam⁹ eis territis, & nihil tale facere audẽtibus poſſe libere doceri, & teneri catholicã veritatẽ, vt ad eam cogeretur nemo, ſed eam qui ſine formidine vellet, ſequeretur, nec falſos & ſimulatores catholicos haberemus. Et quãuis alijs fratribus aliud videretur iã ætate grauioribꝰ, vel multarum ciuitatum & locorum exemplа currentibus, vbi firmã & veram catholicam videbamus, quę tamẽ ibi talibus beneficijs Dei cõſtituta eſſet atq; firmata, dum per priorũ imperatorum leges ad communionem

2. Cor. 10.

1. Cor. 1.

Lex in hæreticos, moderata.

nẽ homines catholicam venire eo gerẽtur, obtinuimus vt illud poti⁹ quod dixi ab imperatoribus peteretur, decretũ eſt in concilio noſtro, Legati ad comitatũ miſſi ſunt. Sed Dei maior miſericordia, qui ſciret, harum legũ terror & quędã medicinalis moleſtia, quã multorũ eſſet prauis vel frigidis animis neceſſaria, & illi duritiæ, quę verbis emendari non poteſt, ſed tamẽ aliquãtula ſeueritate diſciplinę poteſt, id egit vt Legati noſtri quod ſuſceperãt obtinere nõ poſſent. Iã enim ad nos pręuenerãt ex alijs locis quędã Epiſcoporũ querelę grauiſsimæ, qui mala fuerant ab ipſis multa perpeſsi & à ſuis ſedibus exturbati: pręcipue horrẽda & incredibilis cædes Maximiani Epiſcopi catholici Eccleſiæ Vaguenſis effecit, vt noſtra legatio iã quid ageret, nõ haberet. Iã enim lex fuerat promulgata, vt tantę immanitatis hæreſis, Donatiſtarũ, cui crudeli⁹ parci videbatur quã ipſa ſęuiebat nõ tantum violenta eſſe, ſed omni nò eſſe non ſineretur impune. Nõ tamẽ ſuplicio capitali propter ſeruandam etiã circa indignos manſuetudinem Chriſtianã, ſed pecuniarijs dãnis propoſitis, & in Epiſcoposvel miniſtros eorũ exilio cõſtituto. Supradictũ quippe Epiſcopũ Vagienſem quoniam apud ordinarium iudicẽ dicta inter partes ſententia, obtinuerat Baſilicã quã illi cum catholica eſſet inuaſerũt: ſtantem ad altare irruentes horrẽdo impetu & furore crudeli, fuſtibus & huiuſcemodi telis, lignis deniq; eiuſdẽ altaris effractis, immaniter ceciderunt pugione etiã percuſſerunt in inguine, quo vulnere ſanguis effluens eũ examinem redderet, niſi ei ad vitã maior ſæuitia eorum profuiſſet. Nam cum grauiter ſauciatũ per terram inſuper traherent exundanti venę puluis obſtruſus ſanguinem obſtinuit, cuius effuſione ibat in mortem: deinde cum ab eis tandẽ relictum, noſtris cum pſalmis auferre tentarẽt, illi ira ardentiori ſuccenſi, cum deportantium manibus abſtulerunt, male mulctatis fugatiſque catholicis, quos ingenti multitudine ſuppera bant, & facile ſęuiendo terrebant. Inde in quãdam turrim leuatum, iam defeciſſe arbitrantes, cum ille adhuc viueret, abiecerũt. Sed quodammodo aggere exceptus & à quibuſdã nocte tranſeuntibus per lucernam conſpectus, agnitus atq; collectus, & ad religioſam domũ apportatus adhibita magna cura, poſt multos dies cũ ab illa deſperatione recreatus eſſet, occiſum eũ tamẽ famã ſcelere Donatiſtarum etiã tranſmeare nunciauerat. Quo poſteaquã venit & vita eius inopinatiſsima apparuit, cicatricibus ſuis, tàm multis tàm ingentibus, tam recentibus, non fruſtra famã mortuum ſe nunciaſſe mõſtrauit. Auxilium ergo petiuit ab Imperatore Chriſtiano, non tàm ſui vlciſcendi cauſa, quam tuẽdæ Eccleſiæ ſibi creditæ. Quòd ſi prętermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligẽtia merito culpanda. Nec enim & Apoſtolus Paulus vitæ ſuæ tranſitoriæ conſulebat ſed Eccleſiæ Dei, quãdo cõtra illos qui eum occidere cõſpiraueratrãt, conſilium illorum tribuno vt proderetur, effecit. Vnde factũ eſt vt cum ad locũ quo fuerat perducẽdus, deduceret milles armatus, nec illorum pateretur inſidias: Romanas etiã leges implorare minime dubitauit, ciuẽ Romanũ ſe eſſe proclamãs, quos tunc affligi verberibus non licebat. Itemq; ne Iudæis eũ interimere cupiẽtib⁹ tradderetur, Cęſaris popoſcit auxiliũ Romani quidẽ principis ſed nõ Chriſtiani. Vbi ſatis oſtẽdit quid facere deberent,

A

B

C

D

23.q 3. Maximianus.

Actu. 21.

Actu. 25.

berét,poſtea Chriſti diſpẽſatores, quando Imperatores Chriſtianos pereclitante Eccleſia reperirent. Hinc ergo factũ eſt vt Imperator religioſus & pius perlatis in notitiã ſuã talibus cauſis mallet pijſsimis legibus illius impietatis errore omninò corrigere,& eos qui cõtra Chriſtũ,Chriſti ſigna portarẽt, ad vnitatẽ catholicam terrẽdo & coercendo redigere, quã ſæuiendi tantummodo auferre licetiã, & errandi ac perendi relinquere. Iam verò cũ ipſę leges veniſſent in Africã præcipue illi qui querebãt occaſionẽ,aut ſæuitiã furẽtium metuebant,aut ſuos verecundabantur offendere,ad Eccleſiã continuò trãſierunt. Multi etiam qui ſola illic apparentibus tradita cõſuetudine tenebantur,qualẽ vero cauſam ipſa hæreſis haberet,nunquam antea cogitauerãt,nunquã querere & cõſiderare voluerant,mox vbi cæperunt aduertere,& nihil mea dignũ inuenire propter quod tanta dãna paterentur,ſine vlla difficultate catholici facti ſũt. Docuit enim eos ſolicitudo, quos negligẽtes ſecuritas fecerat. Iſtorum autem omniũ præcedentium autoritatẽ & perſuaſionẽ ſecuti ſunt multi, qui minus idonei erãt per ſeipſos intelligere, quid diſtaret inter Donatiſtarum errorem & catholicam veritatem, ita cum magna agmina populorũ vera mater in ſinũ gaudens reciperet,remãſerunt turbæ durę,& in illa peſte infælici animoſitate ſiſtentes,ex his quoq; plurimi ſimulãdo cõmunicauerunt, alij paucitate latuerunt,ſed illi qui ſimulabãt paulatim aſſueſcendo,& prędicationẽ veritatis audiendo, maximè poſt collationẽ & diſputationẽ,quę inter nos & epiſcopos eorũ apud Carthaginẽ fuit. Ex magna parte correcti ſunt, in quibuſdã vero locis, vbi pertinacior,& impacatior prę-

A ualuit multitudo cui reſiſtere non poterãt pauciores quorum erat melior de cõmunione ſententia, aut turbę authoritati paucorum potẽtiorum ſubditę in malã partẽ obtemperarunt,aliquanto diutius laboratum eſt. Ex his ſunt in quibus adhuc laboratur, in quo labore multi Catholici,& maxime Epiſcopi & Clerici,horrẽda & dura perpeſi ſunt, quæ cõmemorare longum eſt,quando quorundã & oculi,extincti ſunt, & cuiuſdam Epiſcopi manus & lingua pręciſſa eſt,nõnulli etiã truciditati ſunt Taceo crudeliſsimas cędes,& domorum depredationes,per nocturnas aggreſſiones & incendia, nõ ſolum priuatorum habitaculorũ verumetiam eccleſiarum,in quas flãmas nõ defuerunt qui & codices dominicos mitterẽt,Sed nos huiuſmodi afflictos malis cõſequens cõſolatus eſt fructus. Nã vbicunq; à perditis iſta cõmiſſa ſunt,ibi feruentius atq; perfectius vnitas Chriſtiana profecit & vberius laudatur Dñs,qui donare dignatꝰ eſt, vt ſerui eiꝰ paſsionibus ſuis lucrarẽtur fratres ſuos, & oues eiꝰ mortifero errore diſperſas in pacẽ ſalutis æternæ ſuo ſanguine cõgregarent. Potens eſt Dominus & miſericors, quẽ quotidie rogamus vt etiã cęteris det Pœnitentiam,& reſipiſcãt de diaboli laqueis,à quo captiui tenentur, ſecũdum ipſius voluntatẽ qui non quęrunt niſi vnde nobis calũnientur, & retribuant mala pro bonis: quia nec intelligere nouerũt,quem circa eos animum dilectionẽque ſeruemus,& quomodo eos velimus ſecundũ Dñi prœceptũ, quod per Ezechielẽ Prophetã paſtoribus dedit, reuocare errantes & perditos inuenire. Illi autem quod & alibi aliquãdo diximus,& quod nobis faciunt, ſibi non imputant, & quod ſibi faciunt nobis imputant. Quis enim noſtrum

Donatiſtarũ inmanitas.

Ezech. 18.

23. q. 2. Quia enim.

noſtrum velit non ſolum aliquem corum perire: verumetiam aliquid perdere? Sed ſi aliter non meruit pacem habere domus Dauid, niſi 2. Reg. 18. Abſalon filius eius in bello, quod contra patrẽ gerebat fuiſſet, extinctus, quanuis magna cura mãdauerit ſuis, vt eum quantum poſſent viuum ſaluumque ſeruarent, vt eſſet cui pœnitẽti paternus affectus ignoſceret, quid ei reſtitit, niſi perditum flere, & ſui regni pace acquiſita ſuã mœſtitiam conſolari: Sic ergo catholica mater bellantibus aduerſus eã, quid aliud quã filijs ſuis, quia vtique ex ipſa magna arbore, quæ ramorũ ſuorum porrectione toto orbe diffunditur, iſte in Africa ramuſculus fractus eſt, cum eos charitate parturiat vt rediãt ad radicẽ, ſine qua veram vitam habere nõ poſſunt, ſi aliquorũ perditione cęteros tã multos collegit præſertim, quia iſti non ſicut Abſalon caſu bellico, ſed ſpontaneo magis interitu pereũt, dolorẽ materni cordis lenit, & ſanat tantorum liberatione populorũ. Quorũ ſi videas in Chriſti pace lętitias, frequẽtias, alacritates, & ad hymnos audiẽdos & canendos, & ad verbũ Dei percipiendum celebres hilareſq; conuẽtus, multorumq; in eis cum dolore magno recordationẽ prẽteriti erroris, & cum gaudio conſiderationẽ cognitę veritatis, & cũ indignatione & deteſtatione mendacium magiſtrorum, quod modo cognoſcãt de noſtris Sacramẽtis, quã falſa iactauerint, multorũ etiã in eis confeſsiones, q̃olim vellent eſſe catholici nec inter homines tanti furoris auderẽt: horum ergo populorũ congregationes per plurimas Africę regiones ab illa perditione liberatorũ, ſi ſub vno conſpectu videres tũc diceres nimiæ fuiſſe crudelitatis, ſi dũ timeretur ne homines deſperati, & iſtorũ innumerabili multitudini nulla æſtimatione cõparandi ſuis & voluntarijs ignibus cremarẽtur, iſti in æternũ perdendi, & ſempiternis ignibus cruciandi reliquerentur. Si enim duo aliqui in vna domo habitarẽt, quã certiſsimè ſciremus eſſe ruituram, nobiſq; id prænuntiantibus nolẽt credere, atq; in ea manere perſiſterent, ſi eos inde poſſem⁹ eruere vel inuitos, quibus imminentem illã ruinã poſtea demonſtraremus, vt redire vlterius ſub eius periculum non auderent, puto niſi faceremus non in merito crudelis diiudicaremur. Porrò ſi vnus illorũ nobis diceret, quando intraueritis eruere nos meipſum cõtinuo trucidabo, alter autẽ nec exire quidem inde nec erui vellet, ſed neq; necare ſe auderet, quid eligeremus: vtrũ ambos ruinę opprimẽdos relinquere, an vno ſaltẽ per miſericordiæ noſtrã operam liberato, alterum non noſtra culpa, ſed ſua potius interire? nemo eſt tã infælix qui nõ quid fieri in talibus reb⁹ oporteat facillime iudicet. Et de duobus hominibus, vno ſcilicet, perdito, & vno liberato ſimilitudinẽ iſtam propoſui, Quid ergò ſentiendũ eſt de quibuſdam paucis perditis, & innumerabili multitudine populorũ liberatorum. Non enim vel tot ſunt illi homines qui ſua voluntate pereunt, quot liberantur per iſtas leges ab illa peſtifera æternaque pernicie, fundi, pagi, vici, caſtella, municipio, ciuitates. Si autem diligẽtius rem, de qua loquimur cogitemus, puto quod ſi plurimi eſſent in domo ruitura, & inde ſaltẽ vnus liberari poſſet atq; id cũ facere conaremur, alijs ſeipſos præcipitio necarẽt dolorem de cæteris noſtrũ, de vni⁹ ſaltẽ ſalute conſolaremur, nõ tamẽ ne ſeipſos alij perderẽt perire vniuerſos nullo liberato permitterem⁹. Quid igitur de opere miſericor-

23. q. 4. Ipſa pietas.

23. q. 4. Ipſa pietas.

ſericor-

sericodiæ, quod pro vita ęterna adipiscēda & pæna æterna vitanda hominibus debemus impēdere, iudicandū est, si pro salute ista nō solum temporali, sed etiam breui, ad ipsum tempus exiguum liberanda, sic nos hominibus subuenire, ratio vera & benigna cōpellit? Quod autem nobis obijciunt, quod res eorum concupiscamus & auferamus, vtinam catholici fiant, & non solum quæ dicunt sua, sed etiā nostra in pace nobiscum & charitate possideant. Vsque adeò autem calumniandi cupiditate cæcantur, vt non attendant, quā sint inter se contraria, quæ locuntur. Ipsi certe dicunt & inuidiosissime sibi cōquęri videntur, ꝙ eos in nostrā cōmunionem violento legūt, imperio coarctam⁹. Hoc vtiq; nullo modo faceremus si res eorū possidere vellem⁹. Quis auarus quęrit compossessorem? quis dominandi cupiditate inflāmatus, vel fastu dominationes elatus, desiderat habere cōsortem? Ipsos certe attendāt quondā suos iam nostros socios, & & fraterna nobis dilectione coniūctos quēadmodum sua teneant, nō solum, quæ habebant, sed etiam nostra quæ non habebant, quæ tamē si pauperū cōpauperes sumus, & nostra, sunt & illorū. Si autem priuatim quę nobis sufficiant, possidemus, nō sunt illa nostra sed pauperū, quorum procurationem quodā modo gerimus, non proprietatem nobis vsurpatione dānabili vendicamus. Quicquid ergò nomine Ecclesiarum partis donati possidebatur Christiani Imperatoris legib⁹ religiosis cū ipsis Ecclesijs ad catholicā transire iusserunt. Cū ergo nobiscū sint plebes earundē Ecclesiarū, nobiscum pauperes qui ab eisdē possessiunculis alebātur, ipsi potius foris positi, desinant concupiscere aliena, sed intrent in vnitatis

23.q.7. Quod autem.

A societatē, vt pariter gubernemus, non illa tantū, quæ dicunt sua, verumetiā quę dicūtur & nostra, scriptum est enim: *Omnia vestra sunt, vos autē Christi, Christus autē Dei.* Sub illo capite in vno ei⁹ corpore vnum simus, & de istis talibus rebus faciamus, quod scriptum est in Actibus Apostolorū: *Erat illis anima vna, & cor vnum, & nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia.* Amemus quod cātamus: *Ecce quam bonū & quam iucundū habitare fratres in vnū*, vt sic experiantur, & sciant

1.Cor.3.

Actor.4.

Psalm.132.

B quā veraciter ad eos clamet mater catholica, quod scribit beatus Apostolo ad Corinth. *Non quæro quæ sunt vestra, sed vos.* Si autē cōsideremus, quod scriptū est in libro Sapiētiæ. *Ideò iusti tulerunt spolia impiorum* Itē quod legitur in Prouerbijs. Thesaurizātur autem iustis diuitiæ impiorū tūc videbimus non esse quęrendū, qui habeant res hęreticorū, sed qui sint in societate iustorum.

2.Cor.12.

Sapien.10.

23.q.7. Quēadmodum.

Prou.10.

C Scimus quidē illos, tantam sibi arrogare iustitiam, vt eam se iactent nō solū habere, sed etiam alijs hominibus dare. A se quippe dicunt iustificari eū, quem baptizauerint, vbi nihil eis restat, nisi dicere illi, qui baptizatur ab eis, vt in baptizatorem suum credat. Cur enim nō faciat, quando Apostolus dicit *Credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam?* In ipsum ergo credat si eum ipse iustificat, vt deputetur fides eius ad iustitiam. Sed puto quod etiam ipsi seipsos horreant, si tamen ista vel cogitare dignantur. Iustus enim & iustificans non est nisi Deus. Potest autem & de istis dici quod dicit Apostolus de Iudæis, quia ignorantes Dei iustitiam & suā volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Absit autem vt quisquam nostrum ita se iustum dicat, vt aut suam iustitiam velit consti-

Roma.4.

D

Rom.10.n.3.

conſtituere, ideſt, quaſi à ſeipſo ſibi datam cum dicatur ei, *Quid enim habes quod non recepiſti?* aut ſine peccato ſe eſſe iactare audeat in hac vita, ſicut ipſi in noſtra collatione dixerunt in ea ſe eſſe eccleſia, quæ iam non habet maculam aut rugam aut aliquid huiuſmodi: neſcientes hoc modo in eis complerī, qui vel poſt baptiſmum cōtinuò vel dimiſſis debitis, quę demittenda in oratione poſcuntur de hoc exeūt corpore: in tota vero Eccleſia tunc futurum vt ſit omninò nō habens maculam aut rugā, aut aliquid eiuſmodi, quando dicendum erit. *Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis eſt peccatum.* In hac autem vita vbi corpus quod corrumpitur aggrauat animam, ſi Eccleſia eorum iam talis eſt, non ergo dicāt Deo quod Dominꝰ nos orare docuit. Dimitte nobis debita noſtra. Cum enim in Baptiſmo cuncta dimiſſa ſunt, vt quid hoc poſcit Eccleſia, ſi iam etiam in hac vita non habet maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi? Contemnant & Apoſtolum Ioannem clamantem in Epiſtola ſua: *Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt. Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Propter hanc ſpem dicit vniuerſa Eccleſia: Dimitte nobis debita noſtra: vt non ſuperbientes, ſed cōfitentes mūdet nos ab omni iniquitate, atque ita ſibi Dominus Chriſtus exhibeat in illa die glorioſam Eccleſiam nō habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi: Quā modo mūdat lauacro aquæ in verbo: quia nec aliquid remanet in baptiſmo, quod non dimittatur omniū prętеritorum peccatorum, ſi tamen ipſe baptiſmus non fruſtra foris habeatur, ſi aut intus detur, aut ſi iā foris datus eſt, non foris cum illo remaneat: & quicquid ab eis qui poſt acceptū baptiſmum hic viuunt, infirmitate humana contrahitur quarumq; culparum, propter ipſum lauacrum dimittitur. Nec enim aliquid prodeſt nō baptizato dicere, dimitte nobis debita noſtra. Ita modo mundat Eccleſiā ſuam lauacro aquę in verbo, vt tunc eam ſibi exhibeat, non habentē maculam nec rugam, aut aliquid eiuſmodi, totam ſcilicet pulchram atq; perfectam, quādo abſorbebitur mors in victoriam. Nunc ergò in quantū viget in nobis, quod ex Deo nati ſumus ex fide viuentes, iuſti ſumus: in quantum autem reliquias mortalitatis ex Adam trahimus, ſine peccato non ſumus. Et illud enim verum eſt: *Qui natus eſt ex Deo non peccat.* Et illud verum eſt: *Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt.* Dominus itaque Chriſtus & iuſtus eſt & iuſtificās, nos autē iuſtificati gratis per gratiā ipſius. Non autem iuſtificat niſi corpus ſuum, quod eſt Eccleſia. Et ideò ſi corpus Chriſti tollit ſpolia impiorū & corpori Chriſti theſaurizātur diuitiæ impiorum, non debent impij foris remanere vt calumnientur, ſed intrare potius vt iuſtificentur. Vnde & illud quod de die iudicij ſcriptum eſt: *Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtātia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & abſtulerunt labores eorum:* nō vtique ſic intelligendū eſt, quia ſtabit Chananęus aduerſus Iſrael, cū Chananæi abſtulerit labores Iſrael, ſed Nabuthæus ſtabit aduerſus Achab, quoniā labores Nabuthei abſtulit Achab. Chananęus quippe impius, Nabutheus iuſtus. Eodē modo nō ſtabit Paganus aduerſus Chriſtianū, qui abſtulit labores eius, quādo idolorum expoliata

1.Cor.4.

Epheſ. 5.n. 26.

2.Retract. 6 Eccleſia quo modo ſine māculā & ruga.

Matt.6.

1.Cor. 15.

Sapie.9.

1.Ioann. 1.

Matth.6.

Epheſ.5.

2.Ioann.3.

1.Ioann. 1.

Roma.3.

28.quæſt. 7. quemadmodum.

Sapien.5.

3.Reg.21.

liata vel donata ſunt tẽpla: ſed ſtabit Chriſtianus aduerſus Paganũ, qui abſtulit labores eius, quando Martyrũ proſtrata ſunt corpora: ſic ergo nõ ſtabit hęreticus aduerſus catholicum, qui abſtulit labores eius, quãdo pręualuerunt leges catholicorum Imperatorum. Sed ſtabit catholicus aduerſus hæreticũ, qui abſtulit labores eius, quãdo furores pręualebant impiorũ Circumcellionũ. Ipſa quippe ſcriptura ſoluit quęſtionem, quæ non ait: Tunc ſtabunt homines, ſed *Tũc ſtabunt iuſti.* Et ideò in magna cõſtantia, quia in bona conſcientia. Iuſtus autẽ hic nemo eſt iuſtitia ſua, ideſt, tanquã ſibi à ſeipſo facta, ſed vt dicit Apoſtolus: *Sicut vnicuiq; Deus partitus eſt menſuram fidei.* Sequitur autem & adiungit: *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eoſdem actus habẽt, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.* Ac per hoc nemo poterit eſſe iuſt⁹ quãdiu fuerit ab vnitate huius corporis ſeparatus. Quemadmodum enim membrũ ſi pręcidatur ab hominis viui corpore non poteſt tenere ſpiritũ vitę, ſic homo qui pręciditur de Chriſti iuſti corpore, nullo modo poteſt ſpiritum tenere iuſtitię, etiam ſi figuram mẽbri teneat, quam ſumpſit in corpore. In huius ergo compagem corporis veniant, & labores ſuos non dominandi cupiditate, ſed bene vtendi pietate poſſideant. Nos autem voluntatem noſtram, vt iam dictum eſt, ab huius cupiditatis ſordibus, quolibet inimico iudicante purgamus, quando eos ipſos quorũ labores dicuntur, vt nobiſcum & illis, & noſtris, in ſocietate catholica vtantur, quantum valemus inquirimus, ſed hoc eſt, inquiũt, quod nos mouet, ſi iniuſti ſumus quare nos quæritis? Quibus reſpondemus. Quærimus vos iniuſtos, ne permaneatis iniuſti. Quęrimus perditos, vt de inuentis gaudere poſſimus, dicẽtes: Mortuus erat frater, & reuixit, perierat & inuentus eſt. Qua re ergò me inquit non baptizas, vt abluas me à peccatis? reſpondeo. Quia non facio iniuriam charactẽri imperatoris, cũ errorẽ corrigo deſertoris. Quare inquit, apud te vel pænitentiã non ago? Imo niſi egeris ſaluus eſſe nõ poteris. Quomodo enim gaudebis te eſſe correctum niſi doleas fuiſſe peruerſum? Quid ergo, inquit, apud vos cum ad vos trãſimus, accipimus? Reſpõdeo. Non quidem accipitis baptiſmum, qui vobis extra compagem corporis Chriſti ineſſe potuit prodeſſe non potuit: ſed accipitis vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, ſine qua nemo poterit videre Deũ, & charitatem, quæ ſicut ſcriptum eſt: *Cooperit multitudinem peccatorum.* Quod tam magnum bonum, ſine quo nec linguas hominum & Angelorũ, nec ſciẽtiam omnium ſacramentorum, nec prophetiã, nec tantam fidem qua montes transferantur, nec omnia quę poſſidet homo diſtributa pauperibus: nec corporis in ignibus paſsionem prodeſſe aliquid, Apoſtolus teſtis eſt. Hoc ergo tam magnum bonum, ſi paruum & nullum putatis, merito infæliciter erratis, merito ſi in vnitatem catholicam non tranſitis, peritis. Si ergo, inquiunt, oportet vt nos extra Eccleſiam, & aduerſus Eccleſiã fuiſſe pæniteat, vt ſalui eſſe poſsimus, quomodo poſt iſtam pænitentiam, apud vos clerici, vel etiã Epiſcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam reuera, quod fatendum eſt, fieri non deberet, niſi pacis ipſius compenſatione ſanarentur. Sed ſibi hoc dicant & multo maximè humiliter doleant, qui in tanta morte præciſionis iacent, vt iſto quodam vulnere matris

Rom. 12. n. 4

Luce. 15.

1. Pet. 4.

1. Cor. 13. n. 1

matris catholicæ reueuiſcant. Cũ enim præciſus ramus inſeritur, fit aliud vulnꝰ in arbore, quo poſſit recipi vt viuat, qui ſine vita radicis peribat, ſed cum receptus recipiẽti coaluerit, & vigor conſequetur, & fructus. Si autẽ nõ coaluerit, ille quidẽ arefcit, ſed vita arboris permanebit. Eſt enim & tale inſerẽdi genus, vt nullo preciſſo ramo qui intus eſt, ille qui foris eſt inſeratur, non tamen nullo, ſed vel leuiſſimo arboris vulnere. Ita ergo & iſti cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis quanuis poſt erroris ſui pœnitentiam honor clericatus vel epiſcopatus aufertur, fit quidẽ aliquid tanquam incortice arboris matris contra integritatem ſeueritatis. Veruntamen quia neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ad Dei miſericordiam præcibus fuſis coaleſcente inſitorum pace ramorum, charitas coperit multitudinem peccatorum. Vt enim conſtitueretur in Eccleſia nequiſquam poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ ſed rigore factum eſt diſciplinæ alioquin contra claues datas Eccleſie diſputabitur, de quibus dictum eſt. *Quæ ſolueritis interra, ſoluta erunt & in cælo*, ſed neforſitam etiam decæteris criminibus, ſpe honoris Eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbe ageret pœnitẽtiam, ſeueriſſime placuit vt poſt actam de crimine damnabili pœnitẽtiam, nemo ſit clericus, vt deſperatione temporalis altitudinis medicina maior & verior eſſet humilitatis. Nam & Sanctus Dauid decriminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore ſuo perſtitit, & Beatum Petrũ quando amariſſimas lachrymas fudit, vtique Dominum negaſſe pœnituit, & tamen Apoſtolus manſit. Sed non ideò ſuper vacua putanda eſt poſteriorum diligentia, qui vbi ſaluti nihil detrahebatur humilitari aliquid adiderunt quo ſalus tutius muniretur, experti credo aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum. Verum in huiuſmodi cauſis vbi per graues deſſenſionum ſciſſuras nõ huius aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages iacent, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſanandis charitas ſyncera ſub ueniat. Habeant ergo iſti depræterito deteſtabili errore, ſicut Petrꝰ habuit de mẽdaci timore amarum dolorem, & veniant ad Eccleſiam Chriſti veram, hoc eſt, matrẽ catholicã, ſint in illa clerici, ſint Epiſcopi vtiliter, qui contra illam fuerunt hoſtiliter. Non inuidemus, imo amplectimur, optamus, hortamur, & quos in vijs aut ſepibus inuenimus, intrare cogimus, & ſic non dum quibuſdam perſuademus, quia nõ res eorum, ſed ipſos quærimus, &c.

23. q. 4. Ipſa pietas.

1. Cor. 3.

Diſt. 50. vt conſtitueretur.

Matth. 16.

2. Reg 12. Pſalm. 6. & 50.

Luc. 22.

Bernardus in ſententijs.

ALlij ſunt qui compelluntur verbi gratia, vt pauperes neceſſarij: quos ſcilicet hic ignis paupertatis Deo diſpenſante purgat: ne in futuro ignis iudicij puniat. De quibus ſcriptum eſt: *Compelle intrare vt impleatur domus mea.* Cõpelluntur multi varijs neceſſitatibus & opreſſionibus aflicti; qui mira Dei prouidẽtia dum temporalem pœnam ſi non libenter, tamen patienter ſuſtinent; vitam conſequuntur iſti æternam.

DOMINICA TERTIA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Lucæ. 15.

TEXTVS.

ERANT autem appropinquantes ad Ieſum publicani & peccatores vt audirent illum. Et murmurabant Phariſæi & ſcribæ dicentes. Quia hic peccatores recipit: & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam dicẽs. Quis ex vobis homo qui habet centum oues; & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouẽ inde ſerto, &c.

Fulgentius ad Traſimũdum Regem, lib. 1.

NECESSARIVM autem reor perfectã hominis in Chriſto ſuſceptionem, Euangelicæ quoque parabolæ recenſitione monſtrandam, ouis ſcilicet erraticæ, quam proprijs humeris ſubuectã Dominus repertauit ad domum cuius quærendæ, Dauid iã pridem flagitabat lachrymabile poſtulatione ſubſidium, dicens. Erraui ſicut ouis quæ perierat, require ſeruum tuũ. Cum ergo murmurarent phariſæi & ſcribæ dicentes. *Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis.* Refert Euangeliſta quod hanc eis Dominus parabolã dixerit. *Quis ex vobis homo qui habet*

A *centum oues & ſi perdiderit vnã ex illis nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto & vadit ad illam quæ perierat. Donec inueniat illam? Et cum inuenerit eã imponet in humeros ſuos gaudens. Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi quia inueni ouẽ meã quæ perierat.* Hãc ouem, in qua peccatoris hominis natura ſignatur, quali errore dicemus erraſſe? Cordis an corporis? B errore pedum an errore morum? Non opinor quemquam ſic humanæ cogitationis exortem, qui putet hominẽ quomodolibet adeò longinquitate habitationis & nõ peruerſitate cogitationis errare. In via Dei nõ greſſu corporis, ſed mẽtis ambulatur inceſu. Via Dei fides eſt recta, quæ in tantum via prorſus oſtẽditur, vt in ea nos Apoſtolus

Ouis errans peccator eſt à Deo aberrans.

Via Domini fides iuſtitia miſericordia & veritas.

ſtolus ambulare teſtetur. *Per fidem, inquiens, ambulamus, non per ſpeciem.* Via Domini iuſtitia eſt, per quam ſe Beatus Dauid commemorat deductum eſſe dicens: *Super aquam refectionis educauit me animam meã conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum.* Viæ etiam Domini miſericordia & veritas, per quas vtique non corporis greſſu, ſed animæ magis ambulatur affectu. Hanc nobis ambulãdi doctrinam Beatus Ioannes intimat dicens. *Quid dicit ſe in Chriſto manere debet, quemadmodum ille ambulauit, & ipſe ambulare qua via ſe præcipit,* Chriſtus ipſe ſequendum dicens. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me.* Non ergo corporali greſſu ſolo quiſquã ſequitur Chriſtũ, aut errat à Chriſto. Equidem erroris huius qualitatẽ Dominus ipſe Saluator que noſter, dum Saducæos increparet, oſtendit dicens: Erratis neſcientes ſcripturas, nec virtutem Dei: Propterea vtique miſerabiliter errabãt, quia illũ, qui Dei virtꝰ eſt, neſciebant. Sicut ergo virtutis Dei ſciẽtiã tenax eſt. Cęleſtis itineris, ſic eſt inſcitia mater erroris, ꝙ etiam Beatus Dauid oſtendit, dicẽs de quibuſdam. *Neſcierunt nec intellexerunt in tenebris ambulãt.* His atque huiuſmodi teſtimonijs euidentiſſime demonſtratur, ouis illius errorem, non ſolum corpori ſed etiã animæ deputandum, illa ſcilicet ratione, quoniam & ſi ab homine corporaliter videatur aliquod admitti peccatum, ex corde ſummit exordium, nec extrinſecus quuquam perficitur niſi hoc intrinſecus cogitationis iudicio porrigatur. Cuius rei veritatem veritas nobis ipſa monſtrauit, ita Diſcipulus loquens. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia adulteria fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem.* In hoc igitur vnuſquiſque errat, in quo ſemet ipſum male cogitationis aſſenſione commaculat. Quapropter cum error iſte animæ ſimul intelligatur & corporis, ſi Dei filius abſque anima rationali ſolam accepit hominis carnem, inferiorem partem illius ouis domum retulit, meliorẽ verò (quod abſit) errore perpetuo de reliquit. Nam manifeſtum eſt, quoniã hoc reuocauit, quod proprijs humeris reportauit. Si autem ipſe totam ſe profiteturorum proprijs humeris impoſitam reportaſſe, totus homo cognoſcatur in Chriſto. Quoniã tunc eſt hominis credenda redemptio, ſi in filio Dei ſuſceptionis humanæ ideſt ouis illius reportatæ non defuit plenitudo. Hoc enim Deus in nobis ſaluauit quod pro nobis accepit. Et illam Deus Dei filius naturam fecit participem ſalutis æternæ, quam ſibi coniunxit inunitate perſonæ. Illam in cæleſte palatium introduxit cumqua ſponſus de thalamo vteri virginalis exiuit. *Ipſe enim tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit vt gygas ad currendam viam.* Quis autẽ moliatur dicere, verbi Dei ſponſam carnem fuiſſe, non animam? Cui animæ iampridem dictũ eſt, ab ipſo Domino per Prophetam. *Et deſponſabo te mihi in æternum, & ſponſabo te mihi ad iuſtitiam, & in iudicio & in miſericordia & pietate.* Cuius myſterij Eſaias quoque teſtis fidelis exiſtit qui ex perſona Chriſti loquentis hæc dicit. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo, qui induit me veſtimentum ſalutis, & indumentum iuſtitiæ circundedit me quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam decoratam monilibus ſuis.* Ecce vnus eſt ſpõſus, eſt & ſponſa, qui ſe etiam ani-

Exparabola ouis reperta ſe probatur totus homo à Chriſto ſuſceptus.

2. Cor. 5. Pſal. 22.

1 Ioan. 2. Matth. 19.

Errant neſcientes ſcripturas & virtutem Dei.

Pſal. 81.

Matth. 15.

Pſal. 18.

Oſee. 2.

Eſaia. 61.

mam habere teſtatur. Quam vt oſtenderet non ſine intellectu ſuſceptam, cor (quod proprium eſt animæ humanæ) ſimul cum carne in Deo exultaſſe, ex perſona hominis ſuſcepti mõſtrauit dicens. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deũ viuum.* Quia vero naturæ primitias ſuſcipiens Dominus, ſicut in ſuo corpore cunctorum fidelium corpus, ſic in ſua anima vniuerſorum fidelium animas per naturæ vnitatem & gratiam iuſtificationis accepit. Per hanc omnem Eccleſiam inconiugium ſibi perpetuæ incorruptibilitatis aſciuit, cuius deſpõſionis mirabile Sacramentum, ſic fidelis ſponſi ſeruus ipſi ſponſæ cõmendat vt mentis intelligatur magis eſſe quã corporis, dicens. *Deſpondi enim vos vni viro Virginem caſtã exhibere Chriſto.* Timeo autem neſi cut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quę eſt in Chriſto. Ibi ergo ſpiritalis adulter corrumpere quærit caſtitatẽ virginalis matrimonij vbi cernit cæleſti ſponſo fidem connubij debere ſeruari: Inaniter autem animæ charitatem cuſtodire mandat Apoſtolus, ſi huius primitias coniunctionis in ſe non habuit homo à Deo ſuſceptus. Præſertim cum caput & corpus Chriſtum Eccleſiã q, Doctor idem gentium prædicare non ceſſet, dicens. *Secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto Ieſu ſuſcitans illũ a mortuis & conſtituẽtes ad dextram ſuã in cæleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem, & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum Dedit caput ſupra omnẽ Eccleſiã quæ eſt corpus ipſius, plenitudo, ẽius qui omnia in omnibus ad implet.* Alio quoque loco dicitur. Vir caput eſt mulieris, ſic Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, ipſe Saluator corporis. Quomodo ergo anima Eccleſię poterit Saluari ſi defuit anima Saluatori? Vel qualis effectus liberationis credetur ſequuturus in corpore, qui nõ preceſſit in corpore? Nam ſicut ſuis fidelibus dicit. Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Ita de ſe quoque pronũciat. *Quia factus eſt ſicut homo ſine auditorio inter mortuos liber.* Quod ergo caput liberum fecit in ſe, hoc etiã liberauit in corpore. Quia intrans in Domum fortis, atque alligans fortem, hoc ibi aſeruicio liberauit, quod primitus in ſe proſeruo ſuſcepit, nec aliud eſt in corpore regnantium, quàm quod in capite proceſſit ad cælum.

Pſalm. 83.

Chriſtus per animam ſuam Eccleſiam in coniugium recepit.

2. Cor. 11. Chriſtus caput, Eccleſia corpus recte dicitur.

Ad Epheſ. 1.

Ad Epheſ. 5.

Ioan. 8.

Rabanus aduniuerſos, lib. 4.

HOmo habens centum oues, & relictis illis ouem perditã quærit ac repertam humeris reuehit, figuram Chriſti expræſſit: qui relictis nõ aginta nouem agminibus Angelorum in cęlis: ouem quę perierat: in Adam vt bonus paſtor quæſitam ingentibus reperit, atq; crucis ſuę humeris paradiſo repor tauit, Mulier quæ perditam reperit dragmam, Eccleſia eſt; quæ animam diaboli laqueis abſtractam, dum inuenerit per pœnitentiam & Angelorum & hominum facit læſtitiam.

Chryſoſtomus Homilia, 60. ex cap. Matth. 18.

PErpẽdis quo quibuſque rationibus ad curam tenuiorũ fratruum nos inducit. Noli ergo dicere ferrariũ eſſe aliquem fabrum, aut ſutorẽ, aut agricolam, ac ideò quaſi rudem atque indoctum eſſe contem-

contemnendum. Vide quanta ſibi cura ſit, ne hoc patiaris, vide quo te argumẽtis ad modeſtiam, & ad curã minorum fratrum reuocat. Infantem in medio ſtatuit, & dixit. *Efficiamini vt paruuli: & quicunque talẽ ſuſceperit paruulũ, me ſuſcipit:* Quiqcunque hunc ſcandalizabit, extrema luet ſuplicia & ad terroré molæ, ac ſubmerſionis, væ, nimiũ miſerantis verbum adiecit: & ſi ſcandalizantes homines, etiam ſi loco manuum atque oculorum nobis eſſent abſcindere iuſſit, Angelorũ quoq; qui hos tenues fratres tutantur authoritate vt eos veneremur impellit, ac demũ à ſua volũtate, ac paſſione hortatur. Nam cum dicit, *Venit filius hominis ſaluare quod perierat*: paſſionem & crucem ſuam ſignificat, ſicut & paulus de fratre ſcribens, dixit; *Propter quem Chriſtus mortuus eſt.* Nec ſuffecerũt ſibi hęc omnia, verũ etiam à dignitate Patris ad hoc ipſum inducit, quia nec patri quidẽ videtur vt vnus iſtorũ paruulorum pereat: Et à communi conſuetudine hominum, quia paſtor ſaluis ouibus derelictis, eam quæ errauit diligentius quęrit: & cum inuenerit, ſummopere de illius ſalute lætatur. Si ergo Deus mirũ immodũ inuento paruulo gaudet, qua tu audes ratione ea contemnere, atq; conculcare, quæ Deo cariſsima ſunt, cum oportet animã quoque ipſam pro vno iſtorũ tradere puſillorum? Ita in quies, ſed abiectus & tenuis eſt. Hac quidẽ ratione multo dilligentius tibi omnia faciẽda ſunt, vt eũ conſerues. Nam & ipſe nonaginta nouen relictis ouibus ad errãtem deſcendit, nec potuit illarum multatum ſalus perditionem vnius obducere atque obfuſcare. Lucas autẽ, in humeris quoq; atuliſſe ait, & maiorẽ factam eſſe lætitiã in vno peccatore aſſerit, quã in nonaginta, & nouem iuſtis. Ita & quia propter errantẽ vniuerſum de relinquit gregẽ, & quia magis in hac inuenta lætatus eſt, magnũ ſtudium, multamq; curam eius ſe habuiſſe oſtẽdit: criminationibus enim illis quibus intendit non vult peruẽturũ ad cælos qui non fuerit ſicut paruulus & ſub mola, & ſub merſione tumoré propteruorũ hominũ de præſsit. Nihil ſane ita charitati repugnat, ſicut ſuperbia & mẽtis ellatio. Quia vero dixit ſcandala neceſſaria fore, vigilatiores nos reddidit. Cumque adiecerit: *Væ illi per quem ſcandala veniunt*: vnumquemq; cauere hortatur, ne culpa ſua ſcandalum accidat. Quod autem præcepit, ſcandalizantes eſſe propellẽdos ſalutis iter nobis expeditius faciendum admonet. Quod denique iuſſerit, nec id ſimpliciter ſed vehemẽter atque acriter cũ dicat. *Videte ne aliquem iſtorum contemſeritis paruulorum quia eorum Angeli Patris mei faciem ſemper aſpiciũt*, & quia ego propter eos veni & hæc Patris mei voluntas eſt ad tuendos cõſeruandoſque puſillos, diligentiores nos redit. Perſpicis, quam ingentia in tutelam tenuium mænia exerit & quantũ ſtudium curamq; habeat ne perdantur, tum quia ſupremas decipiẽtibus eos pœnas ſtatuit, tum quia ſummam pollicetur mercedem his qui curam eorũ ſuſcipiũt, idque tã ſua, quã Patris authoritate corroborat. Dominum igitur etiã nos imitemur, & nihil pro fratribus omittamus, etiã eorũ, quę humilia, viliaq; nimium videãtur, ſed ſi ad miniſtratione noſtra etiam opus fuerit, quanuis tenuis, atque abiectus quidẽ cui ad miniſtrandum ſic fuerit, quanuis ardua nobis res atque laboris plena eſſe videatur, quanuis montes præruptaque præcipitia tranſeunda, omnia hęc pro fratris ſalute tolerabilia,

Matth.18.

Cura fratrũ & paruulorum commendatur.

Ad Rom.14.

Superbia & mentis ellatio charitati repugnant.

Caueat vnus quiſq; ne ſua culpa ſcandalum veniat.

Matth.18.

Omnia & si difficilia pro fratribus sustinēda sunt.

lerabilia, facilioraquê oro videantur: tanto enim studio, tantaque cura Deus dignam esse animam ostendit, vt nec filio suo perpercerit. Quare obsecro summo mane cum à domo exieritis hanc vnicam intentionem habeatis, & hoc ante omnia studium, vt è periculis aliquem liberare possitis. Nec dico ab hoc corporis periculo solum nam hoc nec periculum quidem vere dici potest sed multo magis à periculo animæ quod tentatione diabolica hominibus inferri solet. Si mercator, vt rem familiarem amplificet, terroris plenamaria nauigat, si opifices, vt rebus suis quicquam adijciāt, duros tolerant labores, & nos pariter saluti nostræ salutem proximorum adijciamus, præsertim qui cū sua contentus negligit alienam, nec suam quidem consequi potest in prælio enim ac expedita acie qui sibi solum consulit miles nec aliud respicit, quam quomodo possit fugiendo animam suam seruare, is cæteros quosque milites secum ad perniciem trahit quem admodum è contra, generosus miles cum alios tutari conatur, se quoque ipsum defendit. Quoniam igitur bellum quoque nobis indictum est, & prælium agitur amarissimum & acie instructa iam pugnamus: sic magno animo, vt noster iussit imperator ad sanguinem & ad necem simus præparati, vt ad salutem omnium pugnemus, alios cohortatione, alios auxilio iuuantes. Multi enim in hac acie fratres perfossi; atque sanguinolenti iacent, nec vllus inuenitur, qui medicetur, non è vulgò aliquis non præsbiter, non Pontifex, non amicus non frater, non alius quispiam: sed omnes ita nobis attendimus, ne ipsa quoque nostra simul cum alienis corruāt. At

A qui non ignoramus magnam inde ad Deum fidutiam magnam approbationē comparari, si quis ob aliorum salutem, suā iugiter quæritet.

August. Quæst. Euangeliorum, lib. 2. quæst. 32.

OVEM perditā omnes peccatores dixit qui per pænitentiam reconcilantur Deo. Quā humeris suis portat, quia humiliā

B do si tales erexit, ideò autem illas nonagintanouem dixit quas reliquit in deserto, quia superbos significat, tanquam solitudinem, gerētes in animo, dum solos se videri volunt, quibus ad perfectionem vnitas deest. Cum enim quisque à vera vnitate diuellitur superbia diuellitur: suæ quippe potestatis esse cupiēs non sequitur vnū quod Deus est. Ideoque & in nonagintanouem ouibus & in nouem drachmis ponit eorum significationē

C qui de se præsumentes peccatoribus ad salutem redeuntibus se præponunt: vnum enim deest ad nouem vt decem sint, & ad nonagintanouem vt centum sint. Et si per cæteros numeros hoc consideres, nam & nongentis nonagintanouem vnū deest vt mille sint, & ad nouem millia nongētos, nonagintanouem, vnū dest vt decē millia sint. Variari ergo per breuitatē & magnitudinē numeri possunt quibus vnum deest vt perficiantur.

D Ipsum vero vnum sine varitate in se manens cum accesserit perficit, cui deputat omnes per pænitentiam reconciliatos quæ humilitate obtinetur.

Superbia diuiditur à vera vnitate.

August. Tract. in Ioan. 45. de capit. 10.

ME autem adhuc mouet, & quid memoueat communi

co

co vobiſcum, vt quodammodo quærens vobiſcum reuelante illo vobis cum merear inuenire, quid ergo memoueat accipite per Ezechielem Prophetã Dominus obiurgat paſtores, & dicit inter cætera deouibus. Errantem ouem non reuocaſtis: Et errantem dicit, & ouem appellat: ſi quãdo errabat ouis erat cuius vocem vt erraret audiebat? Proculdubio enim non erraret, ſi vocem paſtoris audiret, ſed ideo errauit, quia vocem audiuit alieni, vocem furis & latronis audiuit. Certe latronum voces non audiunt oues: Qui venerũt inquit: & intelligimus, præter me, ideſt, qui venerunt, pręter me fures ſunt & latrones, & non audierunt eos oues. Domine ſi non audierũt eos oues quomodo errant oues, ſi oues non audiunt niſite. Tu autem veritas es: quis quis veritatem audit nonutiq; errat: illi autem errant & oues appellantur, nam ſi in errore ipſo oues non appellarentur, non diceretur per Ezechielem Prophetã, errantem ouem non reuocaſtis. Quomodo & errat, & ouis eſt? Vocem alieni audiuit? Cærte non audierunt eos oues. Deinde modo multi colliguntur ad ouile Chriſti & ex hereticis fiũt chatholici: à furibus tolluntur, paſtori reddũtur. Et alieni quando murmurant tædium patiuntur adreuocantem & non intelligunt iugulantem verrũtamen etiam cum remitentes venerunt quæ oues ſunt, agnoſcunt vocem paſtores & ſe veniſſe lætantur, & erraſſe erubeſcunt, quando ergo in illo errore tanquam in veritate gloriabantur, & vtique non audiebant vocem paſtoris, & alienum ideo ſequebantur, oues erant an non erant? Si oues erant quomodo alienos oues audiunt? Si oues non erant, quan obiurgãtur illi, quibus dicitur, errantem ouem non reuocaſtis? Ipſi etiam iam factis Catholicis Chriſtianis, bonæ ſpei fidelibus, aliquando mala contingunt, ſeducuntur in errorem, & poſt errorem reuocantur. Quando ſe ducti ſunt in errorem, & rebaptizati ſunt, aut poſt ouilis dominici ſocietatem, rurſus in errorem priſtinum reuoluti ſunt, oues erant, an non erant? Vtique Catholici erant ſi Catholici fideles erant, oues erant. Si oues erant, quomodo vocem alieni audire potuerunt, cũ Dominus dicat, nõ audierunt eos oues? Audiſtis Fratres altitudinẽ quęſtionis dico ergo *nouit Dominus qui ſunt eius*, nouit pręſcitos, nouit prædeſtinatos: de illo quippe dicitur. *Quos autem præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit Primogenitus in multis fratribus, quos autem predeſtinauit, ipſos & vocauit: & quos vocauit ipſos & iuſtificauit quos autem iuſtificauit, ipſos & glorificauit: ſi Deus pronobis, quis contranos?* Adde adhuc: *Qui proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pronobis omnibus tradidit eum, quomodo etiam non cum illo omnia nobis donauit?* Sed quibus? Nobis præſcitis, & prædeſtinatis, iuſtificatis, glorificatis, de quibus ſequitur? *Quis acuſabit aduerſus electos Dei? Nouit Dominus qui ſunt eius*, ipſæ ſunt oues, aliquãdo ſe ipſe neſciũt, ſed paſtor nouit eas, ſecũdum iſtã prædeſtinationem, ſecundum iſtã Dei preſcientiã, ſecũdũ electionem ouium, ante conſtitutionem mundi; ſecundum iſtam ergo preſcientiam Dei, & prædeſtinationem quam multæ oues foris, quam multi lupi intus & quam multæ oues intus, & quam multi lupi foris, quid eſt quod dixi, quam multæ oues foris: quam multi modo luxuriantur, caſti futuri, quam mul-

Ecchiel.13.

2.Thim.2. Rom.8.

Adde.

ti blasfemant Christum, credituri in Christum: quam multi se inebriant futuri, sobrij: quam multi rapiunt res alienas, donaturi suas, verum tamen modo vocem alienam audiunt alienos sequuntur. Item quan multi intus laudant, blasfematuri, casti, sunt fornicaturi: sobrij sunt, se vino postea sepulturi: stant, casuri: & non sunt oues: de prędestinatis enim loquimur, de his loquimur quos nouit Dominus, qui sunt eius & in ipsi quandiu recte sapiũt. Christi vocem audiunt. Ecce audiunt ipsi, non audiunt illi, & tamẽ secũdum prędestinationem non oues isti, oues illi.

Teophylactus, in Lucam. cap. 15.

DOMINVS quidem illud faciebat, cuius gratia incarnatus est, accedens ad publicanos & peccatores, tãquam medicus ad infirmos, qui autem re vera peccatores erant ob murmurationem tantæ humanitati rependebant, abominabiles enim censebant publicanos, ipsi autem domos viduarũ & orphanorũ comedebãt. Quid igitur Dominus? Sicut misericors erat erga publicanos. ita & erga illos qui suam calumniabantur misericordiam. Non enim auersatur eos tãquam insipientes & obmurmurantes insanabiles sed mansuete sanat, parabolam hanc de ouibus dicens, & de manifestis & certis eis perfuadet & confutat, ita ne ægre ferant tãtam bonitatis effusionem. Nam si in oue vna irrationabili & quę ad imaginem Dei nõ est facta, si cum errauerit inuenta gaudium fit tantum, quantum verisimile est fieri in homine rationali ad imaginem Dei condito.

Deus misericors erga omnes.

A Manifeste igitur parabola hæc iustos dicit per oues nonagintanouem, & per vnam peccatorem qui perierat. Dicunt autem nonnulli centum oues omnem creaturam rationalem, vnam autem ouem, rationalis naturæ hominem quam errãtem requisiuit, pastor bonus, relictis nonagintanouem insolitudine, hoc est in superno loco cælesti solitudo enim est cælum, & a mundano tumultu sequestratum, plenumq; omni trã B quilitate, ac pacę. Dominus vero vt inuenit illam quę errauerat, imposuit in humeros. In firmitates enim nostras, & peccata nostra ipse portauit, & omnia onera nostra non grauatim ipse suscepit, persolutis omnibusquæ debebamus & nos sponte aclibenter portauit vsque in domum nostram, hoc est in cęlum: Et conuocat amicos, & vicinos fortasis Angelos quod omnis creatura, condita ad C Deũ confertur pecuina est & bruta, & secũdũ hoc dicũtur etiã supernæ virtutes oues, at si ad alias creaturas conferuntur rationales, dicuntur amici, & viam, Angelicarum virtutum chori.

Oues nonagintanouem sunt iusti ouis perdita est peccator.

Solitudo cælum dicitur.

Esai. 53.

Qualiter ouẽ super humero sportat Christus.

Ambrosius in Lucam, lib. 7. capit. 15.

D IDICERAS in superioribus ablegare negligentiam, vitare arrogantiam, deuotionem sumere, secularibus ocupationibus non teneri, caduca non præferre perpetuis. Sed quia fragilitas humana firmum nequit, in tanto seculi lubrico tenere vestigium, etiam aduersus errorem remedia tibi bonus medicus demonstrauit spem veniæ iudex misericors non negauit. Itaque non ociose Sanctus Lucas ex ordine tres parabolas

Euangelij tõtius summa.

Eccleſ.4. las poſuit, ouis quæ perierat, & inuenta eſt drachmæque perierat, & inuenta eſt, filij qui erat mortuus & reuixit vt triplici remedio pronocati vulnera noſtra curemus ſpartum enim triplex non rumpitur. Qui ſunt iſti pater, Paſtor, & mulier Nonne Deus, Pater, Chriſtus Paſtor mulier Eccleſia? Chriſtus te ſuo corpore vehit, qui tua in ſe peccata ſuſcepit, Quærit te Eccleſia recipit Pater. Quaſi Paſtor reuehit, quaſi mater inquirit, quaſi Pater veſtit. Prima miſericordia, ſecũda ſuffragatio, tertia reconciliatio. Singula ſingulis quadrant, Redemptor ſubuenit, Eccleſia ſuffragatur, author reconciliatur. Eadem diuini operis miſericordia, ſed diuerſa pro meritis noſtris gratia. Ouis à Paſtore laſſa reuocatur drachma quę

Pſalm.35. perierat inuenitur, ad Patrẽ Filiꝰ ſuis veſtigijs redit, & plena conde nati erroris regreditur pœnitentia. Vnde bene ſcriptum eſt: *Homines, & iumenta ſaluos facies Domine.* Quæ ſunt iſta iumenta? Dixit Propheta: Semen Iſrael in ſemen hominum, & Iuda in ſemen animalium. Itaque quaſi Iſrael homo ſeruatur, quaſi ouis Iuda colligitur. Malo ergo filius eſſe, quã ouis Ouis enim à Paſtore reperitur à Patre Filiꝰ honoratur. Gaudeamꝰ igitur, quoniam ouis illa quæ perierat in Adam, leuatur in Chriſto. Humeri Chriſti Crucis brachia ſunt. Illic peccata mea de po ſui, in illa patibuli nobilis ceruice requieui, ouis illa genere eſt vna nõ ſpecie. Vnum enim omnes corpus ſumus, ſed multa membra. Et

1.Cor.12. ideo ſcriptum eſt: *Vos autem corpus eſtis Chriſti, Et membra, ex mẽbris eius venit itaque filius hominis ſaluum facere quod perierat. Omnes ſcilicet, quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificabũtur.* Diues igi

Iumenta dicũtur ſemẽ Iſrael & Iuda.

A tur Paſtor cuius omnes nos centeſima portio ſumus, habet Angelorum habet Archangelorum, dominationum, poteſtatum, thronorum aliorumque innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit. Qui quoniam ſunt ratio nabiles, non immerito: hominum redemptione lætantur, quanquam hoc quoque proficiat ad incentiua probitatis, ſi vnuſquiſque conuerſionem ſuam gratam fore credat cætibus Angelorum, quo-

B rum aut affectare patrocinium, aut vereri debet offenſam. Et tu igitur eſto Angelis lætitiæ, gaudeant de reditu tuo, non ocioſum etiam, quod mulier illa drachma lætatur inuenta. Non mediocris hæc drachma eſt in qua Principis eſt figura & ideo imago Regis, cenſus Eccleſiæ eſt. Oues ſumus, oremus vt ſuper à quam refectionis nos collocare dignetur. Oues in quã ſumus petamus paſcua, dra-

Homo dicitur ouis drachma & filius.

C chmæ ſumus habeamus præciũ, Filij, ſumus feſtinemus ad Patrem. Nec vereamur quia acceptum ſpiritalis patrimoniũ dignitatis terrenis prodegimus voluptatibus. Quod Pater in Filiũ quem habebat, theſaurum contulit, fidei cenſus, nunquas exinanitur, licet totum dederit, totum habet: qui quod donauerit non amittit. Nec verearis ne te non recipiat, non enim delectatur Deus perditione viuorum iam ocurrens venienti

D tibi cadit ſupra collum, Dominus enim erigit, eliſos. Oſculum dabit quod, eſt pignus charitatis, & amoris. Sſtolam, anulum, calcia menta proferri iubebit. Tu adhuc iniuriam metuis, ille reſtituit dignitatem. Tu ſuplicium vereris, ille oſculum defert. Tu conuiuitium times, adornat ille conuiuium.

Pſalm.146.

(?)

Beda, in 15. cap. Luc.

Pœnitentes. Publicani.

ERANT *autem appropinquantes ei Publicani, & peccatores vt audiẽt illum. Et murmurabant Phariſæi & ſcribæ dicentes, quia hic peccatores recipit, Et manducat cum illis.* Quia non ſolum iuſtus peccare per inertiã ſed & peccator reſipiſcere per ſolertiam poteſt, poſtquam ſal infatuatum foras mitti debere narratum eſt, mox pœnitentum cohors intus admiſſa deſcribitur, qui ad audiendum Dei verbum appropinquantes non ſolum ad colloquendum, ſed etiam ad conueſcendum recepti ſunt. Quod videntes Phariſæi dedignati ſunt quia vera iuſtitia compaſsionem habet. Et falſa iuſtitia dedignationem, quanuis & iuſti ſoleant recte peccatoribus indignari? Sed aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ. Sed qui ægri erant ita vt ægros ſe eſſe neſcirent, quatenus quod erant agnoſcerent, cæleſtis eos medicus blandis fomentis curat, benignum paradigma obijcit, & in eorum corde vulneris tumorem præmit. Ait nanque. *Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat donec inuenerit illam?* Ecce mira diſpenſatione pietatis, ſimilitudinem, veritas dedit: quam & in ſe ipſe homo recognoſceret, & tamẽ hęc ſpecialiter ad ipſum aut horẽ hominum pertineret: Quia enim cẽtenarius numerus eſt perfectus ipſe centum oues tunc habuit cum Angelorum ſubſtantiam & hominum creauit. Sed vna ouis tunc perijt, quando peccando homo paſcua vitæ dereliquit. Dimiſit autem nonagintanouem oues in deſerto, quia illos ſummos Angelorum choros reliquit in cælo. Cur autem cælum deſertum vocatur niſi quôd deſertum dicitur derelictum? Tunc autem cælum homo deſeruit cum peccauit. In deſerto autem nonagintanouem oues remanſerant, quando in terra Dominus vnam quærebat, quia rationabilis creaturæ numerus Angelorum videlicet & hominum quæ ad videndum Deum condita fuerat, pereunte homine erat imminutus, & vt perfecta ſumma ouium integraretur in cælo, homo perditus quærebatur in terra. *Et cum inueniret illam imponit in humeros ſuos gaudens.* Ouem in humeris ſuis impoſſuit, quia humanam naturam ſuſcipiens, peccata noſtra ipſe portauit. *Et veniens domum conuocat amicos & vicinos dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.* Inuenta oue ad domum redijt quia Paſtor noſter reparato homine ad regnum cæleſte redijt ibi amicos & vicinos inuenit, vide licet Angelorum choros. Qui amici eius ſunt, quia voluntatem eius continue in ſua ſtabilitate cuſtodiunt vicini quoque eius ſunt quia clatitate viſsionis illius ſua aſiduitate perferuntur. Et notandum quod non dicat congratulamini oui inuentæ, ſed mihi quia videlicet eius eſt gaudium vita noſtra: & cum nos ad cęlum reducimur ſolennitatem letitiæ illius implemus, *dico vobis quod ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam habente quam ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigent pœnitentia.* Plus de conuerſis peccatoribus quam de ſtantibus iuſtis, gaudium erit in cælo, quia plerumque hi qui nullis ſe oppreſſos peccatorum molibus ſciunt, ſtant quidem in via iuſtitiæ nulla illicita perpetrant ſed tamen ad cæleſtem

Ouem humeris imponere quid ſit.

Congratulamini mihi, nonoui.

Oues nonagintanouẽ in deſerto. Cæſum deſertum.

Gaudium de pœnitẽtibus.

cæleſtem Patriamanxie nõ anhe lant tantoque ſibi in rebus licitis vſum præbent quanto ſe perpetraſſe illicita nulla meminerunt, & plerunque pigri remanent ad exercenda bona præcipua quia valde ſecuri ſunt, quod nulla commiſerint mala grauiora. At contra non nunquam hi qui ſe aliqua illicita egiſſe meminerunt ex ipſo ſuo dolore compuncti in ardeſcunt ad amorem Dei, ſeſeque in magnis virtutibus exercent. Maius ergo de peccatore conuerſo quàm de ſtante iuſto gaudium fit in cælo, quia & dux in prælio plus eum militem dilligit, qui poſt fugam reuerſus hoſtem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter fecit. Sed inter hæc ſciendum eſt, quia ſunt plerique iuſti in quorum vita tantum eſt gaudium, vt eis quæ libet peccatorum pœnitentia præponi nullatenus poſſit. Nam multi & nullorum ſibi malorum ſunt conſcij & tamen in tanti ardoris afflictione ſe exerunt, ac ſi peccatis omnibus anguſtentur, cuncta etiam licita reſpuunt ad deſpectum mundi ſublimiter accinguntur, lamentis gaudent in cunctis ſemetipſos humiliant, & ſicut nonnulli peccata operum ſic ipſi peccata cogitationum deplorant. Hinc ergo colligendum eſt quantum Deo gaudium faciat quã do humiliter plangit iuſtus, ſi facit in cælo gaudium quando hoc quod male geſsit per pœnitentiam damnat in iuſtus. *Aut quæ mulier habens drachmas decem ſi perdidirit drachman ⁊nam nonne accendit lucernam & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat?* Qui ſignatur per paſtorem, ipſe, & per mulierem, ipſe enim Deus, ipſe & Dei ſapientia. Et quia imago ex primitur in drachma, mulier drachmam perdidit, quando homo qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando, à ſimilitudine ſui conditoris receſsit, ſed accendit mulier lucernam quia ſapientia Dei apparuit in humanitate, lucerna quippe lumen in teſta eſt lumen verò in teſta, eſt diuinitas in carne, accenſſa autem lucerna auertit domum quia mox eius diuinitas per carnem claruit, omnis ſe noſtra conſciencia concuſsit, domus namque euertitur cum conſideratione reatus ſui humana conſciencia perturbatur. Euerſa vero domo inuenitur drachma, quia dum perturbatur conſciencia hominis, reparatur in homine ſimilitudo conditoris: *Et cum inuenerit conuocat amicas & ⁊icinas dicens. Congratulamini mihi quia inueni drachmam quam perdideram.* Quæ amicæ vel vicinæ niſi illæ poteſtates ſunt cæleſtes iam ſuperius dictæ? Quę tanto ſupernæ ſapientiæ iuxta ſunt, quanto ei per gratiam continuæ viſionis apropinquant, ſed intuẽdum cur iſta mulier decem drachmas habuiſſe perhibetur. Angelorum quippe & hominum naturam ad cognoſcendum ſe Dominus condidit quamdum cõſiſtere ad eternitatem voluit, eam procul dubio ad ſuam ſimilitudinẽ creauit decem vero drachmas habuit mulier, quia nouem ſunt ordines Angelorum, ſed vt compleretur electorum numerus, homo decimus creatus eſt qui à cõditore ſuo nec poſt culpam perijt, quia hunc æterna ſapientia per carnem miraculis coruſcãs ex lumine teſtę reparauit. *Ita dico ⁊obis gaudiũ erit coram Angelis Dei ſuper ⁊no peccatore peniam agente,* pœnitentiã agere, eſt & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui ſic

Amicæ mulieris.

Mulier etiã Dominus ſignat.

Pœnitentiam Agere quid ſit.

ſic alia deplorat, vt tamen alia commitat, adhuc pœnitẽtiam agere aut ignorat, aut diſsimulat. Quid enim prodeſt ſi peccata quis luxurię deflcat, & tamẽ adhuc auaritiæ æſtibus anhelet? Aut quid prodeſt ſi vitę culpas iam lugeat, & tamen adhuc inuidiæ fœcibus tumeſcat? Sed minus eſt valde quod dicimus, vt qui peccata deplorat plorãda minime commitat. Nam cogitandum ſummo opere eſt, vt qui ſe illicita meminit cõmiſiſſe, à quibuſdã etiã licitis ſtudeat abſtinere, quatenus per hoc conditori ſuo ſatisfaciat vt qui commiſsit prohibita, ſibimet ipſi abſcindere debeat etiam commiſſa.

Gregorius, Homilia. 34.

AESTIVVM, tẽpus quod corpori meo valde contrarium eſt loqui. Ne de expoſitione Euangelij longa mora interueniente prohibuit. Sed nunquid? quia lingua tacuit, ardere charitas ceſſauit? Hoc & enim dico quod apud ſe veſtrum vnuſquiſque recognoſcit. Plerumque charitas quibuſdan ocupationibus præpedita, & intus flagrat in corde & tamẽn nõ monſtratur in opere quia & ſol cum nube tegitur non videtur in terra, & tamen ardet in cælo. Sic eſſe ocupata charitas ſolet: & intus vim ſui ardoris exerit, & fores flamas operis non oſtendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus redit, veſtra me ſtudia accendunt, vt mihi tanto amplius loqui libeat: quanto hoc veſtræ mentes deſiderabilius expectant. Audiſtis namque in lectione Euangelica fratres mei, quia peccatores & Publicani acceſſerunt ad Redemptorem noſtrum & non ſolum ad coloquendum ſed etiam ad conueſcendum recepti ſunt. Quod videntes Phariſęi dedignati ſunt ex quare colligite, quia vera iuſticia compaſsionem habet falſa iuſticia dedignationem quanuis & iuſti ſoleant recte peccatoribus dedignari. Sed aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ, aliud quod cælo diſciplinæ dedignantur & enim, ſed non dedignantes: deſperant, ſed non deſperantes, perſecutionem commouent ſed amantes, quia & ſi foris increpationis per diſciplinam exagerant, intuſtamen dulcedinem per charitatem ſeruant. Præponunt ſibi in animo ipſos plerũque quos corrigunt, meliores exiſtimant eos quoque quos iudicãt. Quod videlicet agentes, & per diſciplinam ſubditos & per humilitatem cuſtodiunt ſemetipſos. At cõtra hi qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolẽt ceteros quoſque deſpiciũt: nulla in firmãtib⁹ miſericordia condeſcendunt: & quo ſe peccatores eſſe non credunt eo deterius peccatores fiunt. De quorum profecto numero phariſæi extiterant qui dijudicantes Dominum quod peccatores ſuſciperet arenti corde ipſum fontem miſericordiæ reprehendebant. Sed quia ægri erant, ita vt ægros ſe eſſe neſcirent, quatenus quod erant agnoſcerent, cæleſtis eos medicus blandis fomentis curat: benignum paradigma obijcit, & in eorum corde vulneris tumorem præmit Ait nanque: *Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis non ne dimmittit nonagintanouẽ in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat?* Ecce mira diſpenſatione pietatis, ſimilitudinem veritas dedit: quam & in ſe ipſe homo recognoſceret, & tamen hæc ſpecialiter ad ipſum authorem hominum pertineret. Quia enim

Charitas in Prælatis non ceſſet etiam lingua acente.

Iuſtitia vera compaſsionẽ habuet falſa autẽ de dignationem.

Iuſtitiam falſam habentes alios deſpiciunt.

Numerus cẽ tenarius eſt perfectus. Ouis quæ perierat fuit homo.

enim centenarius perfectus eſt numerus : ipſe centum oues habuit cum Angelorum ſubſtantiam & hominum creauit. Sed vna ouis tunc perijt, quando peccando homo paſcua vitæ dereliquit, dimiſit autem nonagintanouẽ oues in deſerto, quia illos ſummos Angelorum choros reliquit in cælo cur autẽ cælum deſertum vocatur, niſi quod deſertum dicitur derelictũ? Tunc autẽ cælum homo deſeruit cum peccauit. Indeſerto nonaginta nouem oues remanſerãt. Quando in terrea dominus vnam quęrebat quia rationalis creaturæ numerus Angelorum videlicet & hominum, qui ad videndum Deum conditus fuerat pereunte homine erat imminutus : & perfecte ſumma ouium redintegraretur in cælo, homo perditus quęrebatur in-

Matth. 18. terra. Nam quod hic Euangeliſta dicit in deſerto, alius dicit in montibus vt ſignificet in excelſis quia nimerum oues quęnon perierant, in ſublimibus ſtabant. Et cum inuenerit ouem, imponit in humeros ſuos gaudens. Ouem in humeris ſuis impoſuit, quia humanam naturam ſuſcipiens peccata noſtra ipſe portauit: *Et veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens eis, congratulamini mihi quia inueni ouem quæ perierat.* Inuenta oue domũ redijt, quia. Paſtor noſter reparato homine ad regnum celeſte rediit, ibi amicos, & vicinos inuenit, illos videlicet Angelorum choros qui amici eius ſunt, quia voluntatem eius continue in ſua ſtabilitate cuſtodiunt, vicini quoque eius ſunt, quia claritate viſſionis illius ſua aſſiduitate perfruuntur : & notandum quod non dicit, congratulamini inuẽtæ oui ſed mihi, quia videlicet eius gaudium eſt vita noſtra. Et cum nos ad cęlum reducimur ſolennitatem lætitię eius im-

Oue inuenta redit domũ. Paſtor.

A plemus. *Dico vobis quod ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta nouẽ iuſtis, qui non indigent pœnitentia.* Conſiderandum nobis eſt fratres mei, cur Dominus plus de conuerſis peccatoribus, quam de ſtãtibus iuſtis, in cælo gaudium eſſe fatea

B tur. Vnde hoc, niſi q̃ ipſi per quotidianum viſſionis experimẽtum nouimus, quia plerumque hi qui nullis ſe opręſſos peccatorum molibus ſciunt, ſtãt quidem in via iuſtitiæ, nulla illcita perpetrant, ſed tamen ad cæleſtem patriam, anxie non anhelant tantoque ſibi in rebus licitis vſum præbent, quanto ſe perpetraſſe nulla illicita meminerunt, & plerumque pigri remanent ad exercẽda bona præcipua, quia valde ſibi ſecuti ſunt, quod nulla commiſerint mala grauiora. At cõtra nonnumquã hi qui ſe aliqua illicita egiſſe meminerũt, ex ipſo ſuo dolore compuncti in

C ardeſcunt in amorem Dei ſe ſeq; in magnis virtutibus exercẽt, cuncta difficilia ſancti certaminis appetunt, omnia mũdi dereliquunt, honores fugiunt, acceptis contumelijs, lætantur, flagrant deſiderio, ad celæſtem patriam anhelãt: & quia ſe erraſſe à Deo cõſiderãt, damna præcedentia lucris ſequentibus recompenſant. Maius ergo de peccatore conuerſo, quam de ſtante iuſto gaudium fit in cælo,

D quia & dux in prælio plus cum militẽ diligit, qui poſt fugam reuerſus hoſtẽ fortiter præmit, quã illũ qui nunquam terga prebuit, & nũquam aliquid fortiter geſſit. Sic agricola illã amplius terrã amat, quę poſt ſpinas vberes, fruges profert, quam eam, quę nunquam ſpinas habuit & numquam fertilem meſſem producit. Sed inter hæc ſciendum eſt quia ſunt plerique iuſti in quorum vita tantum eſt gaudium

Peccatores aliqui qui ſe aliqua illicita egiſſe meminerunt optimi quandoque efficiuntur.

Terra ſpinoſa quandoque plus amatur quã illa quæ nunquam ſpinas habuit.

dium vt eis quælibet peccatorum pœnitentia præponi nullatenus poſſit. Nam multi & nullorum ſibi malorum ſunt conſcij. Et tamē in tanti ardoris afflictione ſe exercēt ac ſi à peccatis omnibus coanguſtentur. Cuncta etiam licita reſpuunt, ad deſpectum mundi ſublimiter accinguntur, licere ſibi nollunt omne quodlibet. Bona ſibi amputant etiam conceſſa, contemnunt viſibilia in viſibilibus accendūtur, lamentis gaudēt. In cunctis ſemetipſos humiliant, & ſicut nonulli peccata operum, ſic ipſi cogitationum peccata deplorant. Quid itaque iſtos dixerim, niſi & iuſtos & pœnitētes qui ſe & in pœnitentia de peccato cogitationis humiliant, & rectis ſemper in opere perſeuerant hinc ergo colligendum eſt. Quantum Deo gaudium faciat. Quando humiliter plangit, iuſtus ſi facit in cælo gaudium quā do hoc quod male geſſit, per pœnitentiam damnat iniuſtus.

Auguſtinus lib. 3. Hypognoſticon contra, Pelagianos.

ADIE ergo aduentus ſui Dominus, quo venit ſanare vulneratum iacentem vſque ad diem reditus ſui quo iudicaturus eſt mundum, ſtabulatio curam habere iubet ſibi traditis auciati ſignificās quod à Die quo datur homini â Deo permotū miſericordię eius, non permeritum quod in vulnerato non inuenitur vt ſanetur vſque ad diem aſſumptionis eius, ſub cura, niſi gratiam fuerit ad perfectū per venire non poſſit. Sicut ſtabularius eius Paulus docet, ſcribens ad Phylippēſes. *Confidens hoc ipſum quia qui cæpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.* Item Petrus Appoſtolus in Epiſtola ſua 1. Pet. 5.

A 1. *Deus autem omnis gratiæ* (inquit,) *qui vocauit nos in æternam gloriam ſuā. In Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.* Quid etiam aliud oſtenditur & in oue illa perdita ex cētum ouibus niſi liberum arbitrium poſſibilitatis bono vitio primi hominis perdito, à iuſtorum erraſſe cōſortio, nec perſe ad curtem, id eſt, ad paradiſſum de quo exiuit fidelium numero reſociandum poſſe B reuerti, niſi indebita gratia ſua, vtique voluntate ſua bonus paſtor Chriſtus, qui pronobis animam ſuam poſſint de deſerto erratē hoc eſt de iſto mundo in quo homo diuini præcepti deſerto exulatus eſt & errat libero arbitrio in operibus diaboli, humeris ſuis ſuper impoſitum, in adiutorium ſcilicet fidei & charitatis ſuæ reuocauerit? Hoc enim vt dixi ipſe Dominꝰ probat cū in parabola volēs hominem intelligi ouē dicit erraſſe, C quæ non ſponte redierit, ſed à paſtore, requiſita, ad ouile proprium eius ſit humeris reportata.

Dico vobis quod ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente quam ſuper nonagintanouē iuſtis qui non indigent pœnitentia.

Cyprianus Cornelio Epiſtola, 12. lib. 2.

D CVM enim dominus in Euā gelio ſuo dicat eſſe ſummum gaudium in cælo ſuper peccatore pœnitentiam agente, quanto magis eſt gaudium, & in terris pariter & in cælo ſuper confeſſoribus ad Eccleſiam Dei cum gloria ſua, & cum laudere deuntibus & redeū di viam cęteris exemplo ſui fidę, & probatione facientibus? Hic enim

Phlip. 1.

enim quosdam fratres nostros error induxerat, quod sibi communicationem confessorum sequi viderentur. Quo errore sublato lux omnium pectoribus infussa est, & Ecclesia Catholica vna esse nec scindi, nec diuidi posse monstrata est. Nec quisquam iam facile poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi, cum probatum sit bonos, & glorioſos Christi milites nō potuisse de re aliena fallacia & perfidia extra Ecclesiam detineri.

Cyprianus Antoniano Epistola, 2. lib. 4.

ET in Euanglio, dico, (inquit) *Vobis sic erit gaudium in cælo super vnum peccatorem pœnitentiam agentem quam super nonagintanouem iustos qui bus non est opus pœnitentia.* Nam cū scriptum, sit Deus non fecit mortem nec delectatur in perditione vuorum vtique qui neminem vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere & per pœnitentiam denuò ad vitam redire, ideò & per Ioel Prophetam clamat & dicit: *Et nunc hæc dicit dominus Deus noster, reuertimini ad me ex toto corde vestro, simulque & ieunio & fletu, & planctu, discinditi corda vestra, & non vestimenta vestra & reuertimini ad dominum Deum vestrum quia misericors & pius est, & patiens, & multæ miserationis, & qui sententiam spectat aduersus malitiam irrogatam.* In Psalmis etiam legimus. Censuram pariter & clemētiam Dei comminantis simul ac parcentis, punientes, vt corrigat & cum corre exerit reseruantis. Visitabo inquit in virga facinora eorum, & inflagelis delicta eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis.

Augustinus, Confessionum lib. 8. cap. 3.

DEVS bone quid agitur in homine, vt plus gaudeat de salute speratæ animæ & de maiore periculo liberate, quam si spes ei semper afluisset, aut periculum minus fuisset? Etenim tu quoque misericors pater plus gaudes de vno pœnitente quam de nonagintanouem iustis, quibus non est opus pœnitentia: Et nos cum magna iocū ditate audim⁹ cū audim⁹ quā exultātis pastoris humeris reportetur ouis, quæ errauerat, & drachma referatur in thesauros tuos collætātibus vicinis mulieri, quæ inuenit & lachrimas excutit gaudium solennitatis domus tuæ cum legitur in domo tua de minore filio, *quoniam mortuus erat, & reuixit perierat & inuentus est*, gaudes quippe in nobis, & in Angelis tuis Sancta charitate Santis, nam tu semper idem, qui ea quæ non semper nec eodem modo sunt, eodemmodo semper nosti omnia. Quid ergo agitur in anima cum amplius delectatur inuentis aut reditis rebus quas diligit quam si eas semper habuisset? Contestantur enim & cętera & plena sunt omnia testimonijs clamātibus, ita est, triumphat victor Imperator, & non vicisset, nisi pugnauisset & quanto maius periculum fuit in prælio tanto maius est gaudium in triumpho, iactat tempestas nauigantes, minaturque naufragium omnes futura morte pallescunt. Tranquillatur cælum & mare & exultant nimis, quoniam timuerunt nimis. Æger est charreus, & vena eius malum renunciat, omnes qui eum saluum capiunt, egrotant simulæ animo, fit ei recte & nōdum ambulat pristinis viribus, & fit iam tale gaudium

De⁹ & Angeli magis gaudent peccatorum cōuersione.

gaudium quale nõ fuit cum antea saluus & fortis ambularet. Easq; ipsas voluptates humanę vitæ etiã non inopinatis & præter voluntatem irruentibus sed institutis & voluntarijs molestijs homines acquirunt, edendi & bibendi voluptas nulla est, nisi præcedat essuriẽdi & sitiẽdi molestia. Et ebrioſi quædam salsiuscula comedunt quo fiat molestus ardor quem dum extinguit, potatio, fit delectatio, & instituitum est vt iam pactæ sponsæ nõ tradantur statim, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsus dilatã. Hoc in turpi, & execrãda lętitia, hoc in ea quę concessa & licita est. Hoc in ipsa sinceriſsima honestate amicitiæ. Hoc in eo qui mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Vbiq; maius gaudium, molestia maior præcedit. Quid est hoc Domine Deus meus, cum tu æternum tibi tu ipse sis gaudium, & quedam de te circa te semper gaudeant. Quid est quod hæc rerum pars alternat defectu & profectu offensionibus & reconciliationibus? An is est modus earum & tantum dedisti eis cum à summis cælorum vsque ad ima terrarum ab initio vsque in finem seculorum, ab Angelo vsq; ad vermiculum, à motu primo, vsque ad extremum, omnia genera bonorum & omnia iusta opera tua suis quæque sedibus locares & suis quęque temporibus ageres? Hei mihi quam excelsus es in excelsis & quam profundus es in profundis & nusquam recedis & vix reddimus ad te.

Vbiq; maius gaudium sequitur quando maior molestia præcedit.

Gregorius, lib. 3. Moral. in 3. cap. Iob cap. 14.

SED quomodo sedens in sterquilinio cõquiescat hæc eadẽ detemet ipsa viritas dicat, *ait enim gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia.* Ecce dolens in sterquilinio sedet qui post perpetratas culpas libenter corda pœnitentium possidet. An non quasi quoddam sterquilium sunt corda pœnitentium qui dum mala sua flendo considerant, quasi ante se stercora se se abijciendo coaceruant? Percussus ergo Iob, montem non petijt, sed in sterquilinio sedit: Quia ea passionem Redemptor veniens alta superborum corda deseruit & in afflictorum cordium humilitate requieuit. Quod tamen de se & priusquam incarnaretur, indicauit cũ per Prophetam dixit, *ad quem respiciam nisi ad humilem & quietum & trementem sermones meos.*

Luc. 15.

Corda pœnitentium quasi sterquilinia sunt.

Esaiæ. 66.

(?)

TEXTVS.

AVT quæ mulier habens drachmas decem; ſi perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram: Ita dico vobis, gaudium erit: coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

Gregorius homilia 34. in Euangelia.

Drachmam mulier perdidit, quid hoc ſignat.

QVi ſignatur per Paſtorem: ipſe & per mulierem, ipſe etenim Deus: ipſe & Dei ſapientia: & quia imago exprimitur in drachma: mulier drachmam perdidit quando homo qui cõditus ad imaginem Dei fuerat, peccando à ſimilitudine ſui cõditoris receſſit. Sed accendit mulier lucernã quia Dei ſapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumẽ in teſta eſt: lumẽ vero in teſta, eſt diuinitas in carne, de qua videlicet teſta ſui corporis, dicit ipſa ſapientia: *Exaruit velut teſta virtus mea.* Quia enim teſta in igne ſolidatur: eius virtus ſicut teſta exaruit: quia aſſumptã carnem ad reſurrectionis gloriam ex paſsionis tribulatione roborauit. Accenſa autem lucerna euertit domum, quia mox vt eius diuinitas per carnem claruit, omnis ſe noſtra conſcientia concuſsit. Domus nanque euertitur cum conſideratione reatus ſui humana conſcientia perturbatur. Qui euerſionis ſermo nõ diſcrepat ab eo, quod in aliis codicibus legitur, emundat, quia nimirum praua mẽs ſi nõ prius per timorẽ euertit? ab aſſuetis vitijs non emundatur. Euerſa ergò domo drachma inuenitur:

Pſalm. 21.

Domus quando dicitur euerti.

Conſcientia hominis dum perturbatur in eo ſimilitudo conditoris reparatur.

A Quia dum perturbatur cõſcientia hominis, reparatur in homine ſimilitudo conditoris: *Et cum inuenerit conuocat amicas & vicinas ſuas, dicens, congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram:* quæ amicæ vel vicinæ niſi illæ poteſtates cæleſtes ſunt iam ſuperius dictæ? Quæ tanto ſupernæ ſapientiæ iuxta ſunt, quanto ei per gratiam continuæ viſionis appropinquãt. Sed inter hæc nequaquam negligenter

B relinquere debemus cur iſta mulier, per quam Dei ſapientia figuratur, decem drachmas habuiſſe perhibetur: ex quibus vnam perdidit, quam cum quereret inuenit. Angelorum quippe & hominum naturã ad cognoſcendum ſe Dominus cõdidit, quam dum conſiſtere ad æternitatem voluit: eam proculdubio ad ſuã ſimilitudinem creauit. Decẽ vero drachmas habuit mulier, quia nouem ſunt ordines Angelo-

C rum, ſed vt compleretur electorũ numerus: Homo decimus eſt creatus, qui à conditore ſuo nec poſt culpam perijt, quia hunc æterna ſapientia per carnem miraculis coruſcans ex lumine teſtę reparauit.

Decẽ drachmæ ſunt nouẽ Angelorũ ordines, & decima natura humana.

Athanaſ. Quæſt. Euãg. q. 52

QVÆSTIO 52.

MVlier quædã drachmã habebat, quã perdidit: Mulier eſt Eccleſia, drachma vero Adam.

Theophylactus in cap. 15. Lucæ.

ET per mulierem intelligas ſapientiam,& virtutem Dei & Patris, Ieſum ipſum qui perdidit vnam drachmam ex rationalibus, & ad imaginem Dei conditis creaturam, hominem inquam, & accēdit lucernam ſuam carnem, ſicut enim lucerna quanuis ſit ex terra illuminat tenebroſa per lucē quā recipit, ita & caro Domini licet terrena eſſet, ſimiliſque nobis, luminis deitatis ſuæ quam in ſe recipit, lucē exhibuit cum incarnatus eſſet, & domus, hoc eſt, omnis mundus, repurgata eſt à peccato. Chriſtus enim abſtulit peccatum mundi, & plane inuenta drachma, regia ſcilicet imago, gaudium fuit & Chriſto, & ſupernis virtutibus, quæ amicæ eius & vicinæ ſunt. Amicæ quidem quia voluntatem eius faciunt, vicinæ vero quia incorporeæ. Quid autē ſi amicæ ſint omnes ſupernæ virtutes, vicinæ autem quæ propriores ei, vt Throni & Cherubin? dicēdo enim amicas & vicinas duo genera manifeſtauit, quanuis hoc curioſius videatur.

Caro Chriſti eſt lucerna accenſa Deitatis lumine.

DOMI-

DOMINICA QVARTA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Lucæ. 5.

TEXTVS.

FACTVM est autem cum turbæ irruerent in eũ, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth, & vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de naucula turbas, &c.

Beda in 5. cap. Lucæ.

FACTVM est autem cũ turbæ irruerent in eum vt audirẽt verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Gene-
Genesareth. *sareth.* Stagnum Genesareth, idem dicũt esse quod mare Galilææ, vel mare Tiberiadis. Sed mare Galilææ ab adiacente prouincia dictũ, mare Tiberiadis à proxima ciuitate, quæ olim Chennereth vocata, sed ab Herode Tetrarcha instaurata, in honorem Tiberij Cæsaris Tiberias est appellata. Porrò Genesar à laci ipsius natura, qua crispantibus aquis de seipso sibi excitare auram perhibetur, Græco vocabulo, quasi generans sibi aurã dicitur. Neque enim in stagni morem sternitur aqua, sed frequenti-
A bus auris spirantibus agitatur, hausti dulcis, & ad potandum habilis. Sed Hebrææ linguæ consuetudine, omnis aquarũ congregatio siue dulcis, siue salsa mare nuncupatur: Qui lacus interfluẽte Iordane centumquadraginta stadijs in longitudinem, & quadraginta extenditur in latitudinem. Quia ergo stagnum, siue mare præsens seculum designat, Dominus secus ma-
B re stat postquam vitæ, labentis mortalitatem deuincẽs, in ea qua passus est carne, stabilitatem perpetuæ quietis adijt. Turbarum cõuentus ad eum gentium in fide cõcurrentium typus est: de quibus Isaias: *Et fluent* (inquit) *ad eũ omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent: Venite & ascendamus ad montem Domini. Et vidit duas naues stantes secus*

Stagnum seu mare præsens seculum designat.

Naues duæ circunciſionẽ & præputiũ ſignificant.

ſtagnum. Duæ naues ſecus ſtagnum poſitæ, circunciſionem & præputium figurant. Quas bene Ieſus vidiſſe perhibetur, quia in vtroque populo nouit Dominus qui ſunt eius. Eorumque cor à fluctibus ſeculi huius ad futuræ vitæ tranquillitatem quaſi ad ſoliditatem litoris videndo, hoc eſt miſericorditer viſitando prouehit. Piſcatores autem deſcenderãt, & lauabant retia. Piſcatores ſunt Eccleſiæ Doctores, qui nos rete fidei comprehenſos, & de profundo ad lumẽ elatos, quaſi piſces litori, ſic terræ viuentium aduehunt Quaſi enim quędã retia piſcantiũ ſunt complexę prędicantium dictiones, quę eos quos cæperint in fide, nõ amittant. Vnde & retia quaſi retinentia ſunt vocata: ſed hæc retia modo laxantur in capturam, modo lota plicantur, quia non omne tempus eſt habile doctrinæ, ſed nunc exercenda lingua Doctori, nunc ſuimet cura gerenda. *Aſcendens autem in vnam nauem quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum: & ſedens docebat de nauicula turbas.* Nauis Simonis, eſt Eccleſia primitiua, de qua Paulus ait: *Qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes.* Bene vna dicta, quia multitudinis credẽtium erat cor & anima vna: de qua docebat turbas, quia de authoritate Eccleſiæ docet, vſq; hodie gentes. Vt ceſſauit autẽ loqui dixit ad Simonẽ: *Duc in altũ & laxate retia veſtra in capturam. Quod primo rogauit Simonẽ nauem à terra reducere puſillum*: ſignificat vel tẽperate vtẽdum verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiãtur, nec ſic à terrenis in profunda ſacramẽtorum recedatur, vt ea penitus non intelligant, vel prius in proximis regionibus gentibus prędicandũ, vt quod dicit itẽ Petro: *Duc in altum & laxate retia veſtra in capturam*: ad remotiores gẽtes quibus poſtea prædicatũ eſt pertineat. Et reſpondens Simon, dixit illi: *Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cæpimus. In verbo autẽ tuo, laxabo rete.* *Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.* Niſi Dominus cor illuſtrauerit auditorũ, Doctor in nocte laborat. Niſi in verbo gratiæ ſupernæ laxata fuerint inſtrumenta diſputationum, fruſtra vocis ſuæ, prędicator iaculũ mittit, quia fide populorum non ſapientia verbi compoſiti, ſed diuinæ vocationis munere prouenit. *Et cum hoc feciſſet concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Rumpebatur autem rete eorum* præ multitudine piſciũ rete rumpebatur, quia nunc ad confeſsionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant, qui ipſam quoq; Eccleſiam hæreſibus ſcindant. Rũpitur autem rete, ſed nõ labitur piſcis, quia ſuos Dominus etiã inter perſequentiũ ſcãdala ſeruat. *Et annuerunt ſocijs qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos.* Alia nauis (vt prędiximus) eſt Eccleſia de gentibus quę & ipſa non ſufficiente vna nauicula piſcibus impletur electis, quia nouit Dominus qui ſunt eius & apud ipſum certus eſt ſuorũ numerus electorum. Cumq; tot in Iudæa credituros non inuenit, quod ad fidem, vitamq; prędeſtinatos nouit æternam, quaſi aliæ nauis receptacula piſcibus quærens ſuis, corda quoq; gentium fidei gratia replet. Et bene rupto rete ſocia nauis aduocatur, quoniam ante Iudas proditor, ante Simon Magus piſces nequiſſimi capti ſunt, ante Annanias & Saphira fidei rete ſubdole tentabant ingredi, ante vt Ioannes teſtatur multi diſcipulorũ eius abierunt retro, & iam non cũ illo ambulabãt: Ac deinde Barnabas & Paulus ad gentiũ ſunt Apoſtolatũ ſegregati. Et ve-

Piſcatores ſunt Eccleſiæ Doctores.

Nauis Simonis Eccleſia primitiua.

Ad Galat. 2.

Pſalm. 126.

Piſcium multitudo.

Dominus ſeruos ſuos inter perſequentiũ ſcandala ſeruat.

Iudas & Simon Magus piſces nequiſſimi.

Barnabas & Paulus.

Eccleſiæ nauis hæreſibus periclitari ſeu affligi poteſt, mergi ſeu deſtrui omninò non poteſt.

Et venerunt & impleuerunt ambas naiculas, ita vt mergerentur. Harũ impletio nauiũ vſq; in finem ſeculi creſcit. Sed quod impletæ merguntur, hoc eſt in ſubmerſione prẽmuntur (nõ enim ſubmerſæ, ſed tamẽ ſunt periclitatę) Apoſt. exponit dicens: *In nouiſsimis diebus erunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes &c.* Nã mergi naues eſt homines in ſeculũ, ex quo elati per fidẽ fuerant morum prauitate relabi. Quales & ipſe Petrus adhuc in infirmitate poſitus, hoc loco demonſtrat. Vnde ſequitur. *Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Ieſu dicẽs: Exi à me, quia homo peccator ſum Domine.* Quia carnales quiq; in Eccleſia regimen ſpiritalium, in quibus maximè Chriſti perſona eminet, à ſe quodammodo repellunt. Non enim hoc voce linguæ dicũt bonis miniſtris Dei, vt eos à ſe repellãt, ſed voce morũ & actuũ ſuorum ſuadent à ſe recedi, ne per bonos regantur, & eo vehementius quo deferunt eis honorem, attamẽ factis ſuis à ſe recedere admonẽt. Vt honorificentiã eorum ſignificauerit Petrus, cadens ad pedes Domini. Mores autẽ in eo quod ait: *Exi à me Dñe quia peccator homo ſum.* Quod tamen, quia nõ fecit Dominus, non enim receſsit ab eis, ſed eos ſubductis nauib⁹ ad littus perduxit, ſignificat in bonis & ſpiritualibus viris non eſſe oportere hanc voluntatem, vt peccatis turbarum commoti, quo quaſi ſecurius, tranquilliuſq; viuant munus Eccleſiaſticum deſerant. *Et ait Simoni Ieſus. Noli timere:* confortat Dominus timorem carnalium animoſq; fragilium conſolãdo erigit, nequis vel de ſuę conſcientia culpæ tremens, vel de aliorum innocentia ſtupẽs, ſanctitatis iter formidet aggredi. Quod autem ſequitur: *Ex hoc iam homines eris capiens.* Ad ipſum Petrum

Timere vetat & fragilescõfortat vt iter ſanctitatis aggrediantur.

A ſpecialiter pertinet. Exponit enim ei Dominus, quia hæc captura piſcium ſignificet. Quod videlicet ipſe ſicut nunc per retia piſces, ſic ali quando per verba ſit capturus homines. Totuſq; facti huius ordo, quid in Eccleſia cuius ipſe typum tenet, quotidie geratur, oſtendat. Quod vero ſubiũgitur: *Et ſubductis ad terram nauibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum* Poteſt ſignificare finem tẽporis, quo ab huiuſmodi aloquî Chriſto inhęſerint, penitus receſſuri ſunt. Sciendum eſt autem hãc eandem non eſſe electionem, qua Matthęus, & Marcus binos de nauiculis piſcatores, primò Petrũ & Andręam, deinde filios Zebedæi à Domino narrant eſſe vocatos. Non enim eos Lucas, nunc à Domino vocatos, ſed tantum Petro fuiſſe prædictum, quod homines eſſet capturus, inſinuat. Quod non ita dictum eſt, quaſi iam piſces nũquam eſſet capturus. Nam & poſt Reſurrectionẽ Domini, legimus eos eſſe piſcatos. Vnde datur intelligi, eos ad capturam piſcium ex more remeaſſe, vt poſtea fieret quod Matthæus & Marcus narrãt, quando eos binos vocauit. Tunc enim non ſubductis ad terram nauibus tanquam cura redeundi, ſed ita vt eum ſecuti ſunt, tanquam vocãtem ac iubentem vt ſequerẽtur.

Homines cã piens.

B

C

D *Gregorius Moral. lib. 17. in cap. 26. Iob. cap. 12.*

Quod ſecundum capacitatem audientium contemperare ſe debeat lingua Doctorum. Et quid ſit quod in lege ſcriptum eſt, quod qui foderit ciſternam, & non operuerit eam, ſi ceciderit in eam bos vel aſinus, Dominus ciſternæ reddet pretium iumentorum.

Aquam, id eſt ſcientiã prædicatores nubes appellat

QVi ligat aquas in nubib⁹ ſuis, vt non erũpant pariter deor-

ſum. Quid hoc loco aquã, niſi ſciẽtiã: quid nubes niſi prędicatores appellat? Nã quia in ſacro eloquio aliquando aqua ſcięntia dicitur. Sa-

Prouer. 17. lomone attestante didicimus, qui ait: *Aqua profunda verba ex ore viri, et torrens redundans fons ſapientiæ*: aqua ſignari ſcientiã Dauid Propheta

Pſalm. 17. teſtatur, dicens: *Tenebroſa aqua in nubibus aeris*, ideſt, occulta ſciẽtia in Prophetis, qui ante aduentum Domini dũ occultis ſacramentis grauidi myſteria immẽſa geſtarẽt, intuentiũ oculis, eorũ intelligentia calligabat. Nubiũ vero vero nomine quod hoc in loco aliud, quã prędicatores ſancti, id eſt, Apoſtoli deſignãtur, qui per mundi partes circunquaq; trãſmiſſi, & verbis nouerãt pluere, & miraculis coruſcare?

Iſai. 60. Quos Eſaias Propheta longe ante intuens, dixit: *Qui ſunt iſti qui vt nubes volant*? Quia igitur vir iſte prophetico plenus ſpiritu, in hac locutione ſua ad laudẽ Dei initia naſcẽtis Eccleſię deſiderat exordiri, ſtudetei? ordinẽ ab Apoſtolorũ prędicatione narrare, qui curauerunt ſummoopere rudibus populis plana & captabilia, nõ ſumma atq; ardua prędicare. Nã ſi ſcientiam ſanctam, quæ hic aquę nomine deſignatur, vt hauriebant corde, ita ore funderent, immẽſitate eius auditores ſuos opprimerent potiuſquã rigarent. Vnde religata intrinſecus ſciẽtia, vt nõ pariter deorſum erũperet, auditores ſuos deſtillatione verborũ nutriẽs, nubes illa loque-

1. Corint. 3. batur, dicẽs: *Nõ potui loqui vobis quaſi ſpiritualib⁹, ſed quaſi carnalibus, tanquã paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcã*. Quis enim ferre potuiſſet, ſi raptus ad tertiũ cælũ, raptus in Paradiſum, etiam arcana verba audiẽs, quæ loqui homini nõ liceret, tã immenſos ſupernę ſciẽtiæ ſinus aperiret? Aut cuius non virtutẽ auditoris opprimeret, ſi ea quę intrinſecus audire poterat; in quantũ carnis lingua ſufficeret, extrinſecus inundans aquę, huius immẽſitas emanaſſet? Vt vero auditores rudes non inundatione ſcientiæ, ſed moderata prędicatione deſtillatione foueantur, ligat Deus aquas in nubibus vt non erũpant pariter deorſum: quia Doctorũ prędicationem temperat, vt auditorũ infirmitas, Doctorũ rore nutrita cõualeſcat. Quod bene in Euangelio myſtica deſcriptione narratur, dũ dicitur: *Aſcendit Ieſus in nauiculã Petri, & rogauit vt à terra reduceret puſillum, & ita ſedens prædicabat turbis*: per nauẽ Petri, quid aliud quã commiſſa Petro Eccleſia deſignatur? de qua vt Dñs turbis confluẽtibus prædicet, eam à terra paululũ reduci iubet. Quã nec in altum duci, & tamen à terra præcipit remoueri, profecto ſignificans prædicatores ſuos rudibus debere populis, nec alta nimis de cæleſtibus, nec tamen terrena prædicare. Aqua itaq; ligatur in nubib⁹, quia prædicatorum ſcientia infirmorũ mentibus loquẽs, quantum ſentire valet, docere prohibetur.

Ligare aquas in nubibus quid ſit.

Petri nauis quæ ſit.

Ambroſ. in Lucã, lib. 4. c. 5.

VBi Dominus multis impartiuit varia genera ſanitatum, nec tempore nec loco cæpit ab ſtudio ſanandi turba cohiberi veſper incubuit ſequebantur; ſtagnum occurrit, turbæ vrgebant: & ideo aſcendit in Petri nauim. Hęc eſt illa nauis quæ adhuc ſecundum Matthæum fluctuat, ſecundum Lucã repletur piſcibus, vt & principia Eccleſiæ fluctuãtis, & poſteriora exuberantis cognoſcas. Piſces enim ſunt qui hanc enauigant vitam: ibi adhuc diſcipulis Chriſtus dormit, hic præcipit: dormit enim tępidis, perfectis vigilat, ſed quemadmodum dormiat Chriſtus, audiſti dicentem

Populi.

Eccleſia in principio fluctuans, nunc autem exuberans dicitur.

Cant.5.

centem in Propheta: *Ego dormio & cor meũ vigilat.* Et ſanctus Matthęꝰ recte non prætermittendum putauit æternæ iudiciũ poteſtatis, vbi imperat ventis. Non eſt enim humana doctrina, ſicut audiſti Iudęos dicere; Verbo imperat ſpiritibus: ſed cæleſtis maieſtatis inſigne. Quod turbatũ ſedatur mare, & diuinæ vocis imperio obſequũtur elementa, atq; inſenſibilia ſenſum accipiunt obſequendi, diuinę myſterium gratię reuelatur. Quod fluctus miteſcũt ſeculi, verbo immundus ſpiritus conquieſcit: non alterũ altero refellitur, ſed vtrunq; celebratur. Habes miraculum in elementis, habes documentum in myſterijs. Ergo quia ſanctus Matthęꝰ illam prælibauerat, ſanctus Lucas eam ſibi nauim in qua Petrus piſcaretur elegit. Non turbatur iſta quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet. Et ſi multa illic diſcipulorũ merita nauigabant, tamen ex adhuc perfidia proditoris agitabat, in vtraq; Petrus, ſed qui ſuis meritis primus eſt, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidiã, caueamus proditorem, ne per vnũ plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur hæc nauis in qua prudentia nauigat, abeſt perfidia, fides aſpirat. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is in quo Eccleſiæ firmamentum eſt? Illic ergo turbatio, vbi modica fides, hic ſecuritas, vbi perfecta dilectio.

Mare & elementa diuinæ vocis imperio obſequũtur.

Auguſt. Quæſt. Euangelicarum, lib. 2. quæſt. 2.

QVod Dominꝰ de naucula docet turbas, ſignificauit hoc tẽpus, quando Dominus de authoritate Eccleſiæ docet gentes. Quod Dominus aſcẽdens in nauim, quæ erat Petri, *rogat eum à terra reducere puſillum*: ſignificat vel tẽperate vten-

Prædicatores debẽt vti verbis temperate ad turbas.

A dum verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec ſic à terrenis in profundiora ſacramentorũ recedatur, vt ea penitus non intelligant: vel prius in proximis regionibus gentibus prædicandum. Vt quod dicit item Petro: *Duc in altũ, & laxate retia veſtra in captură*, ad remotiores gẽtes, quibus poſtea prędicatum eſt, pertineat: ſicut Eſaias dicit: Tolle ſignũ in gentes ad eas quæ prope, & ad eas quæ longe. Vt quod etiam retia rumpebantur piſ
B cium copia, & nauiculæ impletę ſunt, ita vt mergerentur, ſignificat hominum carnaliũ multitudinem tantã futuram in Eccleſia, vt etiã diruptione pacis, exeuntibus inde hæreſibus & ſchiſmatibus, tãta remaneret, & tanta eſſet futura illi ammiſsio fidei & bonorũ morum, vt Chriſto dicere videatur talis Eccleſia, *Exi à me, quia peccator homo ſum*, tanquã turbis carnalium repleta, & eorũ moribus pene ſubmerſa,
C regimen ſpiritalium, in quibus maxime Chriſti perſona eminet, à ſe repellat quodammodo. Non enim hoc voce linguę dicũt homines bonis miniſtris Dei, vt eos à ſe repellant: ſed voce morum & actuũ ſuorum ſuadent à ſe recedi, ne per bonos regantur & eo vehementius, quo deferunt eis honorẽ, & tamen factis ſuis à ſe recedere admonẽt: vt honorificentiam eorum ſignificauerit Petrus, cadens ad pedes
D Domini: mores autem in eo quod dixit: *Exi à me quia peccator homo ſum.* Quod tamen quia non fecit Dominus; nõ enim receſsit ab eis, ſed eos ſubductis nauibus ad littus perduxit: ſignificat in bonis & ſpiritualibus viris, non eſſe oportere hanc voluntatem, vt peccatis turbarum commoti, quo quaſi ſecurius tranquilliuſque viuant, munus Eccleſiaſticũ deſerant. Quod ergò ſubductis ad terram nauibus,

Homines nõ voce linguæ ſed malis operibus & moribus dicunt Deo recede à nobis.

bus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum, Petrus, & Iacobus, & Ioannes, poteſt ſignificare finem temporis, quo ab huius mundi ſolo quĩ Chriſto inhæſerint, penitus receſſuri ſunt.

TEXTVS.

Duc in altum.

Ambroſius de Virginibus, lib. 3.

NEc enim vilis eſt nauis, quæ ducitur in altũ, hoc eſt, ab incredulis ſeparatur. Cur enim nauis eligitur in qua Chriſtus ſedeat, turba doceatur, niſi quia nauis Eccleſia eſt, quæ pleno dominicę crucis velo ſancti flatu ſpiritus in hoc bene nauigat mundo. In hac naui piſcatur Petrus, & nũc retibus, nũc hamo piſcari iubetur: grande myſteriũ ſpiritalis enim videtur eſſe piſcatio, qua doctrinę hamum mittere iubetur in ſeculum, vt primũ illũ Martyrem Stephanum de mari verrat, qui cẽſum Chriſti in interioribus contineret. Martyr enim Chriſti theſaurus Eccleſię. Martyr igitur ille qui de mari cælũ primus aſcendit, captus à Petro, miniſter altaris, non reti ſed hamo leuatus, vt riuo ſui ſanguinis eleuaretur, cuius in ore theſaurus erat cũ Chriſtum in confeſsione loqueretur. Qui enim theſaurus in nobis eſt, niſi Dei verbũ? Ergò & retibus & hamo piſcatur perfectior, vt rete concludat, hamo adurat, ſed reti turba cõcluditur, hamo ſingularis erigitur. O ſi mihi liceret illũ hamũ vorare, qui adureret os meum, & leui daret ſaluté vulnere. Intrate igitur filiæ in Apoſtolorum retia, quæ non hominis authoritate, ſed Dei voce laxantur. Rete enim ſapientiæ ſpiritalis atq; doctrinæ regnum cælorum eſt: quia ſcriptũ eſt. *Simile eſt regnum cælorum reti miſſo in mare.* Audiſtis hodie dicentẽ Dominum Ieſum Simoni: *Duc in altum & laxate retia veſtra in capturam.* Luc. 5. Ante nõ ducebat in altum Petrus, quando piſcabatur in ſtagno. Et ſi mare erat, altum non erat. Altum mare ſcriptura neſcit. Quid ergò ſit altum, accipe, aqua alta, cõſiliũ in corde viri, altum cor viri eſt: vbi nihil vadoſum eſt. Duc ergò in altum diſputationis tuæ, fideiq; remigium, duc in cor viri. Per parabolam hic vocat ad Eccleſiã Petrum, quem ſecundum Matthęum, ſimplici vocauit ſermone dicens: *Venite & faciã vos piſcatores hominũ.* Matth. 4. Eſt & aliud myſterium: duc in altum, quia ante in arena erat quãdo in Synagoga erat, alta nõ erat aqua Iudææ: deniq; Samaritana & puteum alium putabat dicens: & puteus altus eſt. Vnde mihi aquam viuam habes dare? Ioann. 4. Non ergo ducere in altum poterat, quando cum Iudęis credebat, qui etiam de puteo aquam haurire non poterant. Ideò dicitur Petro, *duc in altum*, hoc eſt, duc ad Chriſtũ: altus enim Chriſtus, de quo dicitur ad Ioannem à Patre: *Et tu puer Prophęta altiſsimi vocaberis.* Luc. 1. Roma. 2. Duc ergo ad Chriſtum, & bene altum, *in quo eſt altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcięntiæ Dei*: Chriſtus dicitur altus, duc in altum, quia altus ſuper altum cuſtodiet & exaltabit. Ibi ergo altæ aquę. Vbi Chriſtus eſt, hoc eſt, fides altę aquę, quæ timẽt Deũ, qualis ille: *Viderunt te aquæ Deus: viderunt te aquæ, & timuerunt.* Pſalm 76. Apud Iudæos aqua alta non erat in corde viri: ideoque Dominus ait: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum* Matt. 15.

Martyr Chriſti theſaurus eſt Eccleſiæ.

Theſaurus in nobis eſt Dei verbum.

Matt. 13.

rum longe eſt à me. In corde amat eſſe Chriſtus, *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit & filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus,* denique vt ſcias quia de fide dicit, *Duc in altum*: ait Petrus: *Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, ſed in verbo tuo laxabo retia.* Noctem habebat Petrus antequam Chriſtum videret. Nondum enim venerat dies, quia veram non viderat lucem.

Ibidem 12.

A

B

Theophylactus in Lucam.

POſtquam autem turbam à naui docuit, Dominũ nauis nõ reliquit irremuneratum, ſed bifariam ei bene fecit, quia & multitudinẽ piſcium ei donauit, & diſcipulum ſuum fecit, admirari igitur Domini diſpẽſationem quomodo per propria & familiaria ſua quẽque attrahit: ſicut Magos per Stellam, ita & piſcatores per piſces. Porro Chriſti manſuetudinem vide, quomodo obſecret Petrum, vt à terra abducat. Rogauit enim, idem eſt, quod obſecrauit, ſed & quomodo Petrus morigerus fuerit, ita vt hominem quẽ non viderat, in nauim ſuam ſuſceperit, & ei in omnibus obedierit. Nam vt dixit ei quod adduceret in profundum, non anuit, neque dixit, per totam noctem laboraui & nihil cõſecutus ſum, nunc tibi parerem, & alijs fatigandus laboribus incumberem? ſed ait in verbo tuo laxabo rete adeò feruebat fide etiã ante fidem: vnde & tantos piſces comprehendit, vt illos non potuerit trahere, & annuerit ſocijs, hoc eſt participibus in alia naui. Nutu autem illos vocat, quia propter ſtuporẽ magnum loqui nequibat. Porrò multa reuerentia rogat Petrus Ieſum vt naui excedat, peccatorẽ ſeipſum dicens, & indignũ illius conuerſatione. Hæc etiã per anagogiã, ſi vis intelligas. Nauis eſt Iudæorum Synagoga, & Petrus gerit typum Doctorũ legis. Laborauerunt autem per totam noctẽ Doctores, qui ante Chriſtum fuerunt. Tempus enim ante eius aduentum nox erat, & nihil comprehenderunt, poſtquam autem venit Chriſtus, dieſq; factus eſt, Apoſtoli in locum legis Doctorum ſubrogati, in verbo eius, hoc eſt, in præcepto eius laxant rete Euangelij, & multitudinẽ hominum venãtur: ſoli autem Apoſtoli nõ poſſunt trahere rete piſcium, annuntq; ſocijs ſuis, & cõmunicant, & cum eis tractant. Hi autẽ ſunt Paſtores & Doctores Eccleſiarũ, in ſingulis tẽporibus, qui interpretantur & docẽt Apoſtolicã doctrinam, trahuntq; cum Apoſtolis, vt piſcentur homines. Animaduerte item & dictionem, laxare rete. Euangeliũ enim eſt rete, orationem habens humilem & pedeſtrem, & ad auditorum infirmitatem ſe attemperãtem, & idcirco dicitur laxari. Sicui autẽ & ſenſum profunditas ſignificare videatur per laxationem retis, neque ipſum à vero abludit: impletur enim & hoc Prophetæ, qui dicit: *Ecce ego mitto piſcatores multos, dicit Dominus, & poſtea mittam alios venatores, & venabuntur illos*, piſcatores quidem ſanctos Apoſtolos vocãs, venatores autem eos qui temporibus ſequentibus habiti ſunt Doctores.

C

D

Petrus feruebat fide etiam ante fidem.

Senſus anagogicus.

Trahentes rete qui ſunt, ea qui illorum ſocij.

Laxare rete quid.

Ierem. 16.

Ambroſ. in Luc. lib. 4. cap. 5.

DVc in altum, hoc eſt, in profundum diſputationũ. Quid enim tam altum quam altitudinẽ diuitiarũ videre, ſcire Dei filiũ, & profeſſionẽ diuinæ generationis aſſummere? Quam licet mens non.

Nil tam altũ quã ſcire Dei filium.

queat humana plenæ, rationis inueſtigatione comprehẽdere, fidei tamẽ plenitudo complectitur. Nã & ſi non licet mihi ſcire quemadmodum natus ſit, non licet tamen neſcire quod natus ſit. Seriem generationis ignoro, ſed authoritatem generationis agnoſco. Non interfuimus cũ ex Patre Dei filius naſceretur, ſed interfuimus cum à Patre Dei Filius diceretur. Si Deo non credimus, cui credimus? Omnia enim quæ credimus: vel viſu credim⁹ vel auditu. Viſus ſæpe fallitur, auditus in fide eſt, an aſſerentis perſona diſcutitur? ſi viri boni dicerent, nefas putaremus non credere, Deus aſſerit, probat filius, refugiens ſol fatetur, & tremens terra teſtatur. In hoc altũ diſputationis Eccleſia à Petro ducitur, vt videat hinc reſurgẽtem Dei Filium, inde ſanctum Spiritum profluentem. Quæ ſunt autẽ Apoſtolorum, quæ laxari iubentur retia, niſi verborum complexiones, & quaſi quidam orationis ſinus & diſputationũ receſſus, qui eos quos ceperint non amittant? Et bene Apoſtolica inſtrumenta piſcandi retia ſunt, quæ non captos perimunt, ſed reſeruant, & de profundo ad lumẽ extrahunt, & fluctantes de infernis ad ſuperna perducunt: eſt & aliud apoſtolicum piſcãdi genus, quo genere ſolum Petrum piſcari Dominus iubet dicens: Mitte hamum & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle. Magnum quidem eſt & ſpirituale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti, ne quis conſtitutionem regis terreni putet eſſe ſoluendam. Si enim cenſum Dei Filius ſoluit, quis tu tantus es qui non putes eſſe ſoluendum? Et ille centum ſoluit qui nihil poſsidebat: Tu autem qui ſeculi ſequeris lucrum, cur ſeculi obſequium non recognoſcas? Cur te ſupra ſeculum, quadam animi arrogantia feras, cum ſeculo ſis miſera cupiditate ſubiectus. Penditur igitur didrachma, quod erat pretium noſtræ redemptionis & corporis, in lege promiſſum, in Euangelio perſolutum, non ocioſe in ore piſcis inuentum, ex ore enim tuo iuſtificaberis, etenim pretium immortalitatis eſt nobis noſtra confeſsio, quia ſicut ſcriptum eſt: *Ore confeſsio fit ad ſalutem*: & fortaſſe primus hic piſcis, primus eſt martyr in ore habens didrachma, hoc eſt pretium cenſus, didrachma noſtrum Chriſtus eſt. Habebat igitur primus ille Martyr Stephanus, ſcilicet, in ore theſaurum, cum Chriſtum in paſsione loqueretur. Sed reuertamur ad propoſitum locum, & diſcamus apoſtolicam humilitatem.

In rebus fidei viſus fallit auditus non tollitur.

Pretium immortalitatis eſt nobis noſtra cõfeſsio.

Roma. 10.

Matt. 17.

Idem de reſpõſione Simonis.

Præceptor (inquit) per totã noctem laborantes nihil cæpimus, ſed in verbo tuo laxabo retia. Et ego Domine ſcio, quia non mihi eſt quando nõ imperas. Nemo adhuc nomen ſuũ dedit, adhuc noctem habeo. Miſi iaculum vocis per epiphaniam, & adhuc nihil cæpi. Miſi per diem, ſpecto vt iubeas: *In verbo tuo laxabo retia*, O vacua præſumptio, ò humilitas fructuoſa, qui nihil ante cæperant, magnam in verbo Domini concludunt piſcium multitudinẽ. Non hoc humanæ facundię opus, ſed ſupernæ vocationis eſt munus. Cedunt diſputationes hominum, fide ſua plebs credit. Rumpuntur retia, nec labitur piſcis, vocantur ad adiumentum ſocij, qui erant in alia naui. Quæ eſt illa alia nauis niſi forte Iudæa, ex qua Ioannes, & Iacobus eliguntur?

Alia nauis dicitur Iudæa.

Facta

Facta est enim Iudæa sanctificatio eius. Psalm.113.
Hi igitur de Synagoga ad nauem Petri, hoc est ad Ecclesiam cõuerterunt vt implerent ambas nauiculas, omnes enim in nomine Iesu genu flectunt, siue Iudæus, siue Græcus, omnia & in omnibus Christus. Sed mihi cumulus iste suspectus est, ne plenitudini sui naues pene mergantur. Oportet enim & hæreses esse vt probẽtur boni. Possum⁹ tamen & aliã Ecclesiam intelligere nauẽ alterius: ab vna enim plures Ecclesiæ deriuantur. Ecce alia sollicitudo Petri, cui sua iam prẹda suspecta est. Sed nouit perfectus quemadmodum seruari possit reconditos, qui scit quemadmodũ possit capere dispersos. Quos in verbo capit, verbo credit, negat suam prædam, negat suum munus. *Exi* (inquit) *à me Domine, quia homo peccator sum*: admirabatur enim dona diuina, & quo plus metuerat, hoc præsumebat minus: dic & tu, *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Vt respondeat tibi Dominus: Noli timere. Indulgẽti Domino peccatum fateri. Noli timere etiã quẹ tua sunt Domino deferre, quia quæ sua sunt, nobis ille concessit: nescit inuidere, nescit eripere, nescit auferre. Vides quam bonus Dominus, qui tantum tribuit hominibus, vt vidificandi habeant potestatem?

Bonus Dominus qui viuificandi potestatẽ tribuit hominibus.

Ambrosius de Virginibus, libro 3.

NOn confusus est Petrus dicere: *Exi à me Domine, quia peccator sum ego.* Vir enim sapiens & grauis, in quo esset Ecclesiæ firmamẽtum & magisterium disciplinę, nihil vtilius sibi esse prospexit, quam ne secundanti soperis extolletur euentu: & ideò exi, inquit, à me Domine, non rogat vt deseratur, sed ne infletur.

A Noli timere ex hoc iam homines eris capiens.

Tertullia. aduersus Marcionem, lib. 4.

DEtentus à turbis, *Oportet me inquit, & alijs ciuitatibus annuntiare regnum Dei.* Offenderat iam alicubi Deum suũ, non puto adhuc vsquè, sed & loquebatur qui alium quoq; Deum nouerãt: nec hoc credo. Ergò si nec ille alium Deũ ediderat, nec illi nouerant præpter creatorem, eiusdem Dei regnum portendebat, quem solum sciebat notum eis, qui audiebant: de tot generibus operum, quid vtiq; ad piscaturam respexit vt ab illa in Apostolos sumeret Simonem, & filios Zebedæi? Non enim simplex factũ videri potest, de quo argumentum processurum erat, dicẽs: Petro trepidanti de copiosa indagine pisciũ: Ne timeas, *Ab hinc enim homines eris capiens.* Hoc enim dicto intellectum illis suggerebat adimplẹtę Prophetiæ, se enim esse, qui per Ieremiam prẹnuntiauerat. *Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur illos homines*, scilicet, deniq; relictis nauiculis secuti sunt eum, ipsum intelligentes qui cæperat facere quod edixerat.

Isaiæ prophetiæ adimpletio.

Ierem. 6.

Augustinus de fide & operibus, cap. 17.

EX hoc vtroque genere veniũt ad Christi fidem, & sic adducũtur boni & mali, qua & illi mali à mortis operibus pænitentiã non recusant, si autem recusant, non intrare cupiẽtes, repelluntur, sed ab introitu ipsi aperta contradictione discedunt. Erit ergò & seruus illi securus, nec inter pigros damnatur: Quod dominicum talentũ noluit erogare, quandoquidem illi no-

Nō excuſantur bene qui dicunt ſe nolle rationem de peccatis alienis reddere.

li noluerunt quod erogabat accipere. Propter illos enim hæc ſimilitudo propoſita eſt, qui nolunt ſuſcipere in Eccleſia diſpenſatoris officium, deſidioſſam prætendentes excuſationem, nolle ſe rationem reddere de peccatis alienis: Qui audiunt & non faciunt, id eſt, accipiunt & non reddunt. Cum vero diſpenſator fidelis & diligens, in erogando paratiſſimus, & lucrorū dominicorum auidiſſimus, dicit adulter. Noli eſſe adulter, ſi vis baptizari: credo Chriſto, qui hoc, quod facis, dicit eſſe adulterium, ſi vis baptizari: noli eſſe membrum meretricis, ſi vis fieri membrum Chriſti; illi autem reſpondet: Non obedio, non facio, ipſe non vult veram pecuniam dominicam accipere, ſed ſuam potius adulterinā vult theſauris dominicis importare. Si autem ſe facturum profitetur, nec faceret, nec poſtea quolibet modo corrigi poſſet, inueniretur quid de illo fieret, ne alijs inutilis eſſet, qui ſibi vtilis eſſe nō poſſet: vt ſi intra retia Domini bona piſcis malus eſſet, non tamē piſces domini ſuis malis retibus irretiret, hoc eſt, vt ſi haberet in Eccleſia vitam malam, non tamen illic inſtitueret doctrinam malam. Cū enim tales facta ſua talia defendūt, vel in eis ſe perſeueraturos apertiſsimè profitentes, admittuntur ad Baptiſmum, nihil videntur aliud prædicare, niſi fornicatores & adulteros etiā vſque in vitæ huius finem in ea nequitia permanētes, regnum Dei poſſeſſuros, & merito fidei, quæ ſine operibus mortua eſt, ad vitam æternam ſalutemque venturos Hæc ſunt mala retia, quæ cauere debent præcipuè piſcatores, ſi tamen illa Euangelica ſimilitudine piſcatores Epiſcopi, vel inferioris ordinis Eccleſiarū

Peccatores in ſua nequitia permanētes regnū Dei non poſſidebunt.

A Præpoſiti intelligendi ſunt, quia dictum eſt: *Venite & faciam vos piſcatores hominum.* Retibus enim bonis capi poſſunt piſces & boni, & mali: retibus autem malis capi nō poſſunt piſces boni, quoniā in doctrina bona & bonus, poteſt eſſe qui audit & facit, & malus qui audit & non facit: in doctrina vero mala, & qui eam veram putat, quāuis ei non obtemperet, malus eſt, & qui obtemperat, peior eſt.

B

Auguſtinus, octogintatriū quæſtionum, quæſt. 81.

HÆc autem duo tēpora, ideſt, vnū laboris & ſolicitudinis, alterū gaudij & ſecuritatis, etiā retibus miſsis in mare, Dominus noſter ſignificat. Nam & ante paſsionē de reticulo dicitur miſſo in mare, quia tantū piſciū cęperūt, vt vix ad littus trahendo perducerent, & vt retia rumperentur. Non enim miſſa ſunt in dexteram partem, habet enim multos malos Eccleſia huiꝰ tēporis, neq; in ſiniſtrā, habet enim etiā bonos: ſed paſsim, vt per mixtiones bonorum, malorumq; ſignificarēt. Quod autē rupta ſunt retia, charitate violata, multas hæreſes extitiſſe ſignificat. Poſt reſurrectionē vero, cum vellet Eccleſiā futuri tēporis præmonſtrare, vbi omnes perfecti atq; ſancti futuri ſunt, iuſsit mitti etiā retia in dexteram partem: & capti ſunt in gentes piſces, centū quinquagintatres mirātibus diſcipulis, quod cū tam magni eſſent, retia nō ſunt diſrupta. Horum magnitudo imaginē ſapientiæ, iuſtitiæq; ſignificat, numerus vero ipſam diſciplinam, & temporali diſpenſatione, & ęterna regeneratione perfectā, quam diximus quinquagenario numero commendari.

C

D

Eccleſia huius temporis & bonos & malos multos habet.

DOMI-

DOMINICA QVINTA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Matthæi.cap.5.

TEXTVS.

NISI abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

Clemens Alexãdrinus Stromat. lib.6.

A *NISI abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum:* Qui iuſtificãtur per abſtinentiam à malis, cum eo quod cum ea quæ eſt in his perfectione, proximum quoquè poſsitis diligere, & ei benefacere, non eritis regales. Augmentum enim eius, quæ eſt ex lege iuſtitiæ oſtendit eum, qui eſt præditus cognitione. Sic cùm fuerit aliquis collocatus in capite, quod ſuum regit corpus, cùm peruenerit ad ſummũ fidei, ipſam, inquam, cognitionem circa quam ſunt omnes ſenſus aſſequetur ſimiliter ſummam hereditatem. Cognitionem autem obtinere principatum, apertè oſtendit Apoſtolus ijs qui poſſunt perſpicere, hoc modo ſcribens Græcis illis Corinthijs: *Spem autem habentes augeſcente fide veſtra fore, vt magnificemur ſecundum regulam noſtram in abũdantia, vt in ijs quæ ſunt ſupra vos euangelizem.* Non dicens extenſionem prædicationis, quæ fuit in loco, quoniam fidem quoquè dicit abundaſſe in Achaia. Fertur autem in Actibus quoquè Apoſtolorum, verbum prædicaſſe Athenis, ſe docet cognitionem, quæ eſt perfectio fidei, abundare vltra Catecheſim, conuenienter maieſtati doctrinæ Domini, & regulæ Eccleſiaſticæ.

2. Cor. 10.

Actor. 17.

Chromatius in 5. c. Matth.

B REprehenditur iuſtitia Scribarum & Phariſęorum, quia nõ fidem promiſsionis diuinę, ſed humanam laudem, & ſeculi gloriam quærebant, ſicuti habemus exemplum de illo Phariſæo ſuperbo & elato, qui vt ſibi videbatur, iuſtitiæ ſuæ merita præferens, impudenter ſe elato animo, ac ſuperbis vocibus, in conſpectu Dei iactabat. Retinebant ergò ſpeciẽ iuſtitiæ Scribæ & Phariſæi, non vt Deo

Quare Scribarũ & Phariſæorum iuſtitia reprehenditur. Lucæ 18.

Deo placerent, ſed vt famam humanæ gloriæ quærerent, vt lucra terrena, & temporalia commoda mercarẽtur. Et ideò hortatur Dominus, vt hanc fumoſam iuſtitiã laudis humanæ, operibus iuſtitiæ cęleſtis, ac fidei meritis, præcedamus. per Chriſtũ Dominũ noſtrũ.

Irenæus aduerſus hæreſes, lib. 4. cap. 27.

Quemadmodum Dominus quæ de lege comprehẽdebantur ſuper extendit Diſcipulis & non diſſoluit, & ſecundũm quid plus abundauit iuſtitia noſtra, quam Scribarũ & Phariſæorum.

ET quia Dominus naturalia lẽgis per quę homo iuſtificatur, quã etiam à legiſdatione cuſtodiebant, qui fide iuſtificabantur & placebant Deo, non diſſoluit, ſed extendit, ſed & impleuit, ex ſermonibus eius oſtẽditur. Dictũ eſt enim, inquit, antiquis: *Nõ mœchaberis. Ego autẽ dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierẽ ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Et iterũ dictum eſt. *Non occides. Ego autẽ dico vobis, omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio:* & dictũ eſt: *Nõ periurabis.* Ego autẽ dico vobis, non iurate in totum. Sit autẽ vobis ſermo, etiã, etiam, & nõ non. Et quęcunq; ſunt talia. Omnia enim hęc non contrarietatem & diſſolutionẽ præteritorũ continẽt, ſicut qui à Marcione ſunt vociferantur, ſed plenitudinẽ & extenſionem, ſicut ipſe ait: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarũ & Phariſæorum, nõ intrabitis in regnum cælorum.* Quid autem erat plus? Primò quidem non tantum in patrem, ſed & in filium, eius iã manifeſtatum credere, hic eſt enim qui in communionem & vnitatẽ cum Deo hominem ducit. Poſt deinde non ſolũ dicere, ſed & facere. Illi enim dicebant, ſed non faciebãt, & non tantum abſtinere à malis operibus, ſed etiam à concupiſcẽtijs eorum. Hęc autem nõ quaſi contraria legi docebat, ſed adimplens legem, & infigens iuſtificationes legis in nobis. Illud autẽ fuiſſet legi contrarium, ſi quodcunq; lex vetaſſet fieri, idipſum diſcipulis ſuis iuſſiſſet facere. Et hoc autem quod prȩcepit, non ſolũ vetitis à lege, ſed etiã à concupiſcentijs eorum abſtinere, non contrariũ eſt, quemadmodũ prædiximus, neq; ſoluentis legem, ſed adimplẽtis, & extendẽtis & dilatantis. Etenim lex quippe ſeruis poſita, per ea quæ foris erant corporalia animam erudiebat, velut per vinculũ attrahens eã ad obedientiam præceptorũ, vti diſceret homo ad ſeruiẽdum Deo, Verbum autem liberans animam, & per ipſam corpus, voluntariè emundati docuit, quo factõ neceſſe fuit auferre quidem vincula ſeruitutis, quibus iã aſſueti erant, & ſinẽ vinculis eſſe quidẽ, ſuperextendi vero decreta libertatis, & augeri ſubiectionem, quę eſt ad regẽ, vt non retrorſus quis retinens indignus appareat ei, qui ſe liberauit. Eã verò pietatem & obedientiam quæ eſt erga patrẽfamilias eſt, eſſe quidẽ eandẽ & ſeruis, & liberis, maiorem autem fiduciã habere liberos, quoniam ſit maior & glorioſior operatio libertatis, quã ea quæ eſt in ſeruitutem obſequentia. Et propter hoc Dominus pro eo quod eſt. Non mȩchaberis, nec cõcupiſcere prȩcepit: & pro eo q̃ eſt nõ occides neq; iraſci quidẽ: & p̃ eo q̃ eſt decimare omnia quę ſunt & pauperibus diuidere, & nõ tantũ proximos, ſed etiã inimicos diligere: & non tantũ bonos datores & communicatores eſſe, ſed etiam aduerſus eos qui tollũt noſtra, gratuito donatores. *Tollenti enim tibi tunicam, remitte ei & pallium,* Matt. 6. Marc. 7.

& ab eo qui tollit, non tua repoſcas, & quemadmodum vultis vt faciant vobis homines, facite eis, vt non quaſi nolẽtes fraudari cõtriſtemur, ſed quaſi volentes donauerimus, gaudeamus, gratiã magis præſtantes in proximos, quã neceſsitati ſeruientes. Et ſi quis te, inquit, angariauerit mille paſſus, vade cum eo alia duo, vti non quaſi ſeruus ſequaris, ſed quaſi liber præcedas, aptũ te omnibus & vtilem proximo præſtans, non illorum malitiam intuens, ſed tuã bonitatem perficiens, configurans te metipſum patri, *Qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Hæc autẽ omnia quemadmodũ prędiximus non diſſoluentis erãt legem, ſed adimplẽtis & extendentis, & dilatantis in nobis. Tanquã ſi aliquis dicat, maiorem libertatis operationẽ & planiorem erga libertatem noſtrã infixam nobis ſubiectionem, & affectionem. Non enim propter hoc liberabimur, vt ab eo abſcedamus, nec enim poteſt quiſquã extra Dominica cõſtitutus bona, ſibi metipſi acquirere ſalutis alimẽta, ſed vt plus gratiam eius adepti, plus eũ diligamus. Quanto autẽ plus eum dilexerimus, eo magis gloriam accipiemus, cum ſimus ſemper in conſpectu patris. Quia igitur naturalia omnia prędcepta cõmunia ſunt nobis & illis, in illis quidẽ initium & ortum habuerunt, in nobis augmentum & adimpletionẽ percepe runt. Aſſentiri enim Deo, & ſequi eius verbum, & ſuper omnia diligere eũ, & proximum ſicut ſeipſum, domo autem hominis proximos, & abſtinere ab omni mala operatione, & quæcunq; talia cõmunia vtriuſq; ſunt, vnum & eundem oſtẽdunt Deum. Eſt autẽ Dominus noſter verbũ Dei. qui primo quidẽ ſeruos attraxit Deo, poſtea autem liberauit eos, qui ſubiecti ſunt ei,

Naturalia præcepta omnibus cõmunia.

Filius verbũ Patris quod ſeruos Deo attraxit.

A quemadmodũ ipſe ait diſcipulis: *Iã non dico vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid eius dominus faciat. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.* In eo enim quod dicit, iam non dico vos ſeruos, manifeſtiſsimè ſignificauit ſe eſſe, qui primo quidẽ eam ſeruitutem quæ eſt erga Deum, hominibus per legẽ conſtituerit, poſt deinde libertatẽ eis donauerit. Et in eò quòd dicit, quoniã ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius, ignorantiã ſeruilis populi manifeſtat per ſuũ aduentum. In eo autem quod amicos Dei dicit ſuos diſcipulos, manifeſte oſtendit ſe eſſe verbum Dei, quẽ & Abraham voluntarie, & ſine vinculis propter generoſitatem fidei ſequens, amicus factus eſt Dei, ſed neq; Abrahę amicitiam propter indigentiã aſſumpſit, Dei verbũ exiſtens ab initio perfectus. Antequã enim Abraham eſſet, ego ſum, inquit. Sed vt ipſe Abrahæ donaret ęternam vitã exiſtens bonus, quoniam amicitia Dei immortalitatis eſt condonatrix, his qui aggrediuntur eam,

Ioann. 15.

B

C

Theophylactus in Matt. c. 5.

IVſtitiam dicit omnem virtutẽ; ſicut & quum dicitur: Iuſtus erat Iob, pius, irreprehenſibilis. Horreſce homo animaduertens, quanta à nobis repetantur. Deinde docet nos, quomodo abundemus, & enumerat virtutes.

D

Auguſt. de Baptiſ. cõtra Donatiſt. lib. 4. cap. 21.

ILlud ſane quod de Cathecumenis obijciebatur Cypriano, q̃ in martyrio deprehẽſi, & pro nomine Chriſti occiſi, etiã ſine baptiſmo coronarentur, quid ad rem pertineat, nõ ſatis intelligo, niſi quia forte dicebant multo magis hæreticos cum baptiſmo Chriſti poſſe ad regnum

ad regnum eius admitti, quam cathecumeni admitterentur, cũ ipſe dixerit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorũ.* Qua in re nec ego dubito cathecumenum catholicũ diuina charitate flagrantẽ, hæretico baptizato anteponere, ſed etiã in ipſa intus catholica bonum Cathecumenum malo baptizato anteponimus: nec ideò tamen Sacramento baptiſmatis, quo iſte nondũ ille iam imbutus eſt, facimus iniuriã aut cathecumenũ ſacramento baptiſmi præferendum putamus, cum aliquem Cathecumenum aliquo baptizato fideliorem melioremq; cognoſcimus. Melior enim Centurio Cornelius nondũ baptizatus Simone baptizato, iſte enim & ante baptiſmũ ſancto Spiritu repletus eſt, ille & poſt baptiſmũ immundo ſpiritu inflatus eſt. Verũtamen Corneli⁹ ſi etiam Spiritu ſancto iam accepto baptizare noluiſſet, cõtempti tanti ſacramenti reus fieret, cũ autem baptizatus eſt, non vtiq; melius ſacramentũ quam Simõ accepit, ſed diuerſa hominum merita ſub eiuſdẽ ſacramẽti pari ſanctitate diſtincta ſunt: ita non auget aut minuit baptiſmatis ſanctitatẽ, vel bonum vel malũ hominis meritum. Sicut autem bono cathecumeno baptiſmus deeſt ad capeſſendũ regnum cælorum, ſic malo baptizato vera conuerſio. Qui enim dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum:* Ipſe etiã dixit: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſ quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Nanq; ne ſecura eſſet iuſtitia cathecumeni dictum eſt: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum.* Rurſus ne percepto baptiſmo ſecura eſſet iniquitas baptizatorum, dictum eſt: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarũ & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Alterum ſine altero parum eſt, vtrunq; perficit illius poſſeſſionis hæredem. Sicut ergò non debemus improbare iuſtitiã hominis, quę prius eſſe cępit, quam coniungeretur Eccleſiæ, ſicut eſſe cæperat, iuſtitia Cornelij priuſquam ipſe eſſet in plebe Chriſtiana, quæ neque ſi improbaretur dixiſſet ei Angelus. *Acceptæ ſunt elee moſynæ tuæ, & exauditæ ſunt orationes tuæ:* neq; ſi ſufficeret ad capeſſendũ regnum cælorũ, vt ad Petrũ mitteretur, ſic nõ eſt improbãdum Euangelium baptiſmi Sacramentũ, & ſi extra Eccleſiam fuerit acceptũ, quod tamen non proficit ad ſalutem, niſi ille qui habet integritatem baptiſmi, ſua quoq; prauitate correpta, incorporetur Eccleſiæ, ſic hæreticorũ corrigamus errorem, vt quod in eis non eorum, ſed Chriſti eſt agnoſcamus.

Ioann. 3.

Act. 8. & 10.

Act. 10.

Ioann 3.

Chryſoſto. in priori expoſi. Matt. homil. 16. ex c. 5.

SI vero de veteri hoc lege dixiſſet, quemadmodum diceret. Niſi abundauerit? ea enim facere, quę Phariſæi, Scribæq; faciebant, nondum rationem abundantis iuſtitiæ habebat. Sed quod erat hoc abundans? Scilicet nec iraſci, & adulterium nec videndi obſcænitate cõmittere. Qua igitur gratia vocauit minima mandata, cum tã magna certe ſint, atque ſublimia? quia enim conditurus erat ipſe legem: ſicut ſemetipſum humiliat, interdum & mediocria de ſe ipſe loquitur: ita nũc etiã de præceptis ſuis: nos ſcilicet per hæc quoque docens mediocritatem vbique ſeruare, & inuidiam nouæ legis atte nuãs, vtitur quippe ſermone, qui diuerſis intellectibus poſſit aptari. Cũ vero audis minimum in regno

cælorum

cælorum, nihil aliud intelligas, quam in tempore regni, atque supplicij. Solet etiam cælorum appellare regnum, nõ solum ipsa gaudia præmiorum, sed tiam resurrectionis tempus, & præsentiam illam terriblem. Cæterũ quænam esset hæc ratio, vt ille quidem qui fratrem fatuum vocasset, vnumque mandatum soluisset, iret ingehennam: hic vero qui & mandatum solueret, & non solueret solum, sed ad ipsum etiam alios etiã induceret, esset tamen vel minimus in regno? Non igitur hoc dixit, sed quia resurrectionis tempore huiusmodi præuaricator erit minimus & abiectus. At vero omnium minimus & abiectus. At vero omnium minimus post iudiciũ A incidet ingehennã. Deinde quasi vere Deus futuram multorum desidiam præuidebat, quia videlicet opinaturi erant exagerationis illa esse præcepta, & aduersus Euãgelium ratiocinaturi, atque dicturi: Ergo ne qui fratrẽ tãtummodo fatuum vocauerit, punietur: & qui incaute fœminam viderit, inter adulteros deputandus erit? Igitur cotemptum legis aut eam tollens, vtrisque pœnam est maximam comminatus, & præuaricatoribus scilicet, & his qui ad præuaricationem alios cohortantur. Scientes igitur comminationis istius magnitudinem, neque transgrediamur ipsi legem, neque eos qui illam seruare cupiunt, remoremur. B

TEXTVS.

AVDISTIS, quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iratscitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

Irenæus aduersus Hæreses, libr. 4.

AQVO igitur Patre missus est filius, ad eos colonos qui interfecerunt eum; ab hoc & seruiui. Sed filius quidem quasi à Patre veniens principali authoritate dicebat, *Ego autem dico vobis.* Serui autem quasi à Domino seruiliter, & propter hoc dicebant, *hæc dicit Dominus.* A

TEXTVS.

SI QVIS irascitur fratri suo.

Chromatius in 5. capit. Matth

HOC est, quod dixit Dominus: *Non veni soluere legem, sed implere*, hoc est, quod minus erat addere, præcepta scilicet legis in melius reformare. Vnde & Sanctus Apostolus ait: *Legem ergo destruimus per fidem? Absit, sed legem constituimus.* Rom.3. Rudi & duro populo legis tradita sunt mandata iustitiæ, perfecto autem & fideli populo Euangelica traduntur præcepta cõ summatæ fidei & cælestis iustitiæ. Lex præcepit non occidendum, Euãgelium vero nec irascendum, vt omnem radicem peccati auferat de cordibus nostris, quia per iracundiam potest etiam vsque ad homicidium peruenire. Vnde nõ immerito Beatus Iob in libro suo ita testatus est dicens: *Stultum interficit iracundia, seductum autem occidit æmulatio.* Iob.5. Dauid quoque ita ait: *Irascimini, & nolite peccare*, dicite in cordibus vestris, & incubilibus *vestris compungimini.* Psalm.4. Quod testimonium Sanctus Apostolus interpretatus est, dicens: *Sol non occidat super iracundiam vestram, neque detis locum Diabolo.* Ephes.4. Cum ergo irasci non liceat, multo magis homicidij crimen admittere. Et cum iracundia teneatur in futuro iudicio, quam putamus pœnam habiturum ipsius sceleris factorem.

TEXTVS.

QVI AVTEM dixerit fratri suo Racha.

Chromatius in 5. capit. Matth.

ITA docet nos Dominus per omnia esse perfectos, vt ne leuibus quidem, vel vanis sermonibus futuro iudicio rei teneamur. Vetat nanq; dici fratri Racha, id est, vacue & inanis, non enim debet dici vaccus & inanis, qui fide & Spiritu sancto plenus est. Neque enim debet frater fatuus appellari, qui credendo in Christo Diuinæ sapientiæ gratiam consecutus est. Vnde & cum per Salomonem Spiritus sanctus de viro Euangelico loqueretur, ita testatus est dicens: *Beatus qui non est lapsus verbo oris sui, & non est stimulatus tristitia delicti.* Eccles.14. Et id circo alio loco idem Salomon ait: *Fac ori tuo seras, & linguæ tuæ & verbis tuis fac stateram.* Eccles.28. Et iterum: *In disciplinatæ loquelæ non ad sueſcat os tuum, est enim in illa tristitia delicti.* Eccles.23. Inde & Dauid ait: *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstatiæ labijs meis.* Psalm.140. Et iterum in alio Psalmo *dixit Domine custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.* Psalm.38. Quia vt Salomon ait: *Labia imprudentum stulta narrabunt & statera appenditur verbum prudentis.* Eccles.21. Et ideo Dominus in Euangelio etiam pro ocioso sermone rationem nos reddituros esse testatus est. Hinc & Apostolus ita hortatur dicens. *Omnis sermo malus ex ore vestro non exeat,*

Epheſſ.4. *exeat, niſi qui bonus eſt ad ædificationẽ fidei:* Et iterum: *Sermo veſter ſit ſemper in gratiæ ſale conditus, vt ſciatis quo modo oporteat vos vnicuique reſpondere.* Ob quam rem in omnibus cautos nos eſſe conuenit, neper familiaritatem inutilium verborum damnum ſaluti acquiramus.

Colloſ.4.

Tertullianus lib. de oratione.

NEPRIVS aſcendamus ad Dei altare quam ſi quid diſcordiæ vel offenſę cum fatribus contraxerimus, reſoluamus. Quid eſt enim ad pacem Dei accedere ſine pace? Ad remiſsionem debitorum cum retentione? Quomodo placabit Patrem iratus in fratrem, cum omnis ira ab initio interdicta ſit nobis? Nam & Ioſeph. dimittens fratres ſuos ad perducẽdum Patrem, & ne inquit, iraſcamini invia, nos ſcilicet monuit. Aliàs enim via cognominatur diſciplina noſtra. Tum ne in via orationis conſtituti ad Patrem cum ira incedamus. Exinde apertè Dominus amplians legem, iram in fratrem homicidio ſuperponit, ne verbo quidem malo permittit expungi etiam ſi iraſcendum eſt, nõ vltra Solis receptũ vt Apoſtolus admonet. Quam autem temerarium eſt aut diem ſine oratione tranſigere dum ceſſas fratri ſatisfacere aut orationem, perſeuerante iracundia perdere.

Geneſ.45.

1.Theſſ.5.

Chromatius in 5. capit. Matthei.

QVANTI habeat Dominus fraternam dilectionẽ, ex hoc ipſo cognoſcimus, cũ oblatũ Deo munus oſtendit accepte non offeri, ni prius oblator muneris fratri ſuo iracundia depoſita, reconcilietur. Inuenimus denique offerẽtis Cain munera idcirco à Deo repudiata, quia charitatis iura nõ ſeruãs aduerſus fratrem, iram animo retinebat. Vnde non immerito Dominus in Euangelio multis locis, charitatis fraternæ dilectionem præcipue cuſtodiendam eſſe inſinuat, dicendo: *Mandatum nouum do vobis, vt dilectionem habeatis ad alterutrum.* Et iterum: *In hoc cognoſcent omnes, quia Diſcipuli mei eſtis, ſi charitatem ad alterutrum habueritis.* Non immerito etiam per Zachariam Prophetam: *Ita Dominus loquitur: Iudicium iuſtum & pacifícũ iudicate, & nolite retinere malitiã fratris veſtri in cordibus veſtris.* Per Dauid quoque ſimiliter teſtatur: *Deſine ab ira, & derelinque indignationẽ.* Pari modo etiã per Salomonẽ Spiritus ſanctus loquitur, dicẽs: *Homo homini reſeruãs irã, & à Deo quæris medelam?* Ipſe in hominẽ ſimilẽ tibi non habes miſericordiam, & Deũ exoras pro peccatis? Et ipſe cum ſis caro retines iram, & propitiationem petis à Deo? Et quis orabit pro delictis tuis? Et ſuperadidit, dicens, Memento nouiſsima, & deſine inimicari. Vnde & Sanctus Dauid, Euangelici præcepti per Spiritum ſanctum non ignarus, de ſe ita teſtatus eſt, dicens: *Si iniquitatem, inquit, conſpexi in corde meo non exaudiet Dominus.* Quid enim tam gratum Deo, tam neceſſarium noſtræ ſaluti, quã quod Dominus præcipit, iram non retinere, pacifico animo ac ſimplici conſcientia Deo munus offerre, ſicut obtulit primus Abel? & ideò munera ipſi? ſuſcepta ſunt à Deo, Cain reprobata, quia Abel pura ac ſimplicimẽte munera Domino offerebat Cain vero irã aduerſus fratrẽ tenebat in corde. Quapropter ſi volumus munera noſtra Deo placere, excludere iracundiam de corde debemus, interficere malitiam contra fratrem ſuſceptam,

Ioan.13.

Zach.7.

Ioan.13.

Pſalm.36.

Eccleſ.28.

Pſalm.65.

tenere vero pacem fraternam, seruare charitatem, diligere vnanimitatem, custodire concordiam, vt placare Dominũ mereamur, qui est benedictus in seecula.

Hieronimus in Matth. libr. 1. capit. 5.

OMNIS qui irascitur fratri suo, &c. In quibusdam codicibus additur, sine causa: cæterum in veris definita sententia est, & ira penitus tollitur, dicente scriptura: *Qui irascitur fratri suo.* Si enim iubemur verberanti alteram præbere maxillã, & inimicos nostros amare, & orare pro persequẽtibus, omnis iræ occasio tollitur. Iacob. 1. Radendum est ergo, sine causa: *Quia ira viri iustitiam Dei nõ operatur. Qui autem dixerit fratri suo racha, &c.* Hoc verbũ proprie Hebræorum est, racha enim dixit idest, inanis aut vacuus; quẽ nos possumus vulgata iniuria absque cerebro nuncupare. Si pro ocioso sermone reddituri sumus rationem, quãto magis de contumelia? Sed & signanter additur: *Qui dixerit fratri suo racha.* Frater noster enim nullus est, nisi qui eũdẽ nobiscum habet Patrem. Cum ergo similiter credat in Deũ, & Christum Dei nouerit sapientiam; qua ratione stultitiæ elogio denotari potest? *Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ.*) Ignis ex superioribus subauditur: qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ: qui enim æque in Deum credenti dicit fatue, impius est in religione.

Theophylactus in Matth. capit. 5.

HOC à certo quodam esse dictum non dicit. Si enim dixisset, quod Pater meus dixerit priscis, ego autem dico vobis: videri posset diuersam à Patre legẽ ponere. Iterum autem, si dixisset, ego dixi priscis, ægre acceptus fuisset sermo, indissinite igitur dixit. *Dictum est antiquis,* quoniam autem vetera nunc antiquata sunt, & ferme abolita: oportet omissis illis currere ad noua. *Ego autem dico: qui irascitur fratri suo temere, ob noxius erit iudicio.*) Prophetæ dicturi futura dicebant, hæc dicit Dominus: Christus autem. Ego dico, ostendens diuinam substantiam: Illi enim serui erant, ipse autem filius, omnia quæ sunt Patris in se possidens. Qui irascitur fratri suo temere, ille condemnatur: Si autem quis irascitur ratione iusta motus, & vt alium erudiat, & spirituali zelo, non condemnabitur. Vnde & Paulus verba iræ loquutus est ad Elymam magum, & ad Pontificem: non temere quidem, sed zelo. Tunc autem temere irascimur, quando propter opes vel gloriam. Quicũque vero dixerit fratri suo racha, obnoxius erit Concilio.) Concilium vocat Hæbreorum trinal Racha autem significat idem quod, tu; vt quum ad aliquem contemptum à nobis dicimus abi tu. Volens igitur nos & de paruis solicitos esse, & mutuo venerari, admonet horum. Quidam dicũt Racha Siriace, & indignatiuum & respuitiuum quidam signare. Quisquis igitur iniuria affecerit fratrem suum, contumelia inuadens, obnoxius erit Concilio Sãctorum Apostolorum, quando sedebunt: *Iudicantes duodecim tribus Israel.* Quicumque autẽ dixerit, stulte; reus erit gehennæ incendio.) Multi hoc graue & durum esse putant, non est autem. Nam qui fratrem suum ratione & prudentia priuat, facitque vt anulla differat bestia,

Ira iusta.

Racha.

beſtia, quomodo non dignus gehenna? Etenim qui ſchommatis & contumelijs perſequitur, charitatem deſtruit: qua deſtructa, ſimul omnes tolluntur virtutes, ſicut omnes conſeruantur ea ſalua. Diſſoluit igitur omnes virtutes, qui contumelia proximum afficit, dū charitatem dilacerat: & proinde ignis incendio dignus fuerit.

Hilarius in Matthæum, Canone. 4.

PVlcherrimo ingreſſu opus legis cæpit excedere, vt non diſſolueret eam. Sed profectu potiore præcelleret aditum Apoſtolis in cælum, niſi iuſtitiam Phariſæorū æquitate anteiſſent, denuntiās nō futurum. Propoſitis igitur his quæ in lege præſcripta ſunt, profectu ea non abolitione tranſgreditur. Lex vetuit occidere, reatū homicidij ſæueritate iudicij expiatura, ſed male in alterū commotę mentis affectio idem in Euangelijs habet pœnæ, & ex prȩcepto fidei nō minus rea ira eſt ſine ratione ſuſcepta, quam in operibus legis homicidium. *Et qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio.*) Racha vacuitatis opprobrium eſt, & qui Sancto Spiritu plenum conuicio vacuitatis inſimulet, fit reus concilio Sanctorum, contumeliam Spiritus ſancti Sanctorum iudicium animaduerſione luiturus. *Qui autem fatuum dixerit, reus erit gehennæ ignis.*) Piaculi magni periculum eſt, quem ſalem Deus nuncupauerit, eum contumelia infatuati ſenſus laceſſere, & ſtultorum intelligentiam ſalientem, ſtultæ intelligentię exaſperare maledicto. Iſtiuſmodi igitur æterni ignis erit pabulum. Ita quicquid lex in ipſis quidem operibus damnauit, Euangeliorum fides pro contu-

A melioſa tantum verborum facilitate cōdemnat. Mutua igitur vniuerſos charitate deuinciēs, nullā impacificę orationis fieri pacē patitur, ſed altario munera offerentes, ſi recordētur habere ſe cū fratribus aliquid ſimultatum, recōciliata humana pace, reuerti indiuinam pacē iubet, in Dei charitatē de charitate hominū tranſituros. Et quia nullū tempus vacuum affectu placabilitatis eſſe permittit,

B cito in omni vitæ noſtræ via recō ciliari nos aduerſario benignitate prȩcepit, ne in reditu gratię moroſi in mortis tēpus non inita pace veniamus, noſq; aduerſarius iudici tradat, & iudex miniſtro, & in carcerē mittamur, & non exeamus inde, donec reddamus nouiſſimum quadrantem. In præceptis Dominicæ orationis remitte nobis peccata noſtra oram⁹ exēplo, & data aduerſarijs conditione ve

C niæ, ipſi veniam deprecamur. Hęc itaque negabitur nobis, ſi alijs negetur à nobis, noſtroque ipſi iudicio rei ſumus, ſi in iudicij tempus nō remiſsis ſimultatibus tranſeamus, aduerſario tradente nos iudici, quia manens in eum ſimultatis noſtræ ira nos arguit. Et quia charitas plurimum peccatorū tegit, & errorum noſtrorum ambitioſa ad Deum patrona eſt, nouiſsimū pœnæ quadrantem ſoluemus, niſi precio ipſius aliquātorum criminum culpa redimatur. Quid autē apluribus in hoc capite ſenſum ſit, nō

D putaui eſſe tractādum. Hoc enim q aduerſario reconciliari beneuolentia iubemur, ad corporis & Spriritus aduerſantium ſibi concordiam alias retulerunt retulerit, ſed nos ordinem doctrinæ tenentes, opus legis Euangelicis profectibus excedentes, non putauimus intelligentiæ continuationem oportere conuelli.

Hilarius in Pſalm.58.

ERipe me de inimicis meis Domine, & ab inſurgẽtib⁹ in me libera me Eripe me de operãtibus iniquitatẽ, & de viris ſanginum libera me.) Vitiorum humanorum cauſas profectuſque complexus eſt, vt vnde orta eſt,& quo euaderet impietas noſceremus. Et id circo iras & ſimultates & inimicitias Euangelium compreſsit, cum irafci ſine cauſa fratri reatus gehennæ ſit,& oblatio muneris, niſi poſt reconciliationem non conceſſa ſit ſimultatis, & inimicos non ſolum diligendos, ſed & pro his orandum eſſe decernit, quia ex his ad virum ſanguinum peruenitur, nam primum inimici ſunt, dehinc inſurgunt in eum cuius inimici ſunt. Inſurgentes autem iniquitatis operarij ſunt, poſtremo iniquitatis operarij vſque ad viros ſanginum profecerunt. Viros autem ſanguinum nõ ſolum admiſſa cæde, ſed & cogitata conſumunt.

Auguſt.de doctri.Chriſt.lib. 2.capit.11.

Græcam linguam & Hebræam neceſſariã eſſe ad cognitionem literarũ ſacrarum.

COntra ignota ſigna propria, magnũ remediũ eſt linguarũ cognitio. Et Latinæ quidẽ linguæ homines, quos nunc inſtituẽdos ſuſcepimus,& duabus alijs ad ſcripturarũ diuinarũ cognitio nẽ habẽt opus, Hebræa ſcilicet & Greca, vt ad exẽplaria prẽcedẽtia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit latinorum interpretũ infinita varietas, quamquam & Hebræa verba non interpretata ſæpe inueniamus in libris, ſicut amen, alleluia, & racha,& oſanna, & ſi qua ſunt alia. Quorum partim propter ſanctiorẽ authoritatẽ, quamuis interpretari potuiſſent, ſeruata eſt antiquitas, ſicut eſt amen & alleluia, partim vero in aliam linguam transferri nõ potuiſſe dicuntur, ſicut alia duo quæ poſuimus: ſunt enim quædam verba certarũ linguarũ, quæ in vſum alterius linguę per interpretationẽ trãſire nõ poſſũt,& hoc maxime interiectionib⁹ accidit, quæ verba potius motũ animi ſignificant, quã ſentẽtię conceptæ vllã particulã. Nã & hęc duo talia eſſe perhibẽtur. Dicunt enim racha indignantis eſſe vocẽ, oſanna lętantis. Sed non propter hæc pauca quæ notare atq; interrogare facillimum eſt, ſed propter diuerſitates, vt dictũ eſt, interpretũ, illarum linguarũ eſt cognitio neceſſaria, qui enim ſcripturas ex Hebræa lingua in Græcã verterũt linguã, numerari poſſunt, Latini autẽ interpretes nullomodo. Vt enim cuique primis fidei temporibus in man⁹ venit codex Grẽcus,& aliquantulum facultatis ſibimet vtriuſq; linguę habere videbatur, auſus eſt interpretari.

Auguſt.de ſermone Domini in monte, lib.1.

DICO enim vobis, quia niſi abũdauerit iuſtitia veſtra pluſquã ſcribaru & Phariſæorum, non intrabitis in regũ cælorum: ideſt, niſi non ſolũ illa minima legis prẽcepta impleueritis quę inchoant hominẽ, ſed etiã iſta quæ à me adduntur, qui nõ veni ſoluere legẽ, ſed implere, nõ intrabitis in regnũ cælorum. Sed dicis mihi, ſi de illis mandatis minimis cũ ſuperius loqueretur dixit, minimũ vocari in regno cẽlorum quiſquis vnũ eorum ſoluerit, & ſecundũ ſuam ſolutionem docuerit: magnũ autẽ vocari quiſquis ea fecerit & ſi docuerit & ex eo iã in regno cẽlorũ futurũ eſſe, quia magnus eſt: quid opus eſt addi præceptis legis minimis, ſi iam in regno cælorum

rũ poteſt eſſe, quia magnus eſt quiſ quis ea fecerit & ſic docuerit? Qua propter ſic eſt accipienda illa ſentẽtia: *Qui autẽ fecerit & docuerit ſic, magnus vocabitur in regno cælorum*: id eſt, non ſecundũ illa minima, ſed ſecundũ ea quæ ego dicturus ſum. Quæ ſunt autem iſta? *(Vt abundet iuſtitia, inquit veſtra ſuper ſcribarum & phariſæorum: quia niſi abundauerit iuſtitia, non intrabitis in regnum cælorum.* Ergo qui ſoluerit illa minima, & ſic docuerit, minus vocabitur: qui autẽ fecerit illa minima & ſic docuerit, non iam magnus habendus eſt & idoneus regno cęlorum, ſed tamen non tam minimus quã ille qui ſoluit. Vt autẽ ſit magnus atque illi regno aptus, facere debet & docere, ſicut Chriſtus nunc docet: id eſt, vt abundet iuſtitia eius ſuper ſcribarum & Phariſęorum. Iuſtitia Phariſęorum eſt, vt non occidant: Iuſtitia eorũ qui intraturi ſunt in regno cælorum, vt non iraſcantur ſine cauſa: Minimum eſt ergo non occidere, & qui illud ſoluerit, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem illud impleuerit, vt non occidat, non continuò magnus erit & idoneus in regno cælorũ: ſed tamen aſcendit aliquem gradum, perficietur autem ſi nec iraſcitur ſine cauſa. Quod ſi perfecerit, multo remotior erit ab homicidio; qua propter qui docet vt non iraſcamur, non ſoluit legem ne occidamus, ſed implet potius, vt & foris dũ non occidimus, & in corde dũ non iraſcimur, innocentiam cuſtodiamus. Audiſtis ergo, inquit, *quia dictum eſt antiquis, non occides? Qui autem occiderit iudicio reus erit. Ego autẽ dico vobis quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Quid interſt inter reum iudicio & reum concilio, & reum gehennæ ignis? Nam poſtremum grauiſsimum ſonat, & admonet gradus quoſdam factos à leuioribꝰ ad grauiora, donec ad gehennam ignis veniretur. Et ideò ſi leuius eſt reum eſſe iudicio quàm reum eſſe concilio, ita leuius eſt reum eſſe concilio, quàm eſſe reum gehennæ ignis, oportet leuius eſſe intelligatur iraſci ſine cauſa fratri, quàm dicere Racha, & rurſus leuius eſſe dicere Racha quam dicere fatue. Non enim reatus ipſe haberet gradus, niſi gradatim etiam peccata commemorarentur. Vnum autem hic verbum obſcurum poſitum eſt, quia nec Græcum nec Latinum eſt, Racha, cætera vero in ſermone noſtro vſitata ſunt. Non nulli autẽ de Græco trahere voluerunt interpretationem huius vocis, putantes pannoſum dici Racha, quoniam Græce dicitur pannus. Aquibus tamen cum queritur quid dicatur Græce pannoſus, nõ reſpondent Racha: ſed deinde non poſſet Latinus interpres vbi poſſuit Racha, pannoſum ponere, nec vti verbo quod & in Latina lingua nullum ſit, & in Græca inuſitatum. Probabilius eſt ergo quod audiui à quodam Hebræo, cum interrogaſſem: dixit enim vocem non ſignificantem aliquid, ſed indignantis animi motum exprimentem. Has interiectiones Grammatici vocant, particulas orationis ſignificantes commoti animi affectum, velut cum dicitur à dolente heu: ab iraſcente, hem. Quæ voces quarum linguarũ ſunt propriæ; nec in aliam linguam facile trãsferuntur. Quæ cauſa vtique coegit tam Græcum interpretem quam Latinum vocem ipſam ponere, cum quomodo eam interpretaretur non inueniret. Gradus

Exod. 20.

Racha quid?

Tres gradus iræ.

itaque ſunt in iſtis peccatis, vt primo quiſque iraſcatur, & eum motũ retineat corde cõceptum. Iam ſi extorſexit vocem indignantis ipſa commotio, nõ ſignificantem aliquid, ſed illũ animi motum ipſa eruptione teſtantem, qua feriatur ille cui iraſcitur, plus eſt vtiq; quã ſi ſurgens ira ſilentio premeretur. Sin vero non ſolũ vox indignãtis audiatur, ſed etiam verbum quod iã certã eius vituperationẽ in quẽ profertur deſignet & notet, quis dubitet amplius hoc eſſe quã ſi ſolus indignationis ſonus ederetur? Itaq; in primo vnũ eſt, id eſt ira ſola: in ſecundo duo, & ira, & vox quę irã ſignificat: in tertio tria, & ira & vox quæ irã ſignificat, & in voce ipſa certe vituperationis expreſſio. Vide nũc etiã tres reatus, iudicij, cõcilij, & gehennę ignis. Nam in iudicio adhuc defenſioni datur locus. In concilio autẽ quãquàm & iudiciũ eſſe ſoleat, tamen quia intereſſe aliquid hoc loco fateri cogit ipſa diſtinctio, videtur ad concilium pertinere ſententiæ prolatio: quando non iam cũ ipſo reo agitur, vtrum damnandus ſit, ſed inter ſe qui iudicant conferũt quo ſupplicio damnari oporteat quẽ conſtat eſſe damnandũ. Gehenna vero ignis, nec damnationẽ habet dubiã ſicut iudiciũ, nec damnati pœnã, ſicut concilium: in gehenna vero ignis certa eſt & dãnatio & pœna damnati. Videntur ergo aliqui gradus in peccatis & in reatu, ſed quibus modis inuiſibiliter exhibeãtur meritis animarũ, quis poteſt dicere? Audiẽdũ eſt itaque quantũ interſit inter iuſtiam Phariſæorũ, & iuſtitiam maiorem quæ in regnũ cęlorum introducit. Quòd cũ ſit grauius occidere quã verbo irrogare conuitium, ibi occiſio reũ facit iudicio, hic autẽ ira facit reum iudicio, quod trium illorũ peccatorũ leuiſsimũ eſt: quia illic quęſtionẽ homicidij inter homines agitabant: hic autẽ omnia diuino iudicio dimittuntur, vbi finis damnatorũ eſt gehennæ ignis. Quiſquis autem dixerit quod grauiore ſupplicio in maiore iuſtitia punitur homicidium, ſi gehenna ignis punitur conuitiũ, cogit intelligi eſſe differẽtias gehennarũ. Sane in tribus iſtis ſententijs ſub auditio verborum intuẽda eſt. Habet enim prima ſententia omnia verba neceſſaria, vt nihil ſubaudiatur. *Qui iraſcitur*, inquit, *fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio.* In ſecunda vero cum ait, qui autẽ dixerit fratri ſuo Racha, ſubauditur, ſine cauſa, & ita iungitur, reus erit concilio. Iam in tertia vbi ait, qui autẽ dixererit fatue, duo ſubaudiuntur, & fratri ſuo, & ſine cauſa. Hoc eſt vnde defenditur quod Apoſtolus Galatas vocat ſtultos, quos etiam fratres nominat, nõ enim id fecit ſine cauſa. Ideò autẽ hic frater ſubaudiẽdus eſt, quia de inimico poſtea dicitur, quomodo etiam ipſe tractandus ſit maiore iuſtitia.

Auguſtinus Tractat. in Ioa. 51. excapit. 12.

VOX autẽ obſecrãtis, eſt Oſanna, ſicut nonnulli dicunt qui Hebræã linguã nouerunt, magis affectum indicans, quã rem aliquã ſignificãs, ſicut ſunt in lingua Latina, quas interiectiones vocãt: velut cũ dolẽtes dicim⁹ heu: vel cũ deletamur, vah dicimus: vel cũ miramur dicimus, ô rem magnã: tũc enim nihil ſignificat, niſi mirãtis affectũ. Quod ideò credẽdũ eſt ita eſſe, quia neq; Græcus neq; Latin⁹ hoc interpretari potuit ſicut illud, *Qui dixerit fratri ſuo Racha*, nãq; hæc interiectio eſſe perhibetur, affectũ indignantis oſtendens.

Saluianus,

Saluianus lib. 3.

Dei præcepta vel minima neminem obſeruare.

PAuciſsimis ſaltem præceptis Dei quis obſequatur interrogo, nec illa dico quæ ita multi refugiunt, vt pene execrentur: tantum apud nos honor & reuerentia Dei proficit, vt quæ in deuotione non facimus, etiam odio dignaſſe dicamus. Denique hoc quod Saluator cogitare nos de craſtino prohibuit, quis audire dignatur? Quod contentos ſingulis tunicis iubet eſſe, quis recipit? Quod ambulare excalceatos præcipit, quis non modo faciendum, ſed vel ferē dum arbitratur? Itaque & ego iſta

Matth. 10. prætereo. In hoc enim fides per quā confidimus recidit, vt quę Dominus nobis ſalutaria eſſe voluit, nos ſuperflua iudicemus. *Diligite* inquit Saluator, *inimicos veſtros, beneface his qui vos oderūt, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.* Quis hæc omnia facit, quis pro inimicis ſuis orat, iſtaq; quę Deus iuſſit, nō dico votis, ſed verbis ſaltē agere dignatur? Aut etiā ſiquis ſe cogit vt faciat, faciat tamē ore, non mēte. Prēſtat quidē vocis officiū, ſed animi non mutat affectum: ac per hoc etiā ſi pro aduerſario ſuo orare ſe cogit, loquitur, non precatur. Lōgum eſt de ſingulis dicere, ſed adhuc tamē aliquid addam, vt intelligamus nos non modo non omnibus Dei obtēperare verbis, ſed nullis pene illius obedire mandatis. Et ideò Apoſtolus clamat:

Gal. 1. 6. *Nam qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cū nihil ſit, ſe ipſum ſeducit.* Hoc enim ad crimina noſtra addimus, vt cum in omnibus rei ſimus, etiā bonos & Sanctos eſſe credamus, ac ſi in nobis cumulentur iniquitatis offenſæ, etiā præſumptione iuſtitiæ,

1. Ioan. 3. *Qui odit*, inquit Apoſtolus, *fratrem ſuum, homicida eſt.* Intelligere ergo poſſumus multos eſſe homicidas

A qui ſe innoxios putant, quia vt videmus homicidium non ſola tantummodo occidentis manu, ſed etiam odiētis animo perpetratur. Vnde eſt quod Saluator mandati huius normam cenſura adhuc ſęueriore cummulauit, dicens: *Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio.* Ira mater eſt odij. Et ideò Saluator excludere iram voluit, ne ex ira odium naſceretur. Si ergo non ſolū odiū, ſed etiā ira nos

B videri iudicio reos faciet, euidenter agnoſcimus, quòd ſicut nullus omnino eſt immunis ab iracūdia, ſic nullus omnino immunis eſſe poterit à reatu. Proſequitur autem Dominus, quaſi fibras præcepti iſtius, & omnes penitus frutices ac ramuſculos ſecans, ait: *Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Qui dixerit fratri ſuo, Racha, reus erit concilio.* Racha quod genus ſit contumeliæ multi neſciunt: fatuitas autem quam iniurioſe obijciatur, optime

C norunt. Et ideò ſcientia ſua potius homines quam ignorātia vtē tes, malunt reatus ſuos per id conuitium quod ſciunt, diuinis ignibus: quam per id quod neſciūt, humanis cōcilijs experiri. Quæ cum ita ſunt, & cum hæc omnia quæ iubentur à Domino, non modo à nobis omnino non fiant, ſed pene in diuerſum omnia fiant, quādo maiora illa faciemus? *Qui enim*, inquit Saluator, *non renuntiauerit omnibus*

D *quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe Diſcipulus, & qui non tulerit crucem ſuam, & ſecutus me fuerit, non eſt me dignus.* Et qui ſe Chriſtianū dicit, debet, *quemadmodum Chriſtus ambulauit, ſic & ipſe ambulare*: quæ non modo illos, qui voluptates & pompas ſeculi ſequuntur, ſed ne illos quidem implere certum eſt, qui ſecularis amoris ius derelinquunt. Nam & qui renuntiare diuitijs videntur, non ſic renunciant, vt penitus re-

Racha conuitium.

Lucæ 14. *1. Ioan. 2.*

Crucem portare.

nunciaſſe videãtur. Et qui putantur crucem portare, ſic portant, vt plus habeant in cruce dignitatis, quam in paſsione ſupplicij. Et omnes tamen iſti, etiam ſi aliquid horũ bona fide implerẽt, illud abſq; dubio nullus efficeret, vt per vitã vitę iſtius ſic incederet, ſicut Saluator inceſsit. *Qui ſe enim*, inquit Apoſtolus, *dixit in Chriſto manere, debet quemadmodum Chriſtus ambulauit ſic & ipſe ambulare.*

Irenæus aduerſus Hæreſes, lib. 2. cap. 57.

APVD Dominum non ſolum qui mæchatur expellitur, ſed & qui męchari vult, & non ſolũ qui occidit reus erit occiſionis ad damnationẽ, ſed & qui iraſcitur ſine cauſa fratri ſuo: qui & non ſolũ non odire homines, ſed & inimicos diligere iuſsit, & nõ ſolũ nõ periurare, ſed nec iurare præcepit; & nõ ſolũ male loqui de proximis, ſed ne quidẽ Racha & fatuum dicere aliquẽ: ſi quo minus, reos eſſe huiuſmodi in ignem gehennæ: & non tantũ non percutere, ſed & ipſos percuſſos etiam alterã præſtare maxillã: & non ſolum nõ abnegẽtur quæ ſunt aliena, ſed etiã ſi ſua auferantur illis non expoſtulare: & non ſolũ non lædere proximos, neq; facere quid eis malũ, ſed & eos qui male tractentur magnanimes eſſe, & benignitatẽ exercere erga eos, & orare pro eis, vti pœnitentiã agẽtes ſaluari poſſint, in nullo imitãtes nos reliquorum contumeliam, & libidinem, & ſuperbiam.

(?)

A *Chryſoſt. in poſter. expoſ. in Math. homil. 11. ex cap. 5.*

SCribarum & Phariſæorum iuſtitiæ ſunt mandata Moſi: impletiones autẽ mandatorum illorũ, ſunt mandata Chriſti. Hoc eſt ergo quod dicit, niſi quis ſupra legis mãdata, & hæc mea præcepta quæ apud illos minima exiſtimabãtur, impleuerit, non intrabit in regnũ cælorũ: quoniã illa, ſicut dixim⁹, de pœna quidẽ liberant, quę
B ſcilicet trãſgreſsionibus legis debetur, non autẽ introducũt in regnũ: hęc autẽ & de pœna liberant, & in regnũ introducunt. Cum autẽ ſit id ipſum ſoluere minima hęc mãdata, & non cuſtodire, quare ſupra quidẽ de ſoluente dicit. *Qui ſoluerit vnum de minimis iſtis, minimus vocabitur in regno Dei.* Oſtẽdens eũ, & ſi minimum eſſe, tamẽ in regno eſſe: hic autem de non conſeruante dicit. Niſi abundauerit iuſtitia
C hominis Chriſtiani pluſquã ſcribarum & Phariſęorum, non intrabit in regnum cęlorum. Qui enim non intrabit in regnũ cælorũ extra regum erit. Sed vide, quia minimũ eſſe in regno, id ipſum eſt & nõ intrare in regnũ. Eſſe enim aliquẽ in regno nõ eſt & regnare cũ Chriſto, ſed eſſe tãtum in populo Chriſti. Tãquã ſi dicat: Qui ſoluerit & docuerit ſic, inter Chriſtianos quidẽ erit, tamẽ minim⁹ Chri
D ſtianus, vel cũ minimis Chriſtianis. Qui autem intrat in regnum, fit particeps regni cum Chriſto, ſicut & alibi dicitur bono ſeruo: *Intra in gaudium Domini tui*, hoc eſt, ſimul vt gaudeas cũ Domino tuo. Conſequenter & iſte qui non intrat in regnum cælorum, gloriam quidem regni cælorum non habebit cũ Chriſto, erit tamẽ in regno cęlorum, id eſt, in numero eorum, ſuper quos Chriſtus cęlorum Rex regnat.

regnat. Nunc iam incipit oſtende re, & docere quę ſunt minima iſta, quarum ſolutionem prædixerat eſſe periculoſam. (*Scitis*, inquit, *quia dictum eſt antiquis, nō occides: ego autē dico, ſi quis iratus fuerit fratri ſuo ſine cauſa reus erit iudicio.*) Hæc impletio legis ſecundum modum viuendi ſecunda facta eſt. Faciens enim hæc Chriſtus, & docens, impleuit legē, non ſoluit. Non enim eſt Chriſti mādatum contrarium legi, ſed latius quam lex, mandatum Chriſti legem in ſe tenet incluſam, lex autem non tenet Chriſti mandatum. Qui ergo implet Chriſti mandata, tacite in eis implet & legis. Nam qui non iraſcitur, multo magis nec occidit: qui autem implet legis mādatum, non omninō implet & Chriſti. Frequenter enim & homo nō quidem occidit propter timorē vindictæ, tamen iraſcitur. Vides ergo, quia lex impleta eſt per gratiā, non ſublata? Deinde ſine mandatis his Chriſti nec poſſunt ſtare legis mandata. Nam ſi concedatur licentia iraſcendi, datur & cauſa homicidij faciendi. Ex ira enim homicidium generatur. Tolle autem iram & homicidium non fit, omnis enim qui iraſcitur ſine cauſa, quantum ad voluntatem ſuam homicidium facit, etiam ſi non facit propter metum. Ideo dolor quidem non eſt talis, quemadmodum ſi factum fuiſſet, peccatum autem tale eſt iraſcentis; ideo Ioānes in Canonica Epiſtola ſua dicit: *Qui odit fratrem ſuum ſine cauſa, homicida eſt.* 1. Ioan. 3. Vide ſapientiam Chriſti. Volens oſtendere, quia ipſe eſt Deus, qui aliquando locutus eſt in lege, & qui nunc mandat in gratia, illud mandatum, quod ante omnia mandata poſuit in lege, illud ipſum mandatum poſuit, & nunc in principio mandatorum ſuorum. Imprimis ſcriptum eſt in lege, non occides. Ideò hic ſtatim ab homicidio cæpit, vt per concordiam mandatorum, ipſe inueniatur dictator fuiſſe legis, & gratiæ. *Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio.*) Ergo qui cum cauſa iraſcitur non erit reus? Nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina cōpeſcuntur. Iuſta ergo, ira, mater eſt diſciplinæ. Itaquè non ſolum peccant, qui cum cauſa iraſcuntur: ſed è contra, niſi irati fuerint peccant: quia patientia irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit: & non ſolum malos, ſed etiam bonos inuitat ad malum: quia malus quidem, quanuis increptus fuerit, non emendatur: bonus autem niſi correptus fuerit, perit: quia in corde magis prę-ualet malum quam bonum. Iracundia, quæ cum cauſa, non eſt ira cundia, ſed iudicium. Iracundia enim proprie intelligitur commotio paſsionis. Qui autem cum cauſa iraſcitur, ira illius iam non expaſsione eſt, ſed ex cauſa. Ideò iudicare dicitur, non iraſci. Puto autem, quod non de iracundia carnis loquitur Chriſtus ſed de ſpiritu. Nec ad carnem loquitur, ſed ad animā: ſicut & in ſequentibus oſtendemus. Scit enim Dominus, quia & ſi mādauerit carni, caro ei non obaudiet. Nec enim eſt poſſibile vt caro nō conturbetur: *Quia ſapientia carnis inimica eſt in Deum. Legi enim Dei nō eſt ſubiecta.* Nec enim poteſt (dicente Iob.) *Homo natus de muliere, plenus* iracundia, non iraſci. Quando ergò homo iraſcitur, & non vult facere quod ira compellit, caro eius irata eſt, animus autem eius non eſt iratus. Ergò multi ſunt quorum caro iraſcitur, anima autem non iraſcitur. Item multi ſunt, quorum caro non iraſcitur,

citur, anima autem eorum iraſcitur: id eſt, qui videntur patientes & taciti, & occulte cogitant malum, & ſemper quærunt oportunitatem nocendi. (*Si quis dixerit fratri ſuo Racha ſine cauſa reus erit concilio:*) Id eſt, vt ſit vnus ex concilio eorum, qui fuerunt aduerſus Chriſtum, ſicut Apoſtoli in Canonicis ſuis interpretantur. *Si quis autem dixerit fatue, reus erit gehennæ.*) Racha quidem dicitur Hebraice vacuus, quanuis quantum ad ſenſum verbi, vnum eſt dicere fatue & Racha. Nam qui vacuus eſt, ille fatuus eſt: & qui fatuus eſt, ſine dubio vacuus eſt, & vtriuſque verbi vna videtur eſſe iniuria. Nam ſicut indigna res eſt illi dicere fatue, qui habet in ſe ſapientiam ſpiritualem, in agnitione Dei Patris & Chriſti: ſic indigna res eſt, dicere hominem vacuum, qui habet in ſe Spiritumſanctum. Nam nemo dicitur vacuus, qui habet in ſe Spiritumſanctum. Et nemo fatuus, qui Chriſtum cognoſcit. Et quare illud quidem verbum, id eſt Racha, habet pœnam concilij, hoc autem verbum fatue, gehennæ? Nam ſi vnum peccatum eſt, vna debet eſſe & pœna amborum. Sed quantum ad dicentis propoſitum, differentiam iam habent hæc verba, & ſi quantum ad ſenſum ſimilia ſunt. Racha enim vulgare verbum erat apud Iudæos, quod non ex ira, neq; ex odio, ſed ex aliquo motu vano dicebant magis fiduciæ cauſa, quam iracundiæ. Nam vna quæque Prouintia habet in conſuetudine aliquod exprobratorium verbum, quod non rixæ cauſa, ſed familiaritatis gratia dicere ſolent ad eos, quorum fiduciam habent. Vt puta patronus ſuſcepto liberto ſuo, aut diues pauperi, aut vrbanus ruſtico, contemnens perſonam eius, magis quam inimicans. Sed forte dicis, ſi Racha iracundiæ cauſa non dicitur, quare peccatum eſt? Quia contemptionis cauſa dicitur, non ædificationis. Nam & ſi perſona illius tibi contemptibilis videbatur, tamen dignitas Chriſtianitatis illius contemptibilis non erat. Et ſi illum aſpicere non volebas, tamen Chriſtum, qui in eo eſt, aſpicere debuiſti. Deinde & alia ratione peccatum eſt dicere Racha, quia & ſi ille aliquid vanum audire merebatur, te tamen dicere vanum aliquid non oportebat, cum ſic ſcriptum eſt: *Amen dico vobis, pro omni verbo otioſo, quodcumque locuti fueritis, dabitis rationem.* Matth. 12. Quicquid non eſt lumen, tenebra eſt: ſic & quicquid bonum non eſt, malum eſt. Dicit Apoſtolus: *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat.* Ephe. 4. Et non dicit, ſi quis bonus tantummodo: ſed, ſi quis bonus ad ædificationem fidei. Si ergo nec bonum verbum ſine cauſa dicere debemus: niſi fuerit pro occaſione ædificationis, ne ipſum verbum bonum, dum ſine cauſa dicitur, inueniatur eſſe otioſum, & fiat malũ: quanto magis illud verbum dicere non debemus, quod à ſemetipſo naturaliter malũ eſt, & ad iniuriam pertinet audientis? Deinde, nunquid membrum oris noſtri, quod ad ædificationem aliorum creatum eſt, aut ad vſum corporis, aut ad gloriam Dei, trahimus illud ad vſum vanitatis? Omnis enim ſermo vanus qui dicitur, immundo ſpiritu dictante profertur. Vanum ergo ſermonem dicentes, non tantum ideo peccamus, quia per illum ſermonem aliquem lædimus. Sed quia damus locum in nobis immundis

mundis spiritibus, agendi quod volunt. Hoc sciens Salomon, dicebat ad Dominũ: *Duo postulo à te, ne auferas gratiam tuam à me priusquã moriar, & vanum verbum non exeat de ore meo.* Si enim vasa sanctificata ad priuatos vsus trãsferre peccatum est, & periculum: sicut docet nos Balthasar, qui bibens in calicibus sacratis, de regno depositus est, & de vita. Si ergo hæc vasa sanctificata ad priuatos vsus transferre sic periculosum est, in quibus nõ est verum corpus Christi, sed mysterium corporis Christi continetur: quanto magis vasa corporis nostri, quæ sibi Deus ad habitaculum præparauit, non debemus locum dare diabolo agẽdi in eis quod vult? (*Si quis autem dixerit fatue.*) In communi intelligẽdũ est vbique. (Sine causa.) Idest, qui iratus fuerit sine causa, qui Racha sine causa dixerit, qui fatue sine causa dixerit. Si autem cædere eum causa peccatum non est, quãto magis cum causa fatue dicere, non est peccatum? Nam & verbũ malum species est aliqua castigationis, & apud sapientem durius est quam flagellum. Quid enim si talis fuerit causa, vt non verbis, sed verberibus proferatur vindicta? Ecce enim & Apostolus dicit fatue. *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit?* Sed non peccauit, quia iusta causa fuit dicendi. Item ad discipulos in via Christus. *O stulti & tardi corde. Si ergo offers munus tuum ad altare.* (Quoniam superius dixerat, qui iratus fuerit fratri suo sine causa, qui autem dixerit fatue, illud consequenter subiungit.) *Si offers munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quod habet aliquid aduersum te frater tuus.* (Habet scilicet, si iratus ei fueris sine causa, si dixisti ei Racha, vel fatue sine causa. Si ergo ex his leuibus causis offenso fratre, & non placato, impossibile est Deo munꝰ offerri, & suscipi, quomodo ante conspectum Dei ingredientur, qui fratres suos conculcant, castigant, prædãtur, & alia multa in viduis & orphanis nefanda committunt? In primis scire debemus, quod quandiu fideles homines aliquam dissensionem habuerint in terse, Deus illis non potest esse amicus, munus eorum non suscipitur, oratio eorum non exauditur, vel si quid aliud bonũ fecerint, quia nemo inter duos inimicos potest esse fidelis amicus amborum. Vt puta, si de illo bene loqueris apud istum, displicet isti, & in suspitionem venis, quasi plus diligas illum, & si ad illum bene loqueris de isto displicet illi, & in suspitionem venis quasi plus diligas istum. Ideo & Deus non vult esse amicus fidelium, quandiu ipsi inter se fuerint inimici: quia si illi misericordiam fecerit, iste contristatur: & si non contristatur, quia nihil potest agere contra Deum, tamen non gaudet in beneficijs eius. Si autem aliquid poterat cõtra Deum, & irascceretur ad Deũ, quia misertus est inimici eius. Similiter & si isti misericordiam fecerit, ille cotristatur. Consydera qualem Deus habet conscientiam circa nos, & quomodo fidem seruat hominibus, quia nos perfecte diligit, ideo inimicis nostris non vult esse amicus. Vt puta, duo inimici estis fideles, ideo tibi nõ vult esse amicus, quia illi amicus est, & ideo illi nõ vult esse amicus, quia tibi amicus est. Ergo te diligens illi est inimicus, & illum diligens tibi est inimicus. Nunquid propter se Deus non suscipit munera nostra, sed propter nos ipsos? Alteri & aduersatur Deus, alteri conscientiã seruat, & dum ambos diligit, nulli vult esse amicus

Prouer. 30.

Galat. 30.
Lucæ. 24.

A B C D

Qui amat amicos Dei.

cus propter inimicitias amborũ. Ergo Deus fidem nobis seruãs inimicorum nostrorum amicum fieri non vult, & nos fidem Deo nõ seruamus, si inimicos eius diligimus, & amicos odimus. Qui enim amicus est in fideliũ, & inimicus fidelium, amicos Dei odit, & inimicos Dei amat. Si autem fidem Domino seruaremus sicut ille nobis, nunquàm infidelium amicitias coleremus, nunquàm nos in fideliũ matrimonio iungeremus.

Gregorius, lib. Moral. 21. in cap. 31. Iob. cap. 5.

SIC autem Dominus vniuscuiusque considerat vias, sic dinumerat gressus, vt ne minutissimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima, quæ apud nos vsu viluerũt, indiscussa remaneãt. Hinc enim dicit: *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit Concilio. Qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis:* Racha quippe in Hebræo eloquio vox indignantis est, quæ quidem animum irascentis ostendit, nec tamen plenum verbum iracũdiæ exprimit. Prius ergo ira reprehenditur sine voce, postmodũ vero ira cum voce, sed nec dũ pleno verbo formata, ad extremum quoque cùm dicitur fatue, ira redarguitur, quæ cum excessu vocis expletur etiam perfectione sermonis. Et notandum quòd in ira perhibet reum esse iudicio, in voce iræ quod est Racha reum concilio, in verbo vocis quod est fatue, reum gehennæ, ignis. Per gradus etenim culpæ creuit ordo sententiæ, quia in iudicio adhuc causa discutitur, in cõcilio autem iã causæ sententia definitur. In gehenna vero ignis ea quę de cõcilio egre

Quod districte Dominus dinumerat gressus vnius cuiusque.

A ditur sententia expletur. Quia igitur humanorum actuũ Dominus subtili examine gressus enumerat, ira sine voce iudicio, ira in voce concilio, ira vero in voce atque sermone gehennę ignibus mãcipatur. Hanc subtilitatem consi- *Hierem. 32.*
derationis eius prophęta aspexerat, cùm dicebat: *Fortissime, magne, potens exercituum nomen tibi, magnus consilio, incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes vias*
B *filiorum Adam, vt reddas vnicuique secũdum vias suas, & secundum fructum adinuentionum manuum eius.* Sic eas dem vias Dominus subtili examinatione considerat, vt in vnoquoque nostrum nec ea quæ remuneret bona prætereat, nec mala quæ videlicet displicent, sine increpatione derelinquat. Hinc est enim quod Angelum Ecclesię Pergami- *Apocal. 2.*
& in quibusdam laudat, & in quibusdam redarguit, dicens: *Scio ubi habitas, vbi sedes est Satanæ, & tenes no*
C *men meum, & non negasti fidem meã,* Et paulo post: *Sed habeo aduersum te pauca quia habes illic tenentes Doctrinam Balaam:* Hinc Angelo Thyatirę dicitur: *Noui opera tua & charitatem tuã, & fidem & ministerium, & patientiã, tuam & opera tua nouissima plura prioribus, sed habeo aduersum te pauca, quia permittis mulierem Hiezabel, quæ se dicit Prophetem docere, & seducere seruos meos, & fornicari & manducare idolothytum.* Ecce bona me- *Absque pœnitentia, mala non resecantur.*
D morat, nec tamen resecanda mala sine pœnitentia relaxat, quia scilicet sic singulorum vias considerat, sic gressus enumerans pensat, vt subtili examine perpendat, vel quantùm quisque ad bona proficiat, vel quãtum ad mala deuians suis profectibus contradicat. In cremẽtum quippe meritorũ quod bonæ vitæ studijs augetur, plerunque mali admixtione retrahitur: & bonum quod animus operando

conſtruit,hoc alia perpetrãdo per uertit. Vndè Sancti viri tanto ſe ſubtilius in cogitatione conſtrin gunt, quanto à ſuperno iudice di-ſtrictius conſiderari conſpiciunt. Mentem quippe diſcuciunt,inue-nire ſi qua deliquerint,quærũt, vt tanto fiant irreprehenſibiles iudi ci,quanto ſemetipſos quotidie & ſine ceſſatione reprehendunt,nec tamen hac de re iam gaudia ſecuri tatis ſumunt, quia ab illo ſe vide-ri conſiderant,qui in eis & illa vi-det quæ videre ipſi in ſemetipſis non valẽt. Et quidem Beatus Iob perfectionis vitam inter veteres tenuit. Sed quia eius intentio ad Redemptoris aduentum Prophe-tico Spiritu erũpit in illius præce ptis,penſat ipſe quã multa de perfe ctione minus habeat. Vnde & ſub dit: *Si ambulaui in vanitate, & feſtina uit in dolo pes meus,appẽdat me inſtate-ra iuſta & ſciat Deus ſimplicitatẽ meã.*

Chryſoſt. in priori expoſi. in Matthæi Hom. 16. in capit. 4.

AVDISTIS quia dictum eſt antiquis, Non occides. Et certè idem eſt,qui etiam illa præcepe rat:ſed abſque illius,cuius hoc, in terim poſuit comemoratione per-ſonæ. Siue enim dixiſſet. *Audiſtis quia dixi antiquis*,fuiſſet nihil omi-nus ſermo receptus difficilis, cun ctiſque audientibus inacceſſus,ſi-ue dixiſſet,*quia dictum eſt antiquis à Patre meo*,de eo intuliſſet. *Ego autẽ dico vobis*: Maioris hoc perfecto eſſe inſolentiæ iudicaſſent. Pro-pter hoc quod medie illud poſuit, atque ſuſpenſe, vnum illud præci-pue conficiens,vt oſtenderet opor tuniſsimo eueniſſe tempore iſta dicendo. Cùm enim poſuit, *quid di ctum eſt antiquis*,plurimum iam eſſe tempus aſſeruit,ex quo iſtud acce-pere mandatum. Hoc vero fecit, vt auditorem ad ſublimiora pro-gredi præcepta cunctantem acrius incitaret,vt ſi quiſpiam Doctor di cat puero negligenti. Neſcis iam quantum temporis in ſyllabarum meditatione conſumpſeris? Tale igitur aliquid etiam ſignificãs an-tiquorum commemoratione fa-cta, ad doctrinam illos aduocat celſiorem,ac ſi diceret: Habuiſtis ſufficiens omninò tempus iſta me ditandi,iamque oportet vos ad ſu blimiora ſuccẽdi. Bene autẽ quod nec ipſum præceptorum confun-dit ordinem,ſed ab eo primum ce pit, à quo in parte moralium etiã lex fuerat exorſa. Nam id quoq; eſt in omnibus conuenientiã legis oſtendere vtriuſque. *Ego autem di-co vobis,quoniam qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa,reus erit iudicio.* Vidiſti per fectam vtique poteſtatem, vidiſti dignitatem quæ latorem certe le-gis deceret. Quis enim Prophetarum ita vnquam locutus eſt? Quis iuſtorum? Quis Patriarcharum? Nullus omnino. Nam illi per ſingula ſæpius inferebant. Hæc dicit Dominus,ſed non ita loquitur & filî?. Ille enim Domini verba, hic vero Patris annuntiat. Cùm au-tem dico Patris, ſua vtique dico: *Mea*,(inquit)*tua ſunt & tua mea.* Et ille conſeruis ſuis loquebãtur,hic ſeruis. Interrogemus eos qui vete rem legem penitus explodũt. Nõ iraſci:contrariũ eſt eius præcepto, quo prohibemur occidere, an po-tius abſolutio ſupplementum', per quod illud quoque ipſum cuſtodi-ri queat? Haud dubium hoc illius ſit ſupplementum,propterea q; per fectius, Qui enim in iracundiam non effertur, quanto longius ab homicidio abſtinebit? Et qui ani-mi indignationem refrenat,quan to magis manus ſuas innoxias cõ

tinebit?

tinebit? Radix quippe homicidij iracundia eſt. Qui igitur radicem abſcindit ipſam, multo facilius ramos eius poterit amputare, imò ne germinare quidem illos omninò patietur. Non igitur in legis interitum, ſed ad maiorẽ eius profecto cuſtodiã iſta præcepta ſunt: Quid enim lex volebat efficere, cũ iſta mandaret? Nonne vt nequis occideret proximum? Igitur impugnatorẽ legis homicidia oportuerat imperare. Occidere enim, & non occidere, duo ſunt abſque ambiguitate contraria. Sin vero ne iraſci quidem ſinit, hoc vtique ſtatuit, & perfectius ſtatuit, quod etiam lex volebat. Non enim ſimiliter aduerſatur homicidium, qui tantummodo non occidere meditatur, & qui irã quoque ipſam prorſus interemit: ſatis enim procul ab huiuſmodi receſsit audacia. Vt autem illos etiam aliunde capiamus, euncta quæ ſolent dicere, proferamus in medium. Quęnam ſunt ergò illa quæ dicuntur? *Deus* (inquiunt) *qui fecit hunc mũdum, qui ſolẽ ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*, malus eſt. Qui vero ex illis quaſi modeſtiores videntur, iſtud quidem repudiant, iuſtum vero illum eſſe dicentes, boni tamen appellatione defraudant. Alterum vero quẽdam, qui certe omninò nõ eſt, nec eorũ quę ſunt quicquam creauit, Patrem attribuunt Chriſto; & illum quidem nõ bonum in ſuis manere dicunt, ſuaque ſeruare bonũ verò in aliena irruere, eorumque quorum nõ ſit creator ſubito vel le fieri Saluatorem. Vidiſti diaboli certe filios, quemadmodum de fonte ipſo Patris loquantur, alienãtes à Deo creaturas eius: Cùm Beatus Ioannes ê regione clamet, *In propria venit: & mundus per ipſum factus eſt*. Deinde legem diſcucientes priorem, quæ oculum pro oculo, & dentem prodente eis iubet, inſiliunt continuò dicẽtes: Et quemadmodum eſſe bonus poteſt, qui tam dira præcepit? Quid igitur ad iſta referemus? Quia ſcilicet maximam miſericordiæ ſpem hæc præcepta contineant: non enim vt nobis viciſsim erueremus oculos, ſanxit hãc legem, ſed vt metu quo ab alio iſtud timeamus pati, ipſi quoque tale quippiam in alios cauere mus admittere. Sicut enim niniuitis euerſionem minatus eſt, non vt eos interficeret (ſi enim voluiſſet iſtud, nihil potius oportuerat quam tacere) ſed vt eos faceret timore meliores, iramque compeſceret. Sic etiam temerè in alios inſilientibus oculos, pœnam ſtatuit, vt & ſi ipſo voluntatis bono nollent acrudelitate definire. Saltem metu cogerentur oculis parcere proximorum. Si verò illud crudele dicitur, & homicidium & adulterium arcere crudele dicatur, ſed inſipientium omninò iſta verba ſunt, & extremo furore dementium, ego enim adeò metuo dicere hæc eſſe crudelia, vt his contraria etiam iniqua perdoceam: quod certè communis quoque ratio deprehendit. Qui enim dicit, quia oculum pro oculo iuſsit auferri, id circo crudelis: ego autem refero, quia niſi præcepiſſet iſtud, tunc vere apud plurimos talis fuiſſet, qualẽ tu eum falſo conquereris. Denique ſermone fingamus omnem legem eſſe reſolutam, nec quemquã pro huiuſcemodi factis formidare ſupplicium: ſed cunctis prorſus malignis licere vti moribus ſuis, & adulteris, & homicidis, & furib⁹, & periurijs, & parricidis: nõne ſub hac licẽtia omnia pariter vna confeſsio iniquitatis inuolueret? Nõne mille ſceleribus & cædibus vrbes, fora, domus, maria, totuſque

que

que omninò mundus fuiſſet imple
tus? Nam ſi legibus certè domina-
tibus, & vigente comminatio-
ne, atque terrore vix tamen volun
tates cohibentur malignæ: ſi etiã
hoc præſidium defuiſſet, quanam
poſſet malitia ratione frenari, aut
quæ non in vitam hominum peſ-
tis irrueret? Nec tamen ſolũ iſtud
crudele eſt, permittere, ſcilicet ma
lis agere quę velint ſed aliud quo-
que iſto certe nihilominus, id eſt,
læſum, & immerito afflictum ne-
gligere, atque deſpicere. Dic enim
mihi, ſi quis feros homines, ac ſem
per malignos in vnum colligens
gladijs armaret, totamque circũ-
ire ciuitatem iuberet, atq; obuios
ſibi quoſq; confodere, quid tandẽ
hoc eſſet immanius? At ſi alius eos
quidem qui ab illo armati eſſent li
garet, violenteque conſtringeret:
eos vero qui interimendi erant,
ab iniquis illius manibus libera-
ret, quid è regione iſto inueniretur humanius? Hęc igitur etiã ad
legem trãsfer exempla. Quæ enim
oculum pro oculo effodi præcepit,
timorem quaſi carnificum pecto-
rib⁹ immittens, illius ſimilis inue
nitur, qui illos, quos dixi, cohibuit
armatos. Qui verò nullam omni-
nò pœnam decreuit nocenti non-
ne armaſſe tibi iniquitatem vide-
tur, eumque imitatus fuiſſet, qui
ſceleratos illos gladijs inſtruxit,
inq; totius ciuitatis miſit exitiũ?
Vides ne quemadmodum non ſo-
lum nullius crudelitatis, verum-
etiam maximæ pietatis ſint illa
præcepta? Si vero propter iſta im-
portabilem legiſlatorem vocas, ac
prorſus oneroſum: quid eſt, dic mi
hi, laborioſius non occidere ſo-
lummodo, aut ne iraſci quidem?
Quis iudex ſeuerior atque diſtri-
ctior, qui de homicidio, an qui e-
tiam de ira exigit vltionem? Qui
adulterium poſt commiſſum opus
pœnæ ſubijcit, an qui etiam pro ſo
la concupiſcentia iubet ſubire ſup
plicium ſempiternum? Perſpicite
igitur etiam in contrarium illo-
rum conuerſum eſſe ſermonem.
Nam veteris quidem legis Deus,
quem dicunt illi eſſe crudelem, in-
uenitur eſſe manſuetus, ac mitis:
nouæ autem quem bonum faten-
tur, oneroſus, ac durus ſecundum
ſtultitiæ illorum dumtaxat erro-
rem. Nos vero vnum, atque eun-
dem vtriuſque ſacramenti aſſeri-
mus conditorem, qui ad varias
hominum vtilitates omnia diſ-
penſarit, & diuerſitati temporum
diuerſitatẽ vtriuſque legis aptaue-
rit. Igitur nec illa præcepta cru-
delia, nec iſta oneroſa ſunt, at-
que moleſta: ſed vnius eiuſdem-
que omnia prouidentiæ. Quod e-
nim etiam veterem ipſe condide-
rit, audi Prophetam loquentem,
imò ipſum magis Deum per Pro-
phetam: *Diſponam vobis teſtamen-* Pſalm. 88.
tum, quod diſpoſui Patribus veſtris. Si
verò iſta non ſuſcipit qui Mani-
chæorum tabe infectus ægrotat,
audiet Paulum eadem iſta rurſus
dicentem: *Abraham enim duos filios*
habuit, vnum de ancilla, alium de libe-
ra. Hæc autem ſunt duo teſtamenta, ſi-
cut ergò diuerſę ibi ſunt quidem
fœminæ, ſed vir vnus vtriuſque, ſic
etiam ibi duo teſtamenta, vnus ve
ro vtriuſque legis eſt conditor. At
que vt diſcas vnam eademque in
vtroque manſuetudinem contine
ri. ibi quidem dicit oculum pro o-
culo: hic vero: *Si quis te* (inquit) *per* Matth. 5.
cuſſerit in dextram maxillam, præbe illi
& alteram. Sicut enim ibi alie-
nus timor ad modeſtiam ducit no
centem, ita hic quoque dum com-
mendat læſo patientiam, lædẽ-
tem multo maiore vltione deter-
ret. Et quemadmodum, inquies, il-
le terrebitur, cum hic alteram præ
bere iubeatur? Et quid tandem hu

iuſmodi conficere geſtit obiectio? Non enim ideò hoc præcepit, vt reſolueret percuſſoris timorẽ: ſed vt hunc quem præbere iuſſerat, ad omnem tolerantiam præpararet. Nec dixit, quod impunè ille inferret iniuriam, ſed tu ne referas, duo pariter efficiens, & percuſſorem, ſcilicet ſupplicio maiore terrendo, & eum qui percutitur, de ipſa quoque patientiæ virtute ſolando. Sed hæc velut in tranſitu de mandatis omnibus quaſi generaliter dixerimus. Neceſſarium verò eſt ad incæptum reuerti, & conſequẽtiam eorum, quæ prius ſunt dicta, contexere? *Qui iraſcitur* (inquit) *fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio.* Nõ enim omninò iuſtum extinxit affectum. Primò quidem quia impoſſibile eſt hominem paſſionibus liberari. Nam vt regere illas poſſimus, ita abſque illis per omnia eſſe non poſſumus. Deinde quia etiam multũ vtilis eſt affectus iſte, ſi illo videlicet opportune ac ſciẽter vtamur. Itaque conſidera quã ampla quondam bona operata ſit ira Pauli: hanc enim ille aduerſus Corinthios exercendo, à maxima illos errorum peſtilentia liberauit. Per hanc etiam Galatharum gentem, quæ ferè à Chriſto iam exciderat, reformauit, alioſq; his plures illius iræ cenſura correxit. Quod nam igitur opportunum eſt tempus iræ? quando non ſcilicet, noſmetipſos vlciſcimur, ſed cum reprimimus erga alios inſolentes, cumque deſides increpatione conuertimus. Quod verò importunũ eſt tẽpus iræ? cùm ſcilicet, vt noſmetipſos vindicemus, iraſcimur: quod Paulus quoque prohibendo dicebat: *Non vosmetipſos defendentes chariſsimi, ſed date locum iræ.* Quãdo etiam de pecunijs litigamus. Nam hoc eſt quod idem magiſter omninò deſtruxit dicendo: *Quare non magis fraudem patimini?* Sicut enim hinc iraſci, ſuperfluum & inutile eſt, ita ira illa & neceſſaria eſt, & commodiſsima. Sed plurimi è contrario efferuntur quidem, cùm ipſi aliquid patiuntur iniuriæ. Reſoluuntur verò, & omninò molleſcunt, cum alios vel maximam afflictionem viderint ſuſtinere: quod certè vtrunq; Euangelij verbis repugnat. Non ergò ipſum iraſci malum eſt, ſed importune ac leuiter iraſci. Propterea enim Propheta dicebat: *Iraſcimini & nolite peccare. Qui autem dixerit fratri ſuo racha, reus erit concilio.* Concilium hic iudicium Hebræorum vocauit: quod ideò nunc poſuit, ne noua vtique videretur docere, atque peregrina. Racha vero non grandis alicuius eſt ſermo conuicij, ſed magis de contemptu veniens; impatientiaque dicentis, vt ipſi nonnunquam vel ſeruulis, vel inferioribus quibuſcunque aliquid importantes dicimus: Vade tu dic illi. Sed etiam qui lingua vtũtur Syrorum, racha pro eo quod eſt tu, dicere ſolẽt. Sed miſericors Dominus, cum maioribus etiã minima quæque delicta pariter euellit, præcipiẽs vt mutuo nobiſmetipſis & honorabilius vtamur, & cautius, vt per hæc maiora quoq; peccata moriantur. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehẽnę ignis. Multi hoc graue, atque oneroſum putant eſſe mandatum, vt ſcilicet pro vno, nudoq; ſermone tanta nobis pœna ſubeũda ſit. Vnde quidam iſtud exagerationę magis dictum eſſe voluerunt. Sed vereor ne noſmetipſos his verbis omninò friuolis, vel potius infidelibus ſeducentes, ibi rebus ipſis ſupplicia extrema ſoluamus. Sed cur, quæſo, mãdatum iſtud videtur oneroſum? An forte neſcis, quia plurima pars culparũ atq; pœnarum à ſermonibus ſumat

exor-

Ira Pauli quã ea bona operata ſit.

Rom. 12.

Concilium, id eſt, iudicium.

exordium? Nam & blaſphemia per verba, & Dei negatio per verba, inde & maledicta & iniurię, atque periuria, & falſa teſtimonia, & ipſa frequenter homicidia. Noli igitur aſpicere quod vnus hic ſermo ſit, ſed quantum periculi habeat expende. An ignoras inimicitiarum tempore incandeſcente ira, animoque prorſus ardente etiã minimum aliquid magnum videri? Tunc quippe, & quod non valde iurioſum eſt, nimis, tamen putatur oneroſum. Nam hęc ipſa paruula & homicidia ſæpe pepererunt, & & vrbes crebro integras ſubruerunt. Sicut enim manente amicitia, etiam quæ moleſta ſunt, leuia dicuntur: ſic inimicitijs obortis leuia quæque pro grauiſsimis audiũtur. Nam & ſi ſimpliciter aliqua dicantur, de malo tamen animo prolata creduntur: atque vt in igne cũ ſcintilla exigua eſt, etiam ſi plurimum lignorum admoueas, facile non ea comprehendit: ſi verò ſatis in excelſum flamma cõſurgat, nõ iam ligna, ſed & ſaxa, & omnem prorſus incidentem materiam ſibi vendicat: & per quæ extingui ſolet, per ea ipſa potius accenditur. Quidam quippe aiunt, quod huiuſmodi flammam non ligna tantum, & ſtuppa, aliaque ignis alimẽta, ſed aqua etiam maiori impetu iactata, magis magiſque ſuccendat: ita accidere etiam in ira ſolet. Quicquid aliquis dixerit, continuo pabulum peſsimi huius efficietur incendij. Quæ omnia Chriſtus ante iam comprimens, eum quidem qui ſine cauſa iraſcitur, iudicio condemnat, & idcirco dixit: *Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio.* Eum verò qui dixerit, racha, reum pronuntiat eſſe concilio. Sed adhuc iſta non magna ſunt. Hæc enim idcirco non ſunt memorata ſupplicia, vt eum qui

A fratri fatue dixiſſet, gennæ ignibus deputaret, modo certe primũ nomen gehennæ commemorans. Cum enim prius de regno multa dixiſſet, nunc iſtius intulit mentionem: oſtendens quoniam illud quidem illius voluntatis ſit, atque pietatis, hæc verò noſtræ profecto deſidiæ. Reſpice autem quemadmodum gradatim facit augmenta pœnarum, quodammodo ſatisfaciens tibi, atque demonſtrans, quoniam ipſe quidem nihil velit tale minari. Nos verò illum ad hu

B iuſmodi ſententias pertrahamus. Idipſum itaque diligenter expende. Dixi, inquit, Noli iraſci ſine cauſa, cæterum reus erit iudicio. Contempſiſti fratrem. Vide quid peperit iracundia, ad iracundiam te continuò prouocauit. Racha enim fratrem vocaſti, cui rurſus culpæ pœnam concilij comminatur. Quod ſi iſta quoque deſpiciens, ad maius volueris promoueri conui-

C cium, non iam vltra his in te mediocribus vindicabo, ſed immortali illo gehennæ ſupplicio ne iam etiam ad homicidium forte proſilias. Non eſt omninò, non eſt intollerabili? aliquid iniurijs, quodque poſsit magis hominis animã remordere. Quod ſi ſermo ipſe Paulo fuerit auſterior, duplex conflatur incendium. Ne igitur leue illi quid exiſtimes fatuum fratrem vocare. Quando verò iſto quo ab irra-

D tionabilibus ſeparamur, & quo maximè homines ſumus, intellectu ſcilicet, atque prudentia fratrem ſpolias, omni illum nobilitate priuaſti. Non ergò verborum tantũmodo ſonum ſimpliciter audiamus, ſed in res ingredientes ipſas, & paſsionem illam conuicij ponderantes, conſideremus quantum ſermo iſte operatur dolorem, atque ad quantum malum ſæpe perueniat. Propterea igitur & Paulus

non adulteros ſolum, & maſculorum concubitores, verumetiam maledicos à regno Dei excludit: & merito. Conuiciator quippe bonum charitatis omnino corrumpit, & mille proximum inuoluit incommodis, ac iuges inimicitias frequenter operatur, & Chriſti mẽbra diſcerpit, ac deſiderabilẽ Deo pacem ſingulis quibuſque diebus exagittat, ampliſsimam diabolo viam per conuitia parans, eumque efficiens fortiorem. Propterea etiam Chriſtus neruos potentiæ eius excidens, induxit hanc legem. Eſt quippe illi cura maxima charitatis. Omnium enim mater bonorum hoc certum an diſcipulus Chriſti ſis experimentum, & ea quæ in nobis ſunt bona, cuncta cõplectens. Hæc eſt præcipua ex cunctis omnino virtutibus. Igitur cõſequenter radices inimicitiarum, ipſoſque fontes per quos charitas necari ſolet multa cum vehementia Chriſtus interpicit. Ne igitur hæc dicta cuiuſdam exaggerationis exiſtimes, ſed intelligens ea quæ ex his ſæpe gignuntur, legum ſtatutarum manſuetudinem demirare. Nihil enim ita ſtudet Deus,

Lites feminãs grauiter peccat.

Charitas mater bonorũ. Mat. 24.

A vt nos mutuis charitatis nexibus colligat. Propterea & per ſemetipſum, & per diſcipulos ſuos, tam in nouo quam in veteri teſtamento plurimũ hoc mandatum ſermone commendat, & vehemens animaduerſor atque punitor eſt eorũ, qui præceptum tale contemnunt. Nihil quippe eſt quod ita omnem malitiam & pariat, & firmet, vt in

B eremptio charitatis. Nam & Dominus idcirco dicebat: *Quoniam abundauit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum.* Sic etiam Caim eſt fratricida factus: ſic Eſau & patri obſtat, & fratri minatur interitum. Sic etiam cõtra Ioſeph ſanctum, fremuit male coniurata germanitas. Sic mille alia pullulauere mala, hac virtute ſubtracta. Pro

Matt. 24

pterea & Chriſtus omnia incom-

C modantia charitati diligenter interimit. Neque enim hæc tantum modo quæ poſuimus dixiſſe contentus, alia quoque plura ſubiungit, per quæ quantum illorum curam habeat, oſtendit. Comminatus enim per concilium atque iudicium, cõminatus etiam per gehennam: intulit rurſus & cætera quæ prioribus conſtarent.

TEXTVS.

SI ergo offers munus tuum de altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

Chryſoſtomus homilia 16. in 5. cap. in priori expoſit. in Matth.

D lem erga homines amorem Dei, Honorem ſuum deſpicit, dum in proximo charitatem requirit: oſtendens quoniam nec priora quæ etiam comminatus eſt, odio aliquo hominum, vel de cupiditate inferendi ſupplicij comminatur,

O ADMIRABILEM benignitatem, atque ineffabi-

ſed

ſed de amore precipuo. Quid enim his verbis mitius eſſe poſsit? quid lenius? Interrumpatur, inquit, miniſterium meum, vt tua charitas integretur. Sacrificium mihi eſt fratrum reconciliatio. Propterea quippe non dixit, poſtquam obtuleris, aut priuſquam offeras: ſed munere ipſo iam poſito, & inchoãte ſacrificio reconciliandum mitti ad fratrem: & neque propoſita etiam munera auferri iubet, neque priuſquam offerãtur id memorat: ſed propoſito palam ſacrificio, illuc currere imperat offerentem. Quam igitur ob cauſam iſtud fieri iubet? Duo ſunt vt certe ego arbitror, quæ per iſta & deſignat & conficit. Vnum quidem quod vtique iam dixi, oſtendere ſcilicet volens quod honoret maxime charitatẽ, & hanc acceptiſsimum eſſe ſacrificium ducat: abſq; iſta verò nec illud profecto ſuſcipiat. Aliud vero quo irrefutabilem quandam neceſſitatem recõciliationis imponat. Qui enim iuſsit non prius munus offerri, quam reconcilietur offenſio, etiam ſi non ob proximi charitatem, ſaltem ne ſacrificiũ maneat imperfectum, currere ad contriſtatum iubet inimicitiaſque diſſoluere. Propterea & diſſerte cuncta memorauit, terrens illum videlicet, ac ſuſcitans. Cum enim dicitur relinque munus tuum, non ibi reſtitit, ſed intulit ante altare: rurſus horrorem injciens, & vade; nõ tantum dicit vade ſed, adiunxit primum, & tunc veniens offer munus tuum: per omnia iſta ſignificans, quia per aliquas inter ſe inimicitias diſsidentes nequaquam menſa illa ſuſcipiat. Audiant hi qui ſacris certe myſterijs initiati, cum inimicitijs ad communionẽ altaris accedunt, audiant etiam illi qui nondum initiati ſunt. Nam ad ipſos quoque habet aliquid ſermo iſte commune. Offerunt nanque & ipſi manus & hoſtiam, orationem dico, & eleemoſynam. Quia enim & hæc ſacrificij inſtar obtineant, audi Prophetam loquentem: *Sacrificium laudis honorificabit me.* Et rurſum. *Imola Deo ſacrificium laudis: & eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* Itaque etiam ſi orationem cum tali offeras voluntate, melius eſt orationem relinquere, & ad reconciliationem fratri excurrere: & tunc orationem conſequenter offerre. Propter hoc enim facta ſunt omnia. Idcircò & Deus homo factus eſt, atque omnia illa geſsit, vt nos in vnum ſinè dubio congregaret. Et ibi quidem eum qui læſit mittit ad læſum. In oratione vero læſum ad eum qui læſit, adducit, ac ſibi vtrunque conciliat. Nam ibi quidem dixit, dimitte hominibus debita eorũ: hic verò iuſsit. Si frater tuus habet aliquid aduerſus te, vade ad eum prius, imo hic quoq; mihi videtur læſum, & idcirco non dixit, reconcilia tibi fratrem tuum, ſed reconciliare fratri tuo. Et videtur quidem ſuper eo qui cõtriſtauerit eſſe ſermo: totum vero de contriſtato potius dicitur. Si enim illi, inquit, reconciliatus fueris, per illam quam in eum oſtenderis charitatem, me quoq; incipies habere placabilem, cunque multa fiducia poteris manus offerre. Si vero adhuc indignaris ac tumes, reſpice quia & ego libenter mea iubeo contemni, vt amicitia veſtra renouetur. Atque vt tibi ad conſolationem maximam hæc ipſa proficiant, non dixi cum plurimũ ſenſeris, tunc reconciliare: ſed cum extenuatione, ſi aliquid frater tuus habet aduerſus te: nec addit, ſi tamen iuſte, nec ſic quippe inimicitias oportet extendi. Nam & Chriſtus iuſtiſsime nobis poterat iraſci, ſed

Pſalm. 49.

ci, ſed tamen ſemetipſum pro nobis dedit, tanta certe illa peccata non imputans. Propterea igitur & Paulus alio modo de reconciliatione dicebat: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Sicut enim hic Dominus de ſacrificio, ita ibi à die ipſo ad pacem Paulus impellit. Secretum quoque noctis veretur, ne forte ſolum cauſa excipiés ſauciatum maius profecto vulnus efficiat. In die nanq; multi ſunt aduocantes, atque retrahentes: in nocte verò quia ſolus relinquitur, in itaque ſemetipſum cogitationum æſtibus, huc, illucq; iactatur, in immenſum verticem minarum fluctus tumeſcunt, fitque maior omninò, ſæuiorque tempeſtas. Idcirco præueniens Paulus vult iam reconciliatum nocti tradere, ne ſaltem vnam occaſionem de ſolitudine diabolus inueniat, per quam iracundiæ fornacem poſsit accendere, eamque efficere ſæuiorē. Sic etiam Chriſtus non concedit, ne paululum quidem omninò differre, ne huiuſmodi anima impleto abſque reconciliatione ſacrificio, deſidia maiore capiatur, quotidie diſsimulet, in pacem reuerti. Nouit enim talem eſſe huiuſmodi paſſionem, quæ ſatis velocis curationis indigeat. Et ſicut ſapiens quiſquam medicus non modo imminē tes morbos præuenientibus remedijs excludit, verumetiam iam tenentes alio medēdi genere iam repellit. Ita etiam Chriſtus facit. Nā fatuum quidē vocare prohibendo, aduerſus inimicitias auditorū corda præmunit. Reconciliationem verò poſt inimicitias imperando, vim morbi, iam obtinentis interficit. Et conſidera quā vehementer, vereq; ponatur: ibi enim gehennā eſt cōminatus, hic verò munus niſi præcedente reconciliatione nō ſuſcipit. Maximā ſane per hæc omnia iudicans iracundiæ pertinaciam, atq; idcirco & radicem eius interimit, & fructū. Et primo quidem: Nolite quidem iraſci. Poſtea vero ait, nolite malidicere. Siquidem vtrunque iſtud ex alterutro augeri ſolet, ex inimicitijs ſcilicet maledictio, & ex maledictione rurſum inimicitiæ. Et ideò primo quidem malum ipſum naſci vetat, deinde ſi importuniſsimè pullularit, & noxium germen attulerit, vndique illud exurit. Ideoq; cum & iudicium & concilium ante memoraſſet, cumque etiam de gehēna, ſuo ſacrificio diſputaſſet, etiam alia ſubiunxit.

Chryſoſtomus homilia 11. in 5. caput Matthæi, tomo. 4.

DImitte illic munus tuum, & vade reconciliari fratri priꝰ tuo. Vide miſericordiā Dei, quomodo hominū vtilitates amplius aſpicit, quam ſuos honores. Si enim ſuos honores magis aſpiceret, ſic dixiſſet: Interim offer munus tuum, & poſtea vade & reconciliare. Nunc autem dicit: vade primum & reconciliare, & ſic veniens offeres. Tāquam ſi dicat ad illum: Vade, ego libenter contemnor, libenter honoris mei patior damnum, libenter expecto Dominus ſeruos, tantummodo vt vos in amicitiam veniatis. Vade ergo, vt ſcias quia plus diligo cōcordiam fidelium meorum, quam munera: quia munera hominum nullum Deo faciunt lucrum, charitas enim illorum Dei gloriam operatur. Ne dicas ille mihi nocuit, nō ego illi: ille mihi ſatisfacere debet, non ego illi. Si pro gloria ſalutis tuæ iubet te Dominus amicitiam facere, magis nocitus debes rogare, vt duplicem gloriam conſequa-

ſequaris: vnam quia nocitus es, alteram quia prius rogaſti. Si enim in illum nocuiſti, & ideo rogaſti, parcet tibi Deus quod nocuiſti, quia prior rogaſti: tamen nulla habes mercedem, quia reus conſtitutus rogaſti. Si autem ille te læſerit, & prius rogaueris, magnam habebis mercedem. Feſtina ergo inimicum tuum præuenire ad amicitias, ne forte te tardante ille præueniat te ad rogandum, & rapiat te manibus tuis pietatis mercedem. Nam ſi ille te nocuit, & ille te rogat, infructuoſa eſt amicitia tua. Quam enim iuſtitiam feciſti ante Deum, ſi rogatus te placueris? Non enim volens te Deus ſubſternere ſub pedibus eius, iubet te prius rogare, ſed volens tibi humilitatis gloriam prouidere. Sed forte dicis: Ego volo reconciliari, ſed dic mihi quomodo recõciliabor? Qualis præceſsit offenſio, talis debet ſequi reconciliatio. Si cogitatu offendiſti, cogitatu reconciliare. Omne enim peccatum quomodo committitur, eo modo & pœnitetur. Vt puta cogitaſti male facere alicui Chriſtiano, non potes munus tuũ offerre ante Deũ, quia habes in corde tuo nocendi propoſitum. Recogita bene, quod cogitaueras male, & pœnituiſti? Nam cogitationis peccatum contraria cogitatione diſſoluitur. Quis teſtis? Propheta. *Quæ dicitis* (inquit) *in cordibus veſtris & in cubilibus veſtris compungimini* Vides quia iraſci, naturæ eſt, exequi autem iracundiam, voluntatis? Si autem verbis læſiſti fratrem tuum, vade & verbis ſatiſfac ei, & de toto corde pœnituiſti. Quoniam autẽ verborum peccatum, verborum ſatiſfactione diſſoluitur, teſtis eſt Aaron. Cum enim detraxiſſet de Moſe, vadens, verbis rogauit eum dicens: Rogo Domine, ne inferas in nos peccatum hoc, quia ignorauimus quod peccauimus in te. Si autem operibus aliquem offendiſti, puta alicuius pecuniam fraude abſtuliſti, aut rem aliquam per violentiam abſtuliſti, redde ei quę abſtuliſti, & pœnituiſti. Quoniam autem abſtractæ rei peccatum rerum recompenſatione diſſoluitur, teſtis eſt Zachæus, dicens: *Domine, quæcunque fraude abſtuli, reddo in quadruple.* Si autem rem quidem alicuius non tuleris, ſed forte caſtigaueris hominem impotentem iniuſte, dona ei aliquid pro iniuria dignum, ſicut ſcriptum eſt in lege: *Si percuſſeris ſeruum tuum, & fregeris illi dentem, dimitte eum liberum.* Secundum hoc intelligẽdum eſt, & ſi caſtigaueris aliquem, iniuriæ peccatum beneficio eſt diſſoluendum. Alioqui niſi quem factis læſiſti, factis placaueris, ſine cauſa, oras ad Dominum, ſine cauſa eleemoſynas facis de rebus, quibus alios expoliaſti. Quid prodeſt tibi, ſi alter pro te orat ad Dominum, alter aduerſus te interpellet Deũ? Et ſi ad iſtius orationem vult tibi Deus miſericordiam facere, illius interpellatio non permittit. Melius eſt, vt & ſi nemini prodes, nemini noceas, quã vt alios ſpolies, & alios veſtias.

Pſalm. 4.

Luc. 19.

Exod. 21.

Auguſtinus de ſermone Domini in monte, lib. 1.

Si ergo obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens offer munus tuum. Hinc itaque apparet de fratre dictum eſſe ſuperius, quoniam ſententia quæ ſequitur, ea conuictione connectitur vt ſuperiori atte-

ſtetur: non enim ait, Si autem obtuleris munus tuum in altare, ſed ait: *Si ergo obtuleris munus tuum ad altare.* Nam ſi iraſci fas non eſt fratri ſuo ſine cauſa, aut dicere racha, aut dicere fatue, multo minus fas eſt animo tenere, aliquid vt in odium indignatio conuertatur. Ad quod pertinet etiam quod alio loco dicitur: *Non occidat ſol ſuper iracundiam veſtram.* Iubemur ergo illatum munus ad altare, ſi recordati fuerimus aliquid aduerſum nos habere fratrem, ante altare relinquere, & pergere ac reconciliari fratri, deinde venire & munus offerre. Quod ſi accipiatur ad literam, fortaſsis aliquis credat ita fieri oportere, ſi preſens frater ſit. Nō enim diutius differri poteſt, cum munus tuum ante altare relinquere iubearis. Si ergo de abſente, & quod fieri poteſt, etiam tranſmare conſtituto aliquid tale veniat in mentem, abſurdum eſt credere ante altare munus relinquendum, quod poſt terras & maria per errata offeras Deo. Et ideo prorſus intro ad ſpiritualia refugere cogimur, vt hoc quod dictū eſt ſine abſurditate poſsit intelligi. Altare itaq; ſpiritualiter, in interiore Dei templo ipſam fidem accipere poſſumus, cuius ſignum eſt altare viſibile. Quodlibet enim munus offerimus Deo, ſiue Prophetiā, ſiue Doctrinam, ſiue Orationē, ſiue Hymnum, ſiue Pſalmum, & ſi quid tale aliud ſpiritualium donorum animo occurrerit, acceptum eſſe non poteſt Deo, niſi fidei ſyncericate fulciatur, & ei fixe atque immobile tāquam imponatur, vt poſsit integrum atque illibatum eſſe quod loquimur. Nam multi hæretici nō habentes altare, id eſt, veram fidē, blaſphemias pro laude dixerunt, terrenis videlicet opinionibus aggrauati, votum ſuum tanquam in terram proijciētes. Sed debet eſſe ſana etiam offerentis intentio. Et propterea cum tale aliquid oblaturi ſumus in corde noſtro, ideſt, in interiore Dei templo. *Templū enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos & in interiore homine habitare Chriſtum per fidē in cordibus veſtris:* ſi in mētem venerit quod aliquid habeat aduerſum nos frater, ideſt, ſi nos eum in aliquo læſimus, tunc enim ipſe habet aduerſum nos: Nam nos aduerſus illum habemus, ſi ille nos læſerit, vbi non opus eſt pergere ad reconciliationem: non enim veniā poſtulabis ab eo qui tibi iniuriam fecit, ſed tantum dimittis, ſicut tibi dimitti à Domino cupis, quod ipſe commiſeris. Pergendum eſt ergo ad reconciliationem, cum in mētem venerit quod nos forte fratrē in aliquo læſimus. Pergendum eſt ergo non pedibus corporis, ſed motibus animi, vt te humili affectu proſternas fratri ad quem chara cogitatione cucurreris, in conſpectu eius cui munus oblaturus es. Ita enim etiam ſi præſens ſit, poteris eum non ſimulato animo lenire, atque in gratiam reuocare veniam poſtulando, ſi hoc prius corā Deo feceris: pergens ad eum nō pigro motu corporis, ſed celerrimo dilectionis affectu; atque inde veniens, ideſt, intentionem reuocās ad id quod agere cæperas, offers munus tuum. Quis autem hoc facit vt fratri ſuo vel non iraſcatur ſine cauſa, vel racha nō dicat ſine cauſa, vel eum fatuum non appellet ſine cauſa, quod totū ſuperbiſsime admittitur: vel forte ſi in aliquo horum lapſus fuerit, quod eſt vnum remedium, ſupplici animo veniam deprecetur: niſi quiſquis inanis iactantiæ ſpiritu non inflatur.

Ephes. 4.

1. Cor. 3.

Ephes. 3.

Theophylactus in 5. cap. Matthæi.

COntemnit Deus propriũ honorem, tantum vt nos diligamus. Si autem habuerit aliquid cõtra te frater tuus, nihil aliud apposuit. Siue enim iuſte, ſiue iniuſte habeat, reconciliare. Et non dixit, ſi habes tu contra illum, ſed ſi habet ille contra te, conare vt ipſum ad amicitiam reducas: præcipit autem dimittendum donum, vt tibi neceſsitatem imponat reconciliandi, & tu ſi volueris offerre donum, cogaris reconciliari. Docet etiam interim charitatem verum eſſe ſacrificium.

Charitas eſt ſacrificium.

Gregorius homilia 8. ſuper Ezech. lib. 1.

QVia aute nihil ſine concordia Deo placeat, ipſa per ſe veritas demonſtrat, dicens: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ad altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Ecce à diſcordantibus accipere non vult ſacrificium holocauſtum ſuſcipere recuſat. Hinc ergo perpendite, quantum ſit malum diſcordiæ, propter quod & illud abijcitur, per quod culpa laxatur. Quia vero electi ſemper in charitate coniuncti ſunt, & hæc eadem eorum charitas ſonum laudis reddit authori, malignis vero ſpiritibus, id eſt, antiquis ſuis hoſtibus pœnam incutit timoris: recte nunc de pennatis animalibus dicitur.

A

Hieronymus in Matthæum, lib. 1. capit. 5.

SI ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, &c. Non dixit, ſi tu habes aliquid aduerſus fratrem: ſed ſi frater tuus habet aliquid aduerſum te: vt durior reconciliationis tibi imponatur neceſsitas. Quam diu illum placare non poſſumus, neſcio an conſequenter munera noſtra offeramus Deo.

B

Hieronymus in Pſalm. 119. in fine.

CVM his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis. Infelices nos, linguam noſtram continere nõ poſſumus: non poſſumus non detrahere: ſi nos aliquis offenderit, quaſi vultum oſtendimus pacatum, cæterum cor habet venenum. Monachi dicimur, & licet non ſimus, quales eſſe debemus, tamen dicimur. Hora tertia oramus, hora ſexta oramus, nona lucernarium facimus: media nocte conſurgimus: deinde gallicinio oramus. Vide quibus horis ſemper ad obſequiũ Dei ſuſcitamur. Videte quid dicat: hora tertia, ſexta, nona, lucernarium, medio noctis gallicinio, mane primo. Hoc totum facimus, & non conſideramus: quia ſi inimicitias habet anima noſtra contra fratrem, ſine cauſa oramus. In Euangelio enim quid dicitur. *Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris ibi quod aliquid frater tuꝰ habet aduerſus te:* Videte quid dicat: Non dixit: ſi habes aliquid contra fratrem tuum, ſed ſi aliquid frater tuus habet contra te, rem quaſi iniuſtam videtur nobis imponere; ſi enim dixiſſet: ſi habes ali-

C

D

quid contra fratrem tuum, in noſtra erat poteſtate quod habebamus. Nunc vero quid dicit? *Si recordatus fueris, quod aliquid habet frater tuus aduerſus te.* Reſpondeo ei: Domine non eſt hoc in mea poteſtate, ſi frater meus habet aliquid contra me. Ego nihil habeo contra eum. Si ille habet contra me, ad me quid pertinet? Et quare non vis ſuſcipere munus meum, & dicis: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quod frater tuus aliquid habet contra te: dimitte munus tuum, & vade prius reconciliare fratri tuo: & ſic offeras munus tuum. Ecce ego nihil habeo: ſi ille habet, ad me quid pertinet? Reſpondet tibi Dominus: & quid dicit? Male ſerue, intellige animum tuum: nihil habes contra fratrem tuum? nihil habes? amas illum? Quare ergo ſaluari eum non vis? Si amas illum, vade roga eum, ne ille contra te habeat vt ſaluari poſsit. Sed oſten dis quia non diligis eum: quia ſaluari eum non vis: Vade roga eum, mitte te ei ad pedes eius, diebus & noctibus deprecare, dicito: munus meum dimiſi ad altare, propter te victimas offerre non poſſum. Ille compungitur: & quid dicit? Si iſte qui me rogat, non offert munus ſuum, ego qui rogatus ſum & non ignoſco, quid facturus ſum? Propterea dicit & Apoſtolus: vt inimicis noſtris manducare demus & bibere. Et quid dicit? Hæc enim, inquit, faciens, carbones ignis congregas ſuper caput eius. Dicat aliquis: hoc inimici faciunt: ideo bene faciunt aduerſario: vt carbones ignis congregẽt ſuper caput eius. Sed aliud dicitur: Si tibi ille malefecerit, & tu ei benefeceris: carbones ignis congregas ſuper caput eius: hoc eſt, mundas vitia ei?: & ex quo quis malitiã

Roma. xii.

A eius, vt ad pœnitentiam conuertatur. Videte ergo quid dicat hic ſanctus Propheta: *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Nõ dixit: qui volebant pacẽ, ſed qui oderunt pacem: illi oderãt pacẽ, & ego amabã eos qui oderũt pacẽ. Ideo dicit & Apoſtolus: Quantum ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Rogemus fratrem: ſi inimicus noſter eſt, rogemus & bis, & ter, & ſepties. Tamen & ſi peccauerit frater meus, quoties dimittam illi, ſepties? *Dico tibi: non* Matth. 18.
B *ſepties, ſed ſeptuagies ſepties*, hoc eſt, quadringenties nonagies. Si voluerimus computare de mane vſque ad veſperam tanta peccata facere non poſſumus, quadraginta nonaginta: Tamen quid dicit Dominus? ſi ſeptuagies ſepties peccauerit in die, & conuerſus rogauerit te, dimitte ei. Sed dicis: non ex toto corde conuertitur, mentitur. Nos dimittamus Deo iudi-
C cium, rogat me, deprecatur: non dicit hoc vere, Deus nouit: Ego vocem audio: Chriſtus cor intelligit: ego ſuſcipio quod audio: ſuſcipiat Chriſtus quod nouit. Deinde vide meredem tuam: mentitur ille, tu verum ſuſcipis: illius interfectio eſt, tua ſalus eſt. Hoc totũ quare locutum ſum? Quoniam in monaſterijs & maxime in cœnobijs, ſolent eſſe iſta vitia. Non
D erubeſcimus, non dolemus: dimiſimus matres, dimiſimus patres, dimiſimus fratres: dimiſimus ſorores, dimiſimus vxores, dimiſimus filios, dimiſimus patrias noſtras, dimiſimus domos, dimiſimus cellulas noſtras: dimiſimus cellas in quibus nati ſumus & nutriti, & dimiſimus ſeruos cum quibus nutriti ſimus, venimus in monaſterium: & propterea hæc dimiſimus omnia: vt propter rem friuolam rixam cum fratribus faciamus in

mona-

monaſterio? Dimiſimus poſſeſsionem, dimiſimus patriam: dimiſimus ſeculum, & propter calamum, rixam facimus in monaſterio? Si verbum amarum amarum audiero, ferre non poſſum: æſtuat in corde meo: ſcribitur in medullis meis diebus decem aut quindecim: nõ poteſt tolli de corde meo, loquor fratri meo qui mihi iniuriam fecerat, & pacem labijs promitto, & corde venenum teneo Frequẽter & oculi, & vultus mentis indicium ſunt. Quando cor noſtrum vulneratum eſt contra aliquem: non poſſumus eum aſpicere rectis oculis: vultus ipſe & oculi, quaſi ſpeculum animæ noſtræ ſunt. Quid dicit Scriptura: *Et non poterant loqui ei quicquam pacificum*: non poterant lingua mentiri, quod cor intus non continebat. Hoc igitur dico & vobis ipſis & mihi: nec enim ad hoc prædico: vt quaſi me ſecurum faciam: occaſio iſtius verſiculi cõpulit nos ita dicere. Grãde malum eſt lingua. *Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa.* Non ab alterius lingua, ſed à mea lingua libera. Nihil mihi nocet lingua alterius: mea lingua mihi inimica eſt. Domine libera animam meam: Me libera à lingua mea: lingua mea gladius eſt: interficit animam meam. Puto quod inimico meo nocceam, & neſcio quod me ipſum occido. Pugnant aduerſarij, quando loquor illis, & ego pacifica loquor. Illi habeant inimicalem animum, nos vero habeamus pacificalem animum: ſiquidem ſcriptum eſt in Paralypomenon: *Et egreſsi ſunt, inquit, filij Iſrael ad pugnandum mente pacifica.* Aliquis vadit ad pugnam, & mentem pacificam habet: ſed Chriſtianorum arma, pax eſt: pax Chriſti quæ exuperat omnem ſenſum. Beati pacifici non ſolum qui pacem faciunt inter rixantes, ſed qui in ſeipſis pacem faciunt. Beati pacifici. Si alij rixam faciunt & ego medius intercedam: & faciam inter eos pacem, & ipſe non habeam pacem in mente mea: quid mihi prodeſt quod illi pacem fecerunt? Beati pacifici: quoniam Filij Dei vocabuntur. Beati pacifici, qui loquuntur his qui oderunt pacem, pacifica. Beati pacifici, Chriſtus pax eſt: ſi enim Salomon interpretatur, Chriſtus: Salomon autem interpretatur, pacificus: ergo Chriſtus Deus noſter, pax eſt. Vadens ad cælum, nobis vexillum dimiſit dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Seruemus quod Chriſtus donauit: habeamus pacem: ſeruemus pacem & illa nos ſeruat in Chriſto Ieſu: cui ſit gloria in ſecula ſeculorum,

Amen.

1. Paraly. 22.

Ioann. 14.

TEX-

TEXTVS.

ESTO conſentiens aduerſario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde, donec reddas nouiſsimum quadrantem.

Epiphanius contra hæreſes, lib. 1. tomo 2. hæreſ. 27. contra Carpocratitas.

Mala bona eſſe natura.

ASſerũt enim, quod quæcunque apud homines mala eſſe putantur, ea mala non ſint, ſed natura bona; nihil enim eſt natura malum: verum hominibus putantur eſſe mala. Et hæc omnia ſi quis fecerit in vna hic præſentia, non amplius in aliud corpus tranſit ipſius anima, vt rurſus infra reflectatur: ſed in vno, omni actione tranſacta diſcedet liberata, & non amplius quid debens de actionibus in mundo. Qualem actionem autem dicere rurſus timeo, vt ne ſterquilij occultati canalẽ reuelẽ, & quibuſdam videar peſtilentis grauiolentiæ inductionem operari. Attamen quandoquidem ex veritate dependemus, meipſum cogam, vt impoſterum illorum facta reuelãs, & caſtius loquar, & à veritate non excedam. Quid vero aliud quam omnem nefandam ac ſceleſtam actionem, quam non phas in ore ferre, hi perpetrantur? & omnem ſpeciem virilis cuitus, ne libidinoſę ad mulieres cõſuetudinis, in ſingulis corporis membris, incantationeſq; ac beneficia, ac idolatrias perficientes. Et hoc dicũt eſſe operationem redditionis debitorum in corpore, ad hoc vt non amplius accuſentur, neque opus aliquod actionis ab ipſis exigatur: & hac de cauſa animam non auerſari, poſt diſceſſum hinc, rurſus ad tranſitum in aliud corpus procedere. Ita enim habent ipſorum libri, vt ſi quis prudentia præditus legat, admiretur ac ſtupeat, & non credat, quod hæc ſic ab hominibus fiant, nõ ſolum his qui ciuitatem nobiſcum inhabitant, ſed etiam his qui cum beſtijs, & ſimilibus beſtijs ac pecoribus, ferme dixerim, quę ca- B nes ac ſues faciunt, facere audent. Aiunt enim, oportet penitus his omnibus vti, vt ne egreſſæ animæ aliquo opere relicto, ea de cauſa reuertantur in corpus rurſus, ad faciendum ea quæ non fecerunt. Et hoc eſt, inquiunt, quod Ieſus in Euangelio dixit per parabolã. *Sis benevolus aduerſario tuo, dum fueris in via cum ipſo, & da operam vt ab* C *ipſo libereris, ne forte aduerſarius tradat te iudici, & iudex miniſtro, & miniſter conijciat te in carcerem. Amẽ amẽ dico tibi non exibis illinc donec extremũ perſolueris quadrantem.* Fabulam porro quandam confingunt ijdem, ad parabolæ huius interpretationẽ. Et aduerſarium eſſe aiunt, vnum ex angelis qui mundũ fecerunt, & ad hoc ipſum ſubornatũ eſſe, vt ad D ducat animas ad iudicem quę hinc de corporibus exeũt, illinc vero redarguũtur, quod nõ fecerũt omnẽ operã atq; actionem. Dari autẽ ipſas à principe miniſtro, eſſe autem miniſtrũ angelũ, miniſtrantẽ iudici mũdi opifici, in hoc vt ferat rurſus animas, & in diuerſa corpora concludat. Eſſe autem aduerſariũ hũc quẽ diximus, dixiſſe Dominũ

in

in Euangelio, quem ſane ipſi vnum angelum de mundi opificibus eſſe aiunt. Nomen Aboli habentem. Carcerem enim dicũt eſſe corpus. Extremum autem quadrantem volunt eſſe tranſitum ad alia corpora, & in ſingula præſentia perficere extremam corporum actionẽ, & nihil ampliùs relinqui ac reſtare, ad nefariũ quicquam faciendũ. Oportet enim inquiunt, velut diximus, omnibus pergreſsis ac ſingulatim perpetratis, liberatã redire ad ſupremũ illum ignotum, trãſgreſſam mundi opifices & opificẽ. Dicunt item rurſus, quod oportet animas vel in vna preſentia tranſitus ad corpora, omnibus peractis, de cætero rurſum liberatas abire. Si vero nõ in vna præſentia perigerint, per ſingulas præſentias tranſituũ ad alia corpora, paulatim peracta vniuſcuiuſq; nefarij operis operatione, de cætero liberari.

Athanaſius Quæſtio. 61. in 4. tomo.

QVid illud quod dicit: *Eſto beneuolus cũ aduerſario tuo, dũ adhuc es in via cum illo?* Reſponſio. Aduerſarius animę corpus eſt, hęc enim ſibi aduerſantur inuicẽ, quemadmodum inquit Apoſtolus: caſtigamus eũ, & in ſeruitutem redigimus corpus per ieiunia, vigilias, & per alias afflictiones: idq; ſpõtanei facimus & libere, ne amplius contra animã per concupiſcẽtias ignominioſas inſurgat. Viam dicit vanam hanc & fallacem vitam. Nam à corpore poſtquã anima ſeparata, & ex hac vita viaq; fuerit egreſſa, non ampliuspoteſt operari bonũ. Quadrãs autem dicitur etiã quod reliquum eſt, & quaſi neglectum in animi cogitationib⁹. Dicitur vero etiã cõſcientia aduerſarius: nam occulte nos in corde noſtro redarguit, coercet à malo, & ſi ſimus inobedientes tandẽ nos ad Dei tribunal ſiſtit, vbi & pœnas dabimus tũ enormium peccatorum, tum etiam leuium & minimorum.

Chromat. in 5. cap. Matth.

DE hoc Domini dicto, quidã ita exiſtimãt intelligẽdum, allerẽtes huiuſmodi aduerſarium, qui culpa ſua vel aliena inimicus extiterit, cito ad pacẽ & amicitias eſſe reuocandũ, dũ cum illo ſumus in via, id eſt, in curſu vitæ præſentis, ne cũ de ſeculo fuerit receſsũ, vnuſquiſq; vt charitatis immemor & inimicitiarũ reus, incipiat Deo iudici offerri, & tradi à iudice miniſtro, id eſt, prepoſito tormentorũ, vt miſſus in carcerẽ gehennæ, debitas peccati pœnas exſoluat. Sed aſſertio iſta non plenã videtur habere rationẽ. Quid enim ſi aliquis è fratribus ob cauſam fidei aduerſarius exiſtat? Nunquid perfidiæ ipſius conſenſus accomodandus eſt, ne cum tali religioſa diſcordia maneat? Habemus aduerſarios & gentiles, qui fidei noſtræ aduerſantur, qui nos interdum tẽpore perſecutionis ad nefanda ſacrificia cogunt. Nũquid & propter huiuſmodi aduerſarios hoc agendũ eſt, quemadmodũ voluntati ipſorum conſenſum ſacrilegum cõmodemus, ne inimici permaneant? Quorum ſacrilegæ perſuaſioni, non modo conſentiendum. Non eſt verum etiam inuicta fide reſiſtẽdum. Quidam etiam aperte aduerſarium hic diabolum intelligendum exiſtimant, quod qua ratione aſtruant non animaduerto. In quo enim debet conſenſus diabolo commodari? Cuius hoc opus eſt vt totum contra fidem, contra ſalutem, contra diuinam religionẽ ſuadeat, hortetur extorqueat. Niſi forſitan

forſitã hoc ſenſu intelligi debeat: vt ſi forte perſecutor aliquis inimicus exiſtens, vel diabolus, quia auctor perſecutionis eſt, voluerit cauſa nominis Chriſti, Chriſtiano mortẽ inferre, libenter cõſenſum accõmodet, vt morti pro Chriſto tradatur, ne idẽ diabolus, qui accuſator noſter eſt, reos nos apud Deũ conſtituat de fide preuaricatione, & pœnæ obnoxios faciat: quia diabolus quanuis omnis criminis auctor ſit, ipſe tamen & accuſator eſt. Hoc enim dictũ de eo in Apocalypſi legimus. *Et præcipitatus eſt, inquit, draco, accuſator fratruum noſtrorum, qui accuſabat eos in conſpectu Dei die ac nocte.* Ipſe ſuaſor, ipſe accuſator, ſuadet vt decipiat, accuſat vt damnet. Alij verò, quorum aſſertio plenior mihi videtur, aduerſariũ hic Spiritum ſanctum exiſtimant intelligẽdũ, qui aduerſatur vitijs & deſiderijs carnis, ſecundũ quod Apoſtolus manifeſtat, dicendo: *Caro, inquit, cõcupiſcit, aduerſus Spiritum, & Spiritus aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicẽ aduerſantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis.* Spiritus enim cæleſtia deſiderat, caro terrena cõcupiſcit. Spiritus donis ſpiritualibus gaudeat, caro vitijs corporalibus oblectatur. Vnde & Apoſtolus ait: *Nolite contriſtare Spiritum ſanctũ Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.* Huic, credo aduerſario peccati & errores humani, ſuadente quæ iſta & ſancta ſunt, in omnibus obedire nos Dominus præcepit, dũ cum illo ſumus in via, id eſt, in comitatu vitæ præſentis, vt æternam pacem, & perpetuam ſocietatem cum eo habere poſsimus. Verũ ſi quis voluntati Spiritus ſancti dicto non obaudiens, & cõtrarius extiterit, non dubium eſt huiuſmodi hominem poſt exceſſum vitæ, Dei filio, qui iudex viuorũ ac mortuorum eſt, offerendum, à quo tradetur miniſtro, id eſt, angelo tormentorũ, mittendus in carcerem gehennę. Vnde nõ dimittetur, niſi etiam nouiſsimum quadrãtem reddat, id eſt, omnem pœnam debiti, etiam vſque ad nouiſsimum peccatum exoluat. De hoc igitur aduerſario Dominus in præſenti loco loqui intelligitur, qui aduerſans peccatis noſtris, ſalutem noſtram deſiderat, qui nos idcirco cupit ſibi eſſe conſentaneos, vt & pœnas inferni euadere, & regna cæleſtia conſequi mereamur. De quo & Salomõ in libro ſuo teſtari videtur, cum dicit: *Eſt vnus, & non eſt ſecundus. Et quidem nec filius, nec frater eſt ei, & non eſt finis omni labori ſuo.* Et optimi ſunt duo, quam vnus, quibus eſt merces bona labor ipſorũ. Quia ſi ceciderit vnus, alter erigit ſocium ſuum. Væ illi vni cum ceciderit, quia non habet qui erigat illum, oſtendẽs, quia caro quę concordiam & ſocietatem ſancti Spiritus habere meruerit, cum in mortem ceciderit, ab eodem Spiritu erigatur in vitam, & in gloriam ſempiternam. Et ideò vę vni illi dixit, qui cum ceciderit non habet qui erigat eum, ideſt, quia caro, quæ conſortium Spiritus pet infidelitatem ſuam non meruerit habere, non in vitam æternam erigitur, ſed in pœnam perpetuam ſuſcitatur, ab eo qui Iudex viuorum & mortuorũ eſt, cui eſt laus & gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

Apoc. c. 12.

Galat. c. 5.

Epheſ. 4.

Eccle. 4.

Auguſtinus de ſermone Domini in monte, lib. 1.

ESTO, inquit, aduerſario tuo beneuolus citò, dũ es in via cum eo, ne forte te tradat aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amẽ dico tibi nõ exies inde donec reddas nouiſsimum quadrantem. Iudi-

Ioann. 9.

cem

cem intelligo Chriſtum: *Pater autem non iudicat quenquam, ſed omne* Matt.4. *iudicium dedit Filio.* Matt.29. Miniſtrum intelligo Angelum, & Angeli, inquit, miniſtrabant ei: & cum angelis ſuis venturum credimus ad iudicandum viuos & mortuos. Carcerem intelligo pœnas, videlicet tenebrarum, quas alio loco exteriores vocat, credo propterea quod intrinſecus ſit in ipſa mente, vel etiam ſiquid ſecretius cogitari poteſt gaudium diuinorum præmiorum. De quo dicitur ſeruo benemerito. *Intra in gaudium Domini tui;* Matt.25. quemadmodum etiam in hac ordinatione Reipublicæ, vel à Secretario, vel à Prętorio iudicis extra mittatur, qui in carcerem traditur. Deſoluendo autem nouiſſimo quadrante, poteſt non abſurde intelligi, aut pro eo poſitum quod nihil relinquitur impunitum, ſicut loquentes etiam dicimus vſque ad fecem, cum volumus exprimere aliquid ita exactum, vt nihil relinqueretur, vel vt ſignificarentur nomine quadrantis nouiſsimi terrena peccata. Quarta enim pars diſtinctorum membrorum huius mundi, & ea nouiſsima, terra inuenitur: vt incipias à cælo, ſecundum aerem numeres, aquam tertiam, quartam terram. Poteſt ergò conuenienter videre Galat.3. dictum. Donec ſoluas nouiſsimũ quadrantem, id eſt, donec luas terrena peccata. Hoc enim & peccator audiuit: *Terra es, & in terram* Geneſ.3. *ibis.* Donec ſoluas autem quod dictum eſt, miror ſi non cã ſignificat pœnam, quæ vocatur æterna. Vnde enim ſoluitur illud debitũ, vbi iam non datur pœnitendi & correctius viuẽdi locus? Ita enim fortaſſe hic poſitum eſt, donec ſoluas quomodo in illo vbi dictum Pſalm.109. eſt: *Sede à dextris meis, donec ponam omnes inimicos tuos ſub pedibus tuis.*

A Nõ enim cum fuerint inimici ſub pedibus poſiti, deſinet ille ſedere ad dextram, aut illud Apoſtoli, oportet enim illum regnare: donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis. Non enim cum poſiti fuerint, deſignet regnare. Quemadmodum ergo ibi intelligitur, de quo dictum eſt. Oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, ſemper regnaturum, quoniam ſemper illi erunt ſub pedibus. Ita hic accipi B poteſt, de quo dictum eſt. Non exies inde donec ſoluas nouiſsimũ quadrantem, ſemper non exiturũ eſſe: quia ſemper ſoluit nouiſsimũ quadrantem, dum ſempiternas pœnas terrenorum peccatorum luit. Neque ita hoc dixerim, vt diligentiorem tractationẽ videar ademiſſe de pœnis peccatorum, quomodo in ſcripturis dicantur æternę, quãquam quolibet modo vitandę ſint potius quam ſciendæ. Sed videa- C mus iam quis ſit ipſe aduerſarius cui iubemur eſſe beneuoli cito, cum ſumus cum illo in via. Aut enim diabolus eſt, aut homo, aut caro, aut Deus, aut præceptum eius. Sed diabolo non video, quomodo iubeamur beneuoli eſſe, id eſt, concordes aut conſentientes. Nanque alij quod Græce poſitum eſt: interpretati ſunt concors, alij conſentiens. Sed neque beneuo D lentiã diabolo iuuemur exhibere, vbi enim beneuolentia ibi amicitia, neque quiſquam dixerit amicitiam, cum diabolo eſſe faciendam. Neque concordare cum illo expedit cui ſemel renũtiando bellum indiximus, & quo victo coronabimur. Neque conſentire illi iã oportet, cui ſi nunquam cõſenſiſſemus, nunquam in iſtas incidiſſemus miſerias. De homine autem, quanquam iubeamur cum omnibus quantum in nobis eſt pa-

cem

cem habere, vbi vtique & beneuolentia & concordia & conſenſu poteſt intelligi : non video tamen quomodo accipiã ab homine nos
2. Corint. 9. iudici tradi, vbi Chriſtum iudicem intelligo, ante cuius tribunal omnes oportet exhiberi ſicut dicit Apoſtolus. Quomodo ergo iudici traditurus eſt, qui ante iudicem pariter exhibetur? Aut ſi propterea traditur quiſq; iudici, quia hominem læſit, quanuis illo non tradente qui læſus eſt, multo commodius accipitur à lege ipſa reum tradi iudici contra quam fecit cũ hominem læderet. Quia & ſi occidendo quis nocuerit homini, non erit iam tempus quo concordet cũ eo, quia iam non eſt cum illo in via, id eſt, in hac vita. Nec tamen ideò non ſanabitur pœnitendo, & ad illius miſericordiam cum ſacrificio contribulati cordis refugiendo : qui donat peccata conuerſis ad ſe, & qui plus gaudet de vno pœnitente, quam de nonagintano uem iuſtis. Carni vero multo minus video quomodo beneuoli vel concordes, vel conſentientes eſſe iubeamur. Magis enim peccatores amant carnem ſuam & concordant cum illa, & conſentiunt ei. Qui vero eam ſeruituti ſubijciunt, non ipſi ei conſentiunt, ſed eam ſibi conſentire cogunt. Fortaſſe ergo iubemur Deo conſentire & illi eſſe beneuoli, vt ei reconciliemur, à quo peccando receſsimus, vt aduerſarius noſter dici poſsit: Quibus enim reſiſtit, rectè dici-
Rom. 9. tur eorum aduerſarius. *Deus enim ſuperbis reſiſtit, & humilibus autem dat gratiam. Et initium omnis peccati ſuperbia.* Initium autem ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, & Apoſtolus dicit: *Si enim cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius.* Ex quo intelligi

A poteſt, nullam naturã malam inimicam Deo eſſe, quandoquidem & ipſi reconciliantur qui inimici fuerunt. Quiſquis ergo in hac via, id eſt, vita, non fuerit reconciliatus Deo per mortem Filij eius, tradetur iudici ab illo: quia Pater nõ iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit Filio: atque ita cætera quæ in hoc capitulo ſcripta ſunt conſequuntur, de quibus iam tractauimus. Vnum ſolum eſt quod
B huic intellectui difficultatem facit, quomodo poſsit recte dici in via nos eſſe cum Deo, ſi hoc loco ipſe accipiendus eſt aduerſarium impiorum, cui iubemur cito recõciliari. Niſi fortè quia ipſe vbique eſt, nos autem cum in hac via ſumus, cũ illo vtique ſumus. *Si enim aſcendero in cælum, inquit, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades, ſi recipiã pennas meas indirectum, & habitabo* Pſalm. 138.
in nouiſſimo maris. Etenim illuc manus
C *tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Aut ſi non placet impios dici eſſe cum Deo, quanquam nuſquam non præſto ſit Deus, quemadmodum non dicimus cæcos eſſe cum luce, tametſi oculos eorum lux circunfundat, vnum reliquum eſt, vt hic aduerſarium præceptum Dei eſſe intelligamus Quid enim ſic aduerſatur peccare volentibus quã præceptum Dei, id eſt, lex eius, & ſcripta diuina quæ data nobis ad hanc vitam, vt ſit nobiſcũ in via, cui non oportet contradicere, ne
D nos tradat iudici : ſed ei oportet conſentire cito? Non enim quiſquam nouit quando de hac vita exeat. Quis autem conſentit ſcripturæ Diuinę, niſi qui legit & audit, piè differens ei culmen authoritatis, vt quod intelligit non propter hoc oderit quod peccatis ſuis aduerſari ſentit, ſed magis diligat correptionem ſuã, & gaudeat quod moribus ſuis donec ſanentur non

parca-

parcatur. Quod vero aut obſcurũ, aut abſurdum illo ſonat, non inde concitet contradictionum certamina, ſed oret vt intelligat, beneuolentiam tamen & reuerentiã tantæ authoritati exhibendam eſſe meminerit.

Chryſoſtomus homilia 16. ſup. cap. Matth. tomo. 3.

ESTO conſentiens aduerſario tuo cito, dum es cum illo in via. Ne enim diceres, quid ſi iniuriam patiar, ac fraudem? Quid ſi mea mihi aliquis eripiat, per quę hoc me ad iudicium ira cõpellat? Hanc quoque occaſionem vel excuſationem remouit. Iubet enim ne ſic quidem te inimicitias aliquando ſuſcipere. Deinde videns magnum hoc præceptum, de præſentium illud vtilitate commẽdat, quę certe craſsiores quaſq; mentes magis permouent quam futura. Quid ais, inquit, ſi potẽtior ſit ille qui nocet? Amplius igitur nocebit, niſi reconciliatione placetur. Sed ad iudicium te venire compellet. Et hoc ipſum eſt, quod præcipue debes cauere. Nam prius quidem tantummodo rebus exutus, corpus ſaltem liberum poſsidebas: cum vero ſub iudicis cæperis ſtare, ſententiæ etiam vincula ſuſtinebis, & ſupplicia extrema perſolues. Si vero illud iurgiũ fugeris, duo bona pariter acquires. Dũ & nihil triſte ipſe perpetieris, & abſolutio negotij non de illius potentia, ſed de tua virtute præſtatur. Si autem huic nolueris conſentire præcepto, non tantum certe illi, quantum tibimetipſi profecto nociturus es. Cerne igitur hic quoq; quemadmodum illum ad pacem ſtudeat adducere. Cum enim dixiſſet. (Eſto conſentiens aduerſario tuo) intulit (cito) nec tamen hoc addidiſſe contentus, aliud quæſiuit augmẽtum dicens, (dum es cum illo in via.) Per hæc illum prorſus vrgens, ac ſatis vehementer impellens. Nihil quippe eſt quod ita vitam noſtram valeat euertere, vt operum actionem bonorum diſsimulare, ſemperq; differre. Sæpe enim iſtud omnibus nos bonis fecit excidere. Sicut ergo præcepit & Paulus, priuſquam Sol occidat inimicitiarum vincula diſſoluere: & vt ſuperius ipſe Dominus imperauit, ante quam ſacrificium celebretur, reconciliari fratri: ita hic quoq; (cito, inquit Dominus, dum es cum illo in via,) an te ſcilicet quam ad iudicis accedas fores, priuſquam ante illius ſiſtaris tribunal, iamq; in iudicantis tranſeas poteſtatem. Prius enim quam illuc introeas, tu es totius negotij dominus: cum vero ad veſtibulum illud fueris, ea quæ ad te attinent, prout volueris ordinare, ſub ditione iam conſtitutus alterius, non poteris. Quid eſt igitur cõſentire? Hoc eſt, omnino quod dicit, eligere rerum magis ſubire diſpendium: aut certe ſic negotiũ quod agitur apud te ipſe dijudica, vt perſonam diuerſæ partis non aſſumas, nec iuſtitiam ita tractabis, vt propriam: tunc enim demum iuſtam poteris ferre ſententiam. Si vero grande quidem iſtud videtur, nihil omnino mireris. Id circo enim omnes illas beatitudines poſuit, vt præparans atq; permolliens auditoris animam, opportuniorem illam ad ſuſceptionem totius huius legis efficeret. Et nonnulli quidem aduerſarij nomine diabolum ipſum ſignificari putãt, ac iuberi nequid illius prorſus habeatur: idq; eſſe ei conſentire, nihil ex eius rebus attingere: neque poſtquam hinc fue-

rimus profecti ineuitabile expectare ſupplicium. Mihi autem de his, qui in preſenti ſunt videtur dixiſſe iudicibus, ac de illa via quæ adiudiciũ ducit, ſuperque iſto vſitato carcere diſputaſſe. Qui enim ad ſublimia fuerat cohortatus, nõ modo defuturis, verum etiam de præſentibus addit timorem, quod certe frequenter facit & Paulus, nunc defuturis nunc etiam de preſentibus animum auditoris inſtituẽs, inuitos aliquos à malis operibus reuocans, iudicem illis oſtendit armatum, dicens: Quod ſi male feceris, time: non enim ſine causa gladium portat, Dei enim miniſter eſt. Et rurſus poteſtatibus ſubditos eſſe preçipiens, non ſolum timorẽ ponit Dei, ſed humanę quoq; poteſtatis minas, commodum ſcilicet commune curãs. Neceſſe eſt enim eſſe ſubiectos, non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam. Si quidem in ſi pientiores quoſq; vt ante paulo præmiſi, magis ſolent iſta corrigere que videntur, quæq; prius aſsiſtunt. Propter quod etiam Chriſtus non ſolũ gehennam, ſed iudicium, & traditionem, & carcerem, & omnem quæ ibi eſt commemorauit ærumnam, per cuncta hæc radicem homicidij penitus excidens. Qui enim nec male dicit, neque litigat, neque dilatione pacis inimicitias extendit, quonam eſt modo futurus homicida? Ex hoc quoq; liquido apparet, quia in proximi commodo, noſtrum quoq; commodũ collocetur. Qui enim aduerſario conſentit, multo magis ſemetipſum iuuabit à iudicijs, ſe videlicet, ac vinculis omnibus, quæque ibi ſunt miſerijs, abſtrahẽdo. Conſentiamus ergo his quę dicta ſunt, nec vltra in obeduntiam contentione foueamus, maxime cum præmia, & voluptatem in ſe, & vtilitatem habeant ipſa præcepta. Quæ ſi moleſta pleriſq;, & ingentis cuiuſdam videtur laboris, intellige propter Chriſtum te illa ſuſcepiſſe, facienda: & quod videtur eſſe triſte, iucundiſsimum iudicabis. Quod ſi ſermonem hunc abſq; itermiſsione teneamus, nihil experiemur oneroſum, ſed è diuerſo plurimã capiemus vndiq; voluptatem. Si quidem labor ipſe non iam apparebit labor, ſed quanto magis fuerit extentus, tanto pleniori ſuauitate ac delectatione mutabitur. Quãdo igitur quaſi quodam te infundens veneno cupiditas pecuniarum, aliorumq; obſederit conſuetudo vitiorum, illa ex aduerſo te cogitatione armato, quæ dicit, Nequaquam nos vmbra hæc fugitiua ſed ducat, largiſsimam profecto mercedem pro cõtempta temporali voluptate capiemus; atque ipſe ad tuam animam loquere: Triſtaris, qui te corporis voluptate defraudo, ſed lætare potius, quia cælorum tibi regna prouideo. Non enim propter hominem, ſed propter Deum certe iſtud operaris. Paululum igitur expecta, & videbis quam ſit commodum pœnitentiæ. Diſce præſentis vitæ incommoda magnanimiter ſuſtinere, & inneffabili apud Deũ fiducia, ac libertate gaudebis. Si enim iſta ſemper noſtræ inculcemus animę, nec ad ſola reſpiciamus onera virtutum: ſed eas quoq; quæ illis proueniant conſideremus coronas, celeriter ab hominibus illã vitijs ſubtrahemus. Nam ſi diabolus oſtendens iucunditatem equidem temporalem, dolorem vero perpetuũ, tamen inualeſcit & ſuperat, nobis ſcilicet in contrarium iſta vertentibus: qui & dolorem illum quam breuem negligimus, & voluptatem hanc quaſi ſit æterna complectimur: Quanam poterimus ratione

ne

ne defendi, qui virtutem nec poſt tanta promiſſa perficimus? Cum certe cauſa laboris ipſa pro omni nobis retributione ſufficiat, qui certiſsime credimus, propter Deũ nos hæc omnia ſuſtinere. Si enim mortalem hunc certe regem habens quiſpiam debitorem, grande ſe omni ſuæ vitæ tempore credit inueniſſe præſidium: quantus ſit futurus ille perpende, qui miſericordem DEVM, ſemperque viuentem, bonorum operum, paruorum ſimul atq; magnorum ſibi fecerit debitorem? Noli ergo mihi labores imponere, atque ſudores. Neque enim ipſe ſolum, ac fiducia futurorum, ſed alio etiam modo facilem Deus facit eſſe virtutem, videlicet cooperãdo nobis, noſque ſemper in bonis actibus adiuuando: at vbi enim volueris exiguum quid deuotionis afferre, reliqua omnia celeriter ſubſequentur. Propterea enim vult & te aliquid laborare, vt tua quoq; poſsit eſſe victoria. Et vt plurimumque rex aliquis vult quidem filium ſuum in acie verſari, in hoſtem iacula torquere, exertui eſſe conſpicuum, vt illum profecto habeat conſortem triumphi, totum vero ipſe bellum gubernat ac peragit: ita etiã Deus in hoc prælio facit, quod aduerſus diabolum geritur. Vnũ enim illud à te ſolum requirit, vt aduerſus hoſtem veras inimicitias pro honore regis, & tua ſalute ſuſcipias. Itaque ſi ei iſtud obtuleris, omne iam bellum ipſe conficiet. Et ſi vel iracundiæ, paſsione, vel pecuniæ cupiditate flammaris, vel ab alijs quibuſdam vitijs, quaſi immanisſimis hoſtibus obſideris: aderit profecto velociter, ſi modo expeditum, ſibique viderit præparatum, & facilia tibi eſſe cũcta præſtabit, teque totius flammæ faciet eſſe victorem. Sicut etiam pueros illos in Babylonia fornace tutatus eſt, qui certe nihil ei aliud prorſus obtulerant præter voluntatem. Vt ergo nos quoq; ſuperãtes hic omnẽ fornacem illicitæ volũtatis, ibi gehennę effugiamus incẽdia: hæc quotidie & cogitemus, & curem⁹ agam⁹ volũtate ſemel bonis operibus deſtinata, & orationum frequentia beneuolentiam nobis reconciliantes DEI. Ita enim etiam illa quæ importabilia nunc putamus, facilia prorſus, ac leuia, amabiliaq; ducemus. Quandiu enim in vitijs permanemus, aſperam atque difficilem, & omnino arduã opinamur eſſe virtutem, ipſa verò vitia deſiderabilia prorſus ac dulcia: ſin autẽ illa vel breui tempore deſeramus, tũc & hæc horribilia, turpiaquè, & virtus delectabilis apparebit, & facilis. Hæc autem ex illis abundè valemus addiſcere, qui vitam ſuam facta in melius conuerſione mutarunt. Audi igitur quemadmodum Paulus eos alloquatur de vitijs erubeſcere, qui iam ab eis fuerant liberati. *Quem*, inquit, *fructum habuiſtis, tũc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?* Rom. 6. Quemadmodum vero virtutem leuem eſſe dicat eam, laborem momentaneum, ac leuem tribulationem appellans, atque in paſsionibus ſuis gaudẽs, plurimumquè gloriæ ſibi vendicans de ſtigmatibus pro Chriſti nomine ſuſceptis. Vt igitur nos quoq; in tam ſancta, tamq; vtili permanentes conſuetudine roboremur, quotidie nobis ex his quæ hactenus ſunt dicta, modulemur: & præteritorum quidem obliti, ad ea verò quę priora ſunt ſemper extenti, ſupernæ brauium vocationis ſequamur: ad quod omnes peruenire cõtingat, gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperiũ in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

Chryſoſtomus Homilia, 11. in 5. caput. Math. Tom. 3.

ESTO conſentiens aduerſario tuo cito dum es cum illo in via, ne forte tradat te aduerſarius iudici, iudex tradat te miniſtro, & incarcerem mittaris.) Feſtinat Dominus, vt ad amicitiam feſtinemus inimicorum noſtrorum, quandiù viuimus in hac vita. Vita enim omnium hominum communis eſt, vita iſta carnalis, per quam omnes homines tranſeunt boni & mali, ſciens quam periculoſum eſt, ſi vnus ex inimicis pace non facta fuerit mortuus: nam poſtea & ſi voluerint pacẽ facere nõ poſſunt, cum fuerint ſeparati. Si autem quandiu in via huius vitæ es, nõ feceris pacem cum aduerſario quem læſiſti, ſed ſic inimicantes per mortem ieritis ante iudicem Chriſtum, tradet te Chriſto, conuincet te reum in iudicio eius, & iudex tradet te miniſtro, id eſt, Angelo pœnarũ crudeli, & ille mittet te in carcerẽ gehennæ. Et qui in hoc ſeculo pacẽ ſi feciſſes, & grauiſſimi operis poteras accipere in dulgẽtiã, ſicut ſcriptũ eſt: *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Si ſemel condemnatus fueris miſſus in carcerem, iam non ſolum de grauibus peccatis, ſed etiam pro verbo ocioſo, quod locutus es: id eſt, ſi racha alicui dixiſti, pro eo ſunt exigenda à te ſupplicia. Tradet autem te iudici aduerſarius tuus, & ſi te prius rogauerit ille. Dicit enim Salomon: *Si eſurit inimicus tuus ciba illum: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ipſius.* Congerere autem carbones ignis, quid eſt aliud, niſi magis reum facere ante Deum? Si ergo qui bene facit inimico, magis illum reum facit ante Deum, conſequenter & qui prius rogat inimicum ſuum, reum illum facit ante Deum: frequẽter homines in hoc ſeculo mittuntur in carcerem pro peccato, id eſt, in anguſtias & tribulationes diuerſas. Nam plerumq; peccantes in hominibus mittuntur in tribulationes diuerſas, ſed non intelligimus. Anguſtiæ autem huius mundi, carceres appellantur.

1. Pet. 4.

Prouer. 25. Rom. 12.

Congerere Carbones, quid.

Ambroſius lib. 7. in Lucam capite, 12.

DVM vadis cum aduerſario tuo ad magiſtratum in via, da operam liberari ab illo, ne forte condemnet te apud iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non exies, donec etiam nouiſſimum quadrantem reddas.) Hoc etiã Matthæus poſuit, ſed ille ſpecialiter, iſte generaliter. Ille enim de reconcilianda pace diſſidentium fratum dicẽdum putauit, hic de pœnitentia & omnis emendatione delicti. Diſcutiamus igitur qui ſit aduerſarius, qui magiſtratus, qui iudex, qui ve exactor, quid ve putemus eſſe quadrantem, quẽ niſi quis exoluerit mittatur in carcerem. Et iuxta Matthæum quidem aduerſarius eſt, cum quo minimo tibi in hac vita conueniſſe videatur, qui apud iudicem futurum viuorum atquè mortuorum, manẽtis ſimultatis te crimine perſequatur. Iuxta Lucam autem eſt aduerſarius noſter ille præcipue qui ſerit illecebras delictorum, vt habeat in ſupplicio participes, quos habuit in errore conſortes, atque ideò ſocios quærit ad culpã, vt obnoxios prodat ad pœnam. Quem nobis cauendum Petrus Apoſtolus monet dicens: *Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rapiens, & rugiens, quærit quẽ deuoret.* Eſt aduerſarius

1. Pet. 5.

rius

rius noſter iuxta Mattheum, omnis virtutis vſus,& Apoſtolicus & Propheticus ſermo,qui nos ad aſperiora pręcepta & durioris vitæ documenta conſtringit. Cui nos conſentire conuenit,vt eum operibus æmulemur, ne aliqua noſtra contumacia ab eo deciuiſſe prodamur. Iuxta Lucam autem nemo nobis magis aduerſarius quam noſter eſt lapſus,qui nos vitæ noſtræ accuſat iudicijs. Non quod accuſationis vllius iudex futurus quærat officium, ſed quod apud omnẽ cognitorem noſter nos accuſat actus,dum ab vſu virtutis Apoſtolici ſiſque præceptis inuenitur alienus. Itaq; aduerſarius nobis omnis vitiorum eſt vſus. Aduerſaria nobis libido,aduerſaria auaritia, aduerſaria omnis improbitas,aduerſaria omnis iniqua cogitatio, omnis deniq; mala conſciẽtia,quę nos & hic afficit,& infuturo accuſabit & prodet ſicut teſtatur Apoſtolus dicens: *Teſtimonium reddente illis conſcientia illorum,& inuicem cogitationibus accuſantibus aut etiã excuſantibus.* Rom.2. Quod ſi conſcientia vnum quemq; prodit, quanto magis geſtorum noſtrum opus ante Deum præſto eſt, quod expreſſum in noſtro corpore vltimo tempore cenſebitur, & ſecretum cogitationis ſcriptũ cordibus noſtris legetur? Demus igitur operam, vt dum in hoc ſumus vitæ circulo conſtituti,tanquam à malo aduerſario, ita ab improbo liberemur actu, ne dũ imus cum aduerſario ad magiſtratum in via, noſtrum condemnet errorem. Ideò & ſecundum Mattheum: Eſto conſentiens aduerſario tuo dum es cum illo in via, ephnoon Græcus dixit, hoc eſt, benevolus. Si enim dum ſumus in hac vita, exoluamus nos à vinculis diaboli,nec ille propter nos dãnabitur, & nos à vinculis eius eri

A mus alieni. Vnde & pro Aſſyrio Pſalmus ſcribitur Septuageſimus nonus. Bene enim conſulis aduerſario, & pro illo Aſſyrio, hoc eſt, vano benefacis ſi eius laqueis exutus præſtes hanc benevolentiam,vt pœnam tui lapſus & mortis euadat. Quod ſi vinculis eius hæreas,tradet te tanquam reum magiſtratui, id eſt, accuſatur & proditur. Quis eſt magiſtratus, niſi penes quem omnis poteſtas eſt; & B qui pleni & perfecti temporis ſublimen ſibi vendicat dignitatem? Bonorum itaq; operũ fretus conſcientia, non timens aduerſarium, ſanctus Propheta feſtinat dicens: *Sitiuit anima mea ad Deum viuum; quã do veniam & apparebo ante faciem Dei?* Pſalm.41. Hic enim magiſtratus tradet reũ iudici, ei ſcilicet cui viuorum & mortuorum tribuit poteſtatem. Tribuit per naturam,non per gratiam. Non enim quam non habebat accepit,ſed quam ex ſubſtantia Patris cum generaretur aſſumpſit. Hunc magiſtratum tibi & iudicem monſtrat,qui monſtrauit & C accuſatorem, & oſtendit quando ſit reuelandus. In die, inquit, qua iudicabit Deus occulta hominum ſecundum Euangelium meum per Rom.2. Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Hic igitur eſt iudex Ieſus Chriſtus, per quem omnia occulta redarguuntur, & improbi operis pœna mandatur, vis ſcire Chriſtum eſſe iudicem, qui exD actori tradit, & incarcerem mittit? Ipſum interroga, imo ipſum lege in Euangelio dicente: *Tollite & mittite illum in tenebras exteriores.* Matth.22. Exactores quoque ſuos ipſe monſtrauit alio loco vbi dicit. *Sic erit in conſummatione ſeculi: Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorũ,& mittent eos in cãminũ ignis,ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Matth.13. Supereſt nũc vt intelligamus quid

ſibi velit figura quadrantis. Et videtur vſualis rei expreſſum nomine, intellectus ſpiritualis arcanum. Nam ſicut qui pecuniam ſoluunt, debitum reddunt, nec prius euacuatur fœnoris nomen, quam totius ſortis ad nummum vſque, quocumq; ſolutionis genere quantitas vniuerſa ſoluatur: Sic compẽſatione charitatis actuumq; reliquorum vel ſatisfactione quacumque peccati pœna diſſoluitur. Nõ otioſum etiã, quia non æra (ſicut alibi) duo, non aſſem, non denarium, ſed quadrantem hoc poſuit loco. Quadrantaria enim permutatio velut quędam eſt compenſatio, cum aliud redditur, & aliud ſignificatur ſolutum. Ita & hic aut pretio charitatis redimitur iniuria aut inuiriæ æſtimatione pœna laxatur. Quadrantem autem in balneis dare ſolere reminiſcimur, cuius oblatione vt illic vnuſquiſq; lauandi accipit facultatem, ita hic accipit eluendi; quia vniuſcuiuſq; peccatum ſupra ſcriptæ genere cõditionis eluitur, cum tam diu exercetur noxius pœnis, vt cõmiſſi ſupplicia erroris expendat. De Galilæis autem illis quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum, fulgura quędam videtur, eos tangens qui coactu diabolico non pure offerunt ſacrificium, quorum oratio in peccatum, ſicu de Iuda ſcriptum eſt proditore, qui proditionem ſanguinis Dominici inter ſacrificia poſitus cogitabat.

Hieronimus in Matthæum, lib. 1. capit. 5.

ESTO conſentiens aduerſario tuo cito &c.) Pro eo quod nos habemus in Latinis codicibus, conſentiens, in Grecis ſcriptum eſt ephnoon quod interpretatur beneuolus aut benignus. Ex præcedentibus autem & conſequentibus manifeſtus eſt ſenſus: quod nos Dominus atque Saluator noſter dũ iſtius ſeculi via currimus, ad pacem & ad concordiam cohortetur, iuxta Apoſtolum dicentem: *Si fieri poteſt quantum ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Nam in præcedenti capitulo dixerat: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te*: & hoc finito ſtatim infert: *Eſto conſentiens aut benignus aduerſario tuo*: & reliqua: Et in conſequentibus iubet: *Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderunt vos & orate pro perſequẽtibus & calumniantibus vos.* Cum hæc manifeſta ſit & conſequens intelligentia plerique arbitrantur de carne dictum & anima, vel de anima & Spiritu: quod pœnitus non ſtat. Quomodo enim aut caro mittenda erit in carcerem, ſi anima non conſenſerit: cum & anima & caro pariter recludenda ſint: nec quicquam poſsit caro facere niſi quod animus imperarit, aut Spiritusſanctus habitans in nobis, vel carnem vel animam repugnantes iudici tradere, cum ipſe ſit Iudex? Alij iuxta Epiſtolam Petri dicentis: *Aduerſarius veſter diabolus quaſi leo rugiens circuit*, & reliqua. Aduerſarium, diabolum interpretantur: & volunt à Saluatore præcipi, vt dum in poteſtate noſtra eſt, ſimus beneuoli, ergo diabolum, qui eſt inimicus & vltor: nec faciamus eum pœnas ſuſtinere pro nobis. Cum enim ipſe vitiorum incentiua ſuppeditet: & nobis etiam voluntate peccantibus ſi conſenſerimus ei vitia ſuggerenti pronobis quoquè eſſe torquendum.

Rom. 12.

1. Petri. 5.

1.Ioan.5. quendum. Et dicunt beneuolum esse vnumquenq; Sanctorum aduersario suo, si eum non faciat per se sustinere tormenta. Quidam coactius differunt, in baptismate singulos pactum inire cum diabolo, & dicere: Renuntio tibi diabole & pompæ tuæ, & vitijs tuis: & mundo tuo, qui in maligno positus est. Si ergo seruauerimus pactū, beneuoli & consentientes sumus aduersario nostro: & nequaquam in carcere recludendi. Sin vero quicquam transgressi fuerimus eorum quæ diabolo spoponderamus, trademur iudici ac ministro, & mit-

A temur in carcerem: & non exibimus ex eo, donec reddamus nouissimum quadrantem. Quadrans genus est nummi, qui habet duo minuta. Vnde & in alio Euangelio, mulier illa pauper & vidua dicitur misisse quadrātem in corbonam, & in alio duo minuta. Non quod

B dissonent Euāgelia, sed quod vnus quadrans duos minutos nummos habeat. Hoc est ergo quod dicit:

Non egredieris de carcere,
donec etiam minima
peccata per
soluas.

Marc.12. Luc.21.

(?)

(?)

DOMINICA SEXTA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Marci. 8.

TEXTVS.

IN diebus illis, iterum cum turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarent, conuocatis Diſcipulis, ait illis: Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduò ſuſtinent me, nec habent quod manducent, & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt.

Gregorius libr. Moral. in. cap. Iob. cap. 19.

Quid per allegoricum ſenſum, per conuiuium filiorum & vocationem filiarum intelligatur?

IT ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos. Filij facturi conuiuia per domos ibant: cum prædicatores Apoſtoli in diuerſis mundi regionibus, virtutum epulas audientibus, quaſi edentibus miniſtrabant. Vnde & eiſdem filijs de eſurientibus plebibus dicitur: *Date illis vos manducare.* Et rurſum: *Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via*, id eſt, in prædicatione veſtra verbum conſolationis accipiant, ne à veritatis pabulo ieiuni remanentes, in huius vitæ labore ſucumbant. Hinc rurſum eiſdem filijs dicitur. *Operamini nõ cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternã.* Ioan 6.

Matth. 14. Marci, 8.

Gregorius lib. 2. in Ezechielem, homilia. 21.

LIBET inter hæc Sancti Euãgelij ad medium verba deducere, cuius ſacra hiſtoria per hoc quod factum eſt miraculum narrat, mira quæ quotidie aguntur denuntiat. Nam confeſsi atque ieiuni ad Dominum populi cum veniſſent, Diſcipulis Dominus dixit: *Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod mã ducent: & ſi dimiſero eos ieiunos in domos ſuas, deficient in via, quidam enim ex eis de longe venerunt.* Turba triduò

Myſtica interpretatio. Matth. 8.

duò Dominum, ſuſtinent, quando multitudo fideliũ peccata quæ perpetrauit, per pœnitentiam declinans ad Deum, ſe in opere, locutione atq; incogitatione conuertit. Quos dimittere ieiunos in domum ſuam Dominus noluit, ne deficiant in via: quia videlicet cõ uerſi peccatores in præſentis vitæ via deficiunt, ſi in ſua coſcientia ſine doctrinę ſanctę pabulo dimittantur. Ne ergo laſſemur in huius perigrinationis itinere, paſcendi ſumus ſacra admonitione. Valde autem penſanda eſt pia ſententia, quæ proceſsit ex ore veritatis, qua dicitus: *Quidam enim ex eis de longe venerunt.* Eſt autem qui nihil fraudis & nihil carnalis corruptionis expertus, ad omnipotẽtis Dei ſeruitium feſtinauit. Iſte de longinquo non venit: quia per incorruptionem & innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia, nullis flagitijs inquinatur, ſolo autẽ cõiugio expertus, adminiſterium ſpiritale cõuerſus eſt. Neq; iſte venit de longinquo: quia vſus conuictione conceſſa, per illicita nõ errauit. Alij verò poſt carnis flagitia, alij poſt falſa teſtimonia, alij poſt facta furta, alij poſt illatas violentias, alij poſt perpetrata homicidia ad pœnitentiam redeunt, atq; ad omnipotentis Dei ſeruitium conuertũtur; hi videlicet ad Dominum de lõginquo veniunt. Quanto etenim quiſq; plus in prauo opere errauit, tanto ab omnipotente Domino longius receſsit. Nam & prodigus filius qui Patrẽ deſeruit, abijt in regionem lõginquam, in qua porcos pauit: quia vitia nutriuit. Dentur igitur alimẽta eis etiam qui de longinquo veniunt: quia cõuerſis peccatoribus doctrinæ ſanctæ cibi, præbendi ſunt, vt in Deum vires reparent, quas inflagitijs amiſerunt. Qui ſæpe à Doctoribus tanto neceſſe eſt vt largioribus cibis doctrinæ ſatientur, quanto feſsi maioribus vitijs venerunt. Et cum iam confiteri cœperint mala quæ cõmiſerunt, atq; confitendo reliquere & fletibus punire, neceſſe eſt vt Doctores ſancti pro eorum peccatis ſolicite exorent, quatenus menſæ Domini carnes oblationis portent. Quod quoties agunt, & in hoc pro alienis peccatis interueniunt, ſua ante Dei oculos amplius detergunt: quia ea ipſa charitate ſe iuſtificant, quam mira pietate pro alienis iniquitatibus ſe in lamẽtis mactant. Nec laborioſum debet eſſe Doctori pro conuerſis peccatoribus lachrymas fundere, quanto & ipſe qui omnia creauit, homo factus, pro noſtris iniquitatibus in cruce ſanguinem fudit. Qui viuit & regnat cum Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

Filius prodigus ad Patrẽ de lõge venit ſignificat prius aberrat in lõginquam regionem.

Chryſoſtumus Homilia 50. in 14. cap. Matthæi tom. 1.

Quare Chriſtus facturus miraculũ in cælum reſpexit.

CVR ita reſpexit in cęlum & benedixit? Vt crederetur nõ aliũde, quã à Patre miſſus fuiſſe, & quoniã illi æqualis eſt, quarũ rerũ approbationes repugnare ſibi ipſis videntur. Nã æqualitas quidẽ, quoniã magna potẽſtate omnia faciebat, demõſtrabatur: à Patre verò ipſum eſſe vnde perſuaderetur, niſi multa cũ humilitate quæcumq; faciebat, in ipſum ita retuliſſet, vt etiam cũ ad præclara facinora inuocaret. Propterea non alterum ipſorũ ſemper ſolũ factitauit, ſed vtraquè illa cõfirmaret, modo ſumma cũ potẽſtate imperij, modo inuocãs Patrẽ atq; orans, miracula peragit. Ac nè repugnantia quędã in ipſis eſſe videretur, in cælũ minora peracturus reſpicit, cum maiora

cum poteſtate à ſe ipſo faciat vt videlicet tu diſcas, nõ quia nõ poſſet minora peragere, id circo inuocaſſe atq; oraſſe, ſed vt Patri honorẽ redderet. Nam quando peccata dimiſit, quãdo paradiſum aperuit, & latronẽ introduxit, quãdo legem vt author eius ſoluit, quãdo mortuos quaſi à ſummo excitauit, mari imperauit, ſecreta cordiũ reuelauit, oculos cæci hominis curauit: quæ nullus niſi Deus facere poteſt, non orauit neq; inuocauit.

Quãdo autẽ panes multiplicauit, quod multo minus erat, tunc in cęlũ reſpexit, partim vt ea quæ diximus, firma, ſtabiliaq; haberentur: partim docens non eſſe ad mẽſam accedendũ, quouſq; gratias ei agamus, qui cibum nobis prębuit. Sed cur panes non facit ex eo quod nõ eſt? Vt Marcionis & Manichæi impudentia ora hinc obſtruantur, qui eum non eſſe Creatorem aſſeuerant. His enim operibus docet opera ſua eſſe omnia quæ vidẽtur, & eũ eſſe qui terræ fructus prębet: qui ab initio dixit: Germinet terra herbã fæni, & producat reptilia viuẽtia animarũ. Non eſt certe minus illis, nam & ſi ex eo quod non eſt, reptilia tunc producta vidẽtur, ex aquis tamen fuere. Nec eſt minus ex quinq; panibus tot panes produxiſſe, & ex duobus piſcibus tã magnam multitudinẽ piſcium, quam aut germinaſſe à principio terram, aut aquas piſces produxiſſe, hoc nempe ſignũ erat terræ ac maris ipſum eſſe creatorem. Nam quoniam crebro in ſingulis ægrotantibus Diuinas vires ſuas oſtendebat, vniuerſale nunc beneficiũ turbæ contulit, ne ſpectatores ſolummodo aliorum multitudo ſalutis eſſent: ſed ipſi quoq; in ſe ipſis gratia fruerentur, ita quod Iudæis in deſerto mirabile videbatur: dicebant quippe: *Nunquid & panẽ poteſt dare, vel parare menſam in deſerto?* Id ipſum opere conficit, propterea in eremũ etiã ipſos duxit, vt & magis, & abſq; ſuſpitione aliqua, ſignum & eſſet, & videretur, nequis putes ſi vic' aut villa propinquior eſſet, inde ad illã menſam aliquid fuiſſe conductum. Quo circa non modo loci, verum etiã tẽporis atq; horæ mẽtionem fecit. Illud enim hinc diſcimus, quãta Philoſophia, anguſtaq; diſciplina viuendi Apoſtoli viuerent, omnium deliciarũ luxum contemnentes. In duodecim nempe hominibus, quinq; panes & duo piſces reperti ſunt: ita quę ad corpus pertinent, omnia ſuperflua & contemnenda ſibi videbantur, ita ſpiritualium rerũ tantummodo cura tenebantur, vt ea quoq; pauca libenter alijs tradiderint: vnde docemur etiam ſi pauca poſsideamus, ipſa tamẽ egẽtib⁹ eſſe cõcedẽda. Nã & illi cùmquinq; panes afferre ad Chriſtum iuſſi eſſent, non clamauerunt, nihil nobis poſtea relinquitur, quo noſtrã inediã mitigare poſsimus: ſed cõfeſtim nihil murmurantes paruerunt. Accedit autem ad ea quę quę ſita ſunt, quamobrem ex ſubiecto produxit? Quoniãm ad fidem eos, meo quidem iudicio, paulatim attrahebat: imbecilliores enim adhuc erãt, qua de cauſa etiam in cęlum reſpexit. Nam aliorum quidã ſignorum multa ſibi poterant exẽpla proponere; huic autem ſimile nihil habebãt. Cum ergo accepiſſet panes, dedit Diſcipulis ſuis: honoratiores hac re ipſos cõſtituẽs, nec id ſolum, verum etiã vt miniſtri rerum facti, ne dubitarẽt, nec obliuiſcerẽtur eius miraculi, quia manus ſuæ atteſtarentur. Qua de cauſa non prius eũ feciſſe credidi rim, quã acriore inediæ ſenſu turba vexaretur, quàmquàm Diſcipuli acceſſiſſent, atq; rogaſſent, per quos

Geneſ. 1.

Pſalm. 77.

quos etiã multitudinem vocauit, & quorum manibus diſtribuit, ita ſingulos opere ipſe voluit præoccupare: ad hęc panes etiã ab ipſis accepit, vt multa ſigni haberent teſtimonia, multa miraculi monumenta extarent. Nam ſi etiam his omnibus adhibitis obliti ſunt, ſi hæc non fuiſſent facta, quid ſibi accidiſſet? Iubet autem in fœno diſcumbere, ad ſublimiorem Philoſophiã eos inſtituens. Nec enim corporibus ſolum, verum etiam animis alimenta præbere volebat. Sic & à loco: & quoniã nõ plures panes ac piſces propoſiti fuerãt, & quoniam omnibus cõmuniter eadem allata ſunt, & quoniã æqualiter diſtributa: ad humilitatẽ, abſtinentiã, charitatẽ mutuam, & vt omnia cõmunia eſſe putarent, eos inducebat. Cũ igitur quinq; panes fregiſſet, eoſdẽ in quinq; manibus Diſcipulorũ reddidit, vbi mirifice quaſi è fonte, magna copia panes atq; piſces ſcaturabant, adeò vt non ſuffecerint ſolũ, verum etiam ſuperabundauerint, non integre quidem panes, vt oſtenderent illorum panum has reliquias eſſe, vtq; ad omnes quod factũ eſſet, peruenire facilius poſſet. Propterea & eſurijſſe turbas permiſit, ne quiſpiam phantaſma id fuiſſe opinaretur. Duodecim verò corbes abundarunt, vt Iudas etiã corbẽ portaret. Potuiſſet autẽ facere, vt extincta fame, nihil ſuperflui remaneret: verum quoniam & ſub Elia ſimile quid factũ eſt, non ita omnipotentiam eius Diſcipuli cognouiſſent. Vnde adeò ipſum hinc Iudæi mirati ſunt, vt Regẽ quoq; cõſtituere voluerũt, cum in alijs ſignis nunquã cõmoti fuiſſent. Sed qua quis oratione aſſequi poterit, qualiter panes è panibus, vt de fonte profluebant, quomodo duplicabantur in deſerto, qua ratione tam multis ſatisfecerunt? Quinq; millia enim erant abſq; mulieribus & pueris. Magna profecto laus multitudinis illius, cũ & fœminæ & pueri vnà cũ viris omni labore contẽpto, ſequerentur. Sed illud priorib⁹ minus non eſt, quomodo tantæ reliquiæ factæ ſunt, vt æquales numero corbes nõ turbis, ſed Diſcipulis tradidit. Imperfectior nanq; multitudo quã erãt Diſcipuli. Signo autẽ facto, ſtatim ad nauigiũ Diſcipulos aſcẽdere iuſsit, ac in vlteriorem ripã traijcere, quouſq; ipſe turbas dimitteret: vt ſi præſentia ſua phantaſmatis ſuſpitionẽ, non veritatis certitudinẽ ipſis præberet, abſentia magis corroborarentur, cũ monumẽta ſigni & teſtimonia miraculi ſecũ habẽtes, traijcerent, quanuis etiam, quãdocunq; maiora faciebat, turbas à Diſcipulis, & ſe ipſum ab homibus dirimere ſolebat. Docet quippe nos nunquã inanem multorum gloriã eſſe aucupandã, neq; multitudini ſemper adhærẽdũ. Iuſsit verò atq; coegit nauigium aſcendere, quoniam magno ſuæ amore præſentiæ Diſcipuli detinebantur, & occaſione quidem turbæ miſiſſe videtur.

Procopius Gazæ in Exodũ.

AB agnis & hędis &c. Agn⁹, vt præſcribit lex, victima pura & irreprehenſibilis perhibetur. Cæterũ hædi ſemper pro expiãdis peccatis impoſiti ſunt aris. Sic & Chriſtus, vt inculpabilẽ hoſtiã in odorem bonæ fragrãtiæ ſemetipſum obtulit Deo & Patri: & vt agnus pro peccatis noſtris in ara crucis immolatus eſt. At quidam non ſimiliter, ſed diuerſis modis pro cuiuſq; ingenio & virtute edunt. Nec enim omnes idonei ſunt, vt veſcantur oue, vel quibuſdam partibus ouis. Plures veſcuntur

cũtur hædo. Qui ſunt perfecti, & repudiũ miſerunt peccato, illi victitant agnis. Quia CHRISTVS eſt agnus DEI: qui tollit peccatũ mundi. Qui adhuc peccatis ſunt ſubiecti, cibũ capiunt de hædis. Et nimirũ hoc illud eſt, quod dicitur: Chriſtũ ſaturaſſe eos qui ipſum comitabantur, nõ ijſdem ſed diuerſis panibus: quoſdam hordaceis, quoſdã ex tritico coctis. Pauit igitur hordeaceis panibus illos, qui ob incõditã & belluinam vitã, ne quiuerant capere purioré & triticeũ panẽ, ſcilicet Chriſtũ. Et quia huius farinæ plures ſunt homines quam pij, ſeptem traduntur fuiſſe panes hordeacei. Hic enim numerus perfectus & plenus habetur. Significãtur itaq; illi, qui plurimi ſunt, qui ſedent manibus preſsis nec operantur dum dies eſt. At panes triticos fuiſſe quinq; in literarum monumenta relatum eſt. Nõ enim fame premuntur, qui melioré naturæ ſectantur inſtinctum, ſecundum numerum ſenſuum. Sed hos ſemper paſtos & ſaciatos habent pane rationali, ſicuti ſcriptũ Apocalip. 7. eſt: Non eſurient, neque ſitient, neq; nutabunt oculi eorum. Vult autẽ illam ouiculam eſſe inculpabilem & ſynceram, ſcilicet vt fugaret & deleret peccati culpam & fœditatem. Licet Chriſtus in ſe peccata noſtra tranſmouerit, & morbos noſtros ipſe portauerit, non tamẽ paſſus eſt, vt ſua paſsione ſibi, qui peccato carebat, medicaretur. Tentatus enim eſt per omnia ſecũdum noſtri ſimilitudinem, verum Heb. 4. abſq; peccato. Lex enim, quæ ſequebatur lucem in tenebras ſplendentem, eam non apprehendit. Nam lux homines conſtituit Pontifices habẽtes infirmitatem. Porrò ſermo iusiurandi, qui ſupra legem fuit, filium conſtituit in æternum conſummatum.

Theophilus Alexandrinus, lib. Paſchali. 1.

VERVM non eſt contẽtus hoc fine blaſphemiæ, ſed in morẽ lunaticorũ, qui furorem ſuũ illiſione dentiũ, & ſpumantiũ ſaliuarũ iectione teſtãtur, rurſum eruptat & dicit: Filiũ Dei, id eſt, rationem, & ſermonem, ac virtutẽ eius, ad ea tantum quæ rationabilia ſunt peruenire. Quod audiens, miror vnde ſumpſerit, aut quomodo legiſſe ſe neſciat: *Omnia per ipſũ facta ſunt?* Ex quo approbatur ad cũcta verbi Dei fortitudinẽ peruenire. Forſitã oblitus & illius hiſtoriæ, quãdo virtute Chriſti Lazarus ſuſcitatus eſt, cuius vtiq; corpꝰ eo tẽpore, quo de morte ſurgebat in vitã, vt anima, ita & ratione caruit. Ignorauit & illud, qꝺ de quinq; panibus quinque millia ſaturata ſunt hominũ, exceptis mulieribꝰ, & infantibus: & ſuperfuerũt duodecim cophini fragmẽtorum. Quod vtiq; Chriſti fortitudo perfecit. Arbitror eum nec illius miraculi recordatum, quãdo irrationabiles maris fluctus diuino calcãs pede, tranquillitati nauigantium reddidit. Quæ Chriſti virtus, & non alterius patrauit imperium. Quomodo ergo non toto corde, & animo & corpore perhorreſcit, dicẽs fortitudinem verbi Dei irrationabiles creaturas non poſſe pertingere? Et qui iactat ſe in ſcientia ſcripturarum, & putat tanta legiſſe, quanta nullus hominum legerit, ſciat ſcriptum, quod ægrotãtes in lectulis deferebant, & ponebãt in triuijs & plateis, vt Petri eos vmbra cõtingeret, & ſanaret, qꝺ ſacra Apoſtolorũ Acta teſtantur, arguẽtia Origenis ſtultitiam, per quam id Apoſtolorum vmbra feciſſe cõuincitur, quod ille Filiũ Dei, verbum Dei non potuiſſe teſtatur.

Ioan. 1.

Ioan. 11.

Ioan. 6. Matth. 14.

Actor. 5.

Theophyla-

Theophyla in Marcum, capit. 8.

Matth. 14. Luc. 9. Ioan. 6.

ETIAM antea tale quoddam miraculum fecit Dominus, & nunc idem denuo operatur, ſumpta occaſione iuſta, nẽpe quod tres dies mãſerat turba, & ſumpta erãt omnium viatica. Non enim ſemper miraculũ facit in alimentis, vt ne putent quod propter cibos populus illum ſequatur, & nunc niſi periculum ex ciborũ penuria fuiſſet, neutiquam fecillet miraculũ. Vide autem & Diſcipulos, quam inſipienter ſe habeant, nondum credentes virtutes illius ex prioribus ſignis. Ipſe autem non reprehendit, docens & nos, ne moroſiores & auſteriores erga indociles ſimus, ſed ſunt quæ ab illis oportet ignoſcere, vt in ſipientibus. Conſidera autem & hoc, quod Chriſtus nullum vult dimittere ieiunium, omnes enim vult delicijs ſuorum donorũ alere, & maximè eos, qui triduò apud ſe manent, hoc eſt, Baptizatos. Illuminatio enim dicitur Baptiſma, quia Baptiſmus autem in tribus merſionibus fit, ita & triduò manent, qui per Baptiſmum illuminantur. Accepit ſeptem panes, ſpiritales (inquam) ſermones. Numerus enim ſeptenarius, Spiritus ſancti ſymbolum eſt, qui perficit omnia. Septenario enim numero perficitur vita hęc, & hoc ſeculum. Comedunt autem illuminati & ſaturantur, & reliquiæ ſuperſunt. Neq; omnes ſenſus diuinos edere valent. Verum ſicut illo quinq; panum miraculo, duodecim cophini ſunt & plures reliquiæ. Erant enim quinq; millia, hoc eſt, quinq; ſenſibus ſeruiebant, & propterea non potuerant multa edere, ſed paucis contenti fuerunt, ideò & plures ſunt reliquię. Ita hic ſeptem ſunt ſportæ, & pauciora reſidua, eo quod quatuor millia fuerũt, hoc eſt, quatuor virtutibus exercitati, & propterea tã quam potentiores plura comederunt, & pauciora reliquerunt. Illa enim ſola non potuerunt comedere, quæ fuerunt magis ſpiritualia, & profundiora, vnde & per ſeptem ſportas deſignantur. Diſce & hoc iuxta hiſtoriã, quod debemus his quibus indigemus contenti eſſe, & nihil amplius quærere. Ecce enim turbæ quæ comederunt & ſaturatæ fuerunt, non acceperunt ſecum reliquias panum, ſed Diſcipuli has geſtarunt, quemadmodum & cophinis factum fuerat, ſic igitur & nos vſu nobis congruo eſſe contentos decet.

Hebræorum 13.

Erga indociles auſteriores non decet vos eſſe.

Baptiſmi tria immerſio.

Septenarius numerus.

Hieronymus in Marc. c. 8.

VNdecima virtute ſeptẽ panes, quatuor ieiunis millib⁹ franguntur: & pauci piſciculi benedicuntur: & de fragmentis ſeptẽ ſportæ plenæ ſuſtolluntur. Septẽ panes, dona ſunt ſeptem Spiritus ſancti. Quatuor millia, annus eſt noui teſtamẽti cũ quatuor temporibus. Septem ſportæ primæ, ſeptẽ Eccleſiæ. Fragmenta panum, myſtici intellectus primæ ſeptimanæ ſunt. Piſciculi benedicti libri ſunt noui teſtamenti: quoniã pilcis aſsi partem, Dominus reſurgens poſtulat: & piſcem ſuperpoſitum prunis, Diſcipulis in captura piſcium porrigit.

Rabanus de vniuerſis, lib. 4.

QVATVOR autem millia: qui alijs ſeptem panibus aluntur eadem Eccleſia gentium eſt: quæ in quatuor partibus mundi diffunditur: atq; vbertate ſeptiformis gratiæ recreatur.

Bernar-

Bernardus de Euangelio 7. panium. Sermo. 1.

MISEREOR ſuper turbam, quia iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent. Euangelium fratres, ob hoc ſcriptum eſt, vt legatur: nec ob aliud legitur, quam vt rationabilem conſolationem vel deſolationem exinde capiamus. Eſt enim ſecularibus conſolatio vana, de terrenarum affluẽtia rerum: vana nihilominus de earum penuria deſolatio. At Euangelium ſpeculum veritatis nemini blanditur, nullum ſeducit, talem in eo ſequiſq; reperiet qualis fuerit, vt nec ibi timore trepidet, vbi non eſt timor, nec lætetur cũ male fecerit. Sed quid dicit ſcriptura? *Si quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparatur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſideravit enim ſe & abijt & ſtatim obliuius eſt qualis fuerit.* Nos autem fratres non ſic obſecro non ſic: ſed conſideremus nos metipſos, in ea quam audiuimus ſacri Euangelij lectione, vt proficiamus ex ea, & corrigamus ſecundum eam, ſi qua in nobis deprehendimus corrigẽda. Propter hoc enim optat Propheta dirigi vias ſuas, ad cuſtodiẽdas iuſtificationes Domini. *Tunc, inquiens, non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.* Et ego quidem non confundor, ſed glorior pro vobis fratres mei: quoniã Saluatorem in deſerto ſecuti, ſecuri exiſtis ad eum extra caſtra: ſed vereor ne quis forte in triduana expectatione puſillanimis inueniatur, & in Ægyptũ ſeculi huius ne quã vel corde vel etiã & corpore reuertatur. Merito proinde clamat Diuina Scriptura, & dicit: *Expectã Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.* Sed quãdiu neceſſe eſt ſuſtinere? Prorſus donec miſereatur tui. Quæris, quando? *Miſereor, inquit, ſuper turbam, quia iam triduo ſuſtinent me.* Viã enim trium dierum eas neceſſe eſt in deſerto, ſi gratum Deo tuo offerre volueris ſacrificium: & triduo ſuſtineas Saluatorem, ſi miraculi panibus deſideras ſatiari. Prima eſt dies timoris: dies, in quam, declarans & illuminans tenebras tuas, interiores ſcilicet, & horrendum gehennæ ſupplicium denotrans: in quo ſunt tenebræ exteriores: huiuſcemodi ſiquidem cogitatio, ſicut ipſi noſtris; noſtre ſolet exercere primordia conuerſionis. Secunda eſt pietatis dies, qua reſpiramus in luce miſerationum Dei. Tertia dies eſt rationis, in qua veritas innoteſcit, vt tãquam ex debito quodam naturæ ſine aliqua contradictione, creatori ſubiecta ſit creatura, ſeruus ſeruiat Redemptori. Ex hinc iubemur iam diſcumbere, vt charitas ordinetur in nobis: ex hinc aperit Dominus manum ſuam & implet omne animal benedictione. Verum quoniam Apoſtolis dicitur: Facite homines diſcumbere, quorum nos (licet ad confuſionem noſtrã) habetis vicarios qualeſcunque; diſcumbere vos admonemus fratres chariſſimi, vt refecti pane benedictionis, ſubſiſtere poſſitis in via, ne forte miſera neceſsitate cõpulſi, deſcendatis & vos in Ægyptum: & incipiant vobis illudere, qui nec dum vobiſcum in deſerto ſecuti ſunt Saluatorem. Miſeri ſane & ipſi, qui non exire cum exeuntibus: ſed plane miſerabiliores omnibus, hominibus, ſed nõ cũ alijs, qui profecti quidẽ cũ alijs ſi ſunt refecti. Porrò qui fuere, qui diſcũbentibus alijs poſt dumeta ſeu diuerſoria quæ vis abſconditi latuere, homines eiuſmodi ieiunos, vacuoſq; remãſiſſe quis neſciat? Sic

Iob. 1.

Pſalm. 5.
Pſalm. 118.

Pſalm. 26.

Pſalm. 144.

& eos

& eos nihil ominus, qui leuitate & curioſitate ducti, circunquaque vagantes minime reſederunt: aut qui reſederunt quidem; ſed non in ordine, nec innumero cæterorũ. Hortamur proinde charitatem veſtram, & paſtorali ſolicitudine admonemus: ne quis ex vobis inueniatur angulos amare, ſectari latebras, quærere diuerticula: quoniã qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Sed nec inueniantur in nobis, qui circumferantur omni vento doctrinæ, inſtabiles & inquieti, nihil in ſe ſoliditatis, nihil grauitatis habentes, tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. Nam de his quid dicam, quorum manus contra omnes, & manus omnium contra ipſos? Hi ſunt qui ſeparant ſemetipſos animales, Spiritum non habentes: quoniam nemo in Spiritu Dei loquens dicit Anathema Ieſu. Nequiſsima plane & perniciosiſsima peſtis: quoniam vniuerſos vnius obſtinatio turbat; & fit omnibus diſcordiæ fomes, materia ſcandalorum. Deniq; Prophetam audi, qui de vinea Domini loquens: *Singularis*, inquit, *ferus depaſtus eſt eam*. Pro huiuſmodi rogo & obſecro vos fratres mei, fugite ſimulationem omnem, & angulos propriæ voluntatis; figite in quietudinem & Spiritum leuitatis: fugite obſtinationem, & nequiſsimum vitium ſingularitatis, niſi forte (quod abſit) fraudare vultis animas veſtras, panis eduleo benedicti. Iam vero, ne longius protraham vos: ſeptem panes quibus reficiamini, iſti ſunt. Primus panis verbum Dei, in quo vita hominis eſt: ſicut & ipſe teſtatur. Secundus panis obedientia eſt: quoniam, *Meus cibus eſt*, inquit, *vt faciam voluntatem eius qui miſit me*. Tertius panis meditatio ſancta, A dequa ſcriptum eſt: *Cogitatio ſancta conſeruabit te*. Et quæ alio in loco nominare videtur panis vitæ & intellectus. Quartus panis, oratiũ lachrymæ. Quintus vero, pæniten tiæ labor eſt. Nec mireris quod laborẽ aut lachrymas panem dixerin, niſi forte excidit tibi quod in Propheta legiſti *Cibabis nos pane lachrymarum*, & item in ailo Pſalmo: *Labores*, inquit, *manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit*. B Sextus panis eſt iucunda vnanimitas ſocialis: panis, in quam, ex diuerſis granis confectus, fermentatus vtiq; ſapiẽtia Dei. Porrò ſeptimus panis eſt Euchariſtia: *Quoniam panis*, inquit, *quem ego do, caro mea eſt pro mundi vita*.

Loan.3. Pſalm.97. Pſalm.127. Loan.6. 1.Cor.12. Pſalm.97. Luc.4. Ioan.4. Ioan.6.

Beda in Marc. libr. 2. cap. 8.

IN illis diebus iterum cum turba multa eſſet, nec haberent quod manducarent, conuocatis Diſcipulis ait illis. Miſereor ſuper turbam, quia eſſe iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent, &c.) Et in hac lectione cõſideranda eſt in vno eodemq; Redẽptore noſtro diſtincta operatio diuinitatis & humanitatis: atq; error Eutychetis, qui vnam tantum in Chriſto operationẽ dogmathizare præſumit, procul à Chriſtianis finibus expellẽdus. Quis enim non videat hoc quod ſuper turbã miſeretur Dominus, ne vel inedia vel viæ longioris labore deficiat, affectũ eſſe, & compaſsionem humanæ fragilitatis: Quod vero de ſeptem panibus & piſciculis paucis, quatuor hominum millia ſaturauit, Diuinæ opus eſſe virtutis? Miſtice autem hoc miraculo deſignatur, quod viam ſeculi preſentis aliter incolumes tranſire nequimus, niſi nos gratia Redemptoris noſtri alimento verbi ſui reficiat. Hoc vero typice inter hanc refe-

C D

Eutychetis error. Myſtice.

ctionem,

ctionem,& illam quinq; panum ac duorum piscium distat, quod ibi litera veteris instrumenti spiritali gratia plena esse signata est, hic autem noui veritas ac gratia testamenti fidelibus ministranda monstrata est. Sane vtraq; refectio in monte celebrata est, vt aliorũ Euãgelistarum narratio declarat: quia vtriusq; scriptura testaměti recte intellecta altitudinem nobis cælestium & præceptorum mandat & præmiorum; vtraq; altitudiné Christi qui est mons domus Domini in vertice montium consona voce prædicat. Qui enim ædificatam super se ciuitatem siue domum Domini, id est, Ecclesiam in altum bonorum extollit operum, & cunctis manifestam gentibus exhibet, ipse hanc ab infimis delectationibus abstractam pane cæli reficit, atq; ad appetitum supernæ suauitatis dato pignore cibi spiritualis accendit. *Misereor, inquit, super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suã, deficiẽt in via.*) Quare triduo turba Dominum sustinuerit, Matthęus exponit plenius, qui ait. *Et ascendens in montem sedebat ibi.* Et accesserunt ad eum turbę multæ habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerũt eos ante pedes eius, & curauit eos. Turba ergo triduo Dominum propter sanationem infirmorum suorum sustinet cum electi quiq; fide Sanctæ Trinitatis lucidi Domino pro suis suorumq; peccatis, animæ videlicet languoribus, perseueranti instantia supplicant. Item turba triduo Dominũ sustinet, quando multitudo fidelium peccata quæ perpetrauit per pœnitentiam declinans ad Dominum se in opere, in locutione, atq; incogitatione conuertit. Quos dimittere ieiunos in domum suam Dominus nõ vult, ne deficiant in via: quia videlicet conuersi peccatores in præsentis vitæ via deficiunt, si in sua conscientia sine doctrinæ sanctæ pabulo dimittantur. Ne ergo lassentur in huius peregrinationis itinere, pascẽdi sunt sacra admonitione. Valde autem pensanda est pia sententia quę processit ex ore veritatis, qua dicitur. *Quidam enim ex his de longe venerunt.* Est enim qui nihil fraudis & nihil carnalis corruptionis expertus ad omnipotentis Dei seruitium festinauit. Iste de longinquo non venit, quia per incorruptionem & innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia, nullis flagitijs inquinatus, solum autem coniugium expertus, ad ministerium spiritale conuersus est. Neq; iste venit è lõginquo, qui vsus coniectione cõcessa per illicita nõ errauit. Alij vero post carnis flagitia, alij post falsa testimonia, alij post facta furta, alij post illatas iniurias & violẽtias, alij post perpetrata homicidia, ad pœnitentiam redẽũt, atq; ad omnipotentis Dei seruitium conuertuntur. Hi videlicet ad Dominum de longinquo veniunt. Quanto etenim quisq; plus in prauo opere errauit, tanto ab omnipotente Domino longius recessit. Dentur ergo alimenta eis etiam qui de longinquo veniunt, quia conuersis peccatoribus doctrinæ sanctæ cibi præbẽdi sunt, vt in Deum vires reparent, quas in flagitijs amiserunt. Item Iudęi quicumq; in Christo crediderũt, de propè ad illum venerunt, quia legis & Prophętarum erãt literis edocti de illo. Credentes vero ex gentibus de longe vtiq; venerunt ad Christum, quia nullis paginarum sanctarum monimentis de eis erant fide præmoniti. Et interrogauit

Triduo Dominum sustinere.

De lõginquo veniens.

Panes septē rogauit eos. *Quot panes habetis?* Qui dixerunt. *Septem.* Benè septem panes in mysterio noui testamēti ponūtur, in quo septiformis gratia Spiritus sancti plenius fidelibus cunctis & credenda reuelatur, & credita datur. Neque hordeacei fuisse prodūtur, sicut illi quinq; de quibus quinque sunt hominum millia saturata, ne iterum sicut in lege vitale animæ alimentum corporalibus Sacramētis obtegeretur. Hordei etenim medulla tenacissima palea texitur. *Et præcepit turbæ discūbere super terram.* Supra in refectione quinque panum turba super fænum viride discumbebat, nunc vbi septem panibus, reficienda est, supra terram discumbere præcipitur, quia per scripturā legis carnis desideria calcare & comprimere iubemur. Omnis enim caro fænum, & omnis gloria eius tanquam flos fęni. In nouo autē testamento ipsam quoque terram ac facultates tēporales derelinquere præcipimur. Vel certe quia mons in quo turba dominicis panibus reficiebatur, altitudinem (vt supradiximus) redemptoris nostri significat, ibi super fænum, hic super terram reficitur. Ibi enim celsitudo Christi propter carnales homines & Ierusalē terrenam, carnali spe & desiderio tegitur: hic autem remota omni cupiditate carnali, eonuuas noui testamenti spei permanentis firmamentum tanquam ipsius montis soliditas, nullo fæno interposito, cōtinebat. *Et accipiens septem panes gratias agens fregit & dabat Discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ.* Dominus accipiens panes dabat Discipulis vt ipsi acceptos turbæ, apponerent, quia spiritualis dona scientiæ tribuens Apostolis, per eorum ministerium voluit Ecclesiæ suæ, per orbem vitæ cibaria distribui. Quòd autem fregit panes,

Hordei ratio.

Super terrā discumbere.

Isai 40.

Panum septē & eorum distributionis ratio.

A quòd Discipulis daret, apertionem designat Sacramentorum, quibus ad perpetuam salutem nutriendus erat mundus. Cū enim ait ipse Dominus: *Et nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius, & cui noluerit Filius reuelare.* Quid nisi panem vitæ nobis per se aperiendum demonstrauit, ad cuius interiora cernenda per nos ipsos penetrare nequiuimus? Cui contra Propheta miserabilem quorundam famem deplorans aiebat. *Parvuli petierunt panem, nec erat qui frangeret eis.* Quod est alijs verbis dicere: Indocti quęsierunt pabulum verbi Dei, quo ad virtutē bonæ operationis conualescerent refici, ne erat magistris deficientibus qui eis scripturarum arcana patefaceret, eosque ad viam veritatis institueret. Acceptis autem ad frangendum panibus Dominus gratias agit, vt & ipse quantū de salute generis humani congaudeat ostendat, & nos ad agendas semper Deo gratias informet, eum vel terreno pane carnem vel animam celesti superna gratia largiente reficimus. Et habebant piscículos paucos, & ipsos benedixit & iussit apponi. Si in panibus septem scriptura noui testamenti designatur, in cuius lectione per gratiā sancti Spiritus internas mētium epulas inueniemus, quid in piscículis quos benedicens pariter Dominus turbæ iussit apponi, nisi Sāctos accipimus illius temporis, quo eadem est condita scriptura, vel quorum ipsa scriptura fidem, vitam, & passiones continet? Qui de turbulentis huius seculi fluctibus erepti ac diuina benedictione consecrati, refectionem nobis internam, ne in huius mūdi transeūtis excursus deficiamus, exemplo suæ vel vitæ præbuere vel mortis. *Et manducauerunt & saturati sunt.* Mā ducant de panibus Domini ac pis-

Matth. 11.

Thren. 4.

Piscículorum ratio.

Saturati. cibus & ſaturantur, qui audientes verba Dei & exemplo intuẽtes ad profectum vitæ correctionis per hæc excitari atq; aſſurgere feſtinant. Quibus apte congruit illud Pſalmiſtæ. *Pſalm.21.* *Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirent eum. Viuet cor eorum in ſeculũ ſeculi.* Quod eſt aperte dicere: Audient humiles verbum Dei & facient, & ad laudem non ſuam, ſed ſuperni largitoris cuncta quæ bene gerunt referent. Vnde merito ad vitam interioris hominis æternam vt pote pane vitæ ſaturati peruenient. Cui contra tardis auditoribus per Prophetã exprobratur: *Oſeæ.4.* *Manducaſtis & nõ eſtis ſaturati.* Mã ducant nanq; & nõ ſaturantur qui panem verbi Dei audiendo deguſtant, ſed non faciendo quæ audiũt nihil ex his internæ dulcedinis quo cor ipſorum confirmentur in ventre memoriæ recipiunt. *Fragmenta.* *Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſeptem ſportas:* quot turbis ſaturatis ſuperat, Apoſtoli ſuſtollunt, & ſeptẽ ſportas implent quia ſunt altiora perfectionis præcepta, vel potius exhortamẽta & cõſilia, quæ generalis fidelium multitudo nequit ſeruando & implendo attingere. Quorum executio illos proprie reſpicit, qui maiore ſancti Spiritus gratia pleni generalẽ populi Dei conuerſationem mentis atque operis ſublimitate tranſcedunt. Qualibus dicitur, *Si vis perfectus eſſe, vade vende omnia quæ habes, &c.* Vnde bene ſportæ quibus Dominicorum ſunt condita fragmenta cibo *Sportarũ ſeptem ratio.*

A rum, propter ſeptiformem Spiritus gratiam, ſeptem fuiſſe memorantur. Nam quia ſportæ iunco & palmarum foliis ſolent contexi, merito in Sanctorum ſignificatione ponuntur. Iuncus quippe ſuper aquas naſci conſueuit, palma verò victricem ornat manum. Et iunceis vaſis recte comparantur electi, cũ radicem cordis ne forte ab amore æternitatis areſcat, in ipſo vitæ fonte collocant. Aſſimilantur & eis quæ de palmarum ſunt folijs cõtexta, cum indefectiuã æternæ retributionis memoriam puro in corde retinent. Et bene turba quanuis reliquias Dominici prandij non caperet, manducaſſe tamẽ & ſaturata eſſe narratur, quia ſunt nonnulli qui & ſi omnia ſua relinquere nequeunt, nec explere hoc quod de Virginibus dicitur, qui poteſt capere capiat, cæteraq; huiuſmodi: tamen eſurientes & ſitientes iuſtitiam ſaturantur, cum audiendo mandata legis Dei, ad vitam perueniunt æternam. *Erant autem qui manducauerunt quaſi quatuor millia, & dimiſit eos.* Bene quatuor millia, vt ipſo etiam numero docerent Euangelicis ſe paſtos eſſe cibarijs. *Et ſtatim aſcendens nauem cum Diſcipulis ſuis venit in partes Dalmanutha.* Pro hoc in Matthæo legimus. *Et dimiſſa turba aſcendit in nauiculam, & venit in fines Magædon.* Non autẽ dubitandum eſt eũdem locum eſſe ſub vtroque nomine. Nam pleriq; codices non habent etiã ſecundum Marcum niſi Magẽdan. *Matt.19.*

DOMI-

DOMINICA SEPTIMA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Matthæi.7.

TEXTVS.

ATTENDITE *à falsis prophetis, qui veniũt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.*

Tertullianus de præſcriptionibus aduerſus hæreticos.

A

INſtruit Dominus multos eſſe venturos ſub pellibus ouium rapaces lupos. Quę nam iſtæ ſunt pelles ouium, niſi nominis Chriſtiani extrinſec? ſuperficies? Qui lupi rapaces, niſi ſenſus & ſpiritus ſubdoli, ad infeſtandum gregẽ Chriſti intrinſecus deliteſcentes? Qui pſeudoprophetæ ſunt, niſi falſi prædicatores? Qui pſeudo Apoſtoli, niſi adulteri euangelizatores? Qui Antichriſti interim & ſemper, niſi Chriſti rebelles? Hoc erunt hęreſes non minus doctrinarum peruerſitate Eccleſiam laceſſentes, quam tũc Antichriſtus perſecutionũ atrocitate perſequetur, niſi quod perſecutio & martyres facit, hæreſes apoſtatas tantum. Et ideo hęreſes quoque oportebat eſſe, vt probabiles quique manifeſtarentur, tam qui in perſecutionibus ſteterint, quam qui ad hæreſes nõ exorbitauerunt.

Theophylactus in Matth. capit 7.

A

VAfri & impoſtores. Hęretici, propterea dicit, attendite, hoc eſt cauete. Blandiloquentiam enim prętexunt, & vitam ſimulant ſanctam, ſed intrinſicus latet aculeus. Indumentum autem ouis eſt & manſuetudo, quam vſurpant dũ adulantur & decipiũt. A fructu autem cognoſcuntur, hoc eſt, ab operibus & vita. Nam licet ad tempus ſimulent, ſed produntur ſucceſſu temporis.

Vafri, & blãdiloqui hæretici ſunt.

Hieronymus in Matth. c.7.

C

ET de omnibus quidem intelligi poteſt. qui aliud habitu, ac ſermone promittunt, aliud opere demõſtrant. Sed ſpecialiter de hęreticis intelligendum eſt: qui vidẽtur continentia, caſtitate, ieiunio, quaſi quadã pietatis ſe veſte circũdare, intrinſecus vero habẽtes animum venenatũ, ſimpliciorum fra-

trum corda decipiũt. Ex fructibus ergo animæ, quibus innocentiam ad ruinam trahũt, lupis rapacibus comparantur.

Cyprianus ad Nouatianum hæreticum.

PRædixerat quidem & Dominus multos eſſe venturos ſub pellibus ouium, rapaces lupos. Qui ſunt iſti rapaces lupi, niſi ſenſu ſub dolo conſpirantes ad infeſtandum gregem Chriſti? Sicut legimus ad Zachariam poſitum: *Ecce ego ſuſcito paſtorem in terra, qui, quod auerſum eſt non viſitabit, & carnes electorum manducabit, & talos illorum torquebit.* Similiter & per Ezechielem increpat huiuſmodi paſtores, ſcilicet prædones & laniones (dicam, vt æſtimauerat) dicens. O paſtores quare lac ebibitis, & coagulatũ comeditis, forte ad nihilum perduxiſtis, & infirmum non viſitaſtis, & claudicantem nõ curaſtis, & errantem non reuocaſtis, & permiſiſtis populum meum errare inter ſpinas & tribulos? Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego veniam ad uerſus paſtores, & exquiram oues meas, & repellã eos vt non paſcant oues meas, & nõ erunt eis amplius oues meæ in deuorationem, & exquirant eas ſicut paſtor gregem ſuum in die qua fuerit caligo & nebula: ſic exquiram oues meas, & exquiram eas in omni loco, quocunque diſperſi ſunt: & quod perierat, requiram: & quod errauerat, reuocabo: & quod claudicauerat, curabo: & quod infirmũ eſt cuſtodiã: & paſcam oues meas cum iudicio. Quis iſta loquitur? Vtique ille, qui relictis nonaginta nouem ouibus, quæſiuit illam quæ de ſuo errauerat grege, ſicut Dauid dicit: *Erraui ſicut ouis quæ perijt*, quam inuentam Chriſtus redit humero ſuo portãs peccatricem delicatam, qui gaudens & exultans, vocatis amicis, & domeſticis ait: *Congratulamini mihi, quoniam inuenta eſt ouis mea, quæ perierat.*

Zachar. 11.
Ezech. 34.
Luc. 15.
Pſalm. 118.

Hylarius in Matthæum, Canone 6.

BLandimenta verborum & mã ſuetudinis ſimulationem admonet fructu operationis expẽdi oportere, vt non qualem quis verbis referat, ſed qualem ſe rebus efficiat ſpectem⁹. Quia in multis veſtitu ouiũ rabies lupina contegitur. Ergo, vt ſpinę vuas, vt tribuli ficus non generant, vt iniquæ arbores vtilia poma nõ afferũt, ita ne in iſtis quidem conſiſtere docet boni operis effectũ, & idcirco omnes cognoſcendos eſſe de fructibus. Regnum enim cælorum ſola verborũ officia non obtinent. Neq; qui dixerit: Domine, Domine, hæres illius erit. Quid enim meriti eſt Domino dicere: Domine? Nũquid Dominus non erit, niſi fuerit dictus à nobis? Et quę officij ſanctitas eſt nominis nũcupatio, cũ cæleſtis regni iter obedientia potius voluntatis Dei nõ nuncupatio repertura ſit?

Rupertus Abbas, in cap. 7. Matthæi.

ATtendite à falſis prophetis, &c. Hic prudentiæ opus eſt, prudentia ſpiritus, quę vna eſt ex diuiſionibus gratiarum. Eſt enim diſcretio ſpirituum. Nec enim abſque gratia iſta falſi prophetæ cognoſci poſſunt, quia duplices ſunt, interſum turpes, ſpecioſi pelle decora, intrinſecus lupi rapaces, extrinſecus quaſi oues ſimplices, omnem humilitatem, & manſuetudinẽ mentientes. Tales olim venerunt & venturi erant ad ſubuertendum

dum, ſi fieri poſſet, pariter & nouũ teſtamentum. Vnde ſumenda diſcretio, ſiue diſcretionis huius certitudo? *A fructibus* (inquit) *eorum cognoſcetis eos.* Fructus eorum opera ſunt. Poſſunt enim cognoſci & diiudicari ex verbis ſuis hic (vt iã dictum eſt) prudentia opus eſt, quæ armata ſit verbo Dei, & oculata oculis ſcientiæ ſcripturarũ, quales
Cant. 5. laudantur in Cãticis, quod ſint ſicut columbæ reſidentis ſuper riuulos aquarum, iuxta fluenta pleniſſima. Quicquid, dicat quis, cõferendum eſt cũ ſcripturis, quas non ab homine nec per hominẽ, ſed à Spiritu ſancto per reuelationem Ieſu Chriſti acceperunt, vt loquerẽtur
Galat. 1. & ſcriberent homines ſancti: *Et licet nos* (ait Apoſtolus) *aut Angelus de cælo euangelizet vobis præter id quod accepiſtis anathema ſit.* Hoc dictũ, hæc ſententia ſimiliter omnium illorũ eſt, qui nec ab homine, nec per hominem acceperunt, ſed per Spiritũ ſanctum, vnde & ſcriptura illorum omnes ſolæ canonicæ dicuntur & ſunt. Si quis (ait Ioannes in calce ſuæ Apocalypſeos, & alij cuilibet Prophetarum, & Apoſtolorum di-
Apoc. vlt. xiſſe congrueret: *Si quis* (ait) *adiecerit ſupra hæc, adȳciet Deus ſuper illũ plagas quæ ſcriptæ ſunt in libro hoc, & ſi quis diminuerit de verbis prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ.*

Chryſoſtomus homil. 19. in 7. capit. Matth. tomo. 7.

ATtendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ, intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis eos. Supra mãdans Apoſtolis ſuis Dominus, ne eleemoſynas faciant coram hominibus, vt videãtur ab eis ſicut hipocritæ: & ne orent vt ab hominibus videantur, ſicut hipocritæ: & vt nẽ ieiunent coram hominibus ſe oſtẽdentes, ſicut faciunt hipocritæ: & docuit illos vt ne faciãt ſic, & inſtruxit eos: quia poſsibile eſt in hypocraſi & eleemoſynas facere, & orare, & ieiunare: propter quod quaſi iam ad cognoſcendum, quia hæc omnia in hypocriſi fieri poſsũt, lõquitur dicens: *Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, ab intus autem ſunt lupi rapaces.* Quę ſunt veſtimẽta ouilia? Species videlicet ſimulatæ religionis. Eleemoſyna ſimulata veſtimentũ ouile eſt, non opus ouile. Oratio ſimulata veſtimentum ouile eſt, non opus ouile: ieiunium ſimulatum, veſtimentũ ouile eſt, non opus ouile: & cæteræ ſpecies pietatis, quibus ſe veſtiunt lupi rapaces. Nulla autẽ res ſic exterminat bonum, quẽadmodum ſimulatum bonum. Nã manifeſtum malum, quaſi malum fugitur & cauetur: malum autem ſub ſpecie boni celatum, dum non cognoſcitur, nec cauetur, ſed quaſi bonum ſuſcipitur, & ideò coniunctum bono exterminat bonũ. Sic ſerui diaboli tũc peſſimẽ & chriſtianitatem corrumpunt, quando ſe ſimulant Chriſtianos, de quibus admonet Diſcipulos ſuos Chriſtus, magis autem nos omnes per illos dicens: *Attendite à falſis prophetis*: quia magna virtus eſt hominũ cognoſcere malum, & firma tutela ſalutis eſt ſcire quem fugias. Hæreſis quidem periculoſa res eſt, ſed vtilis valde. Periculoſa quidem, quia multi ſeducuntur per eam, & pereunt: vtilis autem eſt, quia tentantur fideles per eam, & ab infidelibus ſegregantur. Qui murmurat de periculo tentationis, murmuret neceſſe eſt de præmio probationis. In nullo enim negotio poteſt requies inueniri, niſi præceſſerit labor: quanto magis in ſpiritualibus

bus rebus, niſi præceſſerit tentatio, non poteſt eſſe probatio? *Attendite à falſis prophetis.* Primum ſcire oportet, quia ſunt omninò falſi. Nulla res perdet viros Chriſtianos, magis quam hoc quia quoſcũque viderint dici Chriſtianos, quaſi Chriſtianos eos æſtimant. Si enim conſtat, quia ſunt falſi Chriſtiani, aut ille eſt falſus chriſtianꝰ, aut tu. Si non tu, ille: ſi tu, non ille: ſi ille, vt quid illum Chriſtianũ æſtimas, de quo tibi Chriſtus mandauit. Quia chriſtianus non eſt, quem Deus ſuum non confitetur filium: tu quomodo tibi æſtimas fratrẽ? Sed forte dicis: Quomodo dicere illum poſſum non eſſe Chriſtianum, quem video Chriſtum cõfitentem, altare habentem, ſacrificium panis & vini offerentem, baptizantem, ſcripturas Sanctorum legentem, omnem ordinem ſacerdotij habentẽ? Vir ſapiens, ſi non confiteretur Chriſtum, & manifeſta eſſet gentilitas illius, & ſi ſe ducebaris per eam, inſania erat, qua ſeducebaris, nunc autem qui confitetur Chriſtum, ſed non ſic quemadmodum mandauit Chriſtus, negligẽtiæ tuæ eſt, ſi ab eo ſeduceris. Qui enim in occultam foueam cadit, negligens eſſe ducitur, quia nõ caute proſpicit: qui autẽ in manifeſtam foueam cadit, non negligens dicitur, ſed inſanꝰ. Quę autẽ de ſimilitudine Eccleſiaſticorũ myſteriorum dixiſti, hic audi reſpõſum. Quoniam & ſimia hominis habet membra, & per omnia hominẽ imitatur, nunquid propterea dicenda eſt homo? Sic & hæreſis omnia Eccleſiæ habet & imitatur myſteria, ſed non ſunt Eccleſiæ. Deinde ſciens Dominus, quia non erant manifeſti Gentiles, ſed abſconditi ſub nomine Chriſtiano: ideò non dixit, Aſpicite, ſed attendite: Aſpicere enim eſt ſimpliciter videre: Attendite autẽ eſt caute conſiderare. Vbi enim certa res eſt, & indubitabilis, aſpicitur: vbi autẽ incerta & indubitabilis, attẽditur. Sciens ergò Chriſtꝰ, quia eſt in illis aliquid quod alijs pro alio videbatur, aliud deſuper poſitum, aliud intus incluſum, ideò dixit. Attendite, vt ſcias quia non corporali aſpectu attendendum eſt, ſed vigilantia ſpirituali. Si enim corporaliter illos aſpicias, cognoſcere non potes, quia ſchemata Chriſtianitatis habent. Nam homines paſsibiles quomodo poteſtis videre mẽdacia veritatis velamine cooperta. Primum ergo attendendum eſt per opera bona. Si enim opera iuſtitię facimus, & à nullo errore decipimur, & ipſi omnem ſentimus errorem. Nam ipſa res facit errare, quæ facit alterius erroré non cognoſcere. Nam qui non cognoſcit mendacium alterius, ſuam non intelligit veritatem. Ergò quandiu opera bona facimus, ipſum lumen iuſtitiæ ante oculos noſtros adaperit veritatẽ. Sic & peccata peccantium ſenſus tenebreſcere faciunt, vt non vidẽtes mendacium cadant in illud. Vide enim ab initio ex quo inter homines ſeminatus eſt error fidei, non error diabolicus fecit homines malos, ſed homines mali diabolicum ſibi fecerunt erroré, ſi error feciſſet homines malos, culpa erat Dei, qui tales homines fecit, vt ab erroribus ſeducantur: nũc autem culpa eſt hominis, qui volũtarie elegit errorem: quia non poſſunt errores præualere in homines, niſi peccata præceſſerint. Prius enim peccatis plurimis excæcatur homo, & ſic diaboli ſeductione ſeducitur, & cadit in mortem. Quemadmodum enim ſole manente non præualet nox, cum autem acceſſerit ad occaſum, tunc occupat mundum: ſic quandiu lumen

men iuſtitiæ in homine fuerit, tenebra erroris eum apprehẽdit. Ergo bonis operibus vigilãdum eſt, quia non error generat peccata, ſed peccata errorem. Sicut dicit ſapientia: Impietas trahit hominem ad errorem. Attendite ſicut admonet, attendite, quaſi Deo inuito diabolus hæreſes introducat: non Deo inuito, ſed permittente. Si enim gentes non credidiſſent in Chriſtum, intelligebamus virtutem fuiſſe diaboli, qui gẽtes credere non permiſit. Nam ſi diabolus aliquid potuiſſet, ab initio credere non permiſiſſet: nunc autem ex eo quod omnes gentes crediderunt, ſed poſtea ex credentibus factæ ſunt hæreſes, manifeſtum eſt, quia non fuit virtus diaboli, ſed permiſsio Dei. Et quare ſic admonet quaſi qui noluerit fieri? Quia non ſine iudicio vult ſeruos ſuos habere: ideo præmittit tentationem. Quoniam autem non vult per ignorantiam eos perire, ideò admonet. Ideo tentationem mittit: ne mali cum bonis honorentur: Ideo autem admonet, ne boni cum malis pereant. *Attendite vobis à falſis prophetis.* Scriptum eſt, *Omnis lex & Prophetæ vſque ad Ioannem*, non quia futuri nõ erant poſt Ioannem. Fuerunt enim & Agabus, & Sylas, & multi. Sed quia prophetia de Chriſto non erat ventura poſt eum. Ergo poſt Ioannem prophetia quidem de Chriſto futura ceſſauit, Prophetæ autem & fuerunt & ſunt: ſed non qui prophetarint de Chriſto, ſed qui interpretarentur ea quæ de Chriſto ab antiquis fuerant prophetata, id eſt, Doctores Eccleſiarum. Sed & omnes Chriſtiani Prophetæ dicuntur, qui in Regnum, & in Sacerdotium, & in Prophetiam vnguntur: nec enim poteſt quis propheticos interpretari ſenſus, niſi habeat ſpiritum prophetiæ. Hæc autem diximus, vt oſtendamus, quia Prophetæ, de quibus loquitur Chriſtus, Doctores dicũtur. Sciẽs ergò Dominus futuros eſſe falſos doctores hæreſum diuerſarum cõtra veros Doctores, qui ſcripturas Propheticas & apoſtatica peruerſa interpretatione confunderent: ideo per Apoſtolos ſuos omnium Eccleſiarum Doctores admonet, dicens: *Attendite vobis à falſis prophetis.* Et ne forte dicat aliquis hereticus doctor, quia non dixit nos prophetas falſos, ſed Gentilium & Iudæorum Doctores: ideo addidit dicens: *Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium.* Quanuis & de Iudaicis quidem falſis apoſtolis & prophetis, iſta prædicit, tamen de illis Iudaicis, qui in Chriſtum fuerant credituri ex eis, peruerſa loquentes ſecundum ſuggeſtionem maligni ſpiritus: ad corruptionem Chriſtianorum fuerant locuturi, de quibus cauendis in omni epiſtola ſua ſollicite monet Apoſtolus, quorum filij ſunt & hæretici modo. Oues enim proprio Chriſtiani dicuntur: veſtimentum autem ouile, eſt ſpecies Chriſtianitatis. Vides quia de hæreticis Chriſtianis loquitur Chriſtus fugiendis, qui à foris in ſchemate Chriſtiani videntur, ab intus autem confeſsionis efficacitate Gentiles. Et iſti multo periculioſiores ſunt quam illi Iudaici: quia illi quidem reiecti ab Apoſtolis, & vocati extra conuentum Chriſtianorum erratici vagabantur, hæretici, & furtim quoſdam corrumpebant incautos. Iſti autem quaſi fundati Chriſtiani, & Eccleſias ſuas habentes. Et quid dico, Eccleſias etiã regentes, palam cum libertate ſubuertunt, & ſic multiplicati ſunt ex diuerſo, vt Chriſtiani vagi potius videantur quam illi. Et

Matt. 11.

quomodo non ſint periculoſi, aut quomodo ſuadent multis? Et ne adhuc dicat hæreticus, quia de veris Chriſtianis doctoribus loquitur, qui Chriſtiani quidem ſunt, tamen peccatores ſunt. Omnis enim Chriſtianus qui facit peccatum, falſus dicitur Chriſtianus: & vere quidem eſt, quia Chriſtianus qui facit peccatum, non penitet de peccato, falſus eſt Chriſtianus. Tamen vt ſcias, quia non de Chriſtianis peccatoribus, ſed de hæreticis doctoribus loquatur: non tantum dixit, *Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ*: ſed addidit. *Ab intus autẽ ſunt lupi rapaces.* Chriſtiani enim Doctores, & ſi fuerint peccatores, ſerui quidem carnis dicuntur, quia vincuntur à carne, tamen propoſitum non habent perdere Chriſtianos. & ideò non dicuntur lupi rapaces. Vides ergò, quia manifeſte de hæreticis doctoribus dicat, qui eo propoſito ſchemata Chriſtianorum ſuſceperunt, prouidente diabolo, vt Chriſtianos ſiquo ſeductionis morſu dilanient. De qualibus lupis ad Epheſios dicebat Apoſtolus: *Scio quia poſt diceſſum meum intrabunt lupi graues in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipſis exient peruerſa loquentes, vt abducant diſcipulos poſt ſe.* Audi ergò qui doctus ab hæreticis, putas te eruditum: & baptizatus ab eis, putas te Chriſtianum factum. Vide doctores hæreticos, qui lupi dicuntur à Chriſto. Si ergò eruditus es ab hæreticis, raptus es, non eruditus. Si baptizatus ab eis es, deuoratus es, non ſaluatus. Nam luporum deuorare eſt, non ſaluare.

Actor. 20.

A *Chryſoſt. homil. 24. in 7. cap. Matthæi, tomo. 1.*

ATtendite à falſis prophetis: veniũt enim ad vos in veſtitu ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Ecce cum canibus, ac porcis aliud quoque inſidiarum genus multo illis profecto efficacius ad nocendum. Illi quippe profeſsi ſunt, & omninò manifeſti, iſti vero fraudulenter obtecti: & idcirco ab illis quidem imperat abſtinere, iſtos vero etiam diligenter examinari atque diſcerni, quaſi omninò difficile ſit ad primum illos intelligere congreſſum, propter quod dixit: Attendite, vt nos ad eos excutiendos reddere acriores. Deinde ne cum audiſſent, arctam, atque anguſtam viam: quia illos multis aduerſantibus per eam oportet incedere, porcos quoquè & canes eſſe cauendos: cumque iſtis aliud quoque malitioſius genus luporum, ne inquam tot triſtium rerum aggeſtione concideremus, ac ſatis duorum putaremus, tam multis inſidiantibus iter tale conficere, & de omnibus mandatis prętereà eſſe ſollicitos, malorũ quoque illos quæ ſub patribus eorum ſunt facta commonuit, huiuſmodi homines falſos prophetas vocando: nam & ante talia contigerunt. Nolite, inquit, omninò terreri, nihil prorſus vobis nouum accidet, nihilq; peregrinum, ſemperque diabolus ad oppugnationem veritatis ſubornat terrorem per pſeudo prophetas. Hic autem non mihi ſignificare videtur hæreticos, ſed eos qui cum ſint vitæ prauitate corrupti, ſpeciem tamẽ virtutis induti ſunt, qui vulgo impoſteros vocari ſolẽt, ꝓpter quod intulit, dicens: *Ex operibus eorum cognoſcetis eos.* Nam apud hæreticos quidem

quidem ſaltem vita honeſta frequẽ
ter oſtenditur, apud hos vero nec
vita. Quid ergò, inquis, ſi etiam
mores fingant honeſtos? ſed fa-
cile deprehendentur, atque capié-
tur. Talis quippe eſt natura iſtius
viæ: quam vos conficere præcepit,
laborioſa prorſus ac dura: virtutis
verò ſimulator recuſat laborem,
ſolamque ſui oſtentationem requi
rit, propter quod etiam de ſimula-
tione conuincitur. Quia vero di-
xerat: *Pauci ſunt qui inueniunt eam*:
ſanctam proculdubio paucitatem
ab eis ſecernit, qui cum non in-
ueniant iter illud anguſtum, ta-
men ſe inuenire ſimulant. Et cæ-
teris præcepit, vt non ad eos qui
virtutes ſpecie teguntur aſpiciant,
A ſed potius ad eos qui illam viam
in veritate concelebrant. Et cu-
ius, inquies, rei gratia non eos fa
cit eſſe manifeſtos; ſed nobis po-
tius curam huiuſcemodi examina
tionis imponit? Vt profecto vigi-
lemus, ſimus abſque intermiſsio-
ne ſolliciti, non ab apertis modo,
ſed ab occultis quoquè inimicis
cauendo, quos ſignificat & Pau-
lus dicens: Et per dulces ſermo-
nes ſeducunt corda innocentium.
B Nequaquam ergo turbemur, cum
huiuſmodi homines noſtraque æ-
tate plurimos videmus. Nam hos
quoque Chriſtus paulo ante prę-
dixit. Et conſidera lenitatem, nõ
ait punite tales, ſed tantummo-
do ne ab eis lædamini præcauete.

TEXTVS.

A FRVCTIBVS eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt autem arbor mala bonos fructus facere; neque arbor bona malos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

Rupertus Abbas in 7. cap. Matthæi.

BONI auditoris officiũ
eſt, animaduertere cæle-
ſtis oratoris nõ ſolum quid
dicat, verumetiam quid maxime
intendat. Eſt itaque hic ſenſus, vel
hæc intentio in iſtis verbis eius.
Sicut diſcernere ſcitis lignum vn-
de ficum aut vuam colligitis, quod
C ſpina vel tribulus, aut mala arbor
non ſit, Ita & me cuius ex ore veri
tatem ſimul & opus veritatis ac-
cipitis. Exempli gratia. Cum di-
co cuidam Centurioni. *Vade, &*
ſicut credidiſti fiat tibi. Itemque cui-
dam alij. *Vade quia filius tuus viuit.*
Cum dicam cuidam leproſo. *Volo,*
mundare, & ſtatim fit, & multa alia
multo maiora his, me (inquam)
per hæc diſcernite à falſis prophe-
tis, quia non poteſt vtrũque eſſe

Matth. 8.
Ioan. 4.
Luc. 5.

vt de corde meo confingendo, & falſum loquendo in nomine Domini, arbor mala ſim, & fructus faciam tam bonos, vt vos ipſi ſentitis, quia multa bona opera operor in medio veſtri. Ecce loquor in nomine Domini, ſcilicet profitendo quod Dominus nomen meum ſit, vel quod non ſemper me, ſed in me ſit nomen Domini. teſte Domino Patre meo, Patre Deo, cum dicit de me quodam loco ſic. *Obſerua eum & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet cũ peccaueris & eſt nomen meũ cum illo.* Sic (inquam) loquar in nomine Domini, vt profitear quod Dominus nomẽ meum ſit, & quod de Prophetis ego Propheta magnus dominando prædicaturus ſim.

Exod. 23.

Beatus Fulgentius ad Venãtiam de recta pœnitentia, Epiſt. 7.

DOminæ illuſtri & merito venerabili filiæ, Venantiæ, Fulgentius ſeruorum Chriſti famulus, in Domino ſalutem. Sicut vera lux nullatenus obſcuratur, ita nunquam veritas æterna mentitur. Lux autem & veritas Deus eſt, de quo ſcriptum eſt: *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ipſa quoq; lux & veritas dicit: *Ego ſum lux mũdi.* Et rurſus de ſe ait: *Ego ſum via, veritas & vita.* Ipſius ergò doctrina monemur, quia arbor bona, bonos facit fructus. Et quia ex fructibus arbor cognoſcitur, in ipſo te, domina in luſtrio & merito venerabilis filia, cum ſis ignota, iam ſcio: in ipſo tibi, cum ſis tam procul conſtituta, congaudeo. Per Epiſtolam ſiquidem clariſsimi filij mei Iunilli, propoſitum ſimul & ſtudium tuæ Chriſtianitatis agnoui, qui mihi gratiam, quam tibi largitus eſt Deus, in tantum ſignificare curauit, vt in ſuis literis tuæ quoque ſalutationis mihi demonſtraret indicium. Hoc proculdubio non feciſſes, niſi Chriſtum tota puritate mentis in ſuis famulis dilexiſſes: nec incognitum ſeruum tuum benigne in Domino ſalutaris, niſi Dominum pio corde geſtares. Gratias illi qui multiplicat gaudium noſtrum de charitate fidelium. Ipſe eſt charitas, quæ credentes perducit ad Deum, quia ipſa charitas eſt Deus. Vnde Ioannes Apoſtolus dicit: *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo manet.*

Ioan. 1.

Ioann. 8.
Ioan. 14.

De arbore bona ferente bonos fructus

Bonum charitatis multiplex contra peccatum.
1. Ioan. 4.

Beatus Fulgentius de confeſſoribus & diſpenſatoribus Domini.

ARbores ſumus, fratres, in agro dominico conſtitutæ: Deus autem noſter agricola. Ille nos compluit, ille colit, ipſe fœcũditatem donat, ipſe ſanctificandi gratiam ſubminiſtrat. Pluuia Dei eſt ſermo ſanctæ prædicationis: cultura Dei eſt infuſio gratiæ ſpiritualis. Deus igitur præcepto nos compluit, adiutorio colit. Dum compluit, aufert à nobis ignorantiæ ſiccitatem: dum colit, bene iubendi cõdonat vbertatem: Dum pluit, terram noſtri cordis irrigat: dum vero colit, de ipſa terra ſpinas & tribulos mundanæ cupiditatis extirpat. Debemus itaque fœcundari cæleſtibus pluuijs, debemus congrua fructificatione manibus ſuperni reſpõdere cultoris. Et ſi nõ poſſunt omnes arbores æquales fructus afferre, nulla tamen debet in agro Dominico ſterilis permanere. Multũ metuenda eſt nobis

Arbores ſumus in agro Dominico.

bis fratres illa ſententia comminantis, qua dicitur: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Quod ſi ſtirilitas in ignem mittitur, rapacitas quid meretur? Aut quid recipiet, qui alienum tulerit, ſi ſemper ardebit, qui de ſuo non dederit.

Omnis arbor quæ nõ facit fructus excidetur.

Vincentius Lirinenſis Gallus, aduerſus prophanas nouationes.

IDEM deniq́ue & Saluator clamabat: *Attendite vobis à pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ouium, abintus autem ſunt lupi rapaces.* Quid eſt veſtitus ouium? niſi Prophetarum & Apoſtolorũ proloquia, quę idem ouili quadam ſyceritate agno illi immaculato, qui tollit peccatum mundi, tanquam vellera quædam texuerunt? Qui ſunt lupi rapaces, niſi ſenſus hæreticorum feri & rabidi? Qui caulas Eccleſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti quaqua poſſunt dilacerant. Sed vt fallacius in cautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia deponunt lupinam ſpeciem, & ſeſe diuinæ legis ſententijs, velut quibuſdam velleribus obuolunt, vt cum quiſque lanarum molliciem præſenſerit, nequaquam aculeos dentium pertimeſcat. Sed quid ait Saluator? *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Ideſt, cum cæperint diuinas illas voces, non iam proferre tantum, ſed etiã exponere, nec adhuc iactare ſolũ, ſed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tũc Nouitium virus exhalabitur, hunc profanæ nouitates aperiuntur, tunc primũ ſciendi ſepem videas, tunc tranſferri patruum terminos, tunc Catholicam fidem cædi, tunc Eccleſiaſticum dogma lacerari. Tales erant ij, quos percutit Apoſtolus Paulus in ſecunda ad Corinthios, dicens: *Nam eiuſmodi (inquit) pſeudo Apoſtoli, operarij ſubdoli, transfigurant ſeſe in Apoſtolos Chriſti.* 2. Corint. 11.

Ex fructibus cognoſcere.

Clemens Alexand. lib. 2. Pædag. capit. 9.

RErum autẽ ridicularum, vel ridẽdarum potius actionum imitatores, exigendi ſunt à noſtra republica. Cum enim verba omnia à cogitatione & moribus emanent, fieri non poteſt, vt verba aliqua emittantur ridicula, quæ non procedunt à moribus ridiculis. Illud enim: *Non eſt arbor bona, quæ facit fructus malos, neque arbor mala quæ facit fructus bonos.* Hic quoque applicandum eſt. Sermo enim fructus eſt cogitationis.

Auguſtinus contra Iulianũ Pelagianum, lib. 6. capit. 8.

HOc ergò generi humano inflictũ vulnus à diabolo, quid quid per illud naſcitur, cogit eſſe ſub diabolo, tanquam de ſuo fruti ce fructum iure decerpat. Hæc verba de libro meo tibi refellenda poſuiſti. Quibus ita inſidiaris, tanquã naturæ humanæ authorẽ dixerim diabolũ, & ipſius qua homo cõſtat ſubſtantiæ conditorem, quaſi vulnus in corpore poſſis appellare ſubſtantiam. Sed ſi propterea me putas dixiſſe diabolum ſubſtantiæ conditorem, quia in ea ſimilitudine quæ à me adhibita eſt, fruticem dixi, frutex quippe nullo dubitãte ſubſtantia eſt: cur vſquè adeò te vel oſtendis, vel fingis indoctum, vt eis

vt eis rebus quę ſubſtãtię nõ ſunt, adhibendas de ſubſtantia ſimilitudines non exiſtimes? Niſi forte & ipſi Domino dialectice calumniaberis, quia dixit: *Arbor bona bonos fructus facit, & arbor mala, malos fructus facit*: Quis enim malitiã ſiue bonitatem, vel opera bona ſeu mala, quos velut fructus illarum arborum voluit intelligi, dicat eſſe ſubſtantias, niſi neſciens quid loquatur? Quis verò arbores & earum fructus neget eſſe ſubſtãtias, ſi nouit quod loquitur? De his ergo rebus quæ ſubſtantiæ ſunt, videmus adhibitas ſimilitudines eis rebus, quæ non ſunt ſubſtantiæ. Quod ſi arbor bona, vel mala, non bonitas hominis vel malitia, ſed ipſi homines accipiendi ſunt, in quibus ſubiectis iſtas eſſe intelligimus qualitates, bonitatem ſcilicet in homine bono, malitiamque in homine malo, vt ipſæ ſubſtantiæ ſint arbores, id eſt, ipſi homines, certè fructus earum quæ nihil aliud quam opera intelligun tur, nemo niſi imperitus dicit eſſe ſubſtantias: cum omnium arborum fructus, vnde iſtæ ſimilitudines datæ ſunt, nemo niſi imperitus neget eſſe ſubſtantias. Ac per hoc ei rei quæ non eſt ſubſtantia, fas eſt adhibere ſimilitudinem de ſubſtantia. Propter quod ego vitio quod generi humano diabolus tanquam vulnus inflixit, quãuis nullo modo ſubſtantia ſit, recte tamen adhibui de ſubſtantia ſimilitudinem, vt fruticem dicerem, & fructus eius vitia etiam illa, cũ quibus homines vobis quidem negantibus, ſed veritate conuincente naſcuntur, & ex quibus in æternum Dei regno pereunt, ſi veritate liberante non renaſcantur. Proinde vitiatorem, non conditorem ſubſtantiæ diabolum dixi: ſubdit autem ſibi quod non cõ

A didit, per id quod inflexit. Deo iuſto tribuente hanc poteſtatem, cuius non ſubtrahit poteſtati, nec quod ſibi eſt ſubditum, nec ſeipſum. Ideò eſt enim ſecunda natiuitas inſtituta, quia natiuitas eſt prima damnata. Cui tamen etiam dãnatæ Dei bonitas exhibetur, vt de maledicto ſemine rationalis natura formetur, qua eius affluẽtiſſima bonitate apertiſsime malorum hominum tanta multitudo nutritur, & occulto Dei opere vegetatur. Quæ bonitas operatio-

B nis eius ſi ſubtrahatur formandis promouendiſque ſeminibus, & viuificandis quibuſque viuentibus, non ſolum gignenda non aguntur, ſed ad nihilum penitus etiam genita rediguntur. Cum ergo Deũ niſi ſtulta impietas non reprehendat, quod homines vitioſa voluntate damnabiles illo viuificante viuunt, qui viuificat omnia: cur putamus ab eius operibus abhorrere, quod origine vitiata damna-

C biles illo creante naſcuntur, qui creator eſt omnium, & per mediatorem regenerati à damnatione liberantur debita, ſed gratuita miſeratione non debita, quos elegit ante conſtitutionem mundi, per electionem gratiæ, non ex operibus vel præteritis, vel præſentibus, vel futuris? Alioquin gratia iam non eſt gratia. Quod maxime apparet in paruulis, quorum nec præterita dici poſſunt opera,

D quia non fuerunt, nec præſentia, quia nihil operantur, nec futura, quando in illa ætate moriuntur. Dixi ſane quomodo manent peccata reatu, quæ præterierunt actu, ſic è contrario fieri poteſt, vt concupiſcientia maneat actu, & prætereat reatu. Quod error quidem tuus falſum eſſe dicit, ſed veritas verumeſſe conuincit: Nãtu id non valendo refellere, primo

mo dialecticas tenebras imperitis conaris offundere, dicens te cogitare non poſſe in qua dialexi inuenerim contrariorum omnium reciprocationem. Quam ſententiã tuam ſi exponere voluero, & ad eorum perducere intelligentiam, qui nunquam iſta didicerunt, opus erit pleno fortaſſe volumine, ſed nunc ſatis eſt, quod ipſe dixiſti, in nulla dialexi poſſe inueniri contrariorum omnium reciproca tionem. Hinc enim oſtendiſti aliquorum eſſe poſſe, non omnium, in his ergo aliquibus & hoc reperi. Si enim dixiſſes, contrariorum reciprocationem eſſe nullorum, & per hoc oſtenderes ea quę poſuit contraria eſſe non poſſe, quia nulla eſſe poſſunt: ego aliqua eſſe poſſe oſtendere debui, ac deinde in his eſſe quod poſui. Sed eſſe aliqua iam ipſe concedis, qui non dicis nullorum cõtrariorum eſſe reciprocationem, ſed non omnium. Eſt igitur aliquorum. Sed vtrum in his etiam hoc ſit quod à me poſitum eſt, reſtat oſtendere, id eſt, vtrum ſicut verum eſt, reatu manere peccata, quæ præterierunt actu: ita ſit verum, quod concupiſcentia maneat actu, & prætereat reatu. Quod tu fieri non poſſe volens oſtendere, hoc dixiſti, quod ego non dixi. Ego enim de concupiſcentia dixi, quæ eſt in membris repugnans legi mentis, quãuis reatus eius in omnium peccatorum remiſſione tranſierit: ſicut è contrario, ſacrificium idolis factum, ſi deinceps non fiat, præterit actu, ſed manet reatu, niſi per indulgentiam remittatur. Quiddam enim tale eſt ſacrificare idolis, vt opus ipſum cum fit prætereat, eodemquè præterito reatus eius maneat venia reſoluendus: Tale eſt carnis concupiſcientia, vt maneat in homine, ſecum per cõtinentiam confligente, quãuis eius reatus qui fuerat generatione contractus, iam ſit regeneratione tranſactus. Actu enim manet, non quidem abſtrahendo & illiciendo mentem, eiuſque conſenſu concipiendo & pariendo peccata, ſed mala, quibus mens reſiſtat, deſideria commouendo. Ipſe quippe motus, actus eſt eius, quanuis mente non conſentiente deſit affectus. Ineſt enim homini malum & præter iuſtum actum, id eſt, præter hunc motum, vnde ſurgit hic motus: quem motum dicimus deſiderium. Non enim ſemper eſt deſiderium contra quod pugnemus, ſed ſi tunc non eſt, quando non occurrit quod concupiſcatur, ſiue animo cogitantis, ſiue ſenſibus corporis, fieri poteſt, vt inſit qualitas mala, ſed nulla ſit tẽtatione commota: ſicut ineſt timiditas homini timido, & quando non timet. Cum verò occurrit quod concupiſcatur, nec deſideria mala nobis etiam nolentibus commutentur, ſanitas plena eſt. Hoc ergo vitium non poteſt niſi reatu tenere hominem, quanuis eiuſdẽ mali bono vſu de caſtis coniugibus procreatum: Qui reatus quanuis eo manente malo, ſoluitur in remiſſione omnium peccatorum per Dei gratiam qua liberamur ab omni malo: Cum Dominus non ſolum propitius ſit omnibus iniquitatibus noſtris, verumetiam ſanat omnes languores noſtros. Dominus in Euangelio. *Ecce* (inquit) *eijcio dæmonia & ſanitates perficio hodie & cras, & tertio die conſummor.* Luc. 13. Poſt multum tempus quam hoc dictum eſt, paſſus eſt Dominus. Mẽtiri non potuit. Intelligitur ergò ſic. Expulſio dæmoniorũ remiſſio peccatorũ eſt, eo vtique quo diabolus peccatorũ pater atq; origo ſit, per id quod efficitur, id quod efficit.

cit. Et vtiq; expulſio dæmoniorũ, remiſsio peccatorum eſt, tanquam reſoluta cauſa, per quam hominis animam poſsidebat. Perfectio ſanitatum, dum de die in diem proficit Eccleſia, & corruptionis, cuius reatus ablatus eſt, paſsio quotidiana renouatione minuitur. Tertia conſummatur, dum reſurrectionem in ſeipſo initiandam monſtrauit Eccleſiæ, qua ad incorruptionis conſummationem, ſummamque perueniat ſanitatem. Si vero cõſummari dixi. Et initium & finis ipſe, ipſe caput & plenitudo corporis, in membris ſuis ipſe perficitur. Nam recolo quid reſponderit liberator ipſe atque ſaluator his qui ei dixerant, vt exiret de Ieroſolymis. *Ecce*, inquit, *eijcio dæmonia & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia conſumor.* Lege Euangelium & vide poſt quantum paſſus fuerit & reſurrexerit. Ergo mentitus eſt? Abſit: Sed ſignificauit aliquid, quod iſta inter nos quæſtione verſatur. Expulſio quippe eſt dæmoniorum remiſsio peccatorum: perfectio ſanitatum, quę fit proficiendo poſt baptiſmum. Tertia conſummatio eſt, quam ſuæ quoque carnis immortalitate monſtrauit incorruptibilium beatitudo gaudiorum. Tu autem in exemplum rei de qua loquebaris, ſacrilegum ſacrificium poſuiſti, atque dixiſti, quicquid adhoc genus pertinet de iſto vno poſſe monſtrari, quoniam ſi ſemel aliquis idolus ſacrificauerit, poteſt donec cõ ſequatur veniam, premi iniquitate commiſsi, & manet reatus actione finita. Nullo autem pacto, inquis, fieri poteſt vt maneat actio & abſcedat reatus, id vt dæmonibus, inquis, ſacrificare nõ deſinat, & tamen liber à prophanitate videatur. Hoc de ſacrificio idolis oblato veriſsime dicis: actus eſt e-

A nim qui opere ipſo peragitur, & non erit, & ſi iterum fecit, alterum fit, impietas vero ipſa qua hęc fiunt, tamdiu manet, donec idolis renuntietur & credatur in Deũ. Idolis itaque ſacrificatum factum eſt tranſiens, non vitium manens. Impietas vero qua ſacrificatum eſt, quia & illo peracto manet, videtur eſſe concupiſcentia ſimilis, qua commiſſum eſt adulterium. Sed errore ſublato, quo illa impietas etiam putabatur, nunquid idolis aliquẽ ſacrificare delectat,
B & in illo huiuſmodi deſiderium commouetur? Nullo modo igitur ſimile eſt, quod pro ſimili ponendum putaſti. Nullo modo, inquam, ſimile eſt ſacrificium tranſiens manenti cõcupiſcentiæ, quę hominem iam non committentẽ quod ſolet ei conſentiendo committere, iam plena fide & cognitione retinentem, non eſſe talia facienda, ſtimulus tamen illicitorum deſideriorum, quibus reſiſtit
C caſtitas, inquietare non ceſſat: neque ſcientia finitur vt non ſit, ſed continentia refrenatur, vt quò tendit peruenire non poſsit. Quapropter ſicut idolis immolatio quę iam nec in actione eſt, quia præterijt, nec in voluntate, quia error quo fiebat abſumptus eſt, manet tamen reatus eius donec in lauacro regenerationis peccatorum omnium remiſsione ſoluatur: ſic
D è contrario, quanuis reatus malæ concupiſcentiæ eodem baptiſmate ſit ſolutus, manet tamen ipſa, donec ab eo qui poſt iecta dæmonia perficit ſanitates, medicina perficiente ſanetur. Sed quæſo te cum & ipſe concedas peccati facti atque tranſacti reatum manere, niſi ſacro fonte diluatur: dic mihi reatus iſte quis ſit, & vbi maneat iam homine correcto rectęque viuente, nondum tamen peccatorum

catorum remiſsione liberato? Subiectum eſt reatus iſte, id eſt ſubſtantia ſicut ſpiritus, ſicut corpus: an in ſubiecto, ſicut febris, aut vulnus in corpore: ſiue auaritia, vel error in animo, in ſubiecto eſſe dicturus es? Neq; enim reatum affirmabis eſſe ſubſtãtiã: In quo igitur tibi videtur eſſe ſubiecto? Cur quęram quid reſpõdeas, & non potius verba tua ponam? Actu, inquis, prętereunte, manet eius reatus in illius conſciẽtia qui deliquit, donec dimittatur. Ergo in ſubiecto eſt, hoc eſt, in animo eius qui deliquiſſe ſe meminit, & ſcrupulo agitur cõſciẽtię, donec fiat delicti remiſſione ſecurus. Quod ſi obliuiſcatur ſe deliquiſſe, nec ei? cõſcientia ſtimuletur, vbi erit reatus ille quem trãſeunte peccato manere concedis donec remittatur? Nõ eſt certe in corpore, quia non eſt eorũ accidentium, quę accidunt corpori. Non eſt in animo, quia eius memoriam deleuit obliuio. Et tamen eſt. Vbi eſt igitur cũ iã bene viuat homo, nihil tardè committens? Nec dici poſsit eorũ peccatorũ eius reatum manere qui meminit, eorum verò qui oblitus eſt non manere. Manet quippe omninò donec remittatur. Vbi ergo manet, niſi in occultis legibus Dei, quę conſcriptæ ſunt quodammodo in mẽtibus Angelorũ, vt nulla ſit iniquitas impunita, niſi quam ſanguis mediatoris expiauerit, cuius ſigno crucis conſecratur vnda baptiſmatis, vt ea diluatur reatus tanquam in chirographo ſcriptus, in notitia ſpiritualiũ poteſtatũ, per quas pæna exigitur peccatorum? Huic chirographo naſcuntur obnoxij omnes in carne, de carne carnaliter nati, ei? ab hoc debito ſanguine liberãdi, qui in carne quidem & de carne, non tamen carnaliter, ſed ſpiritualiter natus eſt. Natus eſt enim de Spiritu ſancto, ex Virgine Maria. De Spiritu, ſcilicet ſancto, ne eſſet in illo caro paccuti. ex Virgine autem Maria, vt eſſet in illo ſimilitudo carnis peccati. Ideò illi chirographo non venit obnoxius, & ab illo ſoluit obnoxios. Neque enim nulla eſt iniquitas, cũ in vno homine vel ſuperiora inferiorib? turpiter ſeruiũt, vel inferiora ſuperioribus cõtumaciter reluctãtur, etiam ſi vincere non ſinantur. Hãc iniquitatem ſi homo ab homine altero forinſecus aduerſante patere tur, quia in illo non eſſet, ſine illo vtique puniretur. Quia verò in illo eſt, aut cum illo punietur, aut illo ab eius reatu liberato, ſic in certamine aduerſus ſpiritũ perſeuerat, vt hominem iam non reum ad nulla poſt mortem tormenta traſmittat, non alienet à regno Dei, nulla damnatione faciat detineri, neque vt ea penitus careamus, velut aliena natura ſeiungatur à nobis, ſed quia noſtræ naturæ lãguor eſt, ſanetur in nobis.

Hilarius in Pſalm. 1.

ET erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructũ ſuum dabit in tempore ſuo, Et folium eius non defluet. Ridiculum hoc forte & ineptum comparatæ beatitudinis creditur exemplum, in quo ligni plantatio ſecus decurſus aquarum, fructus ſui datio ſecũdum ſuum tempus, & foliũ eius nõ defluens prædicatur. Hæc quidem ſecũdum homines ſeculi nulla forte exiſtimabuntur. Sed videamus ſecundum propheticam doctrinã quanto in his ipſis rebus ac verbis comparatę beatitudinis gloria condocetur, in libro Geneſis vbi plãtatum à Deo Paradiſum legiſlator oſtendit. Omne quoque lignum ſpecie pulchrum, & ad vſum bonum productum eſſe

mon-

monſtrauit, eſſe quoque & in medio Paradiſi lignum vitæ, & lignum ſciendi mali & boni expoſuit, irrigari deinde Paradiſum flumine, quod poſtea in quatuor principia diuiſum ſit. Quod autem eſſet hoc lignum vitæ, Propheta Salomon docuit, dicens: de adoratione ſapientiæ. Lignum vitæ eſt omnibus qui cõplectuntur eam, & qui incumbunt in eam, ſicut in Domino: Lignum ergo hoc viuens eſt, nec ſolum viuens, ſed etiam rationale. Rationale autem in tantum, vt fructus det. Det vero non confuſe, non importune, ſed tempore ſuo: Et plantatum hoc lignũ eſt ſecus decurſus aquarum in poſſeſsione, ſcilicet regni Dei, ideſt, in paradiſo, & vnde flumen exiens in quatuor principia diuiditur. Nõ enim ait: poſt decurſus aquarũ, ſed ſecus decurſus aquarum, vnde primũ decurſus aquarum diuiſiones ſortiuntur. Illic enim plantatum hoc lignum eſt, quo Latronẽ illum ſe Dominum cõfitentem Dominus (qui ſapientia eſt) introducit, dicens: *Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiſo.* Et quia ſapientiam qui Chriſtus eſt, lignum vitę cognominari de ſacramento futuræ corporationis & paſsionis Prophetica authoritate docuimus, etiam ex Euangelijs intelligentiæ huius eſt proprietas aſtruenda. Dominus nanq; ipſe ſe arbori cõparauit. Cum in Beelzebub dæmonia eum Iudei eijcere dixiſſent: aut facite, inquit, arboré bonam & fructus eius bonos, aut facite arborem malam, & fructus eius malos. Ex fructu enim arbor cognoſcitur, quia enim fructus eſſet optimi. Dæmonia eijcere, Beelzebub eum, cuius fructus peſsimi ſunt, eſſe dicebãt. Huius quoq; beati ligni nõ dedignatus eſt in ſe docere virtutem, cum pergens ad crucem ait: *Quia ſi in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Per humidi ligni exemplum nihil in ſe aridati mortis obnoxium eſſe ſignificat. Huic itaq; ligno beatus ille vir ſimilis fiet, cum trãſlati Latronis in Paradiſum modo ſecũdum decurſus aquarum & ipſe plãtetur, & fiat beata illa, & nõ eradicanda nouella plantatio, quam in Euangelijs Dominus ſignificat cum de aliena plantatione conqueritur, dicens: *Omnis plantatio quam non plantauit pater eradicabitur.* Hoc enim lignum dabit fructus ſuos. Vbicumque autem de fructibus arborum aliquid diuinus ſermo ſignificat, facere potius eas fructum quam dare memorat, cum ait: *Non poteſt arbor bona fructus malos facere.* Et cum ſecundum Iſaiam querela de vinea eſt: *Expectaui, inquit, vt faceret vuas, fecit autem ſpinas.* Lignum autem dabit fructus ſuos arbitrio dandi & ratione moderatum. Nam in tempore ſuo dabit.

Prouer. 3.

Matt. 15.

Iſai. 5.

Luc. 23.

Chriſtus arbor.

Luc. 23.

Chryſoſtomus homilia 19. in cap. 7. Matthæi, tomo 7.

QVid ergo eſt? (*Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos.*) Fructus enim hominis eſt confeſsio fidei eius, & opera cõuerſationis ipſius: ſi ergo videris hominem Chriſtianũ, ſtatim conſidera, ſi confeſsio eius cõueniat cũ ſcripturis, verus eſt Chriſtianus: ſi autem non eſt quemaddum Chriſtus mandauit, falſus eſt. Sic enim & Ioannes, cum de hæreticis ſcripſiſſet epiſtolam, non dixit: *Si quis venerit ad vos non habens nomen Chriſti, nec aue ei dixeritis:* Sed, ſi quis non attulerit iſtam doctrinã. Inditium Chriſtianitatis non ad nomen Chriſti retulit, ſed ad confeſsionem, quia non nomen ſolum Chriſti Chriſtianũ facit, ſed etiã

veritas

veritas Chriſti : quia in nomine Chriſti multi ambulant, in veritate autem eius pauci. Deinde vide. Nunquid ouis lupum perſequitur aliquando? Non, ſed lupus ouem. Sic enim & Cain perſecutus eſt Abel, non Abel Cain. Sic Iſmael perſecutus eſt Iſaac, non Iſaac, Iſmael, Sic & Eſau Iacob, non Iacob Eſau. Iudæi Chriſtum, non Chriſtus Iudæos. Hæretici Chriſtianos, non Chriſtiani Hæreticos. *Ergo ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Si quis lupum cooperiat pelle ouina, quomodo cognoſcet illum, niſi aut per vocẽ aut per actũ? Ouis inclinata deorſum balat, lupus in aera conuertit caput ſuum contra cælum, & ſic vlulat. Qui ergo ſecundum Deum vocem humilitatis & cõfeſsionis emittit, ouis eſt: qui vero aduerſus veritatẽ turpiter blaſphemijs vlulat contra Deum, lupus eſt ſicut dicit Propheta de illis; *Iniquitatem in excelſo locuti ſunt, poſuerunt in cælo os ſuum.* Ouis herbam mãducat, lupus carnibus delectatur. Quem videris ergo de pratis ſcripturarum herbas floridas iuſtitiæ colligentem, ouis eſt; quem videris autem in ſanguine perſecutionis gaudentem, lupus eſt. Adhuc autem conſidera virtutes quas facit, vtiles ſunt aut inutiles. Vtiles ſunt, quæ mirabiliter fiunt, & ad ſalutem proficiunt: vt puta infirmos ſanare, & alia huiuſmodi quæ fecit Chriſtus. Vacuæ autem ſunt, quæ admiratione quidem faciunt videntibus, vtilitatẽ autem afferunt nullam: vt puta volare per aerem, ſicut & Dominum diabolus hortabatur, ſtatuens ſuper pinnam templi ambulare, aut commiſceri flammæ & non comburi, & alia qualia Simon fecit. Nam plena opera ex DEO ſunt, quia & ipſe eſt plenus: vacua autẽ ex diabolo, ſicut & ipſe eſt vacuus & vanus. Nam quia quædam mirabilia ſunt ex DEO, quædam autem ex diabolo, demonſtrat Nicodemus. Non enim dixit: *Nemo facit ſigna, niſi ſit Deus cum illo: ſed, nemo facit hæc ſigna quæ tu facis, niſi ſit DEVS cum illo.* Et antea quidem ex hoc ſolo cognoſcebantur falſi Prophetæ & veri, ſi vtilia aut inutilia facerent ſigna. Nunc autem quia futurum eſt: vt etiam ex parte bona faciendorum ſignorum diabolo detur poteſtas, etiam aliud quærere debemus: Si neceſſarium eſt ſecundum tempus, aut non eſt neceſſarium. Si enim mirabilia Chriſtus propter confirmationẽ infidelium faciebat, non propter ipſos, quos ſanabat: ipſos enim in fide ſanare poterat non in ſigno: manifeſtum eſt, quia modo cũ nullus ſit infidelis, faciendorum miraculorum neceſsitas non eſt. Ergo ſi inutile fecerit ſignum, falſus Propheta eſt: quia nõ facit vt aliũ ædificet in fide, ſed vt ſe oſtendat in opere. (*Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?*) Vua miſterium in ſe habet Chriſti. Sicut enim botrus multa in ſe grana ligno mediante ſuſpendit, ſic & Chriſtus multos ſibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos. Similiter & ſicut ficus multa grana vno tegmine tenet incluſa, ſic & multos fideles quodã dulci charitatis amplexu vna tenet Eccleſia. Et ſunt in ficu ſigna hæc: charitatis quidẽ in dulcedine, vnitatis autem incõiunctione granorum, ſicut ſcriptũ eſt: *Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo.* In vua quidem eſt pacientiæ ſignum, quia intorcular mittitur: gaudi autem in ſpe. quia binum lætificat cor hominis. Syncritas, quia non eſt aqua permixtũ, & delectatio ſuauitatis. De his ſcriptum eſt: *Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, lõganimitas,*

Pſalm. 72.

Ioan. 3.

Pſalm. 67.

Gal. 5.

ganimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas, aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Spinæ autem ſunt Hæretici, ſicut, ſermo ipſe demonſtrat ſuperius, dicens: *Attendite à falſis Prophetis.* Ergo non poſſunt ſpinæ & tribuli Eccleſiaſticos fructus proferre. Sed quid proferunt? vulnera, tribulationes, & cætera mala. Quemadmodum ſpina vel tribulus ex quacumque parte illam conſpexeris, habet à culeos: ſic & ſeruos diaboli ex quacumq; parte conſideraueris, iniquitatibus pleni ſunt. Si loquitur, in dolo loquitur: ſi tacet, male cogitat: ſi iraſcitur, inſanit: ſi patienter agit, tempus expectat nocendi, & opportunitatem conſiderat quãdo noceat. Si male agit, non erubeſcit: ſi bene facit, ad vanam gloriam propter homines facit. Quomodo proferat bonum fructũ, cuius radix diabolus eſt. Sub arbore bona & beſtiæ & animalia requieſcunt: ſub ſpinis autem nullũ animal requieſcere poteſt, niſi tantummodo ſerpentes. Sic iuxta fidelem hominem & boni & mali homines pacem habere, ac ſe capere poſſunt: iuxta autem infideles homines nemo poteſt pacem habere, neque requieſcere in eis, niſi tãtummodo ſerpentes, id eſt Dæmones, qui habent cubicula in pectoribus eorum: fructus eorum nulli procedunt ad vſum. Vmbra refrigerij non eſt in eis. Et verum eſt quidem qua ſpinas & tribulos omnes inquos Hæreticos appellauit: tamen forſitan ſciens Dominus hanc hæreſim præualituram præ omnibus tribulos eos appellauit, quaſi Trinitatis profeſſores, & triangulam impietatem in ſua perfidia baiulantes. (*Non poteſt arbor bona fructus malos facere: & nõ poteſt arbor mala facere bonum fructum.*) Non dixit, arbor mala non poteſt fieri bona, neque arbor bona mala. Alioqui qui malus eſt à Deo eſſet, quod malus: & qui bonus eſt, à Deo eſſet, quod bonus eſt. Nunc autem ſic dicitur, malus nõ poteſt facere fructus bonos: id eſt, quandiu malus eſt. Si vero fructus fuerit bonus, poteſt: vt vnus quiſque quod malus eſt, aut bonos, voluntatis eius ſit, non naturæ. Nam ſi volebat, & non poterat fructus bonos proferre, naturæ erat: ſi autem poteſt, & non vult, arbitrij eſt, nõ naturæ. Ergo ſeruus Dei non poteſt facere malum. Et ſi videtur tibi aliquando quod male fecit, cõſidera caute ipſum malum eius, & inueniens eum ab intus eſſe bonum. Nam ex propoſito bono, etiã quod videtur malũ, bonum eſt: quia propoſitum bonum malum opus excuſat. Malum autem opus, bonũ propoſitum non condemnat. Vidiſti Moſem, homicidium facientem, ſed non propter ſuam iniuriã, ſed propter ſeruorum Dei vindictam. Vidiſti Iacob aliud loquentem in lingua, aliudq; habentem in corde, cum diceret ad Eſau. Quia vidi faciem tuam ſicut qui viderat faciem Dei, ſed non vt eum deciperet, ſed vt compeſceret. Similiter malus nõ poteſt facere bonum: & ſi videtur tibi facere bonum, conſidera caute ipſum bonum, & inuenies illud abintus eſſe malum. Nã quod ex propoſito malo fit, etiam bonum malum eſt. Nam bonum opus malum propoſitum non excuſat: malum autem propoſitum bonum opus condemnat. Si videris in fidelem humilem, aut manſuetum, ſcito quia ſub dolus eſt in corde. De talibus enim dicit Propheta: *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.* Si videris eũ bona opera facientem, intellige quia propter homines facit. De illis enim dicit Dominus: *Omnia faciunt,*

Geneſ. 33.

Pſalm. 54.

ciunt, vt ab hominibus videantur. Sicut ergo bonorum hominum omnia opera etiã mala, bona sunt: sic malorum omnium hominum omnia etiam bona, mala sunt. Si ergo videris aliquem DEVM in veritate non colentem, quasi bonum ne credas oculis tuis, vt & dicas bonæ vitæ illum: sed crede magis DEO quam tibi, qui dixit: *Non potest arbor mala facere fructum bonum.* Si autem dicis illum bonum, mendacem fecisti CHRISTVM. Tu enim vides quæ sunt in facie, DEVS autem quæ sunt in corde. Sicut enim in horto sunt multæ arbores fructum inutilem facientes, in syluis autem non inuenitur bonum faciens. Si autem faciunt, aut insipidum faciunt, aut acerbum. Sic in Ecclesia quę hortus est CHRISTI, *Salomone dicente. Hortus conclusus, fons signatus soror mea Paradisus cum fructu pomorum, multi sunt mali.* In Ecclesiis autem Hæresum, quæ sunt syluæ desertæ nemo est bonus, quia & si est aliquis bonus, propter homines est bonus, & nõ propter DEVM. Hæc secũdum fidem dixi: quę sunt autem secundum rationem, audi. Quicumque facit aliquid, est propter quod facit, & nemo facit aliquid propter nihil. Qui pugnat, propter prædam, aut propter gloriam victorię pugnat: qui nauigat, propter necessitatem, aut propter lucrum nauigat. Sicut nihil potest sine radice nasci, sic nihil potest fieri sine causa. Si qui bonum facit, aut propter retributionem regni cælestis facit, aut propter iudicium pœnæ? Interrogo ergo te, infidelis propter quid faciat bonum? Propter iudicium pœnæ dicis. Sed non timet DEVM. Quomodo autem timeat Deum ne peccet in opere, qui nõ timet Deum, sed ne peccet infide: cum sit peius male credere quã male agere propter retributionem dicis. Sed non sperat in Deum qui non curat vnũ mẽdaciter credat, aut vere, cũ sit melius bene credere quã bene agere, quoniam fides sine operibus aliquid est, & si mortua est: opus autẽ sine fide nihil est, licet impossibile alterum absq; altero posse reparari. Nam sicut ignem absq; calore ardere inauditum est, sic & fidem absq; bonis operibus esse. Vt quid ergo facit bonum? Vt videatur ab hominibus, & laudetur: & ideò bonum illius malũ est. Si enim si se labore poterat homo bonum facere in hoc mundo, credibile erat, vt infidelis bono faceret propter hoc ipsum bonum: quia bonum facere bonum est. Nunc autem cum hominibus in carne viuentibus sic contrarium bonum facere sit difficile, & prope impossibile, vt neque magni illi Sancti perfecte potuerint explere quod bonũ est: quomodo infidelis fiat bonum cũ tanto luctamine nullam spem habẽs retributionis præ oculis suis? Quis agonem suscipit sic periculosum vnde palmam nõ sperat? Quid ergo? Sine dubio sperat aliquid, ideò facit bonum? Quid illud? Vt mercetur ab hominibus gloriam vanam. Nam multam dat virtutem homini ad laborandum concupiscientia vanæ gloriæ, & sic cũ indulgentia possum dicere, maiorem dat virtutem homini hypocritæ concupiscientia vanæ gloriæ, quam fidelibus spes regni cælestis. Et hæc est ratio, cõtra spem regni cælestis aduersatur natura carnis: concupiscientia autem vanæ gloriæ ex carne est, & ideò cõsistit ex carnis natura. Ideò ergo dicit: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum,* Quia & mala arbor videtur facere iustitiam, sed non bonam, nec ad vsum proficientem.

Can. 4.

Nam qui propter Deum facit iuſtitiam. Deus illam mandauit: qui autem propter vanam gloriam facit bonũ, diabolus illud facit, & ideò diabolus delectatur in eo. Falſos ergo Chriſtianos, quos Deus in ignem mittendos promittit, quomodo tuputas participes gloriæ tuæ? (*Nõ omnis qui dicit mihi, Domine, Domine intrabit in regnũ cælorũ, ſed qui facit voluntatem Patris mei.*) Falſos Prophetas, de quibus cauẽdũ erat locutus, non alios eſſe, niſi falſos Chriſtianos, & falſos Chriſtianorum prædicatores, his verbis manifeſte demõſtrat, Gentiles enim, aut Iudæi priuſquam credant, nõ dicũt Chriſto, Domine Domine: ſed illi ſoli qui tam ex Iudæis quã ex gentibus viſi ſunt quidem credidiſſe in Chriſtum, conuerſantes autem & prædicantes contra volũtatem Dei & Chriſti preceptũ, facti ſunt falſi prædicatores. Item quoniam falſos Prophetas & veros ex fructibus eorũ docuit eſſe diſcernendos. Hic iam manifeſtius docet, qui ſunt fructus, quibus diſcernuntur probi Doctores & reprobi. Qui enim dicunt tantummodo Chriſto, Domine Domine, & non faciunt Dei voluntatem, reprobi ſunt: qui autem & dicunt Chriſto, Domine Domine, & faciunt voluntatem Dei, illi ſoli probabiles ſunt. Quæ autem eſt voluntas Dei, ipſe Dominus docet. *Hæc eſt voluntas eius qui miſit me, vt omnis qui videt filiũ hominis, & credit in eum, habeat vitam æternam.* Ergo volũtatem Dei facere, hoc eſt, credere in Chriſtum. Sicut & alibi Iudæis interrogantibus quid faciemus, vt operemur opera Dei? Reſpondit, *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem ille miſit.* Credulitatis autẽ ſermo & ad confeſsionem reſpicit, & ad actum. Qui ergo ſic confitetur Chriſtum ſicut & ipſe docuit, ille credit Chriſto: qui autem non ſic confitetur, quomodo docuit ille, non credit. Et ſi conuerſatur quomodo mandauit ille, credit Chriſto & qui nõ ſic cõuerſatur, quomodo mãdauit ille, non credit Chriſto. Credere enim Chriſto, obedire eſt Chriſto: qui autem non confitetur, aut non conuerſatur ſecundum verbũ eius, ille nec obaudit Chriſto, nec credit, propterea tã illo quam iſte non intrabunt in regnum cælorum.

Ioan. 4.

Ioan. 6.

Chryſoſt. Homil. 24. in 7. cap. Matth. tomo. 1.

NVNQVID *colligiunt de ſpinis vuam, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor fructus malos facit. Non poteſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.*) Quod verò dicit, huiuſmodi, nihil habent mite, vel dulce, qui oues vſq; ad ſuperficiem metiuntur, propterquod omnino diſcretio eſt. Et ne vel exiguo quidem ad eorum malitiam conuenire videatur, naturalibus iam neceſsitatibus comparat ea, quæ ab illis nõ aliter ſunt futura, quo more loquebatur & Paulus: *Sapientia, inquit, carnis mors eſt: legi enim Dei non ſubijcitur nec enim poteſt.* Quod & id ipſum ponit ſecundo, non eſt ſuperfflua repetitio verborum. Sed ne quiſpiam diceret, arbor mala affert quidẽ fructus malos, affert tamen etiam & bonos, fitq; ex duplici fructuum qualitate diſcretio ipſa difficilis. Non eſt hoc, inquit, omninò, malos vero tantũ modo affert, bonos vero nequaquam poterit afferre. Sicut & arbor bona non niſi iuxta ſuam naturam fructificare ſolet. Quid igitur? Nunquam ne homo bonus in malum

Rom. 8.

malum verſus eſt, aut malus rurſus in bonum, atq; multorum omnino in diuerſa mutatio talia nobis abunde miniſtrat exempla? Chriſtus autem non dixit impoſſibile eſſe malum ad meliora conuerti, ne bonum negat in deterius poſſe tranſire: ſed quia quandiu malitiæ affixus eſt, bonum vtique fructum non poſsit afferre. Nam tranſire quidem ad virtutem, etiam cum ſit malus, poteſt ſed: nunquam bonum affert fructum quandiu in malitia perſeuerat. Quid ergo? Dauid, nonne cum bonus eſſet, malum attulit fructum? Imo nõ permanens bonus, ſed vtiq; mutatus. Cæterum ſi qualis erat continuo perſeueraſſet, ne quaquam talem fructum tuliſſet, neq; permanens in cæpto virtutis vſu, feciſſet illa quæ fecit. Hæc autem idcirco præcipuè dicebat, vt eorum quoq; qui temere obloqui etiam innocẽtibus ſolent, linguas reprimeret, paſsimq; accuſantium ora frenaret. Quia enim plurimi bonos quoq; de malorum ingenijs æſtimant, vt omni eos excuſatione nudaret, hoc intulit: Nõ enim, inquit, poteſt dicere circunuẽtus ſum, atque deceptus. Siquidem manifeſtam tibi diſcretionem ex operibus oſtendit, & vt etiam diſcutere res eorum opera, præcepit, ne ſcilicet temere cuncta confunderes. Deinde eos qui puniri non iuſſerat, ſed tantum caueri, hos quidem conſolatur, qui eorum patiebantur inſidias: illos vero deterret, & ſi nolint ad meliora cõuerti, quaſi quodam muro, ita ſupplicij eos cõminatione concludit. (*Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur.*) Deinde vt ſermonem ipſum aliquantulum temperaret, intulit. (*Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos,*) Ne enim certam illam, & iam iamq; complendam comminationem videretur includere, ſed eam quæ conſilij vicem atque admonitionis impleret, hac eorum animos interminatione atque examinatione concuſſit. Quo quidem loco mihi etiam Iudæos videtur notare, huiuſmodi fructus ſæpe monſtrantes. Propterea etiam Ioannis verbis vti maluit, per eadem ſcilicet rerum vocabula illius ſupplicium commi nando. Talia quippe etiam illi dicebat, cum inſtantem ſecurim, & excindendam arborem ignemquè inextinguibilem nominaret. Et videtur quidem vna tantummodo pœna eſſe comburi. Si vero aliquis diligenter expendat, duplex hoc inuenit eſſe ſupplicium. Qui enim in gehenna vritur, & cælorũ regnum prorſus amittit, quæ certe pœna maior eſt, quam cruciatus ille flammarum. Noui autem quia plurimi pertimeſcant gehennam, ego tamen illius gloriæ amiſsionem multo amarius, quam ipſius gehennæ dico eſſe ſupplicium. Si vero id non poſſum ſermone mõſtrare, nihil eſt omnino mirandũ. Neq; enim nouimus illorum beatitudinem præmiorum, vt infelicitatem quoq; de eorum amiſsione ſcire poſsimus. Cæterum Paulus, qui iſta comparat, certiſsime nouit quoniã excidere à Dei gratia omnium ſit profecto miſerrimum. Nos autem hoc tunc abſq; dubio diſcemus, cum experimento cæperimus doceri. Sed iſtud vt ne patiamur faxis, ò vnigenite Fili Dei, neque experiamur intolerabile iſtud, horrendumq; ſupplicium quam grande ſit: Nanq; malum ſit illorum bonorum portione priuari, aperte quidem exprimi non poteſt, tamen prout mihi poſsibile fuerit, conabor, atq; contendam per exempla vobis facere vel ex parte manifeſtum. Ponamus

Duplex ſupplicium peccatori datur, alterum gehennæ, alterum regni cæleſtis amiſſio, quæ longè maior pœna eſt, quam gehennæ pœna.

igitur adolescentem aliquem esse mirabilem, eundemque & cunctis florere virtutibus, & totius tenere orbis imperium, tanquam in omnibus esse perfectum, vt vniuersos erga se homines patrio ardere faciat affectu. Quid non ergo istius patrem pati existimatis libenti animo, ne talis filij priuetur alloquio: quod vero vel exiguum, vel grande malum non esse subiturũ, modo, vt illum etiam videat, atq; illius præsentia perfruatur. Hoc igitur de futura quoq; gloria cogitemus. Neque enim sic filius patri, etiam si virtutibus mille decoretur, desiderabilis est atque mirabilis, vt cælestium fructus bonorum, ac resolui, & esse cum Christo. Intolerabilis quidem res est etiam gehenna, quis nesciat, & supplicium illud horribile. Tamen si mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus est, quale est à beatæ illius gloriæ honore propelli, exosumque esse CHRISTO, & audire ab illo, non noui vos, atque argui quod esurienti, & sicienti negauerimus cibum & potum. Est enim satius mille fulmina sustinere, quam vultum illum mansuetudinis pietatisque plenum: nos tamen auersantem videre, & illos totius tranquillitatis oculos, nequaquam nos aspicere sustinẽtes. Si enim ille me cum ei inimicus existerem, eumque odisem, atque auersarer, ita est tamen secutus, vt ne sibi quidẽ parceret, se seque ipsum in mortem traderet: quando post illa omnia esurientem illum ne pane quidem duco dignũ, quib⁹ iã illũ potero oculos intueri? Sed hoc etiam illius considera loco lenitatem. Neque enim beneficia sua imputando commemorat, Neque quia illi cum despiciãt, quibus tanta prestiterit: nec enim dicit, te qui cum non esses, esse te

A præstiti, & tibi inspiraui animam: qui te supra ea quæ in terra sunt cuncta constitui: qui propter te & cælos, & aërem, & pelagus & terram, & omnia quæ existunt, creaui: qui à te inhonoratus sum, & diabulo ipso vilior existimatus, qui nec sic quidẽ destiti sed innumera tibi beneficia etiam post ista donaui: qui ad tuam salutem fieri seruus elegi: qui palmis ora temeratus, & faciem sputaminibus as-

B persus, & seruili supplicio deputatus: vt te de morte redimerem, crucis mortem ipse sustinui: qui pro te etiam in cælo interpello Patrem, qui Spiritum Sanctum tibi dono, qui te ad regnum inuito cælorum, qui tibi etiam tanta promisi: qui & caput tuũ esse volui, & sponsus, & vestis, & dumus, & radix & pastus, & potus, & pastor, & frater; qui te hæredẽ cohæredem quẽ delegi, qui de tenebris in lumen te duxi: cũ hæc enim his quæ

C plura proferre posset, nihil horum omnino commemorat. Sed quid? Solum ipsum profecto peccatum. Hic quoquè charitatem ac desideriũ quod erga te habet ostendens. Neque enim dixit. Ite in ignem paratum vobis, sed paratum diabolo. Et prius dicit, quæ nam illi peccauerint. Et ne tunc quidem cuncta, sed pauca, & ante hos illos qui mandata eius impleuerint in regnum vocat, vt ex hoc quoque ostẽdat iuste se culpare quos dam-

D nat. Quonam ergo supplicio non sunt verba eiusmodi sæuiora? Si enim hominum aliquis à quo beneficijs affectus est, esuriẽtem minime despicit, sed & si fortasse despiciat, certe cũ & ille exprobrare beneficia sua cæperit, eligit magis in terram omnino demergi, quam coram duobus tribus ve amicis tale aliquid audire. Quid nos patiemur, perpẽdite, qui toto iam teste

Beneficia prædara à Deo homini præstita quãti sint facienda.

mundo

mundo hæc quæ memorata sunt, audiemus, quæ ne quidem Dominus diceret, nisi & æquitatem propriè vellet declarare sententiæ? Quod enim haud exprobrans ea proferret, sed quasi satisfaciens, & ostendus, quia non eis frustra nec absque certa iustitiæ ratione dicturus sit, *discedite à me*: ipsa satis beneficiorum quæ eis ante contulerat liberalitate patefecit. Si vero exprobrare voluisset, omnia illa quæ dixi, adducet in medium: nũc autẽ dicit sola illa quæ passus est. Timeamus igitur dilectissimi, huiusmodi tunc audire sermones. Non est lusus hæc vita, immo est quidem præsens vita lusus, sed nõ est lusus etiam futura. Nunc autẽ non tam lusus est vita nostra, quã aliquid forte deterius. Non enim tendit ad risum, sed intolerabilẽ quoq; portabit dolorem eis qui mores suos non mature ac diligẽter instituũt. Quo, enim distamus à pueris ludendi gratia casulas ædificantibus, nos qui ampla prætoria, & clara construimus? Quæ autem dissimilitudo est inter eorũ prandiola ad ludum parata, & nostra hæc splendide ac delicate apparata conuiuia? Nulla plane, nisi quod ea nos ad supplicium nostrũ sæpe faciamus, quæ illi imitantur ad ludum. Quod si nec dum perspicimus, eorumquè agimus vilitatẽ, non est profecto mirandum. Non dum enim venimus ad maturitatẽ virorum, quo cum venerimus, intelligemus hæc omnia esse puerilia. Nam & illo cũ ad virilẽ transimus ætatem, ridere consueuimus, ab ea certe ipsa quę cum pueri essemus, etiam studiosè credebamus esse facienda. Nam & testas aliquando & lutum sæpius aggerantes, non minus gloriabamur, quã hi qui certatim amplas porticos, & triclinia gaudent superba construere: sed tamen peribant illa cõtinuo, & continuo corruebant. Verum ne stantia quidem vtilia nobis esse potuissent, sicut ne istæ quidem splendidæ domus, quę certe iam cæli ciuem capere non possunt. Sed neq; iste in illis se habitare patietur, qui patriã expectat æternam. Verum, vt nos pedibus ludrica illa ędificiola plerunq; destruimus, ita hæc sapienti illi mẽte subuertit: & sicut nos paruulos de illa flentes destructione ridemus, sic isti quoq; viri nobis de hæc subuersione merentibus non modo rident, sed etiam flent. Si quidem & eorum viscera compassione plena sunt, & nobis ingẽtia hinc nascuntur incommoda. Iã igitur in viros transeamus aliquando: quandiu terrę prorsus affigimur, de lignis ac lapidibus gloriantes. Quousq; lusibus occupamur, ac salutem nostram ipsi despicimus, ac prodimus, &c.

Quanto cum timore in vita esse debemus ne à Christo audiamus discedite à me.

Præsens vita lusus est.

Augustinus lib. contra Adimantum Manichæi Discipulum, cap. 26.

DE eo quod scriptum est ni Amos Propheta, si fieri potest vt ambulantes duo in via minime se agnoscant, & leo sine prędа ad catulum suum reuertatur: si decidet auis sine oucupe in terrã, si tendunt muscipulam sine causa, vt nihil capiant: si dabit sonum tuba in ciuitate vt plebs non terreatur: ita etiam malum aliquãdo in ciuitate perpetratur quod Dominus non faciet. Malum hoc loco non peccatum, sed pœna intelligẽda est. Dupliciter enim appellatur malum, vnum quod homo facit, alterum quod patitur pœna. De pœnis ergo loquebatur Propheta

Deus quomodo facit mala.

Amos cap. 3.

Duplex malum.

pheta cum hoc diceret. Diuina enim prouidentia cuncta moderante & gubernante, ita homo male fecit quod vult, vt male patiatur quod non vult. Sic autem iſti accuſant Prophetam iſta dicentem, quaſi in Euangelio non legerint. Matth.10. *Nonne duo paſſares aſſe veneunt, & vnus ex his non cadit in terram ſine Patris veſtri voluntate?* Ita ergo Deus malum facit quod nõ ipſi Deo malum eſt, ſed eis in quos vindicat. Itaque ipſe quãtum ad ſe pertinet bonum facit, quia omne iuſtũ bonum eſt, & iuſta eſt illa vindicta: Et ideò non eſt contrarium quod Adimantus obijcit dixiſſe Dominum, *Arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit.* Quanuis enim malũ ſit gehenna damnato, iuſtitia tamen Dei bona eſt, & ipſe fructus eſt ex arbore bona. Ille autem malis peccatorũ ſuorum: Rom.2. *Theſaurizat ſibi in die iræ reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua.* Quamquam iſtæ duæ arbores manifeſtiſſime in ſimilitudine duorum hominum poſitæ ſint, id eſt, iuſti & iniuſti: quia niſi quiſque voluntatem mutauerit, bonum operari nõ poteſt. Quod in noſtra poteſtate eſſe poſitum alio loco docet, vbi ait, Matth.21. *Aut facite arborem bonam & fructum eius bonũ, aut facite arborem malam & fructum eius malum.* Illis enim hoc dicit qui putabant ſe bona loqui poſſe cum eſſent mali, hoc eſt, bonos fructus facere cum eſſent arbores malæ. Sic enim & ſubiungit. *Hypocritæ quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali?* Mala ergo arbor fructus bonos facere non poteſt, ſed ex mala fieri bona poteſt, vt bonos fructus ferat. *Fuiſtis enim aliquando tenebræ*, inquit, *Apoſtolus,* Epheſ.c.5. *nunc autem lux in Domino.* Tanquam ſi diceret, fuiſtis aliquando arbores malæ, & ideò non poteratis

Iuſti & iniuſti duo arborum genera in mundo plãtata à Deo.

A tunc niſi malos fructus facere: nũc autẽ lux in Domino, id eſt, etiam facti eſtis arbores bonæ, date fructus bonos: quod ſequitur, dicens, *Sicut filij lucis ambulate. Fructus enim luminis eſt in iuſtitia & veritate,* probantes quid ſit beneplacitum Domino. Nam in ipſo Euangelij capitulo ſi non ſtudio maleuolentiæ fugeret Adimantus, poſſet aduertere quommodo dicatur Deus malum facere, ibi enim ait Domi
B nus, quod etiam iſte commemorauit. *Omnis arbor quæ non facit fructus bonos excidetur & in ignem mittetur.* Hæc ſunt mala quæ Deus facit, id eſt, peccatoribus pœnas, quod in ignem mittet arbores, quæ in malitia perſeuerantes fieri bonæ noluerunt, cum hoc ipſis arboribus malum ſit. Deus autem, vt ſæpe dixi, non dat fructus malos, quia iuſtitiæ fructus eſt vindicta peccati.

Matth.7. *In ignem mittit Dominus arbores in malitia perſeuerantes.*

C *Auguſtinus contra aduerſarium legis & Prophetarum lib.1.capit.23.*

SED ipſe Deus (inquit) per eũdem Prophetam, fatetur & dicit, *Ego ſum Deus faciens bona, & creans mala.* Ita plane, ipſe eſt enim Eſai.45. Deus, de quo dicit Apoſtolus. *Vides ergo bonitatem & ſeueritatem Dei.* Hæc autem ſeueritas eius damna Rom.11.
D bilibus mala eſt, quia malum illis damnationis importat. Nam quia iuſta eſt, aliomodo reperitur bona: omne enim iuſtum bonum. Quam verò eleganter ſibi videtur iſte verba diſcutere atq; diſcernere, neſciens quid loquatur: quandoquidem hoc ipſum quod ita poſuit hoc teſtimonium, vt nõ diceretur, faciens bona & mala, aut creans bona & faciens mala, ſed faciens bona & creans mala, vult vertere in crimen: & conatur oſtendere,

ostendere, quod fit, forinsecus fieri: quod autē creatur, apud ipsum esse creatorem, atq; inde procedere: vt videlicet Deus Prophetarū tāquam extranei à se boni factor aliquando fuisse videatur, creator autem mali, tanquam natura malus de seipso proferens quod creauit. Quæ verba si ex consuetudine consideremus locutionis humanæ, & fieri & creari, non solum filij quos de semetipso quisq; generat, verum etiam magistratus dicūtur atq; vrbes, & quæq; alia quæ non exeunt de gignente, sed forinsecus fiunt. Si autem quomodo scripturæ sanctæ quib⁹ iste insidiatur, loqui soleant perscrutemur, aut hoc est facere quod creare, à quo tamē distinguitur gignere: & variandi verbi causa, non ad aliarum rerum differentiam dici potuit, faciens bona & creans mala, cum dici etiam possit creās bona, & faciens mala. Aut si vllā voluisset Propheticus spiritus hic esse distantiam, multo accommodatius sic acciperemus hęc verba, vt intelligeremus id fieri, quod si non fieret omnino non esset: creari autem, ex eo quod erat, condi aliquid vel cōstitui, sicut diximus creari magistratus atq; vrbes. Nā & illi ex his qui iā homines erant, constituuntur in honoribus cum magistratus creantur: & ligna & lapides, quibus construuntur vrbes, vtiq; iam erant, sed non dum in illam rerum faciem quam videmus in vrbibus, quodam ordine & compositione venerant. Quod cū fit, creari vrbes dicuntur. Quod enim Græci appellant Cathezon, hoc nostri aliquando creare, aliquando constituere, aliquando cōdere, interpretantur. quod sæpissime idem significat in illis literis quod est facere. Nā & fecit Deus hominem ad imaginem Dei, & Deus creauit hominem in exterminabilē, legimus. Et si aliquādo cū aliqua differentia dicitur, hoc rectius potest interesse quod dixi: vt facere sit, quod omnino non erat: creare autem, ex eo quod iam erat ordinando aliquod constituere. Ideoquè hoc loco dictus est Deus creans mala, quoniam peccantibus ea conuertit in malū dispositione seueritatis suæ, quæ bonitatis eis largitate bona facta sunt. Vnde dicit Apostolus Paulus. *Christi bonus odor sumus in omni loco & in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Quibusdam quidem odor vitæ in vitam, quibusdā vero odor mortis in mortem.* Sed cum continuò sequatur & dicat, Et ad hæc quis idoneus? Nonne importuni quodam modo sum⁹ ingerere ista carnalibus non studiosis, sed cōtentiosis, nullomodo idoneis ea capere, quę vtinam saltem desinerent carpere? Quantus quippe conflictus aduersus Arianos fuerit excitatus, ne vnigentum filium dicerent esse creaturam, idem putantes creatū esse quod genitum, iste fortasis ignorat. Sed vt eius regula fallax atq; distorta, & eodem Propheticō & Euāgelico testimonio quod ipse posuit percusa, frangatur: Sic Deus loquitur per Prophetam. *Ego creans lucem, & faciens tenebras, faciens pacem, & creans mala.* Quod ipse nec totum, nec sicut illic legitur, posuit. Atquè illud quidē facile dissimulandum est, quod pro pace posuit bona, quoniam pax bona est. Sed illud prætereundū non est, quia huius sententiæ partem superiorem dolo potuit præterire, nec diceret, creans lucem: quia cū sit lux, etiam confitente ipso vtiq; bona, ab eo creatam noluit confiteri, quem non vult creare nisi mala. Magis ergo in differenter id positum debemus accipere, crea-

Sap. 2.

Quare Deus dicatur creās mala?

2. Cor. 2.

Esaiæ, 45.

Genes. 1.

re & facere: diſtinctio nis tamen quam ſibi iſte fecit, regula fracta eſt: quoniam Deus Prophetarum, quẽ de verbo quod non intelligit culpat, ibi legitur creator bonorum quod negat. Itemq; ex Euangelio, nempe nobis tanquam plurimum ſuis partibus faueret, oppoſuit quod Dominus ait. *Arbor bona bonos fructus facit: & arbor mala, malos fructus facit.* Cũ ergo non ſecundum iſtum, creat dixit, non facit, ſi vera iſta eius differentia, qua facientem à creante diſtinguit: dicẽs quod fit alienum eſſe à faciente, quoniam de foris accedit: quod autem naſcitur, proprium eius eſſe qui generat? Hinc enim exiſtimat Deum generatorem malorum, quia dictum eſt, creans mala putans quod & Ariani putauerunt, in ſcripturis illis nihil intereſſe, vtrum generari dicatur aliquid, an creari. Sed certe in eo quod Dominus arborem fructus bonos, malam malos non dixit creare, ſed facere: videat iſte ſuam regulam fractam, & comprimat linguam. Quid enim ſtultius, quam dicere, Deum Prophetarum eſſe arborem malam, & id velle intelligi in eo quod Dominus ait. *Arbor mala fructus malos facit*: & rurſus dicere nõ facit mala, ſed creat: quia ſi faceret, aliena ab alio eſſent, eiq; forinſecus accederent: cum verò creat, ipſe illa de ſe ipſo tanquam radicitus generat. Non ergo de iſto Deo Dominus ait, *Arbor mala malos fructus facit*, quoniã creat mala iſte, nõ facit. Ecce qui audet accuſare Prophetas, qui ex Euangelio â ſe productus teſtibus refragatur.

(?)

Differẽtia inter creare & facere.

Auguſtinus de gratia Chriſti contra Pelagium & Celeſtium lib. 1. cap. 19.

FACIT autem homo arborem bonam quando Dei accipit gratiam: Non enim ſe ex malo bonum per ſe ipſum facit, ſed ex illo, & per illum, & in illo, qui ſemper eſt bonus, nec tãtum vt arbor ſit bona, ſed etiã vt faciat fructus bonos, eadem gratia neceſſarium eſt, vt adiuuetur, ſine qua boni aliquid facere non poteſt. Ipſe quippe in bonis arboribus cooperatur fructum, qui & forinſecus rigat atq; excolit per quemlibet miniſtrum, & per ſe dat intrinſecus incrementum. Malam vero arborẽ homo facit, quando ſe ipſum malum facit, quando à bono incommutabili deficit, ab eo quippe defectus eſt origo voluntatis malæ: Qui defectus, non aliam naturam malam initiat, ſed eam quæ bona eſt condita vitiat. Sanato autem vitio, nullum malũ remanet, quia vitium naturæ quidem inerat, ſed vitium natura non erat.

Quãdo homo in ſe arborem bonam facit?

Auguſt. cõtra Iulianum Pelagianum lib. 1. cap. 3.

SED quoniã iam oſtendi quot & quales & quãtos viros fidei Catholicæ defenſores atq; Doctores falſos facias Manichæos, audi iam parumper, in erudita tameritate quantum veros adiuues Manichæos. Hoc enim me ſecundo loco diſputationis meæ demõſtraturum eſſe promiſi. Manichæi, quod etiam te ſatis noſſe indicaſti, duas naturas, vnam boni, alterã mali ex diuerſis atque interſe aduerſis coæterniſq; principijs, vanitate ſacrilega, nefandi erroris inducunt.

Quãtũ pelagiani adiuuent Manichæos.

Quid Manichæorũ ſecta doceat.

ducunt. Contra quos Catholica fides tantummodo ſine initio naturam prædicat, ſummi ſcilicet atque incommutabilis boni, hoc eſt illius ineffabilis Trinitatis, à quo ſummo, vt dictum eſt, atq; incommutabili bono vniuerſam cõditam dicit eſſe creaturam, naturaſque omnes bonas, quanuis impares creatori, quia ex nihilo creatas, ideoquè mutabiles, ita vt omnino nulla natura ſit, quæ non aut ipſe ſit, aut ab ipſo facta ſit, vt quantacumq; aut qualiſcunque natura ſit, & in quantum natura eſt, bonũ ſit. Quærunt itaq; à nobis vnde ſit malum, reſpondemus ex bono, ſed non ſummo & incommutabili bono. Ex bono igitur inferioribus atq; mutabilibus orta ſunt mala. Quæ mala licet intelligamus non eſſe naturas, ſed vitia naturarum, tamen ſimul intelligimus ea, niſi ex aliquibus & in aliquibus naturis eſſe non poſſe, nec aliquid eſſe malum, niſi à bonitate eſſe defectum. Sed cuius defectum, niſi alicuius ſine dubitatione naturæ. Quia & ipſa volũtas mala, nõ niſi alicuius voluntas eſt profecto naturæ. Et Angelus quippe & homo naturæ ſunt, non enim poteſt eſſe nullius voluntas, quando eſt volũtas, & tantum valent eædem voluntates, vt earum naturarũ, quarum ſunt, faciant qualitates. Nam ſi quæratur, qualis ſit Angelus vel homo malæ voluntatis, rectiſsime reſpondetur malus: magis accipiẽs qualitatis nomẽ ex volũtate mala, quã ex natura bona. Quoniã natura eſt ipſa ſubſtãtia & bonitatis & malitiæ capax bonitatis capax eſt, participatione boni à quo facta eſt, malitiãm vero capit non participatione mali, ſed priuatione boni, id eſt, non commiſcetur naturę, quę aliquid malũ eſt, quia nulla natura in quantum natura

Vnde malum oriatur?

A eſt, malum eſt, ſed quia deficit à natura, quæ ſummum atq; incommutabile eſt bonum, propterea quia non de illa, ſed de nihilo facta eſt, alioquin nec malam voluntatem habere poſſet, niſi mutabilis eſſet. Mutabilis Porrò natura nõ eſſet, ſi de Deo eſſet, non ab illo de nihilo facta eſſet. Quapropter bonorum autor eſt Deus, dum autor eſt naturarum, Quarum ſpontaneos, defectus à bono, non indicat à

B quo factę ſunt, ſed vnde factę ſunt, & hoc non eſt aliquid, quoniã penitus nihil eſt, & ideò non poteſt authorem habere quod nihil eſt. Qua propter ſicut aduerſatur Catholicæ fidei Manicheus, hoc eſt, fidei veritatis, veræq; pietatis, qui bonum & malum ſic inter ſe dicit eſſe contraria, vt non naturam, cum deficit à bono, dicat fieri malã, ipſumq; defectum eius, eſſe malum eius, ſed potius malum ipſum

C dicat eſſe naturam, & quod eſt inſanius, ſine initio ſempiternam eamq; appellat corpus & ſpiritum, corpus videlicet, vnde ſpiritus operetur, ſpiritum vero, qui operetur ex corpore, ita hunc aduerſarium fidei dici non poteſt quãtum adiuuet, qui mala ex bonis oriri negat, & in eundem ſenſum accipit quod ait Dominus. Arbor bona fructus malos non facit, cũ ille Magiſter Deus, non vtiq; naturã

D cõſtituat arborem, ex qua fructus de qua loquebatur, exiſtat, ſe voluntatem ſeu bonam ſeu malã, fructus autem opera, quæ nec bona volũtatis malæ, nec mala poſſunt eſſe voluntatis bonæ. Hoc eſt enim quod aït. *Arbor mala fructus bonos non facit, & arbor bona fructus malos non facit*, tanquam diceret. Nec opera bona voluntas mala, nec mala, opera facit voluntas bona. Nam ipſarum arborum, id eſt, ipſarum voluntatum

ſi quę-

ſi quęrantur origines, quæ occurrunt niſi naturæ, quas bonas Deus condidit? Ac per hoc ex bonis orta ſunt mala, non ex bonis voluntatibus opera mala, ſed ex bonis naturis voluntates malæ. Quid ergo ſic optat audire Manichęus, niſi ex bonis mala eſſe non poſſe, vt quoniam negari nō poteſt eſſe mala, nihil reſtet niſi vt ex malo ſint, ſi ex bonis naturis eſſe non poſſunt? Ac ſic ſine initio habeant originem ſuam, mala naturam mali, quæ ſine initio ſemper fuerit, & ſint duę naturæ, vna boni, altera mali. Neceſſe eſt enim vt aut nulla ſint mala, aut ex bonis naturis ſint, aut ex malis. Si dixerimus nulla eſſe mala, fruſtra dicimus Deo. *Libera nos à malo.* Matth. 6. Si autem dixerimus non oriri mala niſi ex malis, Manichæa peſtilentia triumphabit, totumque vaſtabit & ipſius D E I tanquam mutabilem naturam, malę naturæ commixtione violabit. Relinquitur ergo, vt mala ex bonis eſſe fateamur. quia ſi hoc negauerimus, ex malis erunt, & Manichæis vtique ſuffragabimur. Tu itaq; vbi dicis, cum ſecundum ſententiā Euāgelij, ex fructibus ſuis arbor debeat cognoſci, hic audiendus putetur, qui dicit bonum eſſe cōiugiū, de quo nihil aliud, quam malū prodire definit. Vis vtiq; arborem bonam cōiugium deputari, de qua velut fructum malū naſci non vis, hominem contagio peccati originalis obſtrictum, nec vides neceſſe tibi eſſe adulterium conſtituere arborem malam, ſi coniugium eſt arbor bona, ac per hoc ſi de cōiugio quiſnaſcitur, coniugij fructus eſt, & ideò debet eſſe ſine vitio, ne fructus malus naſcatur ex arbore bona, ſequitur, vt qui de adulterio naſcitur, nō debeat naſci ſine vitio, ne fructus bonus naſcatur ex arbore mala, quoniā Dominus nec à bona arbore fieri fructus malos, nec à mala bonos diuina authoritate definit. Vt ergo hinc exeas, quia nec de adulterio dicis hominem naſci poſſe cum vitio, negabis adulterium eſſe arborem malam, ne ille qui ſecundum te ſine vitio de adulterio naſcitur, contra difinitionem Domini bonus fructus naſci de mala arbore videatur. Nega ergo etiam coniugium eſſe arborem bonam, & erraſſe te vt hoc diceres, confitere. Sed dicturus es, non de adulterio naſci hominem, qui per adulterinum concubitum gignitur. Vnde igitur? De natura, in quis, humana, quæ in adulteris quoque Dei opus eſt, non ipſorum. Cur ergo eodem modo non intelligis, nec de coniugio naſci hominem, qui per concubitum gignitur cōiugalem, ſed de natura ſimiliter humana, quæ in conſugibus quoquè Dei opus eſt, non ipſorum, atq; ita bonitati nō tribui nuptiarum, quod malum naſcentes trahunt de vitio naturæ, ſicut non tribuitur iniquitate adulterorum, quod bonū naſcentes trahunt de inſtitutione naturæ? Tu autem intelligis arborem bonam, non quam Chriſtus intelligi voluit, id eſt, hominis voluntatem bonam, ſed ipſum opus Dei, id eſt hominum, vel nuptias, vel naturam. Et quia bona ſunt hæc opera Dei, malum inde non poſſe dicis exiſtere, quia malum fructum bona arbor non poteſt facere, ac ſi aduerſus te ratiocinatio nem ſuā cōcludit, pro ſuo dogmate Manichæus, quem verbis iſtis tuis ſic adiuuas, vt nihil magis optet audire, quam mala ex bonis eſſe non poſſe, hoc enim accepto, infert & dicit tibi. Si malum eſſe non poteſt ex bono, vnde erit, niſi ex malo? Neq; enim mala per ſe ipſa

Iulianus.

Auguſt.

ipſa repente auctore nullo exiſtere potuerunt. Tu autem dicis malum ex bono eſſe non poſſe, ne cõtra Euangelij ſententiam, *arbor bona faciat fructus malos*. Remanet, inquit, vt mali natura fuerit ſempiterna, quæ potuerit mala generare, quia ex bonis ea non poſſe fateris exiſtere. Placet ne tibi iam mutare ſententiam, quam non Manichæis fauendo, ſed quid loquaris neſciendo, ad adiuuandam Manichæorum peſtilentiam protuliſti? *Matth. 12.* Quomodo enim diceret Chriſtus, aut, facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum, quandoquidem hoc dicebat hominibus, quos ipſe creauerat, ſi ex eius opere bono, quod eſt homo, malum non poſſet exiſtere, ſicut tu ſapis, arborem bonam conſtituens bonum opus Dei, id eſt, nuptias hominum, vel naturam, & ideo dicens, malum inde naſci nõ poſſe, quia ſi ex bono malum naſci dixerimus, reſiſtemus, vt putas, ei qui dixit, arbor bona fructus malos non facit, cum ſcias ex Angeli & hominis naturis bonis, quas nulli parẽtes mali genuerant, ſed Deus ſumme bonus de nullis parentibus fecerat, non fructus malos, ſed ipſas malas arbores extitiſſe, ex quibus fructus naſcerentur mali? Dominus autem Ieſus & Manichæos vincit, quia vnus homo, hoc eſt, vna natura poteſt vtrã què arborem facere, & te vincit, quia ex natura bona poteſt mala arbor exiſtere. Ex quo falſum eſſe monſtratur, quod in Manichæo ſuffragium dicis, mala ex bonis eſſe non poſſe, vt niſi ex natura mali, quam nefarius illorum error inducit, non putentur mala eſſe potuiſſe. Nequè enim vno tantum loco tibi ex Euangelio arborem bonam commemorandã putaſti, *Ierem. 12.*

A ſed alijs etiam locis diſputationis tuę iſta peruerſitate ſuffragatus es Manichæis, ſicuti eſt illud, vbi rurſus dixiſti, trahi peccatum per naturam non poteſt, quia per opus DEI opus diaboli tranſire non ſinitur. Ad quod tibi ergo reſpondeo, quomodo in opere DEI opus diaboli manere ſinitur, ſi per opus DEI tranſire non ſinitur? Quis enim putet peius eſſe vt illic maneat, quam vt illinc tranſeat?

B Quæris fortaſſe, quomodo opus diaboli maneat in opere DEI. Noli alibi quærere, ipſum diabolum recole opus DEI eſſe, natura vtique Angelica, inuidia verò opus eſt ipſius diaboli, quod opus & proceſsit ex illo, & manet in illo: vanũ eſt igitur q̃ dixiſti, opus diaboli per opus DEI non tranſire, vbi perſpicis & manere. Manichæus autem, quantas tibi gratias agat, ita ne nondum reſpicis, non dum expergiſceris? Laborat enim

C Manichæus, vt oſtendat ex bono DEI opere malum oriri non poſſe, vt quod ipſe vult, malum, niſi ex malo eſſe non poſſe credatur. Hic tu mirabilis eius adiutor, per opus, in quis, DEI malum tranſire non ſinitur, vt ille tota facilitate concludat, multo minus inde oriri poſſe, per quod nec tranſire permittitur. Audi tale aliud, imo grauius, vbi Manichæis identidem ſuffragaris. Euanuit, inquis, originale peccatum, quia non poteſt mala radix in eo

D quod donum Dei vocas locari. Quod ego (vide) quam manifeſta veritate conuincam? Nonne ſenſus hominis domum Dei eſt? Et tamen ibi locauit inimicus ſeminator radicem mali, quando peccatum homini ſerpentina fraude perſuaſit. Niſi enim radicem mali humanus tunc reciperet ſenſus, nullomodo male ſuadenti ac-

Gen. 2.

commo-

Hominis anima domus Dei eſt.

commodaretur aſſenſus. Quid dicam de radice omnium malorum, auaritia? Et vbi eſt hæc, niſi in hominis anima? Et quid eſt hominis anima, niſi domus DEI? Quomodo ergo tu dicis, niſi non conſiderando quid dicas, radicem mali locari non poſſe in domo DEI? Sed Manichæus cui per iſtas inconſideratas ſententias tuas plurimum ſuffragaris, quid tibi dicat attende. Si etiam eſſe rationalem creaturam, DEI donum eſt, & dicis locari non poſſe radicē mali in domo DEI, quanto probabilius dicitur, oriri non poſſe radicem mali ex dono DEI? Ac ſi te ſuffragatore introducit Manichæus radicem mali ex illa, quam non à Deo creatam, ſed Deo coæternam fingit naturam mali. Quoniam ſi dixeris ex libero arbitrio naturæ bonæ à Deo creatæ, ortam mali radicem, quod Catholica veritas dicit, illis verbis tuis te facillime ſuperat vbi ais, radicem mali locari non poſſe in domo Dei, quia & liberum arbitrium proculdubio eſt donum Dei. Ac per hoc cum mali radicem in dono Dei locari non poſſe dixiſti. Manichæo quid contra te diceret, tu dediſti. Quia ſi non poteſt in bono locari malum, quod tu dicis mihi, multo minus poteſt oriri ex bono malum, quod ille dicit tibi. Ac ſi concludet non eſſe malum niſi ex malo, vbi victor videbitur ſibi, & erit profecto, niſi & illi reſiſtatur, & tibi: veritas ergo fidei Catholicæ in his verbis veſtris, ideò vincit Manichæum, quia vincit & te ipſum. Nam ſi te non vinceret dicentem, non poſſe in domo Dei locari radicem mali, multo minus Manichæum poſſet vincere dicentem, non poſſe ex dono

Liberum arbitrium donum Dei.

A Dei oriri radicem mali. Sed vt vincat ambos, nec aliunde oriri, nec alicubi eſſe poſſe dicit radicem mali niſi ex natura, & in natura rationali, cui eſſe naturam rationalem, non eſt niſi donum Dei. Sed quoniam à ſummo atquè incommutabili bono de nihilo facta eſt. Vt eſſet quanuis mutabile, tamen bonum, deficere à bono, à quo facta eſt, hæc eſt ex illa, vel in lla radix mali, quia nihil eſt aliud malum, niſi priuatio boni. Iam Porrò vbi dicis, re-
B rum ratio non ſinit, vt de bono malum, & iuſto iniquum aliquid proferatur, prorſus Manichæorum verba dicis, hoc enim aſſerunt, non poſſe malum proferri niſi de malo, & ibi tota eorum nefanda ſecta conſiſtit, quia prius contendunt malum proferri non poſſe de bono. Quod ſi eis te autho re conceſſerimus, nihil nobis penitus remanebit, vnde illorum ne
C faria dogmata redarguere valeamus. Hoc eſt autem iniquum de iuſto, quod eſt malum de bono. Catholica igitur fides, vt & tibi & illis reſiſtat, hoc dicit, non prolatum eſſe malum niſi de bono, & inquum niſi de iuſto. Quia prius Angelus & homo, de quibus iſta prolata ſunt, boni erant vtiq; & iuſti, non igitur reſiſtimus Manichæis, niſi obtineamus, non eſſe mala orta niſi ex bonis, nec ea ma
D la ſubſtantias eſſe, ſed ſubſtantiarum vitia creatarum, quibus deficiunt à bono, quoniam mutabiles ſunt, eo quod ex nihilo factæ ſunt. Hæc eſt doctrinæ Catholicæ ſanitas, qua Manicheæ peſtilentiæ virus expellitur. Vnde ille Doctor meus, tui etiam mali Doctoris ore laudatus Ambroſius, in eo libro quem de Iſaac & anima ſcripſit. Quid ergo eſt, inquit, malitia, niſi boni indigentia? Et iterum

Ambroſ. in libro de Iſaac & anima, cap. 7.

rum ait, ex bonis igitur mala orta ſunt. Non enim ſunt mala, niſi quę priuantur bonis, per mala tamen factum eſt, vt bona emine-
rent. Ergo indigentia boni, radix malitię eſt. Vides quã vera Catho
licę fidei ratione redarguit beatus Ambroſius Manichęos. Vides quemmadmodum eos, quanuis in eadem diſputatione non nominauerit, tamen iſta ſententiarum ve
ritate ac breuitate conuicerit. Ec
ce cui homini Dei propter origi-
nale peccatum, quod Catholicus Catholice aſſeruit, obijcis nomine Manichæorum inſtinctu, male dici furoris opprobrium, qui contra ſuffragium, quod eis tu pręſtas, tã in victum ad eos debellandos, Catholicis diſputationibus præbet auxilium. Ille quippe aduerſus Manichæos clamat, Ex bonis ma
la orta ſunt, & aduerſus eum pro
Iulianus. Manichæis tu reclamas. Neceſſe eſt malum eſſe, ex quo & per quod malus fructus apparuit, & per opus Dei opus diaboli tranſire non ſinitur, & in dono Dei radix mali locari non poteſt, & rerum ratio nõ ſinit, vt de bono malum, ac de iuſto iniquum proferetur. Hæc clamas pro Manichæis contra vo
Auguſt. cem per Sacerdotem Dei prolatã Catholicæ veritatis, vt ſi tu audia
ris, Manichæi vincant, vt alia taceam, dicentes, ſi rerum ratio non ſinit, vt de bono malũ aliquid pro
feratur, non ergo ex bonis ſicut di
cit Ambroſius, ſed ſicut nos dicimus, ex mali natura orta ſunt ma
la: ecce in quantam voraginem decidiſti male intelligendo Dominum dicentem, *Arbor bona fructus malos non facit*, cum hoc non ſit dictum de natura, vel denuptijs, quas inſtituit Deus, ſed de voluntate hominis bona, à qua nõ fiunt opera mala. Sed ne forte vel tu, vel quiſpiam dicat, quomodo de

A arbore quam facit homo, id eſt, vo
luntate bona, non fiunt fructus mali, & fiunt de natura, quam fecit Deus, ipſa quæ faciat fructus malos, naſcitur arbor mala, quaſi aliquid melius faciat homo, vnde non poſsit malus fructus exiſtere, quam eſt illud quod facit Deus, vnde poſsit mala arbor exiſte? Ne quis ergo ſic erret, audiat diligenter Ambroſium dicentem. Quid eſt malitia, niſi, boni indigentia? Non enim ſunt mala niſi
B quæ priuantur bonis, quia indigentia boni, radix malitiæ eſt. Et hinc intelligat ideò eſſe arborem malam, voluntatem malam, quia defectus eſt à ſummo bono, vbi bonum creatum bono creante priuatur, vt ſit in eo radix mali, nihil aliud quam indigentia boni.
Arbor autem bona ideò eſt volun
tas bona, quia per ipſam conuertitur homo ad ſummum atquè in commutabile bonum, & impletur bono, vt faciat fructum bonum.
C Ac per hoc Deus autor eſt omniũ bonorum, hoc eſt, & naturę bonę, & voluntatis bonæ, quam niſi Deus in illo operetur, non facit homo, quia præparatur voluntas â Domino.

Ambroſius. Malitia boni indigentia eſt.

Arbor bona, voluntas bona eſt.

Auguſtinus de Sermone Domini in monte lib. 2.

D HIC ergo. Illi qui promittũt ſapientiam cognitionemq; veritatis, quam non habent, præ-
cipue cauendi ſunt, ſicut ſunt hęre
tici, qui ſe plerunque paucitate cõ
mendant. Et ideò cum dixiſſet, paucos eſſe qui inueniunt angu-
ſtam portam & artam viam, ne ſe illi ſupponant nomine paucita
tis, ſtatim ſubiecit. *Cauete à pſeudo prophętis, qui veniunt ad vos in veſtitu ouiũ, in trinſecus autẽ ſunt lupi rapaces.*

Hæretici, ſerio cauendi.

Sed

Sed iſti non fallunt oculum ſimplicem, qui arborem dignoſcere ex fructibus nouit. Ait enim: *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Deinde ſimilitudines adiungit, *Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit, & reliqua.* Quo loco illorum error maxime cauendus eſt, qui de ipſis duabus arboribus duas naturas opinantur eſſe, quarũ vna ſit D E I, altera verò nẽque D E I, nequè ex Deo. De quo errore, & alijs libris diſputatũ eſt vberius, & ſi adhuc parũ eſt, diſputabitur.

Nunc autem, non eos adiuuare duas iſtas arbores, docendum eſt. Primum, quia de hominibus eum dicere tam clarum eſt, vt quiſquis præcedentia & ſequentia legerit, miretur eorum cæcitatem. Deinde attendunt quod dictum eſt: *Nõ poteſt arbor bona fructus malos facere, nequè arbor mala fructus bonos facere.* Et ideò putant neque anima mala fieri poſſe vt in melius commutetur, neque indeterius bona: quaſi dictum ſit, non poteſt arbor bona mala fieri, neq; arbor mala bona fieri: ſed dictum eſt: *Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.* Arbor eſt quippe ipſa anima, ideſt, ipſe homo, fructus verò opera hominis. Non ergo poteſt malus homo bona operari, neq; bonus mala. Malus ergo ſi vult bona operari, prius bonus fiat. Sic alio loco euidentius dicit ipſe Dominus, *Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos: aut arborem malam & fructus eius malos.* Quod ſi duas naturas iſtorum, his duabus arboribus figuraret, non diceret, facite. Quis enim hominum, poteſt facere naturam? Deinde etiam ibi, cum ipſarũ duarum arborum mentionem feciſſet, ſubiecit, Hypocritæ, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? Quandiu ergo quiſque malus eſt, non poteſt facere fructus bonos. Si enim bonos fructus fecerit, iam malum non erit, ſic veriſsime dici potuit, non poteſt eſſe nix calida: cum enim calida eſſe cæperit, non iam niuem, ſed aquã vocamus. Poteſt ergo fieri, vt quę nix fuit, non ſit: non autem poteſt fieri, vt nix calida ſit. Sic poteſt fieri, vt qui malus fuit, non ſit malus, non tamen fieri poteſt vt malus benefaciat. Qui etiam ſi aliquando vtilis ſit, non hoc ipſe facit, ſed fit de illo diuina prouidentia procurante, ſicut de Phariſeis dicit. *Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite.* Hoc ipſum quod bona dicebant, & ea quæ dicebant vtiliter audiebantur & fiebant, nõ erat ipſorum. Cathedram enim, inquit, Moyſi ſedent. Per diuinã ergo prouidentiam legem Dei prędicantes, poſſunt eſſe audientibus vtiles, cum ipſi ſibi non eſſent. De talibus alio loco per Prophetam dictum eſt. Seminatis triticum & & ſpinas metetis, quia bona præcipiunt & mala faciunt. Non ergo qui eos audiebãt & faciebant quæ ab eis dicebantur, de ſpinis legebant vuas, ſed per ſpinas de vite legebant vuas: tanquam ſi manum aliquis per ſpem mittat, vt certe de vite quæ ſepi fuerit inuoluta vuam legat, non ſpinarum eſt fructus iſte, ſed vitis: rectiſsime ſane quęritur quos fructus nos attendere voluerit, quibus cognoſcere arborem poſsimus. Multi enim quędam in fructibus deputant, quæ ad veſtituum ouium pertinent, & hoc modo à lupis decipiuntur: ſicut ſunt vel ieiunia, vel orationes, vel eleemoſynæ: quæ omnia niſi fieri etiam ab hypocritis poſſent, non ſuperiùs diceret. Cauete iuſtitiam veſtram

A

B

C

D

Matth. 23.

Matth. 12.

ſtram facere coram hominibus vt videamini ab eis. Qua ſententia præpoſita, ipſa tria exequitur, eleemoſynam, orationem, ieiunium. Multi enim multa pauperibus, nõ miſericordia ſed ambitione largiũtur. Et multi erant vel potius videntur orare, nõ intuentes Deũ, ſed hominibus placere cupientes. Et multi ieiunãt & mirabilem abſtinentiam prætendunt eis, quibus iſta difficilia videntur, & honore digna exiſtimantur: & huiuſcemodi dolis eos capiũt, dum aliud oſtentant ad decipiẽdum, aliud exerunt ad deprædandum, vel interficiendum eos qui ſub veſtitu ouino lupos videre non poſſunt. Hi ergò nõ ſunt fructus, de quibus cognoſci arborem monet. Iſta enim cum bono animo in veritate fiunt, propriæ ſunt ouibus veſtes: cum autẽ malo in errore, non aliud quam lupos tegunt. Sed non ideò debẽt oues odiſſe veſtimentũ ſuum, quia plerunque illo ſe occultant lupi. Qui ſunt ergo fructus quibus inuẽtis cognoſcamus arborem malam, dicit Apoſtolus. *Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicationes immunditiæ luxuriæ, dolorũ ſeruitus, beneficia, inimitiæ, cõtentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, hæreſes, inuidiæ, ebrietates, commeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non conſequẽtur.* Et qui ſunt fructus per quos cognoſcimus arborẽ bonam, idem ipſe Apoſtolus conſequenter dicit: *Fructus autem ſpiritus eſt charitas gaudium, pax, lõganimitas, benignitas bonitas, fides, manſuetudo, cõtinentia.* Sane ſciẽdum eſt, hic gaudium proprie poſitum, mali enim homines non gaudere, ſed geſtire dicuntur proprie: ſicut ſuperius diximus voluntatem proprie poſitã, quam non habent mali, vbi dictũ eſt. *Omnia quæcũquè vultis, & reliqua.*

Galat. 5.

Iſaiæ. 57.

Ex iſta proprietate verbi qua gaudium nõ dicitur niſi in bonis, etiã Propheta loquitur dicens: Non eſt gaudere impijs dicit Dominus. Ita quoque poſita eſt fides, non quęcũque vtique, ſed vera fides: & cætera quæ hic poſita ſunt, habent quaſdam imagines ſuas in malis hominibus & deceptoribus: vt omninò fallant, niſi quiſque iam mundum oculum & ſimplicem habuerit quò iſta cognoſcat. Optimo itaquè ordine primo actum eſt de mundano oculo, & deinde dicta ſunt quæ cauerentur. Sed quoniam quanuis quiſquè oculo mundo ſit, id eſt, ſimplici & ſyncero corde viuat, non poteſt tamen cor alterius intueri: quæcunque in factis vel dictis apparere non potuerunt, tentationibus aperiuntur. Tentatio autẽ duplex eſt, aut in ſpe adipiſcendi aliquod commodum temporale, aut in terrore amittendi. Et maxime cauendum eſt, ne tendentes ad ſapientiam, quæ in ſolo Chriſto inueniri poteſt, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcon-

Coloſſ. 2.

diti, cauendum ergò eſt ne pro Chriſti nomine ab hæreticis vel quibuſlibet male intelligentibus, & ſeculi huius amatoribus decipiamur.

Theophylactus in 7. c. Matt.

NVnquid colligunt à ſpinis vuam, vel à tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit; arbor autem putris, fructus malos. Spinæ & tribuli ſunt hypocritæ: ſpinæ, vt occultæ carpentes: tribuli vt vafri & verſatiles. Arbor autẽ putris, omnis qui triſti & diſſoluta vita putreſcit.

Non poteſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor putris fructus bonos facere. Quandiu eſt putris, non poteſt, vbi autem conuertitur, poteſt. Vide enim quod

non dixit, non poterit, ſed quatenus eſt putris, bona non parit.

Omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur, & in ignem mittitur. Vtique ex fructibus cognoſcetis eos. His Iudæos perſtringit: nam & Ioannes talia eis dicebat. Arbori autem confert hominẽ, eo quod poteſt à ſterili peccato in virtutem inſeri.

Hieronymus in Matt. cap 7

NOn poteſt arbor bona fructꝰ malos facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. Quæramus ab hęreticis qui duas inter ſe cõtrarias dicunt eſſe naturas: ſi iuxta intelligentiam eorũ, arbor bona fructus malos nunquam facere poteſt: quo
Deute. 32. modo Moyſes arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis, & Dauid Vria interfecto, cũ Bethſabeæ concubuerit: Petrus quoq; in Paſſione Domini negarit dicẽs:
2. Reg. 11.
Matth. 26. *Neſcio hominem*: aut qua conſequentia Ietro ſocer Moyſi arbor mala, qui vtique in Deum Iſrael non credebat: dederit conſilium Moyſi bonum: & Achior ad Holofernem aliquid vtile ſit locutus: & Comicus dixerit, quod bene dictũ Apoſtolus comprobauit. *Corrumpunt mores bonos, colloquia mala.* Et cum non inuenerint quid reſpondeant, nos inferemus & Iudam arborem quõdam bonam, feciſſe fructus malos poſtquam tradiderit Saluatorem: & Saulum arborem malam eo tẽpore quo perſequebatur Eccleſiam Chriſti, feciſſe poſtea fructus bonos, quando in vas electionis de perſecutore tranſlatus eſt. Tandiù ergo bona arbor fructus non facit malos, quandiù in bonitatis ſtudio perſeuerat: & mala arbor tandiu manet in fructibus peccatorum, quandiu ad pœnitentiam non cõuertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit, incipit id eſſe quod nec dum cœperit.

Exod. 18. Iudith. 5. 1. Corinth. 5. Philipp. 3. Actor. 9.

TEXTVS.

NON omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine. Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis. Quia nunquã noui vos. Diſcedite à me qui operamini iniquitatem.

Clemens Alexandri. Strom. lib. 7.

MVltum autem abeſt vt terrenis voluptatibus & ſpectaculis delectetur, qui mũdanas, & ſi ſint diuinę contempſit promiſſiones, *Non omnis ergo qui dicit: Domine, Domine, ingreditur in regnum Dei, ſed qui facit voluntatem Dei.* Is autem fuerit qui eſt cognitione præditus operarius, qui mundanas quidem vincit cupiditates, licet ſit adhuc in carne.

Libro

Libro Anticimenon. 2.

1. Cor. 12. INTERR. Quomodo Dñs in Euangelio dicit: *Nõ omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum*: & è contra Paulus: *Nemo in Spiritu Dei loquens dicit anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto.*

RESPON. Ecce neque aliquos habentes Spiritum ſanctum poſſumus dicere, non intraturos in regnum cælorũ, ſi perſeuerauerint vſque in finem: neque illos qui dicunt, Domine, Domine, & tamen non intrant in regnum cælorum, poſſumus dicere habere Spiritum ſanctum: quomodo ergò nemo dicit Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, niſi quia proprie Apoſtolus poſuit verbum, quod eſt dicit, vt ſignificet voluntatem atque intellectum dicentis: Dominus verò generaliter poſuit verbũ quod ait: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum.* Videtur enim dicere etiam ille qui nec vult, nec intelligit quod dicit. Sed ille proprie dicit, qui voluntatem ac mentem ſuam ſono vocis enuntiat.

Chryſoſtomus homilia 25. in cap. Matthæi. 7. in 1. expoſitio.

CVius rei gratia non ait, ſed qui facit voluntatem meam? Quia hoc interim poterant amabilius audire, quod dixit, citiuſque ſuſcipere: illud autem ad eorum infirmitatem nimis erat grãde, quod tacuit. Aliter vero id ipſum quod reticuiſſe viſus eſt, iſtud dicendo ſignificauit. Prætereà hoc quoque poſſumus dicere, expreſſum hic eſſe manifeſte, quia non ſit in Patris, ac Filij voluntate diuerſitas.

A Mihi autem videtur Iudæorum hic proprie conſcientias verberare, omnem prorſus religionem in dogmatum ratione ponentium, de ſancta verò conuerſatione nihil omninò curantium, vnde & illos etiam Paulus coarguit, dicens: Cognominaris Iudæus, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & noſti voluntatem eius: verum nihil tibi ex ea accedit quicquam niſi eadem vitæ integritate declares. Ipſe autem Dominus non ſolum id dixiſſe contentus eſt, ſed B & maiora longe & terribiliora ſubiungit. *Multi* (inquit) *dicent in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus?* Non modo ille, inquit, qui habet fidem, cõuerſatione neglecta, regnum non poterit introire cælorum: ſed & eum qui fide multa etiam ſplenduit claritate ſignorum, nec tamen aliquid in vita boni operis exercuit, à cæleſtibus ſimiliter ianuis repelletur. Multi enim mihi C dicent in illa die. Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? Nempe conſideras quẽadmodum ſe quoque introducat latenter: quia enim prope finem ſui eſt, prolatus ad populum ſermo doctrinæ ſuæ, merito iam ſe in dicem eſſe demonſtrat. Nam quod expectat pœna peccantes, in ſuperioribus euidenter expreſsit. Quis verò ſit puniens hic reuelat, nec tamen aperte dixit, ego ſum: *Sed multi, inquit, in illa die dicent mihi, Domine, Domine.* Idipſum rurſus hac moderatione conficiens. Si enim iudex ipſe non eſſet, quomodo ad eos diceret. (Tunc confitebor eis, *Diſcedite à me, nunquam noui vos?*) Non vtique futuri ſolummodo iudicij tempore, ſed ne tunc quidem inquit, quando vos faciebatis ſigna mirabilia. Propterea etiam Diſcipulos admonebat: *Nolite gau-*

Roma. 2.

dere, quia vobis dæmonia ſubiecta ſunt, ſed quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Et vbique prorſus ad plurimã eos curam conuerſationis hortatur. Neque enim accidit, vt homo recte honeſteque viuens, atque ab hominibus vitijs liberatus aliquando deſpiciatur à Deo: ſed & ſi in aliquo errore teneatur, cito illum Deus ad notitiam pertrahit veritatis. Verum ſunt quidam qui opinentur mentiri, tunc illos iſta dicendo, & propterea, inquiunt, ne merebuntur omninò ſaluari: quod ſi ita eſt, ipſe aduerſum illum ſenſum venit, quem voluerat inducere. Voluit enim hoc loco aſſerere, quod fides abſque operum ſanctitate nil etiam valeat: deinde id ipſum vlterius extendens, adiecit & ſigna, vt videlicet oſtenderet, quia non modo fides, ſed ne ipſa quidé cuipiam mirabilia profutura ſint, ſi ea operatus fuiſſet abſque poſſeſsione virtutum. Sin autem illi neququam iſta fecerint, quemadmodum hæc conficietur aſſertio? Aliter vero, neque auderét hi ipſi Domino, iam vtique iudice præſenti, mentiri: ſed & ipſorum interrogatorie ſermo prolatus, & deinde ſecuta reſponſio hęc eos feciſſe demonſtrat. Illi quippe, quia contrarium expectationis ſuæ finem videbunt, quia hic fuerint mirabilia faciendo conſpicui: vbi ſe intelligent punien-
D dos, quaſi ſtupentes dicent, atque mirantes: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus?* Quemadmodum nos auerſaris modo? Quid ſibi vult nouus iſte finis, nec à nobis aliquando prouiſus? Sed mirentur illi qui cum tot ſigna fecerint punientur, tu vero nihil omninò hoc mireris. Omnis quippe gratia donum eſt ſolummodo largientis. Illi autem nihil ei de proprio attulerunt, propter quod etiã

Gratia donũ eſt ſolummodo largientis

A merito puniuntur, qui erga eum à quo ita honorati ſunt, vt talia etiam indignis dona conferret, ingrati exiſtere maluerunt, tantorumque beneficiorum prorſus immemores. Cur, inquis, iniquitatis operarij mirabilia fecerunt? Sunt quidam qui dicant eos non eo tempore quo ſigna faciebant operibus iniquis vacaſſe, ſed poſtea eſſe mutatos, & ad iniquitatis opera conuerſos. Sed ſi id eſſet, alio rurſus modo falſum eſſe
B monſtraretur illud quod Dominus curauit adſtruere. Quod enim ſtuduit oſtendere, iſtud profectò eſt, quoniam neque fides, neque mirabilia quicquam valeant, ſi nõ aſsiſtat vita. Quod certe dicebat Paulus: *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, & nouero myſteria omnia, & ſi habuero omnem ſcientiam, charitatem autem non habuero, nihil ſum.* Quid igitur iſti ſunt, in-
C quies? Multi profecto credentium acceperant dona gratiæ, ex quibus erat ille, qui cum in Chriſti nomine dæmonia eijceret, non tamen eum etiam ſequebatur: qualis erat & ipſe Iudas. Nam hic quoque quanquam eſſet malus, gratiæ tamen munus acceperat. Quin etiã in veteri teſtamento idipſum, qui quærit inuenit, videlicet in ipſis quoque indignis, ad aliorum vtilitatem gratiam frequẽter operatam. Quia enim non omnes in omnibus idonei ſunt reperti. Nam alij quidem vitæ erant honeſtate conſpicui, non tamen pari etiam ardore fidei feruebant: alij vero è contrario fidei bonum abſque vitæ honeſtate ſeruabant, per vnius atque eiuſdem ineffabilem gratiæ largitatem: & illos æque hortabatur, vt fidem ſtuderent habere maiorem, & hos vt eſſent etiam in conuerſatione meliores. Et idcirco cum eis ad liberalita-

Mali etiam miracula fecerunt.

1. Cor. 13.

tem

tem maxima gratiæ dona præſtabat. (Virtutes, inquiunt, multas fecimus: ſed confitebor illis, quia nunquam noui eos.) Nũc quidem eos ſe eſſe amicos putant, tunc vero ſcient, quia non vt amicis iſta donauit. Et quid omninò miraris ſi hominibus, quanquam vitæ ſuffragia non habentibus, ipſum tamen credentibus, gratiæ ſuæ dona largitus eſt, quando tale aliquid in his etiam qui vtroque hoc nudabantur bono inuenitur operatus? Balaam quippe à fide ac probitate vitæ erat prorſus alienus, ſed tamen operata eſt in illo Dei gratia, in ædificationem proculdubio cæterorum. Et etiã Pharao talis extiterat, veruntamen ipſi quoque oſtendit futura. Et Nabuchodonoſor iniquiſſimus fuit, ſed huic quoque etiam ea quę in nouiſſimo ſeculo futura ſunt reuelauit: ſed & ipſius filio qui facile patrem impietate ſuperauerat, mirabilia futura patefecit, per quem certe omnia maxima diſpenſationis ſuæ opera monſtrauit. Quia igitur & tunc ipſa adhuc erant Euangelicæ prædicationis exordia, multaque oportebat diuinæ potentiæ clarere documenta, plurimi quoque indignorum accipiebant dona gratiæ: Veruntamen nihil propter hæc illi ſigna lucrati ſunt, ſed magis etiam punientur: propter quod & terribilem minatur eis ſermonem dicendo: *Nunquam noui vos*, Multos quippe hic odit, atq; auerſatur etiam ante iudicium. Timeamus igitur dilectiſſimi, maximamque curam ſanctæ conuerſationis adamemus, nec putemus minus aliquid nos habere, quia nos modo ſigna non facimus. Nihil nanque tũc nobis propter illa amplius reddetur, ſicut nec minus dabitur, quia ſigna non facimus, ſi vtique omnibus ſtuducrimus abundare virtutibus, de mirabilibus ſiquidem nos abſq; dubio debitores efficiemur Dei, pro bene autem acta vita Deum habebimus debitorem.

Hominibus non bona tamen credentibus, tamẽ gratie ſuæ dona largitus eſt Dominus.

Pharaoni & Nabuchodonoſor licet malis reuelauit Deus futura.

Chryſoſt. homil. 19. in 7. cap. Matthæi, tomo. 7.

MVlti dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus. In qua die? Quãdo venerit in maieſtate ſua, & ſeparauerit eos ab inuicem, ſicut paſtor gregem ſuum: quando iam nemo auſus eſt garrula contentione ſermonum aut mendacium defendere, aut contradicere veritati. Quia tunc iam non mundialis & vana gloria deſideratur, ſed flamma iudicij, & pæna timetur. In illo die, quando os non loquitur, opus non abſconditur, ſicut in hoc tempore: ſed è contra opera ſingulorum loquentur, & ora tacebunt: non quãdo perſona interrogatur, & conſcientia non videtur: ſed è contra conſcientia diſcutitur, & perſona confunditur, dicente Apoſtolo: *Cogitationibus inuicẽ ſe accuſantibus, aut etiam defendẽtibus in illa die,* quando nemo excuſat peccatorem, ſed omnes accuſant, nec alter pro altero interuenit: ſed ſinguli ibi timebunt, quia in illo iudicio non erunt teſtes adulatores homines, ſed Angeli veraces: non erunt iudicantes perſonarum acceptores homines, ſed Deus iuſtus, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Quam proprie timentium hominum & anguſtias patientium vocem expreſsit, dicens. *Domine, Domine.* Non enim ſemel ſufficit illi dicere Domine, quem neceſsitas timoris adſtringit. Nonne in nomine tuo prophetauimus? Cõſidera, quia in nomine dicunt; non in ſpiritu: quia in nomine Chriſti multi

Roma. 2.

Multi ambulant in nomine Chriſti qui non habẽt ſpiritum Chriſti

ambulant, qui non habent ſpiritũ Chriſti, ſeducendi cauſa. Ideò nõ ex nomine Chriſti cognoſcendi ſunt Chriſtiani, ſed de ſpiritu Chriſti. Ergo prophetant in nomine Chriſti, in ſpiritu autem diaboli: quales ſunt diuinatores. Sed ſic diſcernũtur, quoniã diabolus interdum verum dicit, ſanctus Spiritus nunquam mentitur. Cõceſſum eſt autem diabolo & interdum veritatem dicere, vt mendacium ſuum rara veritate commendet. Si autem nunquam diceret verum, nec ad tẽtationẽ poterat ſufficere ſeductio eius. Dæmonia enim eijciũt in nomine Chriſti, habentes ſpiritũ inimici, magis autem nõ eijciunt, ſed eijcere videntur, colludẽtibus ſibi dæmonibus ipſis, & ideò ſemper eijciunt, & nunquam ſanant. Semper ante illos dæmones quaſi caſtigati clamant, & nunquam quaſi timentes recedunt. Faciunt & virtutes ſecundum ea quæ diximus, nõ vtilia & neceſſaria, ſed inutilia & vacua. In omnibus ergò ſecũdum Chriſti præceptũ diſcutiendi ſunt fructus eorum. Si bona eſt conuerſatio eorum, & confeſsio vera. Si autem aut confeſsio conuerſationi non conuenerit, aut cõuerſatio confeſsioni, falſus eſt. *Tunc iurabo illis, quia neſcio qui eſtis.* Tunc, vſque tunc autem ſuſtineto, quia grandẽ iram grandis dilatio præcedere debet: & grandis dilatio iuſtius facit eſſe iudicium Dei, & dignioré interitum peccatorum. Sciendum quia peccatores neſcit Deus, quia nec digni ſunt vt cognoſcantur à Deo. Sicut enim & Apoſtolus ait: *Cognouit Dominus qui ſunt ipſius.* Non quia non cognoſcit ipſos, ſed ſuos illos eſſe non cognoſcit: ideò qui pereunt, non fuerunt illius. Aut quomodo te Deus cognoſcat, cum tu Deum cognoſcere nolis? Sicut enim omnes homines naturaliter

Vnde Chriſtianus agnoſcendus.

Iram grandẽ grandis dilatio præcedit.

2. Timo. 2. Quid ſit cognoſcere Deũ vere.

A cognoſcunt Deum, non autem videntur vere cognoſcere, quia non digne colunt, ſicut ſerui Dominũ, ſicut factura factorem, & hæc eſt ſecundum naturam quidem cognoſcere, non autem ſecundum voluntatem. Sic & Deus naturaliter omnes cognoſcit, ſed non eos videtur vere cognoſcere, quia non eos diligit quaſi factor facturam, quaſi dominus proprios ſeruos. Et hoc eſt ſecundum naturam cognoſcere, B non autem ex voluntate: quia omne malum extraneum eſt à Deo. Iurat autem Chriſtus non vt ſuam veritatem commendet, ſed vt illorum incredulitatem condemnet. Non enim ſi non iurauerit Chriſtus, mentitur, ſed vt illi amplius confundantur firmiori reſponſo. Quoniam qui mendax eſt, neminẽ putat dicere veritatem, neque ipſum Deũ. Qui enim nõ ſeductione diaboli deceptus mentitur, ſed propoſito mendax eſt, nunquã deſinit eſſe mendax, neq; poſt mortẽ. C Nam mors quidem animam à carne ſeparat, animæ autem propoſitum non immutat. Vis ſcire? Cõſidera eos etiam poſt mortem mentientes, Domine in nomine tuo hoc & hoc fecimus. Nunquid neſciebant ipſi apud ſe, quia nunquam nec dilexerant Chriſtum, nec fecerant voluntatem eius? Sed putant ſe ſicut in hoc ſeculo homines deceperunt, ſic & ibi etiam Deum fallere poſſe. Ideò etiam non dicit illis: D *Diſcedite à me qui operati eſtis iniquitatem: ſed, qui operamini.* Quia iniqui nec poſt mortem deſinunt eſſe iniqui: quia & ſi peccare non poſſunt, tamen peccandi propoſitum tenẽt.

Quid dicantur non cognoſci à Deo.

Sunt qui putent Deũ poſſe fallere.

Auguſtinus de ſermone Domini in monte, lib. 2.

NOn omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum.

cælorum. Ne putemus ad illos fructus pertinere, ſi quis Domino noſtro dicat, Domine, Domine, & ex eo nobis arbor bona videatur. Sed illi ſunt fructus, facere voluntatē Patris mei, qui eſt in cælis, cuius faciendæ ſeipſum exemplum præbere dignatus eſt. Sed merito poteſt mouere, quomodo huic ſententiæ conueniat illud Apoſtoli vbi ait. Nemo in Spiritu Dei loquens dicit anathema Ieſum: & nemo poteſt dicere Dominū Ieſum niſi in Spiritu ſancto: quia neque aliquos habentes Spiritum ſanctū poſſumus dicere non introituros in regnum cælorum, ſi perſeuerauerint vſq; in finem: neque illos qui dicunt, Domine, Domine, & tamen non intrant in regnū cælorū, poſſomus dicere habere Spiritumſanctū. Quomodo ergo nemo dicit Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, niſi quia proprie Apoſtolus poſuit verbū quod eſt, dicit, vt ſignificet volūtatem atq; intellectum dicētis? Dominus vero generaliter poſuit verbū quod ait. Nō omnis qui dicit, & reliqua. Videtur enim dicere etiam ille qui nec vult nec intelligit quod dicit: ſed ille proprie dicit, qui voluntatem ac mentem ſuam ſono vocis enunciat, ſicut paulo ante quod dictum eſt, gaudium in fructibus Spiritus ſancti, proprie dictum eſt, nō eo modo quo alibi dicit idē Apoſtolus: Non gaudet ſuper iniquitatem, quaſi quiſquam poſsit ſuper iniquitatem gaudere: quia illa elatio eſt animi turbide geſtientis, non gaudium, nam hoc ſoli boni habent. Ergo dicere videntur etiā illi qui non hoc quod ſonant dicere videntur, & intellectu cernūt & voluntate agunt, ſed voce tantū ſonant, ſecundum quem modum Dominus ait: Non omnis qui dicit. Vere autem ac proprie illi dicunt, à quorum voluntate ac mente non abhorret prolatio ſermonis ſui, ſecundū quam ſignificationem dicit Apoſtolus: Nemo poteſt dicere Dominū Ieſum niſi in Spiritu ſancto. At illud ad rem maximè pertinet ne decipiamur tendētes ad contemplationem veritatis, non ſolum nomine Chriſti, per eos qui nomen habent, & facta nō agunt, ſed etiam quibuſdam factis atque miraculis: qualia propter infideles cū fecerint, Dominus monuit tamē ne talibus decipiamur, arbitrantes ibi eſſe inuiſibilem ſapientiam, vbi miraculum viſibile videremus: Adiungit ergò & dicit: Multi mihi dicent in illa die, *Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus?* & reliqua. Non ergo cognoſcet niſi eum qui operatur æquitatem. Nam & ipſos Diſcipulos ſuos prohibuit gaudere ex talibus, id eſt, quia dæmonia illis ſubiecta fuerunt, ſed gaudete, inquit, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.

Dicere proprie quidſit.

1. Cor. 13.

Auguſtinus quæſtionum ſuper Exodum, lib. 2. quæſt. 152.

QVid eſt quod dicit Deus ad Moyſen, quoniam ſcio te præ omnibus. Nunquid ergò Deus nouit plus aliqua, & aliqua minus? An ſecūdum quod dicitur quibuſdam in Euangelio: *Non noui vos.* Secundum hanc enim ſcientiam, qua Deus dicitur ſcire quæ illi placēt, neſcire quæ diſplicent, non quia ignorat ea, ſed quia non approbat, ſicut ars recte dicitur neſcire vitia cùm improbat vitia, præ omnibus Deus Moyſen ſciebat, quia Deo præ omnibus Moyſes placebat.

Matth. 25.

Quomodo Deus dicatur ſcire vnū præ altero.

Auguſtinus de diuerſis quæſtionibus octoginta tribus quæſt.66.

Rom.7. SCimus autem quia lex ſpiritualis eſt, ego autẽ carnalis ſum, ideſt, carni conſentio, nondum ſpirituali gratia liberatus: venundatus ſub peccato, ideſt, peccans præuaricatione temporalium voluptatum. Quod enim operor ignoro, id eſt, non cognoſco eſſe in præceptis veritatis, vbi eſt vera ſcientia. Secundum hanc locutionem dicit Dominus peccatoribus: *Non noui vos.* Non enim eum aliquid latet, ſed quia peccata non inueniuntur in regulis præceptorum quas habet veritas, ideò ipſa veritas peccatoribus dicit: *Nõ noui vos.* Sicut enim tenebræ oculis non videndo, ita peccata mente ignorando ſentiuntur.

Auguſt.in Pſalm.1.

Pſalm.1. QVoniam nouit Dominus viam iuſtorum. Quemadmodum dicitur, nouit ſalutem medicina, morbos autem non nouit, & tamen etiam morbi arte medicinæ agnoſcuntur: ſic dici poteſt noſſe Dominum viam iuſtorum, viam verò impiorum, non noſſe, non quia aliquid Dominus neſcit, & tamẽ dicit peccatoribus: *Non noui vos. Iter autem impiorum peribit.* Pro eo poſitum eſt ac ſi diceretur, iter autem impiorum non nouit Dominus. Sed planius dictum eſt, vt hoc ſit neſcire à Domino, quod eſt perire: & hoc ſit ſciri à Domino, quod eſt manere. Vt ad ſciẽtiam Dei eſſe pertineat, ad ignorantiam verò nõ eſſe, quia Dominus dicit: *Ego ſum qui ſum.* Exod.3. *Et qui eſt, miſit me.*

Iuſtorum viã nouit Dominus viam autem impiorũ non nouit.

A

Auguſt.in Pſalm.34.

Pſalm.34. *INſurgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.* Nos autem dicamus capiti noſtro, Domine quid ignorabas? Ita ne tu aliquid ignorabas? Nonne in te inſurgentium corda noueras? Nonne eorum dolos ante proſpexeras? Nõne in eorũ manus te ſciens dederas? Nonne vt ab eis patereris veneras? Quid ergò ignorabas? Ignorabat peccatum: Et hoc peccatum ignorabat, non quaſi non iudicando, ſed non committendo. Sunt huiuſmodi locutiones etiã quotidianæ, cum dicis de aliquo, Non nouit ſtare, hoc eſt, quia non ſtat. Et non nouit benefacere, quia non benefacit. Non nouit malefacere, quia nõ malefacit. Quod alienum eſt ab opere, alienum eſt à cõſcientia: Quod alienum eſt à conſcientia, alienum videtur & à ſcientia. Ita dicitur Deꝰ neſcire quomodo ars non nouit vitia, & tamẽ per artem cognita diiudicantur. Hoc ergò nobis caput noſtrum interrogantibus ex ipſius Euangelij ſui veritate reſpondet, cum dixerimus, Domine quid ignorabas? Quid tu potuiſti interrogari quod neſciebas? Reſpõdit. Iniquitates ignorabam, de iniquitatibus interrogabar. Habes in Euangelio, ſi nõ me credis ignorare iniquitates, quia & ipſos iniquos ignoro, quibus in fine dicturus ſum: *Non noui vos, recedite à me qui operamini iniquitatem.* Nunquid non nouerat quos damnabat? Aut poteſt iuſte damnari, niſi qui malus cognoſcitur? Et tamen bonus cognitor non eſt mentitus, dicendo: *Non noui vos*, id eſt, non coaptamini corpori meo, non hæretis regulis meis, vitijs hæſiſtis: ego autem ars ipſa ſum quæ non habet virium, & in qua quiſque non diſcit, niſi non facere vitium.

Dicit Deꝰ ignorare peccatum quod nõ. mittere nõ poteſt.

B

C

D

tium. Inſurgentes teſtes iniqui quæ ignorabam interrogabāt me. Quid ſic ignorabat Chriſtus, quā blaſphemare? Hinc interrogabatur à perſecutoribus, & quia verum dixit, blaſphemaſſe iudicatus eſt. Sed à quibus? De quibus ſequitur. *Retribuebant mihi mala pro bonis, & ſterilitatem animæ meæ.*

Theophylactus in Matthæi, cap. 7.

HOC loco oſtendit ſeipſum Dominum, quandoquidem dicit: *Domine, Domine*: nam ita ſe & Deum dicit. Docet autem nos, ſi fidem abſque operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturam. Nam dicendo, qui facit voluntatem, non dixit, qui ſemel fecit, ſed qui vſque ad mortem facit. Et non dixit, voluntatem meam, ne offenderet auditores, ſed Patris mei. Omninò autem vna eademque voluntas eſt Patris & Filij, niſi degener ſit, filius.

Patris & Filij vna eſt voluntas.

Multi autem dicent mihi in die illa, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes fecimus? Et tunc confitebor eis. Nunquam cognoui vos, diſcedite à me operarij iniquitatis. Multi quum prædicare incipiebant, eijciebant dæmonia, & quanuis indigni eſſent, per nomen tamen Ieſu fugabant dæmones. Nam gratia etiam per indignos efficax eſt, ſicut per indignos ſacerdotes ſanctificamur, & Iudas quoque ſignum fecit, & filij Sceuę. Quod autem dicit, *Nunquam cognoui vos*, hoc vult, Neque tunc quando miracula faciebatis diligebam vos. Hoc enim loco charitas cognitio dicitur.

Charitas cognitio dicitur

Auguſtinus in Pſalm. 100.

CVm declinaret à me malignus non cognoſcebam. Quid eſt, non cognoſcebam? Non approbabam, nō laudabam, non mihi placebat. Cognoſcere enim inuenimus in ſcripturis aliquando dici pro eo quod eſt placere nobis. Quid enim latet Deum fratres? Nunquid nouit iuſtos, & nō nouit iniuſtos? Quid cogitas quod ille neſciat? Non dico quid facis, ſed quid cogitas quod ille neſciat? Non dico quid cogitas, ſed quid cogitaturus es quod ille ante non viderit? Omnia ergò nouit Deus: & tamen in fine, id eſt, in iudicio poſt miſericordiam de quibus dicit, in illa die multi venturi ſunt, & dicent: *Domine, Domine, in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, in nomine tuo manducauimus & bibimus, & dicā illis: Diſcedite à me operarij iniquitatis, nō noui vos.* Ille nō nouit aliquē? Sed quid eſt: *Non noui vos?* in regula mea nō vos agnoſco: Noui enim regulā iuſtitiæ meę, non illę congruitis, declinaſtis ab illa, diſtorti eſtis. Ideò & hic dixit, nō cognoſcebam. *Cum declinaret à me malignus, nō cognoſcebam.* Quid eſt, non cognoſcebam? Nunquid forte quia malignus quando obuiam fit iuſto in vico anguſto dicit ſibi quod eſt ſcriptum in ſapientia Salomonis. Graue eſt nobis etiam ad videndum, & mutat viam ne videat quem non vult? Sed quam multi ſunt maligni quos videmus, & qui nos vident, & non ſolum non à nobis declinant, ſed currunt ad nos, & aliquando iniquitates ſuas per nos impleri cupiunt. Plerūque ſe nobis coniūgunt? Plerumque nobis contingit. Quomodo ergò declinant? declinat à te, qui diſſimilis eſt tibi. Quid eſt declinat à te? non te ſequitur. Quid eſt non te ſequitur?

Sapien. 2.

Non te imitatur. Ergo cum declinaret à me malignus, id eſt, cum mihi diſsimilis eſſet malignus, & vias meas nollet imitari, nollet ſic viuere malignus quomodo me illi propoſui ad imitationem, non cognoſcebam? Quid eſt non cognoſcebam? Non quia neſciebam, ſed quia non approbabam.

Cognoſcere in Deo idem eſt quod approbare.

Hilarius in Matthæum, Can. 6.

MVLTI *mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus: & reliqua.* Etiã nunc, pſeudo prophetarum fraudulentiam & hypocritarum ſimulamenta condemnat, qui gloriam ſibi ex verbi virtute præſumunt, in doctrinę prophetia & dæmoniorum fuga, & iſtiuſmodi operum virtutibus. Atque hinc ſibi regnũ cælorum pollicentur, quaſi vero eorum aliquid proprium ſit, quæ loquuntur aut faciunt, & non omnia virtus Dei inuocata perficiat, cum doctrinæ ſcientiam lectio afferat, dæmonia Chriſti nomen exagitet. De noſtro igitur eſt beata illa æternitas promerenda, præſtandumque eſt aliquid ex proprio; vt bonum velimus, malum omne vitemus, totoque affectum præceptis cæleſtibus obtemperemus, ac talibus officijs cogniti Deo ſimus, agamuſq; potius quod vult, quam quod poteſt gloriemur, repudians eos ac repellens, quos â cognitione ſua, opera iniquitatis auerterint.

Hieronymus in Matthæũ, capit. 7.

NON *omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris, qui in cælis eſt.* Sicut ſupra dixerat eos qui haberent veſtem vitæ bonæ, non recipiendos propter dogmatum nequitiam: ita nunc è cõtrario aſſerit, ne his quidem accõmodandam fidem, qui cum polleãt integritate fidei, turpiter viuunt, & doctrinæ integritatem malis operibus deſtruunt. Vtrunque enim Dei ſeruis neceſſarium eſt: vt & opus ſermone, & ſermo operibus comprobetur. Huic ſententiæ poteſt illud videri contrarium: *Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto.* 1. Cor. 12. Sed moris eſt Scripturarum, dicta pro factis accipere, vt ſtatim in conſequentibus approbatur refutari eos qui iactant ſine operibus habere ſcientiam Domini, & audiunt à Saluatore: *Diſcedite à me operarij iniquitatis, neſcio vos.* Luc. 13. Et Apoſtolus in hunc ſenſum loquitur: *Confitentur ſe noſſe Deum: factis autem negant. Multi dicẽt mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo dæmonia eiecimus: & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Tit. 1. Prophetare & virtutes facere, & dæmonia eijcere: interdum non eius meriti eſt qui operatur: ſed vel inuocatione nominis Chriſti hoc agit: vel ob condemnationem eorum, qui inuocant, & vtilitatem eorum, qui vident & audiunt conceditur, vt licet homines deſpiciant ſigna facientes: tamen Deum honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Nam & Saul & Balaam, & Caiphas prophetauerunt, neſcientes quid dicerent: & Pharao, & Nabuchodonoſor ſomnis futura cognoſcunt. Et in Actibus Apoſtolorum filij Scæuæ videbantur ijcere dæmonia. Sed & Iudas Apoſtolus cum animo proditoris multa ſigna inter cęteros Apoſtolos feciſſe narratur. *Et tunc confitebor illis.* Signanter dixit: *Confitebor*, quia multo ante tempore dicere diſsimulauerat: *Nõ noui vos*: Nõ nouit Dominus

1. Reg. 10. Num. 23. Ioan. 11. Geneſ. 41. Daniel. 2. Acto. 19.

eos

eos qui pereunt. Obſerua autem quare addiderit: *Nunquam noui vos*, ſi iuxta quoſdam omnes homines inter rationabiles ſemper verſati ſunt creaturas. *Diſcedite à me qui operamini iniquitatem.* Non dixit, qui operati eſtis iniquitatem: ne videretur tollere pœnitentiam, ſed qui operamini, hoc eſt, qui vſq; in præſentem horam cum iudicij tempus aduenerit: licet nõ habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum.

Gregorius Mora. lib. 20. c. 8. in 30. cap. Iob.

Praui homines hæretici etiam fecerũt miracula ſed hic receperũt mercedẽ quã quærebant.

NOnnũquam vero hæretici ſigna quoq; ac miracula faciunt, ſed vt hic præmia afflictionis ſuæ, abſtinentiéq; recipiant: videlicet laudes, quas quęrũt. Vnde & Redemptoris voce dicitur: *Multi mihi dicent in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus: & in nomine tuo virtutes fecimus: & tunc confitebor illis quia non noui vos: diſcedite à me qui operamini iniquitatem.* Qua nimirum ſententia quid datur intelligi, niſi vt in hominibus charitatis humilitas: non autem debeant virtutum ſigna venerari? Vnde nunc ſancta Eccleſia etiam ſi qua fiant hæreticorum miracula deſpicit: quia hæc ſanctitatis ſpecimen non eſſe cognoſcit. Probatio quippe ſanctitatis non eſt ſigna facere, ſed vnumquemque vt ſe diligere: de Deo autem vera cognoſcere, de proximo vero meliora quam de ſemetipſo ſentire. Nã quia vera virtus in amore eſt, non autem in oſtenſione miraculi, veritas demonſtrat, quæ ait: *In hoc cognoſcent omnes, quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Qui enim non ait: in hoc cognoſcetur, quia mei Diſcipuli eſtis, ſi ſigna feceritis, ſed ait: *Si dilectionem habueritis ad inuicem*: aperte indicat: quia veros Dei famulos non miracula, ſed ſola charitas probat. Teſtimonium ergò ſuperni diſcipulatus, eſt donum fraternæ dilectionis. Quam videlicet dilectionem quia omnes hęretici habere refugiunt, dum ab vniuerſalis Eccleſiæ vnitate diuiduntur: iure de eis dicitur: Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo. Et quia ad eadem ſigna quæ exhibẽt, nulla humilitate concordant, rectè ſubditur: Et vita ipſa putabantur indigni. Vel certe omnes hæreticos ſancta Eccleſia vita ipſa fatetur indignos: quia nimirũ ſub nomine Chriſti militant contra nomen Chriſti.

Charitatis humilitas nõ ſigna venerari debent.

Ioann. 13.

Sola charitas famulos Dei probat.

Gregorius Moral. lib. 33. c. 18. in 40 cap. Iob.

Luc. 4.

Matth. 8.

Matth. 25.

NVnquid multiplicabit ad te præces: aut loquetur tibi mollia? Subaudis, vt mihi: Si enim ad perſonam filij hæc verba referantur, incarnato ei mollia loquebatur cum diceret: *Scio quia ſis Sanctus Dei.* Ad quem Leuiathan iſte multiplicauit preces, cum per ſubditam ſibi legionem dixit: *Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum.* Quanuis intelligi poteſt apertius, quia ad Dominum preces multiplicat, cũ extremi Dei iudicij iniqui, qui ei⁹ corpus ſunt, ſibi parci deprecãtur: cum membra eius videlicet reprobi ſero clamantes dicunt: *Domine, Domine, aperi nobis.* Quibus protinus dicitur: *Neſcio vos vnde ſitis.* Tunc etiam Domino per mẽbra ſua mollia loquetur: quando multi ex eius corpore dicturi ſunt: *Domine, Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Mollia quidem deprecantes dicunt,

cunt, cum eius nomine repli- A cant quæ fecerunt, ſed duro corde illa cum facerent, in ſuam laudem rapuerunt. Vnde mox audiũt: *Neſcio qui eſtis*, ſequitur.

Quod diabolus in hac vita neſciens Sanctorum vſibus ſeruit, & tentationis licentia quaſi ex pacto accepta, volũtatem ſuam implet tentando, ſed volũtate Dei ligatur vt elector & volens tenet, & neſciens probet.

Diabolus eſt ſeruus Dei ſempiternus ex pacto.

NVnquid feriet tecum pactum? Subaudis, vt mecum. Et accipies eum ſeruum ſempiternum: ſubaudis vt ego. Sed valde ſolerter intuendum eſt quod pactum cum Domino Leuiathan iſte feriat, vt ſempiternus ab eo ſeruus habeatur. In pacto enim diſcordantium partium voluntas impletur: vt ad votum ſuum quæque perueniat, & iurgia deſiderato fine concludat. Antiquus itaque hoſtis à ſinceritate diuinæ innocentiæ malitiæ ſuę facie ſuccenſus diſcordat, ſed ab eius iudicio etiam diſcordando non diſcrepat: nam viros iuſtos ſemper maleuole tentare appetit, ſed tamen hoc Domi D nus vel miſericorditer fieri, vel iuſte permittit. Hæc ipſa ergo tentationis licentia pactum vocatur: in qua & deſiderium tentatoris agitur, & tamen per ea miro modo voluntas iuſti diſpenſatoris impletur. Erudiendos enim (ſicut nuper diximus) electos ſuos Dominus ſæpe tentatori ſubijcit; ſicut poſt paradiſi clauſtra, poſt tertij cęli ſecreta, ne reuelationum magnitudine Paulus extolli potuiſſet, ei Satanæ Angelus datus eſt. Sed (vt præfati ſumus) ipſa hac tentatione diſponitur, vt qui elati perire poterant, humiliati à perditione ſeruentur. Secreto ergò diſpenſationis ordine, vnde ſeruire permittitur iniquitas diaboli: inde pie perficitur benignitas Dei. Et bene ex hoc pacto quod cum Domino ferire dicitur, ſeruus accipi perhibetur: quia inde obtemperat nutibus ſupernæ gratiæ, vnde exercet iram nequiſsimæ voluntatis ſuæ. B

In tentatione elatus perire poteſt, humiliatus vero à perditione ſeruatur.

2. Cor. 12.

Gregorius lib. 2. ſuper Ezechielem, homil. 17.

VIdemus itaque alios in ſummis locis ſanctæ Eccleſiæ conſtitutos, alta de cæleſtibus loqui: miro ſtudio in quantum illuſtrata mens ſufficit ſupernæ patriæ ſecreta rimari, quia feneſtræ ſunt C in fratribus. Alij verò in ſanctæ Eccleſię ſinu continentur, & deſpecti humanis oculis videntur, ſed apud ſe ſapientiæ ſtudijs vacant, ad cæleſtia anhelant, atque in quã tum prævalent quæ ſint gaudia æterna conſiderant. Feneſtræ itaque obliquæ ſunt, ſed in veſtibus ijs. Bene autẽ dicitur per gyrum, quia omnis inquiſitio ſecretarum rerum gyrum habet, dum in cogitatione ſua dicit animus, putas ne hoc illud eſt? Quaſi circuit, vt inueniat quod quærit. Cui cum in circunſcriptum lumen erumpere in cogitatione cæperit, quaſi per obliquam feneſtram radius veritatis venit. Sic quippe in contemplationem noſtram multa cogitationibus circũeundo proficimus, ſicut exempla bonorum ſæpe quęrimus, vt in moribus proficiamus. Nam cum iam cogitat animus ad meliora tranſire, quicquid melius de alijs audire poſsit exquirit: nũc huius nunc ſancti alterius vitam ven-

ventilat. Vnde & electus quidam qui in expanso riuo sanctæ Eccle siæ per vniuersum mundum mentis oculos miserat, bonorum vitam ad imitationem requirens, di
Psalm.26. cebat: *Circuibo & immolabo in tabernaculo Dei hostiam iubilationis.* Ecce vt immolaret iubilationis hostiam, circuibat: quia nisi animam huc illucque ad bonorum vitam exquirendam mitteret, ipse vsque ad iubilationis sacrificium nõ peruenire. Cum vero Sancti viri intra Ecclesiã ad loca summa perduB cuntur, eorum vita quasi in speculo ponitur, vt cuncti videant bona quæ debeãt imitari: vnde & adhuc apte subiungitur, & ante frontes pictura palmarum. Quid per palmas nisi præmia victoriæ designãtur? Ipsæ quippe dari vincentibus solent. Vnde de his quoque qui in certamine martyrij antiquum hostem vicerant, & iam victores in patria gaudebant, scriptum est: *Et*
Apoc.7. *palma in manibus eorum, & clamabant*C *voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & agno.* Palmas quippe in manibus tenere, est victorias in operatione tenuisse. Cuius operationis palma ibi retribuetur, vbi iam sine certamine gaudebit. Vnde & hic non dicitur: Palmæ ante frontes, sed ante frontes pictura palmarum. Ibi enim victoriæ palma videbitur, vbi iam sine fine gaudebit. Nam hic plerũque sanctos viros aspicimus mira agere, virtutes multas facere, leprosos mundare, dæmonia eijcere, tactu egritudinis corpora sana rẽ, prophetiæ spiritu ventura prædicere. Cuncta itaq; hæc necdum palmæ sunt, sed adhuc pictura palmarum. Nam hæc aliquando dantur & reprobis. Vnde & per Euangelium veritas dicit: *Multi dicent*

A *mihi in die illa: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me qui operamini iniquitatem.* Vnum verum signum electionis est soliditas charitatis, sicut Ioann.13. scriptum est: *In hoc scietur quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Hæc autem miracula cum electi faciunt, longè dissimiliter à reprobis fiunt: quia quod electi ex charitate, hoc reprobi studeant agere per elationem. Sed eisdem electis ipsa mira, quæ per charitatem faciunt, non iam palmæ sunt, sed adhuc pictura palmarum: Quia de eis foris offenditur, quales apud omnipotentem Dominum intus habeantur. Ibi autem eis palma erit, vbi iam mortis contentio non erit. Nam prædicator egregius tunc aspexit palmam veram vincentibus dari, cum resurrectionẽ præuidit mortuorũ fieri, sicut dicit: *Oportet enim* 1.Cor.15. *corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc indure immortalitatem.* Ibidem. *Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tũc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta mors in victoria. Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus?* Tunc erit perfecta victoria, cum mors plene fuerit absorpta. In omne autem quod modo mirabiliter de signis agi conspicimus, nõ iam ipsam victoriam, sed adhuc imagines victoriæ videmus. Quia plerũque Sanctis etiam & in locis sublimioribus positis, vt ad bona opera alij prouocentur, virtutes & signa dantur, ante frontes interiores ædificij palmarum pictura ostenditur.

Signum dilectionis est soliditas charitatis.

Electi & reprobi faciunt miracula sed diuersimode.

(?)

TEX-

TEXTVS.

NVNQVID noui vos.

Iuſtus Epiſcopus in Cantica canticorum.

QVid neſciuit Chriſtus, niſi peccatum. Neſciuit etiam illos, qui in Euangelio dicunt: *Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus & in nomine tuo multas virtutes fecimus?* Et tunc, inquit, dicam illis: *Amen dico vobis, quia neſcio vos.* Non quod eos, quales eſſent neſciret, ſed quia nihil boni ex ipſis eſſe recognouit.

Baſilius in ſuis Quæſtionibus, quæſt. 282.

QVi ſunt qui dicunt. *Comedimus coram te ac bibimus,* & qui audiũt, *Non noui vos?* RESP. Fortaſsis illi quos deſcripſit Apoſtolus in propria perſona dum ait: *Si linguis hominum loquar & Angelorum &c. Et ſi habuero omnẽ cognitionem & omnẽ fidẽ, & ſi diſtribuero in alendos pauperes omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum vt exuar, charitatem autem non habeo, nihil mihi prodeſt.* Id quod eruditus eſt Apoſtolus à Domino, qui de aliquibus dixit. *Faciunt enim vt videantur ab hominibus, Amen dico*

2. Corint. 13.

Matt. 6.

A *vobis, habẽt mercedem ſuam.* Nã quod nõ propter dilectionem erga Deũ, ſed ob laudem ab hominibus fit, qualecumq; fuerit, nõ pietatis laudem reperit, ſed complacientiæ humanæ, aut complacentiæ propriæ, aut contentionis, aut inuidiæ, aut cuiuſdam talis cauſæ iudicium habet. Qua propter etiam iniuſtitiæ opus tale Dominus nominat, dicens ad eos qui dixerũt: *Comedimus coram te,* &c. *Diſcedite à me omnes operatores iniquitatis.* Quomodo enim non ſunt operatores iniquitatis, qui donis Dei ad propriarum voluptatum negotia abutuntur: Quales erant illi, de quibus dicit Apoſtolus: *Non enim ſumus velut plerique cauponantes verbum Dei.* Et rurſus, *qui putant quæſtum eſſe pietatem. & multa eiuſmodi.* A quibus omnibus purus demonſtratus eſt nobis idem Apoſtolus dum dicit. *Nõ velut hominibus placẽtes, ſed Deo qui examinat corda noſtra.* Neq; enim nunquam in ſermone adulationis fuimus vobis, velut ſcitis, neq; prætextu auaritiæ Deus teſtis eſt, neq; quærentes ex hominibus gloriam, neq; à vobis, neque ab alijs.

B

C

Pſalm. 5.

1. Timot. c. 6.

Epheſ. 6.

DOMI-

DOMINICA OCTAVA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Lucæ.16.

TEXTVS.

HOMO quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illũ, quasi dissipasset bona ipsi⁹. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio, de te? &c.

Gaudentius Episcopus Brixien. in responsione ad Germinium, de villico iniquitatis.

Eleemosynæ commendantur.

DOminus Iesus salutariũ mandatorum verus Magister, Discipulos suos, vel tunc Apostolos, vel nunc vniuersos credentes inuitare volens ad eleemosynas fideliter exercendas. Similitudinem proposuit Villici, vt exemplo huius personæ nihil nostrũ in seculo isto signaret, sed dispensationem nobis creditam facultatem Domini nostri, vel ad vtendum ex eis sufficienter, cũ gratiarũ actione, vel ad distribuendum conseruis, prout cuique opus est, nec licere nobis passim facultatibus abuti commissis, aut expensas vsurpare superfluas, cum sit erogationis ratio Domino venienti reddenda. Denique post finem parabolę sic adiecit. *Et ego dico vobis. fa*

A *cite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiãt vos in æterna tabernacula*, ideſt, amicos vobis pauperes facite de terrenis facultatibus quas iniquitas humanę auaritię sibi vẽdicat, nec hominib⁹ Dei, & eius rebus quicquam impertiat.

Hierony. Algasiæ, quæst. 6.

B ALteram de Euangelio Lucę quæstiunculam proposuisti: *Quid sit Villicus iniquitatis, qui Domini voce laudatus est.* Cuius cum vellem scire rationem, & de quo fonte processerit, reuolui volumen Euangelicum: & inter cætera reperi, quod appropinquantibus Saluatori publicanis & peccatoribus, vt audirent eum, murmurabant Pharisæi

C & Scribæ, dicentes: *Quare iste peccatores suscipit. & comedit cum eis?* Qui locutus est eis Parabolam centum ouium, & vnius perditæ, quæ inuẽta pastoris humeris reportata est. Et cur esset proposita, statim intu-

Luc. 15.

lit;

lit: *Dico vobis, sic erit gaudiũ in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quam super nonaginta nouem iustis, qui non habet opus pœnitentia.* Aliã quoque parabolam decẽ drachmarum vniusque perditæ & repertæ cum proposuisset, simili eam fine compleuit. *Sic dico vobis, gaudiũ erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.* Tertiam quoq; parabolam proposuit, hominis habentis duos filios, & diuidentes inter illos substantiam. Cumque minor facultatibus perditis egere cœpisset, & comedere siliquas, porcorum cibũ, reuersus ad patrem, susceptus ab eo est. Frater quoq; inuidens senior, patris voce correptus est, quod lætari debuerit & gaudere, quia frater eius mortuus fuerat, & reuixit: perditus erat, & inuentus est: has tres parabolas contra Pharisæos & Scribas loquutus est, qui nolebant recipere pœnitentiã peccatorum, & publicanorum salutem. Dicebat autem, inquit, & ad Discipulos suos: haud dubiũ, quin parabolam, sicut prius ad Scribas & Pharisæos: qua parabola ad clementiam Discipulos hortaretur, & alijs diceret verbis: *Dimittite, & dimittetur vobis:* vt in oratione Dominica libera fronte poscatis: *Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quæ est ergò parabola ad clementiam Discipulos cohortantis? *Homo quidam erat diues, qui habebat villicum siue dispensatorem:* hoc enim iconomos significat. Villicus autẽ proprie villæ gubernator est: vnde & à villa villicus nomen accepit; iconomos autem tàm pecuniæ, quàm frugum & omnium, quę dominus possidet dispensator est. Vnde & iconomicos Xenophontis pulcherrimus liber est, qui nõ gubernationem villæ, sed dispensationem vniuersæ domus (Tullio interpretante) significat. Iste igitur dispensator accusatus est ad Dominum suum, quod dissiparet substantiam eius. Quo vocato dixit: *Quid hoc audio de te? Redde rationem dispensationis tuæ: neque enim vltra, mea poteris dispẽsare.* Qui dixit intra semetipsum: *Quid faciam quia Dominus meus aufert à me dispensationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, vt quando sublata mihi fuerit dispensatio, suscipiant me in domos suas. Vocauit itaque singulos debitores domini sui, & dixit primo: Quantum debes domino meo? Qui dixit ei: Centum batos olei. Ait illi: Tolle cautionem tuam, & sedens cito, scribe quinquaginta. Deinde ad alium loquutus est: Tu autem quantum debes? At ille respondit: Centum coros tritici. Dixitq; ei: Tolle cautionem tuam & scribe octoginta. Et laudabit Dominus villicum siue dispensatorem iniquitatis, quod prudenter fecerit, quia filij seculi huius prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Et ego dico vobis, facite vobis amicos de iniquo mammona: vt quando defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in paruo, & in multo fidelis est. Qui in minimo iniquus est, & in multis iniquus erit. Si ergò in iniquo mammona fideles nõ fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis quod vestrũ est quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire, aut enim vnum habebit odio, & alterum diliget: aut vnum audiet, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mãmonæ. Audiebant autem hæc omnia Pharisæi, qui erant auari, & subsannabant illum.* Totum parabolæ huius textum posui, vt non nobis intelligẽtiam aliunde quæramus, & in parabola certas nitamur inuenire personas, sed interpretemur eam quasi parabolam, hoc est similitudinẽ, quæ ab eo vocatur, quod alteri praballeta, hoc est assimulator, & quasi vmbra præuium veritatis est. Si ergo dispensator iniqui mãmonæ,

domini

Domini voce laudatur, quod de re iniqua ſibi iuſtitiã præpararit: & paſſus diſpendia Dominus, laudat diſpenſatoris prudentiã, quod aduerſus Dominum quidem fraudulenter, ſed pro ſe prudenter egerit: Quãto magis Chriſtus, qui nullum damnum ſuſtinere poteſt, & pronus eſt ad clementiam, laudabit Diſcipulos ſuos, ſi in eos qui crediturí ſibi ſunt, miſericordes fuerint? Deniq; poſt parabolã intulit: *Et ego vobis dico, facite vobis amicos, de iniquo mammona.* Mammona autem, non Hebreorum, ſed Syrorum lingua, diuitiæ nuncupãtur, quod de iniquitate collectæ ſint. Si ergo iniquitas bene diſpenſata vertitur in iuſtitiam; quanto magis ſermo diuinꝰ, in quo nulla eſt iniquitas, qui & Apoſtolis creditus eſt, ſi bene fuerit diſpenſatus, diſpenſatores ſuos leuabit in cælum? Quamobrem ſequitur: *Qui fidelis eſt in minimo*, hoc eſt, incarnalibus: *Et in multis fidelis erit*, hoc eſt, in ſpiritualibus. Qui autem in paruo iniquus eſt, vt nõ det fratribus aduertendum, quod à Deo pro omnibus eſt creatum, iſte & in ſpirituali pecunia diuidenda iniquus erit: vt non pro neceſsitate, ſed pro perſonis doctrinã Domini diuidat. Si autẽ, inquit, carnales diuitias, quæ labuntur, non bene diſpenſatis, veras æternaſq; diuitias doctrinæ DEI, *quis credet vobis?* Et ſi in his quæ aliena ſunt (alienum autem eſt à nobis omne quod ſeculi eſt) infideles fuiſtis, ea quæ veſtra ſunt, & proprie deputata homini, quis vobis credere poterit? Vnde corripit auaritiam, & dicit eũ qui amat pecuniã, DEVM amare non poſſe. Igitur & Apoſtolis ſi velint amare Deum, pecunias eſſe contemnendas. Vnde Scribæ & Phariſæi, qui erãt auari, aduerſum ſe dictam intelligentes parabolam, *ſubſannabant eum*: carnalia, vt certa & præſentia, ſpiritualibus ac futuris, & quaſi in certis præponentes. Theophilus Antiochenę Eccleſiæ ſeptimus poſt Petrũ Apoſtolũ Epiſcopus, qui quatuor Euãgeliſtarum in vnum opus dicta cõpingens, ingenij ſui nobis monumenta dimiſit: hæc ſuper hac parabola in ſuis commentarijs eſt locutus: Diues qui habebat villicum, ſiue diſpenſatorem. Deus omnipotens eſt: quo nihil eſt ditius, huius diſpenſator eſt Paulus, qui ad pedes Gamalielis ſacras literas didicit, & legem Dei ſuſceperat diſpenſandam. Qui cum cæpiſſet credentes in Chriſto perſequi, ligare, occidere, & omnẽ Domini ſui diſsipare ſubſtantiã, correptus à Domino eſt: *Saule, Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulũ calcitrare.* Dixitq; in corde ſuo: Quid faciam? Qura qui magiſter fui & villicus, cogor eſſe Diſcipulus & operarius. *Fodere nõ valeo.* Omnia enim mandata legis quæ terræ incubabant, cerno deſtructa: & legem atquè Prophetas vſq; ad Ioannem Baptiſtam eſſe finitos. *Mendicare erubeſco*: vt qui Doctor fueram Iudæorum, cogar à gentibus & à Diſcipulo Anania, ſalutis ac fidei mendicare doctrinam. Faciam igitur quod mihi vtile eſſe intelligo: vt poſtquam proiectus fuero de villicatione mea, recipiãt me Chriſtiani in domos ſuas. Cæpitq; eos qui prius verſabantur in lege, & ſic in Chriſtum crediderãt, ne arbitrarentur ſe in lege iuſtificandos, docere legem abolitam, Prophetas præteriſſe: & quæ antea pro lucro fuerant, reputare in ſtercora. Vocauit itaquè duos depluribus debitoribus. Primum qui debebat centum batos olei, eos videlicet qui fuerant ex gentibus congregati, & magna in

Laudat Dominus miſericordes & cõmendat miſericordiam.

Quiam at pecuniam Deũ amare nõ poteſt.

Diues villicus & ſubſtantia quæ diuiditur qui ſint.

Actorum 9.

digebant miſericordia Dei: & de cẽtenario numero (qui plenus eſt atq; perfectus) fecit eos ſcribere quinquagenarium, qui proprie pœnitentium eſt, iuxta iubileum: & illam in Euangelio parabolam, in qua alteri quingẽti, alteri quinquaginta denarij dimittuntur. Secundum autem vocauit populum Iudæorum, qui tritico mandatorum Dei nutritus erat, & debebat ei centenarium numerum, & coegit, vt de centum octoginta faceret, id eſt, crederet in Domini reſurrectione, quæ octauæ diei numero continetur, & de octo completur decadibus: vt de Sabbato legis tranſiret ad primam Sabbati. Ob hanc cauſam à Domino prædicatur, quod benefecerit: & pro ſalute ſua in Euangelij clementiã de legis auſteritate mutatus ſit. Quod ſi quæſieris, quare vocetur villicus iniquitatis, in lege quæ Dei eſt: iniquus erat villicus, qui bene quidem offerebat, ſed nõ bene diuidebat: credens in Patrem, ſed Filiũ perſequens: habens Deũ omnipotentem, ſed Spiritum ſanctum negans. Prudentior itaque fuit Paulus Apoſtolus in tranſgreſſione legis, filijs quondam lucis, qui in legis obſeruatione verſati, Chriſtum, qui Dei Patris verum lumen eſt, perdiderunt. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, quid de hoc loco ſenſerit, in commẽtarijs eius legere poteris. Origenis & Didymi in hanc parabolam explanationem inuenire non potui: & vtrum abolita ſit temporum vetuſtate, an ipſi non ſcripſerint, incertum habeo. Mihi iuxta priorem interpretationẽ hoc videtur quod de iniquo mammona debeamus nobis amicos facere, non quoſlibet pauperes, ſed eos qui nos poſſint recipere in domos ſuas, & in æterna tabernacula: vt cum eis parua præbuerimus, recipiamus ab illis magna: & dantes aliena, noſtra ſuſcipiamus & ſeminemus in benedictione, vt metamus benedictionem. *Qui enim parce ſeminauerit, parcè & metet.* 2. Cor. 9.

Quare vocetur villicus iniquitatis.

Auguſtinus quæſt. Euangeliorum, lib. 2. quæſt. 34.

IN villico, quem Dominus eijciebat de villicatione, & laudauit eum quòd in futurum ſibi proſpexerit, non omnia debemus ad imitandum ſumere. Non enim aut Domino noſtro facienda eſt in aliquo fraus, vt de ipſa fraude eleemoſynas faciamus, aut eos à quibus recipi volumus in tabernacula æterna, tanquam debitores Dei & Domini noſtri fas eſt intelligi: cum iuſti & Sancti ſignificentur hoc loco, qui eos introducant in tabernacula æterna, qui neceſſitatibus ſuis terrena bona communicauerint: de quibus etiam dicit, quod ſi quis alicui eorum calicem aquę frigidiæ dederit tãtum in nomine Diſcipuli, non perdet mercedem ſuam. Sed etiam è contrario dicuntur iſtæ ſimilitudines, vt intelligamus, ſi laudari potuit ille à Domino qui fraudem faciebat, quanto amplius placẽt Domino Deo, qui ſecundum eius præceptum illa opera faciunt: ſicut etiam de iudice iniquitatis, qui interpellatur à vidua, comparationem duxit ad iudicem Deum, cui nulla ex parte iudex iniquus conferendus eſt. Quod autem de centum cadis olei quinquaginta ſcribi fecit à debitore, & de centum choris tritici octoginta, ad nihil aliud valere arbitror, niſi vt ea quę ſimiliter atq; inleuitas Iudei, quiſq; operatur in Chriſti Eccleſia, abũdet iuſtitia eius ſuper Scribarum Matth. 10.

barũ & Phariſæor, vt cũ illi decimas darẽt, iſti dimidias dent: ſicut nõ de fructibus, ſed de ipſis bonis ſuis fecit Zacheus. Aut certe duplicet decimam, aut duas decimas dãdo ſuperet impẽdia Iudeorum. Mãmona vero iniquitatis ideò à Dño appellata eſt iſta pecunia quã poſſidem⁹ ad tẽpus, quia Mãmona diuitiæ interpretãtur. Nec ſunt iſtæ diuitiæ niſi iniquis, qui in eis cõſtituunt ſpem atq; copiam beatitudinis ſuæ. Aiuſtis vero cum hæc poſſidentur, eſt quidem iſta pecunia: ſed non ſunt tamen illis diuitiæ niſi cæleſtes & ſpirituales, quibus indigentiam ſuam ſpiritaliter ſupplentes, excluſa egeſtate miſeriæ beatitudinis copia ditantur.

Baſilij Magni in Pſal. 48.

Ieremi. 4. Sapiẽtes, alij ſtulti, lij de mentes. Eſai. 5.

SAPIENTES autem dicit, vel aſtutia callidos: de quibus ait Ieremias: Quod ſapiẽtes ſunt male agendo bonum autem facere omnino neſciunt. Vel ſapiẽtes dicit diſcipulos principum huius ſeculi qui abolentur, qui dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: *Quoniam ſapiẽtia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.* Quamobrem quum ſit vana hęc ſapientia, ideò ait: diſperdẽ ſapientiam ſapiẽtum, & prudentiam prudentum reprobabo. Perſuaſiones igitur falſę ſcientię, cauſa ſunt mortis ijs qui ſuſcipiũt eas, quam mortem non videbit redemptus ab eo cui placuit, vt per ſtultitiam prædicationis ſaluos faciat credentes, vt inquit Paulus. Deinde ait: *Simul inſipiens & ſtultus peribunt, & relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra illorum domus eorum in perpetuum. Tabernacula eorũ in progenie & progenie, vocauerunt nomina ſua in terris.* Supra vnõ nomine generaliter ſapiẽtes appellauit, quos nunc ſubdiuidens ſtultos & demẽtes vocat. Videlicet ſapientes qui dem eos ſecũdum ipſorum opinionem, hoc nomine vſus, dixit: quẽmadmodum deos nominat non naturæ, ſed eorum conſuetudinẽ ſecutus qui decepti ſunt: Ita ſapiẽtes nunc ſtultos & inſipientes dixit. Poſsibile itaq; eſt cogitatione ſtultum ab inſipiente ſeu demẽte diuidere. Stultus enim eſt qui ad officium commune ac humanũ nõ recte ſe habet, ac demum à prudentia alienus eſt. Ita & conſuetudo prudentes vocat eos, qui vtile ab inutili probe reb⁹ vitę huius ſecernunt, ſecundum quod in Euãgelio dicitur. *Quod filij huius ſeculi prudentio res filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Non enim abſolute prudentiores, ſed ſecundum conuerſationem & conſuetudinem vitæ huius, qua in carne agitur: illi vero & diſpenſatores iniqui dicuntur, quod diligenter proprię vtilitati conſulere ſciãt. Hoc etiã modo & ſerpentes prudentes exiſtũt, quod ſeſe in cauernis tutius agitare putantes condant: & vt in periculis plagas euitent, caput occultant. Inſipiens vero ſiue demens dicitur, qui non habet, quæ hominis ſunt propria & peculiaria: vt ſunt Dei Patris notitia, item Verbi quod in principio erat apud Deum inſtructio, & à Sancto Spiritu illuminatio procedens: quem qui poſsident, poſſunt cum Paulo dicere: *Nos mentem Chriſti habemus.* Sacri nanq; eloquij mos eſt huiuſcemodi verbis cõmutato ordine vti, vt dicat inſipientem: vt, *dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.* Et rurſus, quod vitæ nocet, ſtultũ vocat: Quemadmodum Apoſtolus de ijs qui in cõcupiſcentias incidũt ſtultas & noxias. Stultus ergo & inſipiens ad vnum communem finem, hoc eſt, ad perditionem trahuntur.

1. Cor. 3.

1 Cor. 1.

Pſalm. 48.

Luca. 16.

Origines tract. 31. in Matthæum.

ET villic⁹ ergo iniquitatis prudēter facit, nō quidē faciēs secundum prudentiam ex virtutibus, ſed quia velox erat ingenio. *Et filij ſeculi huius prudētiores ſunt quā filij lucis in generatione ſua.* Non quia ſecundum prudētiam vnam ex virturibus ſunt prudentes, aut quia filij lucis ſecundum aliud aliquid ſunt eis minores in ſapientia, aut in acumine naturali mentis ſunt inferiores. Scit enim & prudentiam vnam eſſe ex virtutibus ſermo Diuinus, ſicut in Prouerbijs docet dicens: Dic ſapientiam tuā ſororem tuam eſſe, notam autem fac tibi prudētiam, vt cuſtodiat te à muliere aliena. Nunc autem cō muniter audire debemus quod ait, quis eſt ſeruus fidelis, & prudens: quaſi quidam quidem ſecundum communiter intellectam fidē ſint fideles, non autem ſint prudentes, neq; veloces ingenio: & iterū alij quidem ſint veloces, & ſecundum quod hic ſignificatur prudentes, non autem omnino & fideles. Si quis conſiderat multitudinem volentium eſſe ſe Chriſtianos, inueniet quidem fideles multos & ſtudium fidei exercentes, non autem & prudentes vt ſint filij huius ſeculi prudentiores eis in generatione ſua: ſcientes quoniam quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus vt confundat ſapientes. Et videbit iterum alios qui credidiſſe putantur, veloces quidem eſſe, & ſapientes, modicę autem fidei: & ſi non infideles, tamen minus fideles quoniam ſtulta mundi quę Deus elegit contemnunt. Conuenire autem in vnum fidelem atq; prudentem, vt ſecundum vtrumq; det conſeruis ſuis cibum in tempore, valde rariſsimū eſt. Vt enim in tempore det cibū, neceſſariam habet quis prudentiam: vt autem non adimat cibos in tempore indigentium opus eſt fide. Non autem eſt importunum monere propter peccata quę in hominibus qui videtur credere Chriſto, & in diſpenſatoribus Eccleſiarum plerunq; fieri ſolet: quoniā & ſecundum ſimplicem intellectū multi opus habemus vt fideles ſimus pariter & prudentes ad diſpēſandos Eccleſiæ reditus: fideles quidem vt nō deuoremus quę ſunt viduarū, & vt memores ſimus pauperum, & occaſionem accipientes ex eo quod ſcriptum eſt, Dominus conſtituit his qui Euangelium prędicant de Euangelio viuere, amplius quęramus cibo ſimplici, & neceſſarijs veſtimētis, vt ne amplius teneamus nobis quam demus eſurientibus fratribus, & ſitientibus, atq; nudis, & eis qui neceſsitatem patiuntur in ſecularibus curis. Prudentes autem vt vnicuiq; ſecundum dignitatem vniuſcuiuſq; ſubminiſtremus, recordantes quod dictum eſt. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* Non enim ſimpliciter de rebus Eccleſiaſticis dare oportet, vt vnū hoc obſeruemus, vt ne quæ pauperum ſunt deuoremus, aut furtum faciamus de eis: ſed vt prudenter intelligamus indigentium cauſas propter quas ſunt indigentes: & vniuſcuiuſq; dignitatem quomodo aduocatus eſt, quantum neceſſarium habet, vel propter quā cauſam indiget. Non ergo ſimiliter eſt agendum in eis qui ab infantia duriter ſunt educati & ſtricte, & in eis qui large & delicioſe nutriti ſunt, & poſtea ceciderōt. Nec eadem ſunt miniſtranda viris, & mulieribus, aut multum ſenibus & iuuenibus, quidē, & debilibus, propter quod nō poſſunt ſibi acquirere eſcas, &

Prou. 7.

Pſalm. 40.

1. Cor. 1.

eis

eis qui vel ex parte poſſunt ſibi ſuc currere. Requirendum eſt autem & ſi multos habeãt natos non negligentes, ſed omnia facientes, & non ſibi ſufficienter occurrentes, Et ne plura dicamus, multa ſapientia opus eſt, qui vult bene diſpenſare Eccleſiaſticos reditus, vt etiã in iſtis fidelis & prudens diſpenſator inuentus, beatus efficiatur. Forſitan autem & propter multitudinem Chriſtianorum qui non ſatis circa requiſitionem verbi habentur, & tales ſunt ad principatũ ſubleuati, magis neceſſarium habemus audire: *Quis eſt fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore*, vt non effundat rationabilem & ſpiritalem cibum conſeruis quibuſcumq; ſimpliciter, & quibus non oportet, volentes ſe oſtendere eſſe prudentes, & magis neceſſarium habẽtibus verbum quod mores eorum ædificet, & vitam componat, quàm quod producit ad ſapientiam, & illuminat ſcientiæ luce eos, quorum mens poteſt ſuffere huiuſmodi lucis ſplendorẽ: aut vt ne eis qui poſſunt acutius audire, pigeat exponere altiora, vt ne exponentes vilia ab ingenioſioribus contemnãtur qui naturaliter ſunt ingenioſi, aut per exercitationem forſitam ſecularis ſapientiæ habentur acuti. Difficile eſt ergo vtrunq; in vno, vt & prudens ſit & fidelis: non autem & impoſsibile: nec enim beatificat eum qui non poteſt eſſe, dicens: *Beatus ſeruus ille quem Dominus veniens inuenerit facientem ſic.*

Theophylactus in Lucam.

Parabola & ei' partes quatenus inquirẽde.

OMNIS Parabola obliquè & figurato modo rerũ quarundam naturam manifeſtat, non per omnia rebus illis aſsimilata propter quas aſſumpta eſt. Idcirco non oportet omnes parabolarum partes curioſius inquirere, ſed quatenus apparent propoſito vtiles, reliquæ enim ſinendæ ſunt, quaſi parabolam contexentes, & nihil ad propoſitum conducentes, quomodo & in propoſita parabola faciendum. Nam ſi per tenues particulas omnes exponere tẽtauero, quis diſpenſator, quis diſpẽſatoris Dominus, & à quo delatus ſit, & qui debitores, & propter quam cauſam ille quidem oleum, alius autem triticum & qua de cauſa centum debere dicãtur, & ſi alia omnia perque ſiuerimus, obſcurum & moleſtum ſermonem faciemus, & fortaſsis, ſi valde hæſitauerimus etiam ridiculi erimus. Igitur tantum vtilitatis expræſenti parabola capere oportet, quantum poſsibile eſt. Et vt aliquid dicam. Dominus hoc loco vult nos docere, vt bene diſpenſentur creditæ nobis diuitiæ. Et primum hoc diſcimus, quod nõ ſumus Domini diuitiarum. Nihil enim habemus proprium, ſed diſpenſatores, alienarum rerum ſumus. Quæ à Domino nobis cõcreditæ ſunt, vt illas bene diſpenſemus, ſicut ipſe imperat. At ſi concreditas diuitias non expenderimus iuxta mentẽ Domini, & abuſi fuerimus illis in noſtrum luxum, accuſabimur. Etenim voluntas Domini eſt, datis vti in vſus conſeruorum, nõ in proprias delitias. Porrò qui accuſantur & deſtituuntur à diſpenſatione diuitiarũ, hi ſunt, qui ex hac vita emigrant, quum ſcilicet & rationem dabimus de diſpenſatione, quando deſtituti fuerimus. Si itaq; prudentes eſſemus, vel tarde ſentiremus quid facto opus, & faceremus nobis amicos ex diuitijs iniuſtitiæ.

Beda in 16. capit. Luc.

DICEBAT autem ad Diſcipulos ſuos. *Homo quidam erat dites, qui habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocat illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra ſe. Quid faciam? Quia Dominus meus aufert à me villicationem. Fodere non valeo, mendicare erubeſco. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas.* In villico hoc quē Dominus eijcebat de villicatu, & laudauit eum quod in futurum ſibi proſpexerit, non omnia debemus ad imitandum ſumere. Non enim aut Domino noſtro facienda eſt in aliquo fraus, vt de ipſa fraude eleemoſynas faciamus, aut eos à quibus recipi volumus in taberna cula æterna, tanquam debitores Dei & Domini noſtri fas eſt intel ligi, cū iuſti & Sancti ſignificentur hoc loco, qui eos introducant in æterna tabernacula, qui neceſſi tatibus ſuis terrena bona commu nicauerint. De quibus tantum in nobis etiam dicit, quod ſiquis ali cui eorum calicem aquæ frigidæ dederit tantum in nomine Diſcipuli, non perdet mercedem ſuam. Sed etiam è contrario dicuntur iſtæ ſimilitudines, vt intelligamus ſi laudari potuit ille à Domino, cui fraudem faciebat, quanto amplius placeāt Domino DEO qui ſecundum eius prēceptum illa opera faciunt. Sicut etiam de iudice iniquitatis, qui interpellabatur à vidua, comparationem duxit ad iudicem Deum, cui nulla ex parte iudex iniquus conferendus eſt. Villici ſane vocabulo dicim⁹, eos qui pecunias habent non iam Dominos ſuæ ſed alienæ potius rei diſpenſatores eſſe putandos. Qui ſi iuxta huius ſerui exemplum, ſed vllo finiendæ villicationis, ac rationis reddēdę tēpus prēuiderint, facile terrenorum omnium delectatione ſimul & dilectione nudati, plus ſibi de amicis conquirendis in futuro, quam diuitijs in prę ſenti colligendis proſpicere curabunt. Qui multa ſecum anxius pertranctando, quid faciam? Inquit. *Fodere non valeo, mendicare erubeſco.* Ablata quippe villicatione fodere non valemus, quia finita hac vita in qua tātum licet operari, nequaquam vltra bonæ conuerſationis fructum, ligone deuotæ compunctionis licet inquirere. Mendicare, confuſionis eſt. Illo ſcilicet peſſimo genere mendicandi, quo Virgines illæ fatuæ mendicaſſe referuntur, quæ ingruente tēpore nuptiarum oleo virtutum dificiente, ſapientibus dixerunt. *Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.* Et de quo Salomon ait. *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei. Conuocatis itaq; ſingulis debitoribus Domini ſui, dicebat primo. Quantum debes Domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuam, & ſede cito, ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu verò quantum debes? Qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, & ſcribe octaginta.* Cadus Græce amphora eſt, continens vrnas tres. Corus vero, modios XXX. Complectitur. Quod autem de centum cadis olei quinquaginta ſcribi fecit à debitore, & de centum coris tritici octoginta, ad nihil aliud valere arbitror, niſi vt ea quę ſimiliter in Sacerdotes atq; in Leuitas Iudęus quiſq; operatur, in Chriſti Eccleſia abundet iuſtitia eius ſuper Scribarum & Phariſęorum, vt cum illi decimas darent, iſti dimidias dēt, ſicut nō de fructib⁹, ſed de ipſis bonis

villicus.

Matth. 10.

Villicus quo modo laudandus.

Villicus.

Matth. 25.

Prou. 20.

Cadus.

Corus.

nis ſuis fecit Zachæus. Aut certe duplicet decimas, vt duas decimas dando, ſuperet impẽdia Iudæorũ. Niſi forte quis ſimpliciter accipiẽ dum putet, quod omnis qui indigentiam cuiuſlibet pauperis Sanctorum, vel ex dimidia vel certe ex quinta parte, quantum viginti, vel quinquaginta ad centum ſunt alleuiauerit, certa ſuæ miſericordiæ ſit mercede donandus. *Et laudauit Dominus villicũ iniquitatis, quia prudẽter feciſſet. Quia filij huius ſeculi, prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Audiant ſapientes huius ſeculi, vt ſtultam ſapientiam deſerere, & ſapientiam Dei ſtultitiam diſcere queant, quanti eorum ſapientiam diuina æquitas æſtimauerit, quos non vere prudẽtes, ſed ingeneratione ſua prudentes eſſe commemorat. Iuxta hoc quod alibi dicitur. *Væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris, & coram vobis metipſis prudẽtes.* Nec non amatores æternæ vitæ, filios lucis appellando, non aliud nos qui ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt, quam filios arguit eſſe tenebrarum. Filij autẽ lucis, & filij huius ſeculi vocantur, quomodo filij regni & filij perditionis. Cuius enim quiſquè agit opera, eius cognominatur & filius. *Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Mammonam iniquitatis ob hoc appellat iſtam pecuniam, quam poſſidemus ad tempus, quia mammona diuitiæ interpretantur. Nec ſunt iſtæ diuitiæ niſi iniquis, qui in eis conſtituunt ſpem atq; copiam beatitudinis ſuæ. A iuſtis verò cum hæc poſſidentur, eſt quidem iſta pecunia, ſed non ſunt illis diuitiæ, niſi cæleſtes & ſpiritales. Quibus indigentiam ſuam ſpiritaliter ſupplentes, excluſa egeſtate miſeris, beatitudinis copia ditabuntur. Si autem hi qui præbẽt eleemoſynã, de iniquo mammonæ faciunt ſibi amicos à quibus in æterna tabernacula recipiantur, quanto magis hi qui ſpiritales largiũtur epulas, qui dant conſeruis cibaria in tempore ſuo, certiſsima debent ſpe ſummæ retributionis erige.

(?)

Decimarum duplicatio.

Sapientes ſeculi.

Eſai. 5.

Filij lucis & ſeculi.

Mammona iniquitatis.

diuitiæ quibus ſint niſi eorum qui in pecunijs ſuã ponunt ſpẽ.

TEXTVS.

ET ego vobis dico: Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Gaudentius in reſponſione ad Germinium.

Mammona quid ſit?

MAmmona enim ſermone Syro, pecuniæ ſiue diuitiæ nuncupantur: *Facite ergo vobis* (inquit) *amicos pauperes de mãmona iniquitatis, vt cum defeceritis, eadem ſubſtantia in pauperes erogata atquè conſumpta, recipiant vos in æterna tabernacula.* Idem videlicet pauperes amici, conciliandæ ſalutis, in quibus Chriſtus remunerator æternus ſe huius humanitatis fatebitur officia percepiſſe. Recipient ergò vos non ipſi omnino pauperes per ſemetipſos, ſed per eum qui in illis obedientiæ ac fidei noſtræ fructu

Matth. 25.

reficitur, ſuſceptur? miniſtros pie tatis huius in æterna tabernacula regni cęleſtis: *Dicit enim: Venite bene dicti patris mei, poſsidete regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Eſurui enim & dediſtis mihi manducare: ſitiui & didiſtis mihi bibere: peregrinus eram & collegiſtis me: nudus & cooperuiſtis me: infirmus & viſitaſtis me: in carcere eram & veniſtis ad me.* Quibus verecundè ac reuerenter excuſantibus. Domine quã do te vidimus in his neceſsitatibus & miniſtrauimus tibi, reſpondebit, dicens: *Amen dico vobis, cum feciſtis vni ex miniſtris iſtis, mihi feciſtis.* Nulli itaq; abſurdũ videatur, quod illi nos dicantur ſuſcipere, quorum cauſa ſuſcipimur, cum & ipſe ſuſceptor noſter Dominus Ieſus, qui neceſsitatibus humanis non ſubiacet, ſe in illis eſuriſſe, & ſitiſſe, & peregrinum, & nundum, & in carceratum eſſe perhibeat. *Facite ergo vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Et poſt pauca, *ſi in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis?* Eninuero, dilectiſsime, quis eſt qui terrenas facultates iniquitatis plerunquè materiam ſuggerentes, diſpenſare fideliter neſciat, commitendas putet eſſe veras cæleſtium rerum diuitias, quibus fidelis diſtributor ac iuſtus ritè meritoquè perficitur? *Nam gloria & diuitiæ in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi?* Statim deniquè ſermo ille Dominicus ita coniungitur. *Et ſi in alieno fideles nõ fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis? &c.*

Pſalm. 111.

Chryſoſtomus in prim. ad Timotheum, cap. 4.

CÆterum tu mihi contra eos numerare perges, qui minimis laboribus multa bona quæſiere. Quænam iſta bona ſunt? Pecuniæ, ſcilicet, copia, magnificentia domus, ſoli infinita iugera, mancipiorum greges, argenti atq; auri pondus immenſum: hæc tu appellare bona non erubeſcis, neq; ſuffunderis, homo cum ſis, cui de cæleſtibus philoſophari fas ſit? Non in quam, erubeſcis terrenis ſolum rebus, & commodis inhiare mortalibus, cui ad fruendum patet, ſi volueris cælum, eaquê appelles bona, quæ indigniſsima ſimul atque viliſsima ſunt? Nempe enim ſi bona hæc dicimus, & eos qui ea poſſident, bonos itidem vocare debemus. Nãqui bonũ aliquod habet, quomodo poteſt ipſe non eſſe bon? ? Quid ergo? Si qui iſta poſsidẽt immodica habendi cupiditate aliena diripiant, num eos dicemus bonos? Si enim bonę diuitię ſunt, hæc vero ex cupiditate, iniquiſq; compendijs oriuntur: quanto illæ auctiores ſunt, tanto qui eas poſſidet melior fieri putandus eſt, atq; ea ratione ill erite optimus, qui cupidiſsimus fuerit. Si autem diuitiæ bonę ſunt, quæ excupiditate incrementa ſuſcipiunt, eo quiſq; bonitati pręſtabit, quo plura poſſederit. Quod quam ſit abſurdum, quamq; à ratione diſſentiat, omnibus perſpicuũ eſt, niſi forte abſquè cupidate opes cõgeri poſſent, atq; innoxię poſsideri. Sed id profecto fieri nulla ratione poteſt, vt perniciosſima hęc perturbatio innoxia ſit, atq; id Chriſtus dicens, definit ſua ſententia. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis?* Quid igitur inquies, ſi Patri hæres quiſq; ſucceſſerit? Iniuſte profecto coactas accepit opes: neq; enim ex Adã maiores ſui traxere diuitias, fieriquè poteſt, vt & alij plures ætate præceſſerint, atq; inter plurimos inuẽtum eſſe quempiã, qui iniuſte alie

na

na ſuſceperit. Quid ergo dicemus, inquies, de Abraham? Nũ iniquas ille poſſedit opes? Quid enim de Iob, qui innocẽs, qui iuſtus, qui verax, qui Dei cultor, qui à malis omnibus abſtinens prædicatur? Opes illis non in auri argentiq; talẽtis, non in præclaris ædibus, ſed in pecoribus erant. Quæ profecto diuitiæ, & innocuæ & diuinitus permiſſę ſunt. Nam quod ex pecore illæ conſtarent, inde manifeſtũ eſt. Cum enim is, qui illius geſta conſcripſit, ea quæ illi contigerãt, enumeraſſet, dixiſſetq; camelos, & equas, & aſinas mortuas eſſe, nõ addidit auri quoq; taléta direpta fuiſſe. Præterea Abraham quoq; familiarum diues fuiſſe memoratur. Quid ergo? Inquies, has ille non emit? Nequaquam: quod ſcriptura ſignauit dicẽs, vernaculos illi fuiſſe trecentos decem & octo: & oues, ac boues. Vnde igitur autẽ Rebeccæ tranſmiſit? Ex Ægypto id dono perceperat, nemine violato, aut iniuria affecto. Dic enim, quæſo, vnde tu diues es? Vnde ille? Ex habita, inquies, hæreditate, alius itidem ex hæreditate paterna: poteſt ne longam generis ſeriem repetens opes iſtas probare crimine carere iniuſtitiæ? Numquã profecto id poteris, verũ neceſſe eſt harum initium, ac radicẽ ex aliqua iniquitate manaſſe. Vnde id conſtat? Ex eo, ſcilicet, quod Deus ab initio non fecit, alium quidem diuitem, alium pauperem: neq; huic theſauros effodiendos oſtendit, illum hac inueſtigatione priuauit, ſed eãdem omnib⁹ peruit humũ. Quo igitur pacto, cum illa cõmunis ſit, tu illius per multa iugera poſſides, proximus vero ne vnus glebæ poſſeſſione lætatur? Pater, inquies, mihi iſta reliquit: ille autẽ à quo ea ſuſcepit? Amaioribus, ſcilicet. Sed neceſſe profecto eſt, per ſucceſſionis lineam aſcendo inuenire principium, id autem in iuſtitia vacare non poteſt. Diues fuit Iacob, verum laboris ſui mercede ditatus eſt. Sed mittamus plane iſta, neq; ea diligentiori ſcrutemur examine. Sint iuſtę diuitiæ, & omni rapinæ crimine libera. Neq; enim tu eris obnoxius, quæ pater quæſiuit iniquo forte compẽdio. Et ſi enim quæ habes, ex rapina collecta ſunt, non tu tamen ea rapuiſti. Verum vt concedamus, ne illum quidem rapuiſſe, ſed effoſſum humo habuiſſe theſaurũ: quid tandem? Num id circo ſunt bonæ diuitiæ? Minime id quidem. Sed neq; inquies, malæ ſunt, niſi fuerint ex auaritia, & cupiditate congeſtæ. Nõ malæ ſunt, ſi egenis fuerint diſtributæ: ſin vero huiuſmodi officijs pietatis forſam careãt, & malæ & pernitioſæ ſunt.

Geneſ. 14.

Auguſtinus in Pſalm. 48.

FRATER *non redimit, redimet homo?* Expectas vt homo te redimat ab ira ventura? Si te frater non redimet, homo te redempturus eſt? Quis eſt frater qui ſi nõ redemerit, nullus homo redempturus eſt? Qui poſt reſurrectionẽ dixit, vade, dic fratrib⁹ meis, frater noſter voluit eſſe: & cũ Deo dicimus, *Pater noſter*, hoc manifeſtatur in nobis. Qui enim dicit Deo, *Pater noſter*, Chriſto dicit, frater. Ergo qui patrem Deum, & fratrem habet Chriſtum, nõ timeat in die mala. Non enim eum circundabit iniquitas calcanei eius, quia non pręſumit de virtute ſua, nec in abũdantia diuitiarum ſuarum gloriatur; nec de amicis ſuis potentibus ſe iactat. In illo ergo pręſumat, qui propter illum mortus eſt, vt ille non in ſempiternũ moreretur, qui propter illum humiliatus

eſt, vt ille exaltaretur, qui quę ſiuit impium, vt à fideli quæreretur. Ergo ſi ipſe non redimet, homo redempturus eſt? Aliquis homo redimet, ſi Filius hominis non redimit? Si Chriſtus nõ redimit, Adã redimet? Frater non redimet homo? Non dabit Deo de propitiatione ſua, nec pretium redemptionis animæ ſuæ. Ille confidit in virtute ſua, & in abundantia diuitiarum ſuarum gloriatur, qui non dabit Deo de propitiatione ſua, id eſt, placationem qua flectat Deum pro peccatis. Nec pretium redemptionis animæ ſuæ, qui præſumit de virtute ſua, & de amicis, & diuitijs ſuis. Qui ſunt autem qui dant pretium redemptionis animę ſuę? Quibus ait Dominus: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, & vt ipſi recipiant vos in tabernacula æterna.* Illi dant pretium redemptionis animæ ſuæ, qui non ceſſant, eleemoſynas facere. Ideò illos quos monet per Timotheum Apoſtolus, noluit eſſe ſuperbos, ne in abundãtia diuitiarum ſuarum gloriarentur. Deniq; quod poſsidebant, noluit apud illos veteraſcere, ſed aliquid ex eo fieri, vt eſſet pretium redemptionis animæ eorum. Ait enim, *Diuitibus huius ſeculi præcipe nõ ſuperbe ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum.* Et quaſi dicerent, Quid ergò facturi ſumus de diuitijs noſtris? Diuites ſint, inquit, in operibus bonis, facile tribuant, communicent, & nõ illud perdituri ſunt. Vnde ſcimus? Audi quid ſequitur, *Theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.* Sic dabunt pretium redemptionis animæ ſuæ. Et Dominus noſter hoc monet, *Facite vobis ſacculos non vetuſcentes, theſaurum non deficientem in cælis, quo fur non accedit, neq; tinea corrumpit.* Noluit Deus vt perdas diuitias tuas, ſed vt locũ illis mutes. Conſilium tibi dedit. Intelligat charitas veſtra. Modo ſi amicus tuus intraret in domum tuam, & inueniret te in loco humido frumenta poſuiſſe, qui forte ſciret naturã corruptionis frumentorum quam tu neſcires, daret tibi huiuſmodi conſilium dicẽs, Frater, perdis quod cũ magno labore collegiſti, in loco humido poſuiſti, paucis diebus iſta putreſcunt. Et quid facio frater? Leua in ſuperiora. Audires amicum ſuggerentem vt frumenta leuares de inferioribus ad ſuperiora, & non audis Chriſtum monentem, vt theſaurum tuum leues de terra ad cælũ: vbi nõ hoc tibi reddatur quod ſerues, ſed ſerues terram, accipies cælum: ſerues mortalia, accipias ſempiterna. Fęnerare Chriſto, accipiat in terra parua, vt reddat tibi in cælo multa, Veruntamẽ illi quos circundabit iniquitas calcanei ſui, qui confidunt in virtute ſua, & in abundantia diuitiarum ſuarum gloriantur, & de amicis hominibus nihil valentibus præſtare pręſumunt, non dabunt Deo de propiciatione ſua, & pretium redemptionis animæ ſuæ. Et quid dixit de tali homine? *Et laborabit in æternum & viuet id finem.*) Labor eius ſine fine erit, vita ipſius habebit finem. Quare hoc dixit, viuet infinem? Vitam quippe non ponũt iſti, niſi delitias quotidianas. Adeò ſunt multi inopes & pauperes noſtri, parum firmi, & non intuentes quid illis promittat Deus pro iſtis laboribus: cum viderint diuites in epulis quotidianis, in ſplendore & & nitore auri & argẽti: quid dicunt? Fælices ſunt iſti, iſti verè viuunt. Dicitur, iam non dicatur, & monemus: & ſi dicit habet vel à paucioribus dicatur quã

Quid autem pretium pro anima ſua.

1. ad Thim. 6.

Lucæ. 12.

A B C D

diceretur

diceretur ſi non moneremus. Nã nec nos præſumimus ita nos iſta dicere vt nõ dicatur, ſed vel à paũcioribus dicantur: nã dicetur vſq; in finem ſeculi. Parum eſt, quia dicit eum viuere adiungit, dicit, tonat, putas eum ſolũ viuere: viuat, finietur vita ipſius, quoniam non dat pretium redemptionis animæ ſuæ. Finietur vita, labor non finietur. *Laborabit in æternum, & viuet in finem.* Quomodo viuet in finem? Quomodo viuebat ille qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, & iacentẽ vlceroſum ante ianuam, cuius vlcera canes lingebant, & deſiderãtem micas, quę de menſa eius cadebant, ſuperbus & tumidus contemnebat. Quid illi profuerũt illę diuitiæ? Mutauerunt vices ambo, ille ad ianua diuitis ſubleuatus eſt in ſinũ Abrahæ, ille ab epulis ſplẽdidis miſſus eſt in ignem: ille requieſcebat, ille ardebat: ſatiebatur ille, ille ſitiebat: ille laborauerat in finem, viuet in æternum: ille vixerat in finem, laborabit in æternum. Et quid profuit diuiti qui queſiuit apud inferos intormẽtis poſitus, ſtillari ſibi guttã aquæ in linguam ſuam de digito Lazari dicens, quoniam ardeo hic in hac flamma, & non illi conceſſum eſt? Sic deſideraui ille guttam de digito, quomodo ille micas de menſa diuitis. Sed illius labor finit⁹ eſt, & illius vita finita eſt. Labor huius in æternum, vita illius in æternũ. Non hic habemus vitam, qui forte hic laboramus in terra, & nõ ſic crimus poſtea. Erit enim vita noſtra Chriſtus in æternum. Illi autem qui hic volunt habere vitam, laborant in æternum, & viuent in finem. (*Quoniam non videbit interitũ, cum viderit ſapientes morientes.* (Si ſic qui laborabit in æternum, & viuet in finem, nõ videbit interirũ,

Luçæ 16.

Differẽtia inter pauperẽ & diuitem.

A cum viderit ſapientes morientes; Quid eſt hoc? Et nõ intelligit quid ſit interit⁹, quãdo viderit ſapiẽtes moriãtes. Dicit enim ſibi iſte, quia ſapiens erat, & cum ſapientia inhabitabat, & cum pietate Deum coluit, nunquid non eſt mortuus? Faciã ergo mihi benecum viuo. Nam ſi aliquid poſſent quid aliud ſapiunt, non morerentur. Videt illum mori, & non videt quæ ſit mors. *Non videbit interitum cum viderit ſapientes morientes.* Quomodo Iudæi viderunt Chriſtum pendentẽ B in cruce, & contempſerunt dicentes. Iſte ſi filius Dei eſſet, deſcenderet de cruce, non videntes quid ſit interitus. Si viderent quid ſit interitus, ſe viderent. Ille moriebatur tẽporaliter vt reuiuiſceret in ęternum, illi viuebant temporaliter, vt morerentur in æternum. Sed quia illum videbant morientem, non videbant interitum, id eſt, nõ intelligebant quis eſſet verus interitus. Quid dicunt etiam in ſapientẽ? *Morte turpiſsima cõdemnemus illũ, erit enim reſpectus ex ſermonibus illius.* Si enim eſt vere Filius Dei, liberabit illum de manibus contrariorum, non permittet mori Filium ſuum, ſi vere Filius ipſius eſt. At vbi viderunt illum in cruce, inſultantes ſibi, & illum non deſcendẽtem de cruce, dixerũt, vere homo fuit. Dictũ eſt, & vtiq; poterat deſcẽdere de cruce, qui potuit de ſepulchro reſurgere. Sed docuit nos ferre inſultantes, docuit aduerſus linguas hominum eſſe patientes, bibere modo calicem amaritudinis, & poſtea accipere ſempiternã ſalutem. Bibe æger calicẽ amarũ, vt ſanus ſis, cui non ſunt ſana viſcera: noli trepidare, quia ne trepidares prior bibit medicus, id eſt, paſſionis amaritudinẽ bibit prior Dominus. Bibit qui peccatum nõ habebat, quid quod in eo ſanare-

Ma'th. 27.

Quid ſit verus interitus.

Sapiæ. 2.

tur,

tur,non habebat. Bibe donec trā
seat amaritudo huius seculi,& ve-
niat seculū vbi nullū scādalū, nul-
la ira, nulla tabes,nulla amaritu
do nulla febris,nullus dolus,nullę
inimicitiæ, nulla senectus,nulla
mors,nulla cōtentio. Labora hic
vēturus ad finē: labora, ne cū nō
vis hic laborare, venias ad finem
vitę, & nunquam venias ad finem
laborum,quoniam non videbit in
teritū cum viderit sapiētes morie
tes. (*Simul imprudens & insipiens pe-
ribunt.*) Quis est imprudens? Qui
non sibi prospicit in futurū. Quis
est insipiens? Qui non intelligit
in quo malo sit. Tu verô intellige
in quo malo sis modo, & prospice
vt in bonis sis in posterū. Intelligē
do in quo malo sis, non eris insi-
piens: prospiciendo tibi infutu-
rum,non eris imprudens. Quis est
qui sibi prospicit? Seruus ille
cui dedit Dominus suus quod ero
garet, & postea dixit ei, Non po-
tes mihi agere, redde rationem
actus tui. Et ille. Quid facio? *Fode
re non possum, mendicare confundor.*
Sedit,& de re Domini sui fecit si-
bi amicos qui illum reciperent cū
de actu proijceretur. Ille enim
fraudem fecit Domino suo, vt cō-
pararet sibi amicos,qui illum sus-
ciperent. Tu noli timere ne frau-
dem facias, ipse Dominus horta-
tur vt facias, ipse tibi dicit. *Fac tibi
amicos de Mammona iniquitatis.* For-
tasis ea quæ acquisisti, de iniqui-
tate acquisisti, aut fortasse ea ipsa
est iniquitas,quia tu habes & alter
non habet,tu abūdas & alter eget,
de ista Mammona iniquitatis, de
diuitijs istis,quas iniqui vocant
diuitias,fac tibi amicos,& prudēs
eris:compares tibi,non fraudaris.
Modo enim videris perdere. Nū
quid perdes in thesaurario ponēs?
Nam pueri fratres vnde sibi emāt
nescio quid,simul inueniunt num
A mos, & ponunt in thesaurario, &
non aperiunt nisi postea: nunquid
quia non vident quod colligunt,
ideò perdiderunt? Noli timere.
Ponunt pueri in thesaurario & se-
curi sunt, ponis in manu Christi
& times? Esto prudens & prospice
tibi in posterum in cęlo. Esto ergo
prudens,imitare formicam, sicut *Prou.6.*
dicit scriptura,reconde æstate, ne
esurias in hyeme. Hyems est dies *Hyems quid
sit.*
nouissimus, dies tribulationis:
B Hyems est dies scandalorum & a-
maritudinis. Collige quod ibi ti-
bi sit in posterum,si autem non fa-
cis, simul imprudens & insipiens
peribis. Sed mortuus est ille di-
ues, & tale ibi funus factum est.
Ecce quo se conuerterunt homi-
nes. Non attendunt quam malam
vitam habuerit cum viueret, sed
quam pompam cum moreretur.
Ofælix quem tanti plangunt, iste
vero sic vixit vt pauci plangant.
C Omnes enim deberent plangere
tam male viuentem,sed pompa est
funeris, excipitur sepulchro pre-
tioso, inuoluitur preciosis vesti-
bus,sepelitur vnguentis & aroma
tibus. Deinde memoriam qualem
habet,quam marmoratam. Viuit
in ipsa memoria ille vbi mortuus
est. Ista putantes homines bona
aberrauerūt à Deo, nec quæsierūt
vera,& decepti sunt falsis: ideò vi-
de quid sequitur, Ille qui nō dedit
pretium redemptionis animę suę,
D qui non intellexit interitum,quia
vidit sapientes morientes, factus
est imprudens & insipiēs, vt simul
periret.

Augustinus quæst. Euange-liorum,lib.2.quæst.38.

ILLVD enim quod scriptum est *Vt & ipsi recipiant vos in æter-
na tabernacula*: non de superbis &
imme-

immiſericordibus ſcriptũ eſt, qualis iſte diues fuiſſe demonſtratur, quod recipi à Sanctis in illa tabernacula mereantur: Sed de his qui ſibi amicos officioſiſsimos operibus miſericordiæ fecerint: quamquã nec ipſos iuſti veluti propria poteſtate quaſi gratificando recipiant, ſed promiſsione atq; permiſsione illius, qui eos Conſilio præmonuit, vt ſibi amicos facerent, & qui ſe ipſum paſci, veſtiri, hoſpitio recipi, viſitari in vno quoq; minimorum ſuorum liberatoris bonitate dignatus eſt. Quanquam illa receptio vtrum ſtatim poſt iſtam vitam fiat, an in fine ſeculi in reſurrectione mortuorum, atq; vltima retributione iudicij, non minima quæſtio eſt: Sed quandolibet fiat, certe de talibus qualis ille diues inſinuatur, nulla ſcriptura fieri pollicetur.

Theophylalus in Lucam.

Diuitiæ iniuſtitiæ quæ dicantur.

DICVNTVR autem diuitiæ iniuſtitiæ, quas nobis Dominus in vſus fratrum & conſeruorum in ſumendas dedit, nos autem nobis depoſitas tenemus. Verum vel tarde ſentiamus quo feramur, & quod cum dies illa venerit neque laborare poterimus. Matth. 25. Non enim tunc erit operandi tẽpus, neq; tunc honeſtum erit mendicare. Stultæ enim Virgines dicuntur quæ mendicant. Quid igitur reliquum, quam vt harum diuitiarũ fratres participes faciamus, vt quando hinc defecerimus, hoc eſt, ex hac vita exceſſerimus, accipiant nos pauperes in æterna tabernacula? Æterna enim tabernaculæ pauperibus conſtituta ſunt, inquæ poſsint recipere eos, qui hic ipſis amice de bonis quæ ſunt Dominica largiũtur. Pauperibus enim primum debemus dare, nam illi debitores ſunt, ſecundum hoc quod dictum eſt. *Tota die miſeretur & commodat*, iuſtus, & iterum: *Qui miſeretur pauperi, fœneratur Deo.* Pſalm. 16. Prouer. 19. Oportet igitur primum dare bonis illis debitoribus, qui centupla reddunt. Verum quia diſpenſatores iniuſtitiæ inuenimur, iniuſte retinẽtes, quę alijs ſepoſita ſunt, nõ ſemper manendum erit in hac infidelitate, ſed communicandum pauperibus, vt ab ipſis ſuſcipiamur in æterna tabernacula. Sic igitur nobis exponentibus parabolã, nihil vel ſuperfluum, vel curioſum, vel ſomniculoſum, enarrando occurret. Videtur autem & alienum quiddam ſignificare, dicens: *Filij huius ſeculi prudentiores ſunt, &c.* Nõ autem male cohæret, neq; alienũ eſt. Filios enim huius ſeculi, dicit eos qui laudant omnia quæ in terra lucroſa ſunt. Filios verò lucis, eos qui debent pie ſpirituales diuitias communicare. Hoc igitur dicit quia homines humanis diſpenſationibus perfecti, omnibus modis curam habent, & prouidẽt vt cum deſtituti fuerint à diſpenſationis munere, cõſolationem habeant. Qui autem filij lucis ordinantur, hoc eſt, quibus concredita eſt ſpiritualis rerum diſpenſatio, non cogitant quomodo poſt hanc vitam cõmodum percipiant. Filij itaq; ſeculi huius, quibus humanæ diſpenſationes concreditę, ſunt & ingeneratione ſua, hoc eſt, in vita hac prudẽter res ſuas diſpẽſant. Filij vero lucis, qui pecunias receperunt, vt illas in pios vſus diſpenſent. Inuenimur itaq; in humanis diſpenſationibus res noſtras prudenter diſpenſare, vt etiam ſi adminiſtratione exciderimus, habeamus quoddã refugium vitæ: In his autem rebus quæ debent ſecundum Deum diſpenſari, nullam videmur gerere curam quomodo rationem

tionem diſpenſationis demus ex hac vita educti, ne inueniamur ab omni cõſolatione deſtituti. Ideò & inſipientes vocamur, nõ ſapientes ea quę nobis poſt hac ſint profutura, & quomodo faciam⁹ nobis pauperes amicos, cõmunicatis eis diuitijs iniuſtitiæ, hoc eſt, his quæ datæ ſunt nobis â Deô, vt ſint arma iuſtitiæ, ſed à nobis detinentur, & propterea ad iniuſtitiã pertinẽt. Si autem diuitiæ quæ iuſtis modis partæ ſunt, quando non bene diſpenſantur nec dantur pauperibus, iniuſtitia & mammona reputantur: quæ ex iniuſtitia, multo magis. Ex ipſis igitur faciamus nobis amicos, vt quando defecerimus, ex hac vita emigrauerimus, vel etiam aliter: Quando puſillo animo ſumus, illuc condemnamur: *Accipiant nos in æterna tabernacula.*

Chryſoſtomus homilia, 1. in cap. ad Hebreos tomo 3.

INTELLIGE igitur quantum eſt malum, per omnia ſeculavri, & in tenebris permanere perpetuis, & infinos gemitus edere, & ſtridere dentibus, & nequaquam penitus exuri. Si enim in hac vita aliquis eorum qui nobili genere nati ſunt, in cuſtodiam retrudatur, putarem ipſum tantum, & tenebrarum caligines non valet ſuſtinere, & cũ homicidis vnaligari, morte peius exiſtimat: intellige quale ſit, quando cum omnibus totius ſeculi comburimur homicidis, nequè ipſi alios videntes, neq; aliorum viſibus apparentes, ſed in tanta multitudine ſolitarios nos eſſe putantes. Si quidẽ tenebræ & abſentia luminis non nos ſinet proximos noſtros agnoſcere, ſed veluti ſi ſolitarius vnuſquiſquè noſtrum patiatur, ſic afficitur oppreſſus caligine tenebroſa. Si autem tenebræ tantum affigunt noſtras animas, tantumquè perturbant: quid erit iam, quando & cum tenebris dolores, & tormẽta combuſtionis affuerint? Id circo deprecor, vt hæc ſemper apud vos verſetis, & patienter triſtitiã quæ ex verbis naſcitur tolleretis, ne ipſis rebus ſupplitia ſentiatis. Omnibus modis enim vniuerſa iſta futura ſunt, & eos qui ſupplicijs digni geſſerunt, nullus poterit liberare, non pater, non mater, non frater. *Frater enim non liberat,* inquit, *Liberabit homo:* Licet multã fiduciam quiſquè poſsideat, licet multum valeat apud Deum. Ipſe enim reddet vnicuiq; ſecundum opera eius, & ex operibus tam ſalus quam pœna conſequitur. Faciamus igitur nobis amicos ex mammona iniquitatis, hoc eſt operemur eleemoſynas, euacuemus in iſtos pecunias noſtras, & euacuemus etiam illic, & extinguamus ignis ardorem, vt fiduciam mentis habeamus. Illic etenim nõ vel ipſi ſunt, qui nos excipiunt, ſed opus noſtrum, quia non eo ipſo, quid iſtos amicos habebimus, ſalbari merebimur. Deniq; attende quod addidit. Non enim dixit, *Facite vobis amicos, vt ſuſcipiant vos in habitacula ſua æterna,* ſed tantum, *in habitacula* dixit, *æterna,* & modum ipſum expoſuit, dicendo enim. *Ex mamona iniquitatis,* oſtendit quoniã de pecunijs oportet illos amicos prępareare. Apparet igitur quoniã non ipſa nobis amicitia eorũ patrocinabitur, ſi bona opera nõ habeamus, ſi non cum iuſtitia refundamus diuitias, quas inique congeſsimus. Iſte vobis ſermo de eleemoſynis, non ad diuites ſolum, ſed etiam ad pauperes ſimul aptatur, ſcilicet ille qui ab alijs pe-

Pſalm. 48.

tens

Eleemosinæ sermo non ad diuites solum sed ad pauperes refertur.

tens sustentationem accipiat, & ad ipsum hæc oratio pertinebit. Non enim in tantum quisq; pauper existet, vt duo minuta non habeat. Potest ergo & de paucis pauca tribuere, & plurima possidétes, largientesq; plurima, superare: sicut illa vidua. Non enim quantitate datorum, sed virtute superauit, quia magnitudo misericordiæ, voluntatis magnitudine iudicatur. Vbiq; voluntate opus est, vbiq; recto proposito, vbiq; charitate, quę circa Deum pura, synceraq; consistat. Si ergo cum hac sancta charitate cuncta geramus, licet parua possidentes, parua tribuamus, faciem suam Dominus nõ auertet, sed suscipit sicut magna, & admiranda donaria. Eninuero volũtatem Deus semper, non ea quæ dãtur, attẽdit: & si illam videat magnam, & decretum suę dignationis apponit, & propter huiusmodi voluntatem dignos facit futura bona percipere. Quæ nos vniuersos contingat adipisci, gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi, cum quo Patri vnà cũ Sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Licet parua tribuantur, magna apud Deum habentur.

Rabanus de vniuersis, lib. 4.

DIspensator prodigus, quem Dominus à villicatu amoueri præcipit: & fraudem faciens domino suo relaxauit debitoribus suis partẽ, vt haberet vnde in posterum viueret. Hæc comparatio ad exemplum nostri proposita est. Nam si ille à domino suo laudari promeruit, qui fraudem ei faciens in posterum sibi de alienis rebus prouidit: quãto magis Christo placere possumus, si ex rebꝰ nostris misericordiam indigentibus faciamus, à quibus recipi in tabernacula eterna possimus.

(?)

DOMI-



DOMINICA NONA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Lucæ.19.

TEXTVS.

CVM appropinquasset Iesus Ierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autẽ abscondita sunt ab oculis tuis: Quia venient dies in te & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndiq, & ad terrã prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.

Basilius Magnus Episcopus Cæsariæ de gratiarũ actione.

IPSE Dominus super Lazarum fleuit, & super Ierosolimam lachrymas fudit. Et flentes inter beatos ducit, & rursus lugẽtes hortatur & excitat ad spẽ, dicens vbique, gaudete. Pugnantia nõ sunt hæc quæ nobis præcipi videntur. Non enim lachryma & gaudium ex eisdem Principijs originem ducunt. Lachryma nanq; veluti ex plaga quadam animam afficiente ac opprimente, & circum præcordia spiritu tabescente, apta est ad mærorem hominem deducere. Gaudiũ vero velut exultatio quæ A dam est animæ, ex sententia & voto aliquid assequentis, ex quo etiã in corporibus horum differentia manifeste apparet. Nam & tristibus color suppallidus & liuens est in maciem tendens, lætis vero & in hilaritate positis vegeta admodum & honesto rubore decorata corporis habitudo apparet. Ad hæc igitur dicemus, quod questus & lachrymæ Sanctorum, ob id in B Dei charitatem fiunt. Semper enim in Dei desiderium intuentes, inde lætitiam possidẽt, cum & curam conseruorem gerant, ac lachrymis ad Deum effusis in viam iustitiæ deducere contendant. Quemadmodum autem ij qui sunt in littore constituti erga eos qui

Lachrymæ, quid, gaudiũ quid.

Similetudo.

in

in mari naufragium patiuntur misericordia mouentur: non tamen ob hanc curam & misericordiam propriam amittunt securitatem: sic & illi qui proximorum peccata lugent & quæruntur, propriam vitæ ac conscientiæ, puritatis lętitiã non amittunt: quinpotius ob has pro fratribus lachrymas effusas, lætitiam augent, gratiamque Dei ac Domini Iesu Christi magis promerentur. Idcirco dicitur: *Beati flẽtes, & beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabuntur. Et ipsi ridebunt*, inquit, risu non per oris strepitum, aut sanguinis commotionem, sed hilaritate immensa, nec vlli tristitiæ cõmunicabili. Flere igitur cum flentibus concedit Apostolus, quoniã lachryma hæc, semen quoddam & fœtus æterni est gaudij. Ascende parumper in cælum mente, & ordines Angelicos contemplare si alia ipsis inest vita, quam gaudere, ac continua perfrui voluptate, quod astãte Deo iubentur, & ineffabili creatoris pulchritudine perpetuo fruuntur. Nos igitur Apostolus ad eorum vitæ instar excitare volens, cõtinuò gaudere iubet. Quod autem Iesus super Lazarum ac super ciuitatem fleuerit, illud dicere habemus. Quod edit & bibit non ijs indigens, sed tibi normam atque modum eorum quæ corpori & humanæ vitæ necessaria conueniunt, ostendens. Sic itaque fleuit modeste querendo & lamentãdo, nimiumque dolorem & vehementem afflictionem omnino corrigẽdo. Nam si quicquam aliud, tũ maxime fletus rationem, moderationemue in quibusdam exposcit, & quantum & quando & quomodo conueniat: quoniã Domini lachryma omnino perturbatione caruit: tantum nobis officioq; nostro exẽplum fuit humanitatis. *Lazarus amicus noster dormit: sed vadam vt excitem eum.* Quis nostrum dormientem flet amicum, quem paulo post sperat cænaturum: *Lazare veni foras, & mortuus exijt ac ligatus ambulabat.* Mirum profecto, vinctum pedibus ambulare, plus robur vincti quam vincula posse. Quomodo igitur hęc facturus ac exitum præuidens, dignum lachrymis putauit? Quoniam continuo nostram respiciẽs debilitatem, necessarias perturbationes humanas formula quadam ac lege moderationis complectẽs, vt in similibus nullum omninò dolorem veluti ferum vituperaret: nimium vero ac vehementem, ab re esse penitus mõstraret. Ideò super amicũ plorauit: vt humanæ naturę in eo coniunctionem ostenderet, ac nos à vitio, quod supra memorauimus, liberaret: ne molles in affectibus, neue sine sensu omninò in rebus tristibus essemus, admonens. Sicut enim Dominus solidũ cibum suscepit, & potum consumpto corporis humido appetijt, & lassitudinẽ sensit, musculis & neruis ex itineris difficultate laborantibus, diuinitate nequaquam patiente, aut ex contentione domita, sed corpore naturæ infirmitates euenientes suscipiente: sic & lachrymam naturalem carni, vt infirmitatem quandam inesse ostendit. Quæ quidem homini contingit, quando incurua cerebri vaporationibus ex tristitia sumptis referta, per oculorum exitus veluti per fistulas quasdã, humidi grauedinem ac copiam præparat. Vnde & sonitus quidam & reuolutiones, & vertigines in auditione rerum tristium inexpectata atq; improuisa funduntur. Caput etiam ex vaporationibus monetur, quas subita correptio ad calidi profundum transmittit. Deinde existimo, quemadmodum nebula in tenues vmbras, sic vaporationum

Matt. 5.

Roma. 12.

Lachrymæ sunt fœtus æterni gaudij.

Ioan. 11.

Christi lachymæ.

De resurrectione Lazari.

Ioann. 11.

Vnde lachrymæ, & quam vtiles ad leuãdã animæ tristitiam.

craſsitudo in lachrymas diſſolui. Hinc & voluptas quædam lugentibus occulte naſcitur: quod ea re quæ in primis caput grauabat, per fletum paulatim euacuetur: quod vſus ſane oſtendit.

Euſebius Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 3. cap. 5.

IGitur poſt Neronem, qui tredecim annis obſedit Romani culminis principatum. Galba & Otho anno & ſex menſibus detento principatu defuncti Veſpaſiano regni gubernacula dereliquũt, poſito per idem tempus in procinctu belli, quod Iudæis incenderat, vbi ab ipſo exercitu, cum quo oppugnabat Iudæam, ſubrogatur Imperio. Iſque confeſtim Romam tendens. Tito filio ſuo curam belli, & Ieroſolymorum oppugnationis iniungit. Verum poſt Aſcenſionem Domini & Saluatoris noſtri, Iudæi vel in ipſum commiſsi piaculi vel perſequutionis in Apoſtolos, & necis in Stephanum, ſed & obtruncationis in Apoſtolũ Iacobum, & in Iacobum nihilominus fratrem Domini, qui appellatus eſt Iuſtus, ſceleris admiſsi, cæterorumque omnium, quos propter fidem Chriſti inſidijs dolis, atque omni fraude nequitiæ circunuenerant. Pro his, inquam, omnibus, pœnam diuinitus reposcebantur. Et Apoſtoli quidem ab illis prius fugatis ac per omnem locum diſperſi (ſicut ſupra diximus) pergebant in virtute Chriſti, qui eis præceperat, dicens: *Euntes baptizate omnes gentes in nomine meo.* Eccleſia verò quæ in Ieroſolymis fuerat congregata, reſponſo à Deo accepto, emigrare iubetur, & tranſire ad oppidum quoddam Pellam nomine, trans Iordanem, quo ablatis ex Vrbe ſanctis & iuſtis viris, vindictæ cæleſti fieret locus, tàm de vrbe ſacrilega, quam de populo impio per excidium patriæ euerſionemque ſumendæ. Quantis ergò malis gens tunc vniuerſa mulctata ſit, vſque ipſa Iudææ terra, bello, fame, igne, cædibuſque vaſtata ſit, quanta populorum millia, patres ſimul cum coniugibus ac paruulis liberis, abſque numero, abſque diſcretione trucidati ſint, quæ etiam diuerſarum vrbium obſidiones, ſed & ipſius magnificæ, & famoſiſſimæ ciuitatis Ieruſalem, quanta vaſtitas, & quanta fuerit diuerſarum mortium ſtrages, quique per hæc ſingula bellorũ extiterit modus, & vt (ſecundum id quod Prophetæ prædixerant) abominatio deſolationis in ipſo quondam Dei famoſiſsimo collocata ſit templo, vtque ad vltimum cunctæ ignis populatus ſit, & flamma conſumpſerit, ſi quis plenius noſſe vult, hiſtoriam Ioſephi relegat. Nos verò ex his ea tantum quæ ad explanationem ſuſcepti operis ſufficiũt, aſſumemus: in quibus refert, quod ex omni Iudæa populi in die ſolenni Paſchæ Ieroſolymam, velut exitiali quadam manu cogente conuenerant, quos trecies centena millia hominum dicit fuiſſe, iuſto ſcilicet Dei iudicio tempore hoc vltionis electo, vt qui in diebus Paſchæ Saluatorem ſuum, & ſalutare Chriſtum Domini cruentis manibus, & ſacrilegis vocibus violauerant, in ipſis diebus velut in vnum carcerem omnis multitudo concluſa, feralis pœnæ exitium quod merebatur, exciperet. Præteribo quæ in eis vel gladij cæde, vel alijs belli machinis collocata ſunt, explicare ea tantummodò quæ diræ famis exitio pertulerint, ſupradicti Hiſtorio-

graphi

Anno Domini 73. capta exuſtaque Ieruſalē 8. die Septembris.

Trecies centena millia hominum interfecta fuerũt.

Matth. vlt.

Eccleſia Ieroſolymorum Pellam tranſferetur.

graphi ſermonibus proferam, quo legentes hæc, intelligant quantum piaculi ſit, audere aliquid in Chriſtum, & quam grauibus auſa ſupplicijs expientur.

Caput. 6.

Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico, c. 11. circa finem.

AGE itaque ſextus Ioſephi hiſtoriarum liber ponatur in medium, ex quo omnis illorum luctuoſa tragædia pernoſcatur. Diuitibus autem permanere, inquit, atque perire vnum atque idē erat: Si enim in vrbe permanſiſſent, facultatum ſuarum cauſa crimine obiecto, quaſi qui de tranſfugiendo cogitarent, perimebantur. Neceſsitas vero famis, faſtioſorum extollebat arrogantiam, & vtrunque ſimul inedia cum temeritate creſcebat. Publicè quidem frumentum nuſquam omninò erat, ſed irruentes vrbis prædones, præſcrutabantur domos, & ſiquidem inueniſſent, tanquam de his qui fefellerant, pœnas ſumebant, ſi vero non inueniſſent, nihilominus tanquam eos qui occultius & diligentius abſconderent, cruciabant. Indicium vero haberi ab eis pabula capiebāt, hoc ipſo, quod adhuc viuere & ſubſiſtere corporibus videbantur, tanquam qui profecto iam interiſſent, niſi abſconditos vſpiam tegererent cibos. Si quos ſane tabeſcentes macie vidiſſent, hos cum venia præteribant, ſuperfluū putantes perimere, quos paulopoſt abſumeret fames. Multi tamen in occultis omni cenſu ſuo mercati ſunt vnum metrū: ſi diuites, frumenti hordei, ſi inferiores fuerunt, & concludentes ſe in interioribus quibuſque penetralibus domus, nonnulli nec in panes confectas fruges edebant. Alij vero in quantum vel neceſsitas, vel metus permitteret excoquebant. Et menſam quidem nullus expectabat apponi, ſed ex ipſo ſemiuſta igni rapientes propria velut furtiua deuorabant. Et erat infelicis ipſius cibi ſpectaculum miſerabile, cum validiores quique in uenta diriperent, imbecillioribus verò nihil preter luctum ſuperaret, & lachrymas. Et omnium licet acerbitates rerum ſuperaret fames, nihil tamē ita ſubruit & ſubuertit, ſicut verecundiam. Quidquid enim ſaluis rebus pudore dignum eſt, id in hac neceſsitate cōtemnitur. Deniq́ue & vxores de virorum manibus, & filij de parentum, & (quod eſt infælicius) matres cibos de paruulorum ſuorum ore rapiebant. Et cum dulciſſimi liberi in manibus atque ante ora poſiti tabeſcerent, exigua vitæ ſubſidia dentibus ipſis eximere nemo parcebat. Verum nec ipſos quidem infælices & per exiguos ſumentes latebant cibos, ſed continuo aderat prædonum, quis, & ſtatim vt clauſas cuiuſpiam cōſpexiſſet fores, indicium credebat hoc eſſe, quod intrinſecus poſiti ederent, & repente deſpicatis foribus præcipites irruebant: atque ab ipſis (vt ita dicam) faucibus exprimentes, ſi quid forte inſumptum iam fuerat, reuocabant. Verberabantur ſenes, ſi cibum vendicare tentaſſent. Sparſis etiam crinibus mulieres trahebantur, occultare nitentes, ſi quid forte deprehēſum fuiſſet in manibus. Nulla ſenibus pro canitiæ reuerentia, nulla erga paruulos miſeratio, ſed in exiguo panis fragmento paruulos inhærentes, & ex ipſo cui inhæſerāt, ſuſpenſos, elidebant in terram. In eum verò qui raptores cibo præueniſſet abſumpto, crudeli⁹ ſeuiebāt, & excogitabant dira ſupplicia, obturantes infelicibus naturalis di-

Fames.

Metrum vocat menſurā ſeu modiū frumenti.

geſtionum meatus. Alijs verò prę acutas ſudes per eam verenda adigentes (horreſco quæ geſta ſunt referens) ad confeſsionem per hæc vnius panis, aut cyathi farinæ miſeros perurgebant. Nam ipſi tortores nec patiebantur famem (eſſet enim quodammodo tolerabilius, ſi hæc compulſi inedia facere viderentur) ſed vt vel præpararent ſibi in poſterum cibos, vel vt crudelitas exercicio conualeſceret. In his etiam ſiqui forte furtim per ſtationes hoſtium pro colligendis herbis erepſiſſent, occurrentes eis qui ſe hoſtium manus effugiſſe gauderẽt, diripiebant quid quid attulerant. Supplicantibus autem & terribile quoddam ſibi nomen Dei inuocantibus vt vel partẽ aliquam ex his quæ cum mortis periculo quæſierant, indulgerent, nihil prorſus prębebant: Sed & hoc beneficij loco ceſſerat, ſi comprehẽſum viuum licuiſſet euadere. His autem poſt aliquanta adiungit, dicens: Iudæis vero cum egreſſu vrbis omnis pariter ſpes excludebatur ſalutis. Et inualeſcens acerbitas famis, domos ſimul & familias, gentemque vaſtabat, ita vt in penetralibus ſtricta iacerent mulierum paruulorumque cadauera, per plateas vero infęliciũ ſenum corpora, fame magis quam ætate conſumpta. Iuuenes vero, atque omnis ætas robuſtior, velut ſimulacra quædam in vijs & egreſsibus oberrabant, corruentes quocunque loci greſſum ſubruiſſet inedia. Sepelire autem cadauera proximorum, nec defunctorum multitudo, nec viriũ debilitas permittebat, ſimul & pro ſuæ vnuſquiſque vitæ incerto. Deniquealiquãti ſupra eos quos ſepeliebant, animas emiſere, multi etiã dum proſequuntur funera, priuſquã ad ſepulchra veniretur, efflabãt animã.

Vide 20. caput ſexti libri de bello Iudaico apud Ioſephum.

A Sed nec plãctꝰ ex morte defunctis exhibebatur, aut luctus, quia hoc ſibi totum vendicauerat fames. Sed nec ariditas inedię, humorem cuiquam reliquerat lachrymarũ, obſederant ciuitatem profunda ſilentia, & nox plena mortis cuncta contexerat. Quibus malis omnibus grauiores ſoli vigebant prædones, qui nec ſepulchra quidem dirigere, & ſpoliare cadauera illicitum ducebant, non tàm prædam petentes, quam ſcelus irriſione cumulantes, & aciem gladiorum ſuorum in cadauerum obtrũcatione probantes. Interdum etiam in nonnullos adhuc ſpirantes mucro examinãdus agebatur: quod alij ſemineces cum viderent ſupplices dexteras protendebant, vt in ſe quoquè beneficij loco conuerterent ſcelus, quod ſcilicet cruciatibus famis velocius abſoluerẽtur. Sed nouo crudelitatis genere necem quàm ſponte inferebãt, ſi rogarentur negabant, cum tamẽ vnuſquiſque deficientium cum gemitu oculos retorqueret ad templum, non de morte propria dolens, ſed de impunitate prædonũ, quos ſuperſtites relinquebat. Et primo quidem ſumpto publico ſepelire mortuos iuſſerant fætoris intolerantia. Vt verò omnẽ ſumptum cæpit vincere multitudo morientium, de muro cadauera præcipitabant. At cum Titus circumiens peruidiſſet repletos mortuorum cadaueribus vallos, & humani corporis tabe patriam terram rigari, cum ingenti gemitu eleuatis ad cælum manibus Deum inuocat teſtem, hoc ſuum opus nõ eſſe. Et poſt aliquanta iterum talia quædam proſequitur: Non cũctabor, inquit, proferre quod ſentio. Arbitror enim, quod etiam ſi aduerſum impios ciues Romanorum pauliſper arma ceſſaſſent, aut

Titus Cæſar.

Lege vlt. c. 6. libri de bello Iudaico.

aut hiatu terræ, aut aquæ diluuio, aut Sodomitanis ignibus & fulminibus cælitus tortis, ſupplicium ciuitas dependiſſet, quæ multo in fauſtiorem illis qui hæc perpeſsi ſunt, & nequiorem virorum præſentem hanc protuliſſet ætatem, pro quibus & omnis gens pariter mereretur extingui. Sed & in ſexto libro de eiſdem talia ſcribit. Et eorum, inquit, qui per totam ciuitatem famis inedia corrumpebãtur, multitudo innumerabilis erat, quorum nec explicare miſeria poteſt. Per ſingulas nanque domos ſicubi fuiſſet aliquid cibi repertum, continuo bella & cædes inter charos ipſoſque parentes ac liberos naſcebantur, dum non ſolum è manibus, ſed ex ipſis etiam faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat, ſed & ipſi cum iam ſpiritum exhalarent, perſcrutabantur à prædonibus, ne cui forte intra gremium cibi aliquid reſidiſſet. Alij autem per mediam hiantes velut rabidi canes huc atque illuc ferebantur, & quaſi inſania quadam exagitati in eaſdem domos, ſub momento temporis iterum ac ſæpius irruebant. Omnia tamen neceſsitas vertebat in cibum, etiam illa quæ ne mutis quidẽ animalibus edere vſus fuit. At vltimum ne loris quidem vel cingulis, aut ipſis etiam calceamentis abſtinuerũt. Portarũ quoque indumenta detrahentes, conficienda dentibus ingerebant. Nõ nulli & fæni veteris feſtucas edebant, ſed & de quiſquilijs vndecunque collectis prauiſsimum põdus drachmis quatuor diſtrahebant. Sed quid opus eſt per hæc pondus famis illius explicare, cũ geſtum ſit ibi facinus, quod neque apud Græcos, neque apud Barbaros vllus accepit auditus. Horrẽdum quidem dictu, auditu vero incredibile. Equidem libenter tã immane facinus ſiluiſſem, nequis me crederet monſtruoſa narrare, niſi multos memoriæ noſtræ viros teſtes commiſsi ſceleris habuiſſem. Porro vero nec aliquid in hoc patriæ præſtare me arbitror, ſi ſubtraham eorum malorum verba, quorum pertulit facta. Mulier quædam ex his qui vltra Iordanis alueum cõmanebat, Maria nomine, Eleazari filia de vico Bethezob, quod interpretatur domus hyſſopi, genere & facultatibus nobilis, cum reliqua multitudine, quæ confluxerat Ieroſolymis reperta, communem cum omnibus obſidionis caſum ferebat. Huius reliquas quidem facultates, quas è domo in vrbem conuexerat, tyranni inuaſere. Si quid vero reliquiarum ex magnis opibus fuerat, quibus victum quotidianum pertenuem duceret, irruẽtes per momenta prædonum fatellites rapiebant. Pro quibus ingẽs mulierem velut inſania iam quædam ex indignatione fatigabat, ita vt interdum prædones maledictis in necem ſui, & conuitijs inſtigaret. Verum cum nec irritatus quiſquam, neque miſeratus eam pertimeret, & ſi quid forte cibi fuiſſet ab ea quæſitum, vt ab alijs quæreretur, nec iam vſquam reperiendi copia fieret, fames autem dira viſceribus ipſis inſiſteret ac medullis, & ad furorem iam perurgeret inedia, fame & ira peſſimis vſa conſultoribus, contra ipſa iam armatur iura naturæ. Erat nanque ei ſub vberibus paruulus filius, hunc ante oculos ferens, infælicis, inquit, matris, ò infælicior fili, in bello, fame, & direptione prædonum cui te reſeruabo? Nam & ſi vita ſperari poſsit, iugo Romanę ſeruitutis vrgemur.

Vide 12. & 13 cap. 7. lib. de bello Iudaico. Nã Euſebius Græcorũ diuiſionẽ ſequutus eſt, qui Iosephi libros aliter diuidit

Maria Iudæa ſtuoli ſui denoratrix.

Sed nunc etiam ipſam ſeruitutem præuenit fames. Prædones verò vtraque vi grauiores perurgent. Veni ergò ò mi nate, eſto matri cibus, prædonibus furor, ſeculis fabula, quæ ſola deerat cladibus Iudæorum. Et cum hæc dixiſſet, ſimul filium iugulat, tum deinde igni ſuperpoſitum torret, & medium quidem conſumit, medium verò ſeruat obtectum. Et ecce confeſtim prædones irruunt, obuſtæ carnis nidore concepto, mortem minantur, niſi ſine mora cibos quos paratos ſenſerant, demonſtraret. Tùm illa, equidem partem, inquit, vobis optimam reſeruaui. Et continuo quæ ſuperfuerant membra retexit infantis. At illos repente ingẽs horror inuaſit, & immanes, quanuis animi diriguere, vox faucibus intercluſa eſt. Illa vero truci vultu, & ipſis iam prædonibus truculẽtior, meus inquit, hic filius, meus eſt partus, & facinus meum eſt, edite, nam & ego prior comedi quem genui. Nolite effici aut matre religioſores, aut fæmina molliores. Quod ſi vos pietas vincit, & execramini cibos meos, ego quæ iam talibus paſta ſum, ego his iterum paſcor. Poſt hæc illi territi, trementeſque diſcedunt, qui hunc ſolum ex omnibus facultatibus miſeræ matri reliquerant cibum. Repleta eſt autem confeſtim vniuerſa ciuitas nefarij ſceleris nuntio, & vnuſquiſque ante oculos facimus quod perpetratum fuerat, adducens, tanquam ſi ipſe id perpetraſſet, horrebat. Omnes autem quos fames neceſsitas perurgebat, feſtinabãt magis ad mortem, beatos dicentes eos, quibus contigit interiſſe, priuſquam talium malorum polluerentur auditu. Hactenus Ioſephus.

Caput. 7.

IGitur Iudæos pro his quæ in Chriſtum Deum cõmiſere piaculis, talis conſequuta eſt pœna. Dignum eſt autem huic hiſtoriæ adhibere Dominicas voces, quibus ipſe Saluator talia ſecuta eſſe prędixit: *Væ autem, ait, prægnãtibus & nutrientibus, vel lactantibus in illis diebus: Orate autem vt nõ fiat fuga veſtra hyeme, neque Sabbatho. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio ſeculi vſque nunc, neque erit.* Colligẽs autẽ ſupradictus hiſtoriographus omnem numerum peremptorum vel fame, vel ferro, vndecies centena milla deſignauit, cæteros vero latrones & ſiccarios, ac prædones, poſt vrbis excidium mutuis declarat interiſſe vulnerib⁹. Electos autem quoſquè iuuenum, quos decor & proceritas corporis cõmendabat, ad triumphum dicit eſſe ſeruatos, reliquos autem, qui ſupra decem & ſeptem annos agebant ętatis, vinctos ad opera Ægypti per metalla deſtinatos, vel per cęteras Prouincias eſſe diſperſos. Alij quidem vt ludis gladiatoris, alij vt ad beſtias traderentur. Si qui verò intra ſeptimum & decimũ ætatis reperti ſunt annum, per diuerſas Prouincias in ſeruitutem diſtrahi iuſſi ſunt, quorũ numerus vſq; ad nonaginta millia perductus eſt. Hæc vero omnia geſta ſunt ſecundo anno Imperij Veſpaſiani, iuxta ea quæ ipſe Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus prædixerat. Quippe qui ea quæ gerenda erant, præſentia iam videret, tunc cum ſecundum Euangeliorum fidem, *Videns ciuitatem fleuit ſuper eam*, & velut in auribus eius proloquutus eſt hæc verba: *Si agnouiſſes, inquit, & tu in hac die tua, quæ ad pacem tibi ſunt, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies ſuper te, & cir-*

Chriſti prædictio de calamitate Iudæorum.

Matth. 24.

Numerus peremptorum.

Ad Triũphũ.

Ad metalla.

Ad beſtias.

Prædictio excidij Ieroſolymitani.

& circundabunt te inimici tui vallo & circundabunt te, & perurgebunt te vndique, & ad ſolum deducent te, & filios tuos qui in te ſunt. Sed & rurſum tanquam de populo dicens. *Erit, inquit, neceſsitas magna ſuper terram & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ieruſalem erit conculcata a gentibus, vſquequo compleantur tempora gentium.* Et iterum. *Cum autem videritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquabit deſolatio eius.* Comparet nunc vnuſquiſquè Domini & Saluatoris noſtri ſermones cum hiſtoriographi relatione de bello quod geſtum eſt, atque excidio ciuitatis, & videns miram diuinæ præſcientiæ virtutem, agnoſcat prædicentis diuinitatem. Hæc quidem Iudęorum genti poſt paſsionem Saluatoris iuſta vltione venerunt, pro eo quod autorem vitæ à ſemet vniuerſa gens clamauerat auferri. Verumtamen nihil obſtat etiam ea addere, per quę pietas & clementia Dei, licet ingratis, videtur oblata. Quadragintanánque poſt admiſſum piaculum continuis proſtrata annis, impiorum pœna differtur. In quibus & Apoſtoli omnes, præcipue tamen Iacobus, qui dicebatur frater Domini, in Ieroſolymis Epiſcopus conſtitutus, indeſinenter populum commiſſæ impietatis & feralis auſi de ſe ſcelere commonebat, ſi forte poſſent commiſſi pœnitu linem gerere, ſi poſſent flere pro ſcelere, & vltrices pœnarum flammas lachrymarum vbertate reſtringere. Oſtendebat nanq; eis Deus per ſuam patientiam, quod ipſorum quæreret pœnitentiam, quia non vult tantum Deus mortem peccatoris, quantum conuertatur & viuat.

Lucæ. 21.

Iacobus frater Domini Epiſcopus Ieroſolymitanus.

Caput. 2.

MOllire autem adhuc mentis eorum duritiam nitebatur diuina maieſtas ſignis & prodigijs cælitus datis, terroreſque ſimul & minacem dexteram oſtentando potiuſquam inferendo. De quibus ſupradicti hiſtoriographi fides, vt in ceteris, etiam in hoc ſufficiens erit. Relegamus ergò quid in ſexto hiſtoriarum ſuarum libro de his ipſe ſignauerit Ioſephus: Sed infælicem inquit, plebem terrimi quidam homines & deceptores falſa vaticinantes ſuadebant, vt euidentibus ſignis & indicijs iracundiæ, & indignationis diuinę non crederent, quibus aperte futurum & vrbis & gentis prędā giebatur excidium, ſed velut affati, & amentes, & qui neque oculos, neque animam in ſe haberent, ſpernebant omnia quæ cælitus nũciabantur. Etenim ſtella præfulgens, gladio per omnia ſimilis, imminere deſuper ciuitati, & cometes prętera exitialibus flammis ardere per totum viſus eſt annum. Sed & ante excidij tępus ac belli, cũ populi ad diem feſtum Azymorum conuenirét octaua die menſis Xãtici, qui eſt Aprilis, noctis tempore hora nona tantus luminis fulgor aram templumq; circundedit, vt putarét omnes diem clariſsimum factum, & permanſit ſpatio horæ dimidiæ. Quod imperitis quidem & ignaris proſperum videbatur, ſed legiſperitos & probos quoſq; doctores non latuit exitiale portentum. In eadem quoque feſtiuitate vitula ſacrificijs admota, & anis aſsiſtens, inter ipſas miniſtratorum manus enixa eſt agnam. Sed & ianua interioris ædis, quæ reſpiciebat Orientem, cum eſſet ære ſolido induta, ac perinde immenſi ponderis, quæ vix viginti viris

Prodigijs ad pœnitentiam inuitati Iudæi.

Stella gladio ſimilis. Cometes.

Noctu lux exorta.

Vitula agnã enixa.

Ianua ſuapte ſponte aperta.

viris ſummo conatu impellentibus clauderetur, ferreis quoque vectibus & ſeris munita, ac peſſulis in altum demiſsis teneretur obſtricta, repẽte hora noctis ſexta apparuit ſponte patefacta. Sed & trãſacto Die feſto poſt aliquot dies, prima & viceſima die menſis Arte miſij qui Maius apud nos vocatur, prodigioſus apparuit viſus, & fidem pene excedens, quod vere falſum putaretur, niſi oculorum fidem confirmaſſet malorum conſequuta pernicies. Etenim prope Solis occaſum viſi ſunt currus & quadrigæ in omni regione per aerem ferri, & armatorum cohortes miſceri nubibus, & vrbes circundari agminibus improuiſis. In alio itẽ die feſto, qui Pentecoſtes appellatur, noctu ſacerdotes ingreſsi templum ad miniſteria ex more complenda, primo quidem motus quoſdam ſtrepiduſque ſenſerunt: tum deinde voces ſubitas audiũt, dicentes: Migremus hinc. Additur his etiam aliud terribilius. Etenim quidam Ananiæ filius Ieſus nomine, vir plebeius & ruſticus, ante quartum belli annum cũ ciuitas in pace, & abundantia perduraret, in die feſto Tabernaculorum repẽte clamare cæpit. Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis, vox ſuper Ieroſolymam & ſuper templum, vox ſuper ſponſos & ſponſas, vox ſuper populum, & indeſinenter die noctuque per omnes plateas circumiens, hæc clamabat, vſquequo quidam primores ex populo viri, velut infauſti præſagij indignatione committi, correptum hominem multis verberibus afficiũt. At ille nequaquam pro ſe aliquid loquens, ſed ne eos quidem qui circunſteterant deprecans, eaſdem voces pari obſtinatione & clamore repetebat. Tum principes

Currus in aere viſus.

Vox migremus hinc.

Exclamatio hominis plebei.

Is erat Albinus.

A intelligentes (vt res erat) numinis eſſe motus in viro, perducunt eum ad iudicem Romanum, apud quem flagris ad oſſa vſquè laniatus, neque preces, neque lachrymas fudit, ſed eandem vocem miſerabiliter & cum quodam vllulatu emittens per ſingula pene verbera proferebat, addens etiã hoc: Væ, væ, Ieroſolymis. Proſequitur & aliud idem hiſtoriographus maiore geſtum miraculo, dicens oraculum quoddã in ſacris literis repertum quod per idem tempus virum deſignaret ex eorum regione proceſſurum, qui totius orbis potiretur imperio. Cuius oraculi præſagium idẽ hiſtoriographus Veſpaſianum declarare eſt ſuſpicatus: ſed Veſpaſianus nõ alijs quam illis ſolis gẽtibus, quę Romano Imperio videbãtur ſubditæ, dominatus eſt, vnde iuſtius ad Chriſtum hæc reſponſa referuntur, ad quem dixerat Pater: *Pete à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ*, & cuius per idẽ tempus per Apoſtolos ſuos, *In omnem terram exierat ſonus, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Væ, væ, Ieroſolymis.

Oraculum.

Pſalm. 2.

Pſalm. 18.

Cyrill. in Theſau. lib. 10 c. 3.

Aduerſus ea quæ dicuntur ab hæreticis, quia Chriſtus fleuit: & quia dixit: Nunc anima mea turbata eſt: & Trãſeat à me calix iſte: & Triſtis eſt anima mea: cæteraquè huiuſmodi.

QVASI ab homine nudo, has voces dictas credunt hæretici, quia mortem timuit, & triſtis factus eſt, cæteraque huiuſmodi perpeſſus vt homo verus. Deẽ enim verus, ſicuti Chriſtus eſt, quomodo vt Deus mortem timuiſſet? qui ait: Ego ſum vita, qui alios ex morte

Ioann. 14.

morte reuocauit, qui Diſcipulos
Luce.7. hortabatur, dicens: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* Vt verbum autem Dei, quomodo timere potuit?
Matth. 10. Geneſ.1.b.15 Exod.3. qui Abrahæ dixit: Noli timere, quoniam ego tecum ſumi qui Moſen aduerſus Ægypti regem ſuſcitauit, qui ad Ioſuæ dicebat Confortare vt vir: quomodo etiam alios ipſe timuiſſet, ad quem Sancti clamant: *Dominus mihi adiutor, & non timebo quid faciat mihi homo?* Quomodo autem ſi venit ad interimendam mortem, mortem timebat quam interemit? Sed infernum timuit, inquiunt. Mirum eſt quod hæc audeant dicere. Ianitores enim inferorum quum primũ eum vidiſſent, ſpiritus incluſos exire præ timore dimiſerũt Quod patet quia multi Sanctorum excitati à morte, in ſanctam (vt ſcribitur) ciuitatem intrauerunt, & viſi à multis ſunt. Aut quomodo timebat mortem, qui non fugiebat dum quæreretur? Sed dicebat ad
Matth.27. Ioann.18. quærentes: *Ego ſum dimitte iſtos, qui dicebat: Poteſtatem habeo ſumere animam meam Et, nullus tollit eam à me, ſed ego pono ipſam à meipſo.* Non timuit ergo Filius Dei mortem vt Deus, ſed natura humana, quæ id pati nata eſt. Tempora ergò (vt in ſuperioribus etiam tetigimus) in quibus dicta factaue ſunt, quæ de Saluatore dicuntur, diligenter cõſideranda ſunt illis, qui recte volunt ſcripturas intelligere. Si ergò antequam hominem aſſumpſiſſet, verbum Dei, fleuiſſe vnquam, aut mortem formidaſſe, aut aliquid tale perpeſſus ſcriberetur, ſicut Deũ hæc perpeſſum iure credere poſſet: ſin verò poſteaquam homo factus eſt, hæc de ſeipſo ſcribuntur, quare non credunt vt ab homine dicta factaue eſſe? Sed qui fleuit, qui timuit, triſtiſque fuit, quomodo erit

A natura Deus? Creaturarum enim, neque omnium hæc propria ſunt. Ioann.11. Qui Lazarum à mortuis ad vitam Ioann.2. redire imperauit: qui aquam in vinum nutu conuertit, cæteraque huiuſmodi multa fecit, quomodo nõ erit natura Deus? Præſertim quũ Ioann.10. ipſe clamet: *Ego & Pater vnũ ſumus*: Dei enim veri hæc opera ſunt. Quod ſi ex dictis, factiſue humano more perturbamini, quare non proficitis ex illis, quæ vt Deus verus & dixit & fecit? Et ſi propter
B humilia dicta factaue, humilia de ipſo intelligitis, cur ſublimia quoque de ipſo non creditis, propter dicta factaue vt à vero Deo? Nam qui humiliter illa dixit, fecitque vt homo, hęc ipſe ſublimiter vt verus Deus & dixit & fecit, vt & verum Deum, & verum hominem ſeipſum eſſe demonſtraret. Nã quoniam ita factus eſt verus homo, vt verus eſſe Deus non amiſerit: nec enim aliter noſtrum genus ſaluari
C poterat: ne quis audiens ipſum factum eſſe hominem, mutatum eſſe verbum Dei in naturam noſtrã putaret, aut aliud factum quam eſſet ſemper, vt tertium quid (verbi gratia) ex homine atque Deo compoſitum, hac de cauſa neceſſario modo more hominis & loquitur & facit, ſine delicto, modo vt verus Deus: vt vtrunque ipſe intelligatur eſſe. Ideò permittebat vt natura hominis, quæ in ipſo erat abſque peccato, paſſionibus noſtræ
D naturę moueretur. Operabatur autem etiam plerunque vt Deus, dicebatque ad non credentes: Si mihi non creditis, quia videlicet hominẽ videtis, credite operib? meis vt cognoſcatis, *Quia ego in Patre, & Pater in me eſt. Et ego & Pater vnum ſumus.* Quæ igitur Deo conueniũt dicta factaue Deum verum eſſe demonſtrant, quæ autem homini verum hominem: hoc enim fidei Ioann.10.

Catholicę præcipuum myſterium eſt. Vos autem hæretici ex propoſito, Filio Dei repugnantes, quũ audieritis: *Ego & Pater vnum ſumus*: in peruerſum ſenſum id dictum diſtrahere conamini. Cum autem verba humanitus dicta aut facta proferuntur, non ipſi vt homini, ſed vt verbo Dei ſtatim accommodatis: putantes hinc demonſtrari poſſe, non verum Deum, ſed creaturam verbum Dei eſſe, quem tamen creatorem omnium negare non audetis. Aut ergò attribuatis ei: vt vnum cum Patre ſit, ſicut verbum eius: & tunc non inuenietis flentem, vel triſtem, vel timẽtem. Aut ſi non creditis dicenti ſe vnum eſſe cum Patre, neq; quoniã timuit, credatis: vt ad Iudæos ominò reiecti, quia nullum verbum Euangelicum ſuſcipiatis, à tot & tantis turbationibus Dei Eccleſiã liberetis. Nos enim articulum eſſe fidei maximum, imo fundamẽtum non ignoramus, verum ipſum eſſe Deum vt Verbum Patris, & hominem verum: *Philip.2.* *Quia ſeipſum exinaniuit forma ſerui accipiens.* Diſcernantur ergò dicta eius & facta, & cum audias. *Ego & Pater vnum ſumus*: vnam Patris & Filij deitatem intellige, & Filium ex Patre naſci æternaliter credas. Et rurſus, quando audis quia fleuit, quia timuit, quia doluit: hominem quoque verum eſſe cognoſcas, & naturæ hominis hæc attribuas. Mortale nanque corpus aſſumpſit omnibus paſsionibus naturæ noſtræ ſubiectum, peccato ſemper longè remoto. Conuenienter igitur, quoniam idem homo verus, & Deus verus eſt, hominis paſsiones ſibi attribuit, propter perſonalem identitatem. Sic dicimus etiam Deum paſſum, & crucifixũ, mortuum, ſepultum: quæ omnia vt homini ſibi, non vt verbo Dei attribuuntur. Sic enim quæ homini conueniunt, vt ex homine dicta ſunt, per inſitos humanæ naturę motus naturales, quos ita mẽs percipit, vt per linguã pferat, quę in occulto abſque voce verbo mẽtali dicuntur. Prætereà, non alia de cauſa verbum Dei homo factũ eſt, niſi vt nos liberaret, & infirmitatibus noſtris Deitate ſua coniuncta naturam humanam firmaret, & ad robur (vt ita dicam) ſuũ conuerteret. Quando igitur formidaſſe mortem videtur, vt homo dicebat: *Pater, tranſeat à me calix iſte: veruntamen non vt ego volo, ſed vt tu.* Matth.26. Quanuis enim mortem vt homo abhorrebat, voluntatem tamen Patris, & ſuam vt verbi perficere, vt homo nõ recuſabat, ideò dicebat, Spiritum eſſe promptum, & carnem infirmam. Cum igitur dixit: Non vt ego volo, de ſe vt homine intelligit: deinde quum infert: *Sed vt tu Pater vis*, Epheſ.5. de ſeipſo etiam intelligere debemus. Omnia enim quæ Pater vult, vult Filius quoque ſimiliter: quod inde patet, quia ſeipſum tradidiſſe & obtuliſſe pro nobis ſcribitur. Morti ergò quam vt homo formidabat, ſeipſum pro nobis vt Deus tradidit. Ad hæc ſi ſanctos viros contempſiſſe mortem inuenimus, & conſtanter per eam voluiſſe ad vitam æternam tranſire: idque animi robur habuiſſe, quoniam habebant Chriſtum in interiore homine habitantem, quomodo pertimuit mortẽ vt Deus, qui facit ne alij timeãt? Aut quomodo non abſurdum erit, fortitudinem eorum mirari, qui Dei verbum in ſeipſis habuerunt: ipſum autem Filium Dei formidoloſum ita putare, vt timoris morbo victum credamus? Sed omnia ille perpeſſus fuit, vt nos ab omnibus liberaret. Sicut igitur niſi mortuus eſſet,

eſſet, mors non extingueretur: ſic niſi timuiſſet non eſſemus nos à metu liberati: niſi doluiſſet, nõ ceſſaſſent dolores noſtri. Et ita ſingulas paſsiones carnis fuiſſe in Chriſto abſque peccato cõmotas inuenies: non vt ab ipſis homo ille ſuperaretur, ſicut & nos, ſed vt commotæ vincerentur virtute inhabitantis verbi, & ſic natura noſtra reformaretur ad melius. Et quoniam in cruce ſua gloriamur, credimuſque nos ſaluos eſſe, quia Dei Filius homo factus pro nobis, crucifixus & mortuus eſt, vt morte noſtram moriendo deſtrueret, & inſeipſo nos omnes à corruptione ad incorruptionem traduceret, opus erat certe ad fidẽ noſtram, etiã in ipſo paſsionis tempore, verum ſe hominem eſſe oſtẽdere. Ideo ne quis dubitare poſſet, vt homo clamabat: *Deus meus, Deus meus, cur me dereliquiſti?* Et rurſus: *Tranſeat à me calix iſte.* His igitur atq; ſimilibus totum ad ſe hominem vere aſſumptum eſſe oſtendebat. Tenebris vero & terremotu, cæteriſque huiuſmodi Deum ſe quoque verum demonſtrabat. Vnde nonnulli qui eum antea deridebant, commoti clamarunt: *Vere Filius Dei erat iſte.* Quomodo igitur non erit ſtultum perturbari, quando vt homine loqui eum audias, & more humano dictorum factorumue recordari: quæ vero vt Deus dixit fecitque, omninò contemnere? Timebat vt homo: ſed illud ſemper tene, quod vt Deus dicebat: *Poteſtatẽ habeo ponere animam meam, & rurſus poteſtatem habeo ſumere ipſam.* Poſtremo maximè ingratitudinis eſt, cum Scriptura clamet, hominem Filiũ Dei eſſe factum: non vt ipſe qui eſt immutabilis, ad naturam noſtram mutaretur: ſed vt nos ſibi coniunctos, ad ſuam quantũ poſsibile eſt, per miſericordiam ſuam reformaret. Omnia enim ſua, factus homo nobis dedit, & filios Dei non natura (id enim impoſsibile eſt) ſed gratia fecit. Maximè, inquam, ingratitudinis eſt, quoniam infirmitates noſtras accepit conueniẽterque noſtra ſibi abſque peccato propter identitatem perſonalem attribuit, vt etiam in nobis paſsiones carnis extinguerentur propter illum, qui eas propter nos inſeipſo ſuperauit, idcirco à nobis inter creaturas collocari. Illud etiã non prætermittendum, quod ſæpenumero per Prophetas Deus & cor & manũ ſibi attribuit, & timorem & dolorem, & iram, & animam. Cum igitur perſpicuũ ſit Dei verbũ in Prophetis loquutum fuiſſe, an audebũt iſti huiuſmodi paſsiones, & partes hominis Dei verbo ante incarnationem accommodare? Nõ faciẽt certè, ſed tropologice aut alio modo, quodam humano more dicent omnia hæc conſcripta fuiſſe. Quomodo igitur poſteaquam homo factus eſt, non intelligunt non naturæ verbi, ſed naturæ humanæ (quã vere cum omnibus ſuis paſsionibus ſine peccato aſſumpſit) omnia hæc eſſe accommodanda.

Matt. 27.

Luc. 23.

Ioann. 10.

Hilarius de Trinitate, lib. 10.

IAM verò quantum eſt illud dictorum & geſtorum ſacramẽtum? Flere Chriſtum, & per animi angorem lachrymas oculis effluere? Vnde eius animæ hæc vitia, vt fletum corpori triſtitiæ mæror eliciat? Et quæ rerum acerbitas, & intollerantia doloris, deſcendent de cælis Filium hominis in lachrymas diſſoluit? Quid ſit deinde quod in eo fleuerit, Deus ne vrbem, an corporis animæ? Nã quanuis lachrymarum officium

in corpore ſit, animæ tamen eas in miniſterio corporis quaſi quidam mæror exudat. Tum deinde quæ ei ad flendum cauſa ſit? An ne impiam parricidamque Ieruſalem nihil dignum tãtorum Prophetarum & Apoſtolorum cæde, & ipſius Domini ſui morte paſſuram, debito lachrymarum honore proſequitur? & vt humanarum mortium deflentur calamitates, ita perditæ huius deſperataque gentis caſus doletur? Et quod hoc rogo, flendi ſacramentum eſt. Anima quæ triſtis eſt, flet. Sed nunquid hæc Prophetas miſit? Sed nũquid hæc totiens noluit congregatos pullos eius pennarum integmento obumbrare? Non cadit in verbum Domini mæror, neque in ſpiritum lachrymæ, ſed neque in animam conuenit aliquid ante corpus egiſſe. Et tamen vere Ieſum Chriſtum fleſſe non dubium eſt, pari quoque lachrymarum veritate & Lazarus fletus eſt. Et quæro primo quid fleatur in Lazaro, non vtique mors, quæ nunquam vſque ad mortem eſt, ſed pro Dei gloria eſt. Dominus enim ait: *Infirmitas iſta non eſt vſque ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt honorificetur Filius Dei per eum.* Mors ergo quæ glorificandi Dei cauſa eſt, flendi triſtitiam non afferebat. Sed ne in eo quidẽ flendi neceſsitas exiſtebat, quod Lazaro moriente abfuiſſet. Nam ipſe ait manifeſte: *Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, vt credatis quoniam non eram ibi.* Abſentia itaque eius nõ habuit cauſam lachrymandi, quæ ad Apoſtolorum fidem proficiebat, cum ægri mortem cõſcientia diuinæ cognitionis abſens prænunciaſſet. Nulla ergo reſtat neceſsitas flendi, & tamen fletum eſt. Et tamen quæro, cui imputabitur fletus ille, Deo, an animæ, an corpori? Sed corpus per ſe tantum non habet lachrymas, quas ad dolorem animæ mærentis profundit. Longè autem minus eſt, vt Deus fleuerit, qui glorificandus in Lazaro eſt. Non conuenit autem vt anima de ſepulchro Lazarum vocet, & ad animæ innexæ corpori præceptum, atque virtutem in mortuum ſuum anima iam ex eo diſſoluta reuocetur. Dolet qui glorificandus eſt? Flet qui viuificaturus eſt? Non eſt viuificaturi flere: nec glorificandi, dolere, & tamẽ viuificat, qui & fleuit & doluit. Non inopiæ neceſsitate, vel dictorum ignoratione de multis pauca memorauimus, ſed vt abſolutam expoſitionem ratio non moroſa commenderet. Gerit Dominus atq; ait, quod cum conſcientia neſcitur, quod nec ignoratur, & ignobile eſt, dum & veritas in rebus eſt, & in virtute ſacramentum eſt, vt etiam & his quæ ait, manifeſte docebimus? Propter hoc me Pater diligit, quod ego pono animã meã, vt iterum accipiam eã. Nemo tollet eam à me, ſed ego pono eam à me. Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo accipiendi eam, hoc mandatum accepi à Patre meo. Animam ſuam ab ſe ponit, & quæro quis ponat. Chriſtũ enim non ambigimus eſſe Deũ Verbum, neque rurſum Filium hominis ex anima & corpore conſtitiſſe ignoramus, Angelo ad Ioſeph confirmante. *Surge & accipe puerum & Matrem eius, & vade in terram Iſrael, defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.* Cuius hæc ergo anima eſt requiro, corporis ne, an Dei? Si corporis, quid habet corpus poteſtatis, quod per animæ motum animatur in vitam? Deinde vtrum mandati aliquid corpus acceperit, quod ſine anima hæbes emortuumque eſt? Si vero quiſquam putabit animam ſuã

Verbum

Quid fleuit Chriſtus in Lazarum.

Ioann. 11.

Ioann. 10.

Cui conuenit ponere & reſumere animam in Chriſto, an corpori animæ, an Deo.

Matth. 2.

Verbum Deum ponere vt rurſum reſumat, oſtendat Verbum Deum, mortuum, id eſt, vt ſine ſenſu atque vita mortui corporis modo maneret, quod iterum animam ſuam ad viuendum, qua rurſum viuificaretur, aſſumpſerit. Sed nec Deo animam quiſquam rationis particeps deputabit, quanquam frequenter animam Dei & ſabbata, & neomenias odiſſe ſcripta ſit, & etiam in quibuſdam complacere. Sed ex ea iſtud ſignificatione commemorari ſolitum eſt, qua & manus, & oculi, & digiti, & brachiũ, & cor in incorporali Deo cõmemorantur. Nam cum ſpiritus ſecundum Domini dictum, carnem & oſſa non habeat, ei qui eſt nec demutatur, nulla ad ſoliditatem ſui corporalium partium membra conueniunt, ſed ſimplex ac beata natura vnum totum quod eſt, omnia permanet. Nõ ergò Deus corporalibus modis officio interioris animæ animatur ad vitam, ſed ipſe vita ſibi viuit. Et quomodo ponet animam ſuam, vel poſitam reſumet, vel quæ huius mandati ratio eſt? Deus ergo nec ponit ad mortem animam, nec reſumit ad vitam, ſed nec corpus mandatum ad reſumendum habet, quia nec per ſe reſumit. Dictum enim de corporis ſui templo eſt: *Soluite templum hoc, & poſt triduum ſuſcitabo illud.* Suſcitat ergò templum corporis ſui Deus. Et quis ponit animam vt reſumat? Corpus enim nõ per ſe reſumit ſed per Deũ ſuſcitatur. Suſcitatur autem quod eſt mortuum, & nec ponit animam quod viuit. Deus itaque nec mortuus eſt, nec ſepultus, & tamen ab eo dictum eſt: *Hæc enim mittens vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.* Quod in corpus ſuum miſſum eſt, ad ſepeliendum eum factum eſt, & non idem eſt, ſe eſſe, ſuumque eſſe, & non vnum eſt ad ſepeliendum ſe fieri & vngi ſuum corpus. Neque conuenit corpus ſuum eſſe, ſeque ſepeliri, ſed ſacramentũ iſtud diuinæ intelligentiæ eſt, non ignorare Deum, quem non neſcias hominem. Non neſcire autem hominem, quem non ignores Deum Ieſum Chriſtum non diuidere, quia Verbum caro factum eſt: & ſepultum non putare, quem reſuſcitatum eſſe intelligas: reſuſcitatum non ambigere, quem negare non audeas ſepultum. Sepultus enim eſt Ieſus Chriſtus, quia & mortuus eſt. Mortuus eſt autem, qui & moriturus locutus eſt: *Deus Deus meus, quare me dereliquiſti?* Locutus autem hæc eſt, qui & dixerit: *Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in Paradiſo.* Paradiſum quoque promittens, magna voce proclamauerit: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Et hoc dicens, expirauerit. Vos nunc vel tripartientes Chriſtum in verbum, & animam, & corpus, vel totum Chriſtum Deum verbum, in ſolum communis generis hominem contrahentes, hoc nobis magnum pietatis ſacramentum, quod in carne manifeſtatum eſt, reuelate quem tradiderit Spiritum Chriſtum, & quis in manus Patris commendauerit ſuum ſpiritum, & quis in Paradiſo die eadem fuerit, & quis derelinqui ſe à Deo, queſtus ſit. Nam querela derelicti, morientis infirmitas eſt. Promiſsio autem Paradiſi, viuentis Dei regnum eſt. Commendatio ſpiritus, cõmendãtis confidentia eſt. Traditio ſpiritus, moriẽtis exceſsio eſt. Quero itaq; quis moritur? Nẽpe qui tradit ſpiritũ. Deinde quis tradidit ſpiritum? Vtique qui tradidit, Patri commendauit ſpiritum ſuum. Et ſi idem qui commendauit, tradens ſpiritum, mor-

Quomodo anima Deo tributur.

Luc. 24.

Marc. 14.

Matth. 27.

Luc. 23.

Clamare ſe derelinqui, cõmendare ſpiritũ, promittere Paradiſum, tradere ſpiritum eſſe in Paradiſo, quomodo conueniunt Chriſto ſecundum corpus atque animam.

mortuus eſt, interrogo vtrum corpus animam commendet, an corpus animam? Nam ſpiritum frequenter ſignificari nõ ambiguum eſt, vel ex hoc ipſo quod Ieſus moriturus tradidit ſpiritum. Si igitur quiſquam exiſtimandum putabit, commendari animam â corpore, à diſſoluendo viuentem, à corrumpendo æternam, à reſucitando manentem: & non ambigitur quin idem commendauerit Spiritũ Patri, qui & die eadem in Paradiſo fuerit cum Latrone. Et quæro an ſepulchro receptus in Paradiſo manſerit, an vero in Paradiſo manens, derelictum ſe à Deo queſtus ſit. Vnus enim atque idem eſt Dominus Ieſus Chriſtus, Verbum caro factum, ſeipſum per hæc vniuerſa ſignificans, qui dum ad mortem delinqui ſe ſignificat, homo eſt: dum verò homo eſt, in Paradiſo Deus regnet. Regnãs porro in Paradiſo, Patri commendet Spiritũ Dei Filius: commendatũ vero Patri ſpiritum, hominis filius tradat ad mortẽ. Quid nunc de Sacramẽto facimus contumeliam? Habes conquerentem ad mortem relictũ ſe eſſe, quia homo eſt: habes eũ qui moritur, profitentem ſe in Paradiſo regnare, quia Deus eſt. Cur hoc nobis quod ad intelligentiã mortis ſuæ locutus eſt, ſolum ad impietatem retinemus, & id quod idem ad demonſtrationem immortalitatis ſuæ eſt profeſſus tacemus? Si eiuſdem vox hæc atquè ſermo eſt, ſe derelictum conquerentis, & ſe regnare profitẽtis, quam fidem noſtram infędilitate ratione diuidimus, vt non idem in tempore eodẽ ſit mortuus, qui & regnet, cum idẽ ipſe de ſe vtrunq; teſtatus ſit, & cõmẽdans ſpiritũ, & expirans? Quod ſi idem commendans ſpiritum, atque tradens, & regnans moritur, & mortuus regnat, habemus in Sacramẽto filij hominis, & filij Dei, & mori regnantem, & regnare morientem. Abſiſtat itaque omnis irreligioſa & diuini Sacramenti incapax infidelitas, quæ neſcit Chriſtum non ſibi fleſſe, ſed nobis, vt aſſumpti hominis veritatẽ, ipſe quoque affectus humanæ conſuetudinis ſuſceptus proteſtaretur. Quæ ignorat Chriſtum non ſibi mori, ſed vitæ noſtræ, vt per immortalis Dei mortem, mortalium vita renouetur.

Cauſa cur Chriſtus fleuit.

Athanaſius contra Arrianos ſermo. 4.

IDeoque, vt prolocutus ſum, nõ Sapientia, quatenus ipſe ſapiẽtia eſt, progreſſus fecit: ſed humanitas in ſapientia profecit, tranſcendens paulatim humanam naturam, Deificata nimirum & organum ſapientiæ facta, vt per eum ſuam energiam exerceret, ſapientiaque inde eluceret, omnibuſque innoteſceret: ac proinde nequaquã locutus eſt, Verbũ, quod Filius Dei eſt, profecit, ſed Ieſus, quo nomine Dominus iam homo factus nuncupatus fuit, vt ſit humanæ naturæ iſtiuſmodi profectus, quemadmodum ſuperius admonuimus. Igitur, quemadmodũ proficiente carne, ipſe dicitur proficere, idque ad proprietatem eius cum corpore: ita quoque ea, quæ circa mortem obtigerunt, vt conturbari, lachrymari, eodem ſenſu accipiẽda ſunt. Sed illi rurſum deorſumque circũcurſitantes, & quaſi inde hæreſim ſua conſtituere poſsint. Ecce inquiunt, lachrymatus eſt, dixitque ſpiritum ſuum turbatum eſſe, deprecatuſque eſt, vt calix tranſiret: quomodo igitur is, qui iſta locutus eſt, Deus fuerit? Aut Verbum Patris? Scripta ſunt iſta quidẽ quod fleuerit, ò Dei perduelles: & quod

Ioann. 11. Ioann. 12. Matth. 26.

& quod turbatus fuerit, dixeritq́; *Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? Et trãſeat à me calix iſte*: Scripta inquã ſunt iſta, quis negat? Sed ego vellem viciſsim & vos reſpondere: nam ſingula veſtra elidenda ſunt, ſi homo merus eſt, qui iſta loquitur; lachrymetur & horreat mortem, vt homo: ſin autem verbum eſt in carne (nam eadem dicere nõ debemus grauari) qui potuit Deus timere? vt vnde mortem timeret, quum ipſe vita eſſet, alioſq; à morte liberaret? aut qua ratione dicere potuit, ne timeatis eos qui corpus occidunt, ſi ipſe timebat: aut quomodo cũ Abraham colloquiũ conferens ita locutus eſt? *Noli timere, quia ego tecum ſum.* Moſemque audacia corroborans contra Pharaonem, aut verba faciens cum Ieſum Naue, auſus eſt dicere: *Fortificare & vir eſto*? Cum ipſe expauerit Herodem & Pilatum, & quum alijs ſe opitulatorem præbuiſſet, ne metum conciperent? *Dominus enim*, inquit, *adiutor meus, non timebo quid mihi faciat homo.* Si ipſe qui Dominus eſt mortalium, mortales præſides expauerit? & vadens contra mortem, morte exhorruerit? Qui (quæſo) non abſurdum impiumq́; hũc dicere mortem aut infernum exhorruiſſe, ad cuius conſpectum ianitores inferorum metu ſe contraxerunt? Quod ſi pro veſtra opinione, expauerit verbum: cur, quũ multo ante denuntiaret ſibi à Iudæis inſidias fieri, non mature ceſſe in fugam abripuit. Sed contra, quũ ad mortem quæreretur, ſuam ſemetipſum voce indicauit: *Ego ſum*, inquiens? poterat enim non mori, vt ipſe profeſſus eſt, cum diceret: *Habeo poteſtatem deponendi animam meam, & habeo poteſtatem reſumendi eam, & nullus eam aufert à me.* Verum iſta quæ exprobratis, non propria ſunt naturę Verbi, in quantũ Verbum eſt, ſed eatenus eius ſunt, quatenus Verbum in carne erat, quæ iſtiuſmodi affectus patrebatur, ò Chriſti perduelles ingratique Iudæi. Quippe cum iſta referantur acta non ante carnem ſumptam, ſed tum denique cum Verbum iam caro factum eſſet, & homo iam exiſteret. Tum demum inquam ſcriptũ eſt, eum iſta humanitus dixiſſe, quã uis interim & Lazarum à mortuis excitarit, & ex aqua vinum fecerit, & cæco à natura viſum reſtituerit. Atque adeò qui hæc humanitus dixit, idem quoque eſt, qui hęc verba protulit, *Ego & Pater vnum ſumus.* Si igitur ex humanis rebꝰ cauſam ducunt, cur humilia ſentiant de Filio Dei, vel potius illũ ex toto hominem putent, & è terra & cælo conſtare arbitrẽtur, cur non ex diuinis operibus eum Verbum illud eſſe percipiunt, quod in Patre eſt: vt tandem abnegent ſuam impietatem. Datur enim illis videre eũ, qui iſta faciebat, eundem eſſe, qui corpus patibile exhibebat, quatenus permittebat ſibi, vt lachrymaretur, vt eſuriret, & ea quę ſunt propria corporis in ſe apparerent. Inde enim innoteſcebat, eum, quum Deus eſſet impatibilis, carnis patibilem aſſumpſiſſe. Ex operibus autem palam faciebat, ſe Verbũ Dei eſſe, ac poſtmodum hominem eſſe factum, quaſi qui de ſe dicere vellet: *Si, quia videtis humanum corpus mihi circumpoſitum, non poteſtis credere, ſaltem operibus credite, vt cognoſcatis quod ego in Patre ſim, & Pater in me.* Plane mihi videntur impudentiã ſimul & blaſphemiam induiſſe iſti Chriſti perduelles: audiẽtes enim: *Ego & Pater vnum ſumus*, vim faciũt ſententiæ, quo eam male interpretando corrumpant, diſimantque vnitatem Patris cum Filio: cõtra, cum audiunt eum fleuiſſe, paſſum eſſe, ſudauiſſe, nihil omnino, huic ad cor-

Matth. 27. Pſalm. 21.

Lucæ. 12.

Geneſ. 15.

Ioann. 11. Ioann. 2. Ioann. 9.

Ioann. 10.

ad corpus reſpiciãt, ſed prorſus ob ea eum creaturis annumerandum putent, per quem rerum natura cõdita eſt. Quid igitur iſti à Iudæis differunt? Vt enim Iudæi, Dei opera blaſphemantes Beelzebub aſcribebant, ita quoque & iſti Dominũ iſtiuſmodi operum authorem creaturis annumerantes, eandem cum illis inexpiabilem ſuſtinebunt cõdemnationem: At qui decebat eos dum audiunt: *Ego & Pater vnum ſumus*, Animaduertere ac intuerivnã eſſe in illo diuinitatem proprietatemque ſubſtantię paternę, & viciſſim dum aiunt de fletu illius, alijſque id genus, ea agnoſcere ad corpus pertinere, corporiſque propria eſſe: maxime cũ ſuppetat in vtroq; genere proba diſtinctio, qua offenſam declines: quatenus illa, vt de Deo ſcripta ſint, iſta vero vt de homine. Non enim incorporeo ea quæ corporis ſunt locum habere potuiſſent, niſi corpus putrefactile & mortale aſſumpſiſſet. Maria enim mortalis fuit, vnde corporis naturam ſuam accepit, ac proinde fieri non poterat, quin quum eſſet in corpore patiente, lachrymante, fatiſcente, ſibi quoque vna cũ corpore ea dicerentur accidere, quæ propria ſunt ſolius carnis. Siue igitur prolatum fuit, ſiue conturbatio facta eſt, nihil id ad Verbum, quatenus Verbum, quod neque plorauit, neque conturbatum fuit, ſed proprie ad carnem pertinebat. Siue preces fudit, vt calix tranſiret, alienum id quoque à Diuinitate, quæ nullo metu tenebatur, ſed proprium id humanitati. Idem cenſendum vbi dicit, cur me dereliquiſti? Nam id quoquè quaſi eius eſt, ad eam rationem, quam ſuperius tradidimus. Quanquam re vera ipſum Verbum nihil patitur, cum nullis paſſionibus obnoxium ſit, ſunt tamen omnia iſta de eo ab Euangeliſtis dicta, quia homo erat factus, ac proinde ad eum vt ad hominem referuntur, vt hæc mala carnis alleuans & attollens, cæteros tutos & liberos ab eorum contagione redderet.

Chryſoſtomus homilia 6. in cap. 2. Matthæi, tomo. 1.

SI ergò tu quoquè eiuſmodi lachrymas fundas, etiam Domini tui efficieris imitator. Nam & ipſe fleuit, & cum Lazarum ſuſcitauit, & cum ad expunandam reſpiceret ciuitatem. Sed etiã tunc profecto, cum de Iudæ proditione ſimul ac perditione turbatus eſt. Itaque flentem quidẽ illum frequẽter inuenias, nunquam verò ridentẽ, ſed nec leuiter ſaltem ſubridendo gaudentem. Nullus enim hoc Euãgeliſta memorauit. Nam quod & Paulus fleuerit quidem & per triẽniũ noctibus id fecerit ac diebus, & alij de illo, & ipſe de ſeipſo teſtatur. Quod verò riſerit, neque ipſe vſquam, neq; de eo quiſpiam alius oſtendit. Sed nec vllus Sãctorum, vel de ſeipſo, vel de alio quopiam, tale quid aliquãdo ſignificaſſe narratur.

Dominus flentem legimus, nunquam ridentem.

Actor. c. 20.

Origenes in capit. Lucæ. 19. homil. 38.

CVm appropinquaſſet Ieruſalem Dominus noſter, vidẽs eam fleuit, & dixit. Si cognoſceres & tu in die iſta quæ ad pacem ſunt tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, quoniam venient dies ſuper te, & circundabunt te inimici tui vallo. Sacramenta ſunt quæ dicuntur, & ſperamus pandente Deo aperiri poſſe quod latitat. Primum ergò de fletu eius videndum. Omnes beatitudines, quas locutus eſt in Euangelio Ieſus, ſuo firmat exẽplo

plo & quod docuit pro teſtimonio probat. Beati (inquit) mites. Huic ſimile eſt de ſemetipſo. *Diſcedite à me, quoniã mitis ſum.* Beati pacifici. Et quis alius ita pacificus vt Dominus meus IESVS. Qui eſt pax noſtra, qui ſoluit inimicitiam, & in ſua eam carne deſtruxit? *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.* Nemo ſic perſecutionem paſſus eſt propter iuſtitiam vt Dominus Ieſus, qui pro peccatis noſtris crucifixus eſt. Omnes igitur beatitudines in ſe metipſo Dominus oſtendit. Ad quam ſimilitudinem etiam illud quod dixerat. Beati flentes, ipſe fleuit vt huius quoq; beatitudinis iaceret fundamenta. Fleuit autem ſuper Ieruſalem dicens: *Si cognouiſſes & tu in die iſta, quæ ad pacem ſunt tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, & reliqua*, vſq; ad eum locũ vbi ait. *Eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* Dicat aliquis auditorum: Manifeſta ſunt quæ dicuntur, & opere completa de Ieruſalem. Circumdedit enim eã Romanus exercitus, & ad internitionem vſque vaſtauit, tempuſq; veniet quando lapis ſuper lapidem non relinquetur ſuper eam, Non nego & illam quidem Ieruſalem propter habitatorum ſcelera fuiſſe deſtructam, ſed quæro ſi & ad hanc noſtrã Ieruſalem fletus iſte pertineat. Nos enim ſumus Ieruſalem quæ defletur, qui nobis videmur intuitũ habere maiorem. Quod ſi poſt myſteria veritatis, poſt ſermonẽ Euãgelij, poſt doctrinã Eccleſiæ, poſt viſionem Sacramẽtorum eius, aliquis è nobis peccauerit, plãgitur, atq; defletur. Nemo enim gentilis fletur, ſed ille qui fuit de Ieruſalem, quod poſt peccata circundent eam inimici, contrariæ vide licet fortitudinis, ſpiritus nequã, & imittant in circuitu eius vallũ, & obſideant eam, & lapidem ſuper lapidem non relinquant: maxime ſi poſt multam continentiam, poſt aliquot annos caſtitatis victus quis fuerit, blandimentiſque carnis illectus patientiam pudicitiamq; amiſerit. Si fueris fornicatus, lapidem ſuper lapidem non relinquent ſuper te. Ait enim in alio loco. *Non recordabor priorum iuſtitiarum eius: in peccato ſuo, in quo deprehenſus fuerit, in ipſo iudicabo eum.* Hęc eſt ergo quæ defletur Ieruſalem.

Matth. 11. Matth. 5.

Origines contra Celſum libr. 1.

IOSEPHVS namq; decimo & octauo de Iudaica antiquitate libro, Ioannem teſtificatur Baptiſtam fuiſſe, qui polliceretur Baptiſmo ablutis peccatorum purgationem. Qui vtiq; Ioſephus, & ſi minus Ieſum vt Chriſtum crediderit, cauſam tamen conquirens Ieroſolymitani excidij, & cur eſſet templum deletum, cum illud eſſet dicturus, conſpiratione quã Iudaicus populus aduerſus Ieſum feciſſet, fuiſſe horum omnium cauſam, & quia Chriſtum per Prophetas iam pridem denunciatum ſuſtulerit: ipſe vero tanquam inuitus, haud quaquam longe à vero aberrans, eo inquit hæc accidiſſe Iudæis, vt Iacobus iuſtus ille vindicaretur, qui Ieſu & frater eſſet, qui dictus eſt Chriſtus, hunc enim cum eſſet iuſtiſsimus contrucidarunt, quem Iacobum Paulus coniunctiſsimus Ieſu Diſcipulus, aſſerit ſe vt Domini fratrem conſpicatum. Et ſane non magis ob hanc ſanguinis propinquitatẽ, quã ob morum ſimilitudinem, & ſermonis mutui cum Ieſu commercium, vt iuſtus diceretur effectum eſt. Si igitur ob Iacobi gratiam

Ieroſolymorum deſolationem cõ tigiſſe Iudæis ille affirmat, cur non equius fuerit fateri ob Chriſtum id factum fuiſſe, cuius diuinitatem tam multi hominum conuentus teſtificantur, qui ex abundatioribus malis ad bonum conuerſi, & à conditore rerum omniũ pendent, & cuncta ad eius referũt voluntatem.

Origenes homilia, 11. in cap. 15. Ieremiæ.

SI enim conſideras tẽpora paſſionis Dominicæ, & ruinæ Ieruſalem, quando ſubuerſa eſt, videbis quomodo non in patientia abuſus ſit eis Deus à quinto decimo quippe anno Tiberij Cæſaris vſquè ad ſubuerſionẽ tẽpli Dei (quia oportuerat modicũ aliquid intereſſe temporis) in patientia dereliquit, propter eos qui per ſigna atq; portẽta Apoſtolorum credituri erant.

Gregorius libr. 40. homiliarum homilia. 39.

LEctionem breuẽ ſancti Euangelij, breui ſi poſſum, volo ſermone percurere: vt illis in ea prolixior detur intẽtio, qui ſciunt ex paucis multa cogitare. Quod à flẽte Domino, illa Ieroſolymorum ſubuerſio deſcribitur, quæ à Veſpaſiano & Tito Romanis Principibus facta eſt, nullus qui hiſtoriam euerſionis eiuſdem legit, ignorat. Romani enim Principes denuntiantur, cum dicitur: *Quia venient dies in te, & circũdabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndiquè & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt.* Hoc quoq; quod additur, non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, etiam iam ipſa eiuſdem ciuitatis tranſmigratio teſtatur; quia dum nunc in eo loco conſtructa eſt, vbi extra portam fuerat Dominus crucifixus, prior illa Ieruſalem, vt dicitur, funditus eſt euerſa. Cui ex qua culpa, euerſionis ſuę pœna fuerit illata, ſubiũgitur: *Eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* Creator quippe hominum per incarnationis ſuę myſterium hãc viſitare dignatus eſt, ſed ipſa timoris & amoris illius recordata non eſt. Vndè etiã per Prophetã in creatione cordis humani, aues cæli ad teſtimonium deducuntur, dum dicitur: *Milluus in cælo cognouit tempus ſum, turtur & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini*: Sed quærendum prius eſt quid ſit quod dicitur: *Vidẽs ciuitatẽ, fleuit ſuper illã, dicens: quia ſi cognouiſſes, & tu.* Fleuit etenim prius Redemptor ruinam perfidæ ciuitatis, quam ipſa ſibi ciuitas non cognoſcebat eſſe venturam. Cui à flẽte Domino rectè dicitur: *Quia ſi cognouiſſes, & tu.* Subaudi, fleres, quæ modo quia neſcis quod immineat, exultas. Vnde & ſubditur: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Cum enim carnis ſe voluptatibus daret: & ventura mala non proſpiceret, in die ſua, quæ ad pacem eſſe ei poterant, habebat. Cur vero bona præſentia ad pacem habuerit, manifeſtatur cum dicitur: *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Si enim cordis eius oculis mala quæ imminebant, abſcondita non eſſent, læta in præſentibus proſperis non fuiſſet. Cuius mox etiam pœna quæ de Romanis, ſicut prædixi, Principibus immineat, adiuncta eſt. Qua deſcripta, quid Dominus fecerit, ſubditur: quia ingreſſus templum, *Cæpit eiice-*

Ieruſalem viſitauit creator per ſuam incarnationẽ.

Ieremiæ. 8.

Veſpaſianus & Titus Ieruſalem euerterunt.

re

Matth.21. Esai.56.

re ventes de illo & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eam spelunca latronum. Qui enim narrauit mala ventura, & protinus tẽplũ ingressus est, vt de illo vẽdẽtes & emẽtes eijceret, profecto innotuit, quia ruina populi maxime ex culpa Sacerdotũ fuit. Euersionẽ quippe describens, sed vendentes & ementes in templo feriens, in ipso effectu sui operis ostendit; vnde ra dix prodijt perditionis. Sicut autem Euangelista alio teste didicimus, in templo columbæ vendebãtur. Et quid per columbas, nisi Sancti Spiritus donum accipitur? Sed vendentes & emẽtes è templo eliminat, quia vel eos qui pro munere impositionem manuũ tribuũt, vel eos qui donum Spiritus emere nituntur, damnat. De quo templo mox subditur: *Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Qui enim ad accipienda munera in templo residebant, profecto quia quibusdã non dantibus læsionem exquirerẽt, dubium non erat, Domus ergo orationis, spelũca latronum facta fuerat; quia ad hoc in templo assistere nouerant, vt aut non donantes munera studerẽt corporaliter persequi, aut dantes spiritualiter nectare. Quia vero Redẽptor noster prædicationis verba nec indignis nec ingratis subtrahit, postquam disciplinæ vigorem eijciendo peruersos tenuit, donum mox gratiæ ostendit. Nam subditur: *Et erat docens quotidie in templo.* Hæc iuxta historiam breuiter tractanda trãscurrimus: Sed quia euersam iam Ierusalem nouimus atq; euersionẽ sua in melius commutatã, quia expulsos latrones à templo, atquè ipsum iam templum erutum scimus: debemus ex rebus exterioribus introrsus aliquam similitudinem trahere, atq; ex euersis ædificijs parietum, morum ruinam timere. *Videns enim ciuitatem, flenit super illam, dicens: quia si cognouisses, & tu.* Hoc semel egit, cum perituram ciuitatem esse nuntiauit. Hoc quotidie Redẽptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos peruenisse considerat. Plãgit enim eos qui nescium cur plangantur, qui iuxta Salomonis verba: *Lætantur cum mala fecerint, & exultant in rebus pessimis.* Qui si damnationem suam, quæ eis imminet, agnouissent, semetipsos cum lachrymis electorum plangerent. Bene autem perituræ animæ sententia quæ subditur, conuenit: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Suam hic diem habet anima peruersa, quæ transitorio gaudet in tẽpore. Cui ea quę adsunt, ad pacem sunt: quia dum rebus tẽporalibus lętatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate resoluitur, dum nulla venturæ pœnæ formidine terretur, pacem habet in die sua, quæ graue damnationis suæ scandalum in die hàbebit aliena. Ibi enim affligenda est, vbi iusti lætabuntur: & cuncta quæ modo ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinem rixæ vertentur, quia rixari secum incipiet, cur dãnationem quam patitur, non expàuit, cur à prospiciẽdis malis sequẽtibus oculos mentis clausit. Vnde ei dicitur: *Nunc autem abscõdita sunt ab oculis tuis.* Peruersa quippe anima rebus præsentibus dedita, in terrenis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia: quia præuidere futura refugit, quæ præsentem lætitiam perturbant: dum què in præsentis vitæ oblectationibus se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit? Vn

Domus Dei domus orationis est.

Prou.2.

Anima peruersa suã diẽ hic habet.

Anima peruersa futurã prouidere refugit.

Eccles.11.

de bene ſcriptum eſt: *In die bonorũ ne immemor ſis malorum.* Et inde per Paulum dicitur: *Qui gaudent, tanquã non gaudentes ſint: quia & ſi qua*, eſt præſentis temporis, ita eſt agenda lætitia, vt nunquam amaritudo ſequentis iudicij recedat à memoria: quatenus dum mens pauida extremæ vltionis timore transfigitur, quantum tunc præſens lętitia, tantum poſt ira ſubſequens tempe retur. Hinc nanq; ſcriptũ eſt: *Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus.* Qui vero mentis eſt duræ, corruet in malum. Sequentis enim ira iudicij tanto tunc diſtrictior portabitur, quãto nunc & inter culpas minime timetur. Sequitur. *Quia veniẽt dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo.*) Qui inquam ſunt humanæ animæ maiores inimici, quam maligni ſpiritus, qui hanc à corpore exeuntem obſidẽt, quam in carnis amore poſitam, deceptorijs delectationibus fouent? Quam vallo circundant: quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatib⁹ quas perpetrauit, hanc ad ſocietatem ſuæ damnationis trahentes coarctant: vt in ipſa iam extremitate vitæ deprehenſa, & à quibus hoſtibus circunclusa ſit, videat, & tamẽ euadendi aditum inuenire nõ poſſit: quia operari iam bona non licet, quæ cum licuit agere, contempſit: de quibus adhuc apte quod ſequitur, intelligi valet *Circundabunt te & coangustabunt te vndiq;*.) Maligni quippe ſpiritus vndiq; animam coanguſtant, quando ei non ſolum operis, verum etiam locutionis, atque inſuper cogitationis iniquitates replicant: vt quę prius ſe per multa dilatauit in ſcelere, ad extremum de omnibus anguſtetur in retributione. Sequitur: *Et ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt.*) Tunc anima per cogitationem reatus ſui ad terram conſternitur, cum caro cui vitam ſuã credidit, redire ad puluerem vrgetur. Tunc in mortem filij illius cadũt, cũ cogitationes illicitę, quæ modo ex illa prodeũt, in extrema vitæ vltione diſipantur, ſicut ſcriptum eſt: *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* Quæ ſcilicet duræ cogitationes intelligi, etiam per lapidum ſignificationem valent. Nam ſequitur: *Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.*) Peruerſa etenim mens, cum peruerſæ cogitationi adhuc peruerſiorem adijcit, quid aliud quã lapidem ſuper lapidem ponit? Sed in deſtructa ciuitate ſuper lapidem lapis non relinquitur: quia cum ad vltionem ſuam anima ducitur, omnis ab illa cogitationum ſuarum conſtructio diſsipatur. Quæ cur hæc patiatur, adiungitur: *Eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.*) Prauam quamque animam omnipotens DEVS multis modis viſitare cõſueuit. Nam aſſidue hãc viſitat precepto: aliquando autem flagello, aliquando vero miraculo: vt ea vera quæ neſciebat, audiat: & tamen adhuc ſuperbiens atque contemnens, aut dolore compuncta redeat, aut beneficijs deuicta, malũ quod fecit, erubeſcat. Sed quia viſitationis ſuæ tempus minime cognoſcit, illis in extremo vitę inimicis traditur: cum quibus in æterno iudicio damnationis perpetuæ ſocietate colligatur, ſicut ſcriptum eſt: *Cum vadis cũ aduerſario tuo ad Principem in via, da operã liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.* Aduerſarius noſter quippe in via eſt ſermo Dei, cõtrarius noſtris carnalibus deſiderijs in præſenti vita. Aquo ipſe liberatur, qui præceptis eius humiliter ſubditur. Aliqui aduerſarius iudici, & iudex tradet exactori, quia

Eccleſ. 11. 2. Cor. 7.

Pſalm. 145.

Prou. 28.

Anima humana à malignis ſpiritibus maiores habet inimicos, quã ipſi ſpiritus maligni.

Anima quandoq; ad terrã conſternitur.

Animam prauam quam viſitat Deus multis modis.

Lucæ. 12.

ex

Sermo Dei cõtemni non debet.

ex sermone Domini comtempto reus peccator tenebitur in examine iudicis. Quem iudex exactori tradet: quia hũc maligno spiritui ad vltionẽ tradi permittet: vt cõpulsam animam ipse ad pœnam de corpore exigat, quæ ad culpã sponte cõsensit. Exactor mittit in carcerem: quia per malignũ spiritũ in inferno recluditur, quousq; dies iudicij veniat ex quo iam in inferni ignibus simul & ipse crucietur.

Ioan. Zonora Annalium, tom. 1. Belli Iudaici historia.

HINC igitur Iudæorum defectio palam erupit, bellum què cæpit: cuius singulos veluti actus referre, maioris operæ fuerit, quam instituta breuitas patitur. Quare cæteris omissis, Ierosoymorum dumtaxat excidium compendio referre decreui. Nam cognita Iudæorũ defectione, Vespasianus, cui Nero belli administrationem crediderat, non Ierosolymam inuasit primum: sed vrbibus Metropoli subiectis prius expugnatis, tum demũ ipsam quoq; domare instituit. Occupata igitur Ptolomeide, cum filio Tito, qui ab eo ex Achaia missus, vbi à Nerone belli dux designatus fuerat, legionem decimamquintam Alexandria adduxerat, se coniunxit. Neroni enim in Achaia degẽti, Iudæorum defectio nuntiata fuit, ac Galilæam primum aggressus, Iotapatis diebus, XL. expugnatis, Iosephum Galilææ ducem, eius vrbis defensorem cæpit. Inde alia castella atq; oppidula, partim deditione, partim obsidione Romanis parere coegit. Is iã confectis, ad ipsam metropolim obsidendam se accingebat, seditionibus & factionibus adeò afflictã, vt ciuili bello & mutuis cædibus,

Vespasianus à Nerone cõtra Iudæos missus.

Iotapata. Iosephus.

A inter se se grassantes, homines belicosi interirent. Verum id eius consilium nũcius de Nerone, qui amisso imperio clam Romam profugisset, atque ipse sibi manus attulisset, repressit. Deinde cum Galbam imperio potitum esse cognouisset: Titum misit ad eum salutandum, & per contãdum quid de Iudæa fieri vellet. Sed Titus in itinere Galbæ quoq; cæde cognita ad patrem est reuersus: neque Ierosolymorum obsidionem tentarunt, ob incertum Romani Imperij statũ, sed Cæsareæ quieuerunt.

Neronis interitus.

B Galba sublãto, Otho factus Imperator, contra Vitellium, quã Germanicæ legionis Imperatorẽ salutarant, copias misit: quibus superatis sibijpsi manus attulit. Vitellius adiunctis etiã Othonijs, Romam cum legionibus abit. Vespasianus vero, si qua Iudaica oppidula nondum expugnata supererãt, ea quoque vastauit vt sola Ierosolyma restarent: quæ quidem vt diximus, pessime se habebant. Foris enim Simon cum sua factione Iudeis formidabilior erat quam Romani, intus vero ij qui se zelotas à studio religionis iactabant, eorumq; dux Ioannes, & Romanis & Simonæ grauiores erant: atque vrbanos eo necessitatis adegere, vt populus Simonem cum sua turba in vrbem accersseret, spe ille quidem reprimendæ Zelotarum tyrannidis: sed non animaduertit, se grauiorẽ suis ceruicibus tyrannum imposuisse. Dum hæc Ierosolymis gerũtur, Vitellius Romam profectus Imperator appellatur, quem cum Vespasianus, eo nũcio minime delectatus, Dominũ habere recusaret, à suis ducibus & militum consensu Imperator salutatur. Soluturus filio Tito Ierosolymorum obsidionem mãdat: qui contractis in vnum copijs Ierosolyma

Otho.

Simon. zelote.

Vespasianus à militibus salutatus imperator, Romã contendit.

lyma contendit, & XXX. ab vrbe ſtadijs caſtramentatus. DC. equitibus aſſumptis ad vrbem ſpeculandam & animos hoſtium periclitandos abit. Statim vero infiniti ex vrbe procurrunt: ac plurimi ex Titi equitibus, furioſum Iudęorum impetum cernentes ſubſiſterunt. Ipſe vero cum paucis, auulſus à cæteris, vndiq; ab hoſtib⁹ circumuentus, animaduerſo periculo cõuertit equum, & ſuis ſequi iuſsis in Iudæos irruit: ac obuijs quibuſq; gladio propulſatis, ſaluus in caſtra reuertitur, duobus dumtaxat comitum ſuorũ cęſis. Poſtridie conſcenſo loco qui ſpeculator dicitur. VII. ſtadijs ab vrbe diſtãs vnde & vrbs & templũ ſpectatur, caſtra muniri iubet. Vrbani vero ſubinde prius interſe dimicare ſoliti, ob ingẽtem externi belli procellam direpta lite vrbe excurrunt, cum ijs qui vallum muniunt dimicant: & dum hoſtes cladibus afficiunt, pluribus ipſi afficiuntur. Externo bello pauliſper quieſcente, ſeditio rurſus exoritur, & Ioannes cũ Zelotis templo, multis cęſis, per dolum occupato, Simoni ſe opponere auſus eſt. Dum autem interuallũ, quod à ſpeculatore ad mœnia pertinet, Titi iuſſu exequatur, Iudæi Romanis inſidias ſtruunt. Nã audaciores è ſeditioſis, vrbẽ egreſsi, quaſi à pacis ſtudioſis electi eſſent ſcilicet, iuxta mœnia verſabãtur: alij in mœnibus ſtantes quaſi ex plebe homines, pacem clamabant, & dexteram petebant, Romanoſq; vocabãt, quaſi portas aperturi eſſent. Ac milites quidẽ nihil ſuſpicati, opus aggrediebantur: Titus autẽ in expectatam vocationẽ ſuſpectam habebat. Nam cũ eos pridie per Ioſephum ad pactiones prouocaſſet, nihil moderati reſponſi acceperat. Milites igitur ſuo loco manere iuſsit. Sed cũ quidã ad portas iã procurriſſent, ij qui ſe iectos eſſe fingebãt, refugiebãt: vt vero intra vrbis turres illi peruenerant: excurrerũt, eoſq; circumuenerunt, qui vero in mœnibus erãt, tela & ſaxa contra eos iaculãtes, occiderunt multos, plures conuulnerarunt. Quo ſucceſſu Iudęi exultabãt, & ſcuta concutiebant: Titus vero & centuriones milites caſtigabãt. Eo ſpacio quod ante mœnia eſt cõplanato, copiarũ robur ad muros extendit: obſtritiſq; Iudæorũ excurſionibus, caſtra ibi poſuit. Vrbs triplici muro circundata fuit: vbi vero ſitu ipſo muniebatur, ſimplici dumtãxat: quod cũ ita eſſet, oppugnatio, difficilima Tito videbatur. Sed tamẽ viſum eſt, iuxta Ioannis Põtificis monumentũ eam adoriri, idq; legionib⁹ indicari iubet, vt materiã ad excitandos aggeres cõportrẽt. Quo facto, & aggeribus extructis, arietes expediri iuſsit. Qui cũ mœnia trifariã percuſsiſſent, & inuſitat⁹ fragor vrbẽ circumſonuiſſet: clamore ab obſeſsis ſublato, ſeditioſi territi, ſed hoſtes cũmuni ope propulſaturos eſſe pepigerunt. Murus tamẽ ictibus arietũ nõ ceſsit, angulo dũtaxat turris vnius emoto, muro incolumi. Iudęi vero cũ Romanos in caſtris diſsipatos obſeruaſſent, excurrunt omnes, & ignẽ machinis inijciũt, vbi atrox pugna exorta eſt, his ea incendere, illis incendiũ cohibere conãtibus. Sed Iudęi ex deſperatione ſuperiores fuerũt, & machinę iã ardebãt: ac niſi Titus cum equitibus ſubſidio veniſſet, conflagraſſet. Nũc vero propugnatoribus Iudęorũ circiter XII. cęſis, reliqui in vrbe ſunt cõpulſi, & vn⁹ Iudęus viu⁹ captus, ante mœnia in crucẽ actus eſt, vt eo aſpectu perculſi cæteri ſe dederẽt. Sed cũ Titus ligneas turres ſingulas L. cubitũ in aggerib⁹ collocaſſet:

Titus Ieroſolyma obſidet.

Inſidiæ Iudæorum.

Primi & ſecũdi muri occupatio.

Primus & ſecũdus murus capitur.

collocasset: Iudæi arietum impetũ non amplius prohibuerunt, cũ ex illis ferirentur, ac male tractarentur. Iam vero muro etiã à Nicone (sic enim ipsi Iudæi Romanorum maximã vocabant machinam) labefactato, pleriq; debilitatis animis recesserunt: eodemq; à Romanis occupato, in alterum murum confugerũt. Duro primo XV. diebus capto, secũdus etiam adducta machina oppugnari cęptus: ac turri quadam labefacta alij fugerũt. Castor vero quidam, homo impostor, cum alijs X. suppliciter extẽtis manibus Titum vocat, cui ille fide adhibita, machinæ inctum inhibuit. Castor se descensurũ professus est, ad petendam dexteram. Illi vero X. partim supplicem cũ eo gestum simulabant, partim se numquam Romanis seruituros clamitabant, quare dum tempus teritur, Castor Simonem monet, vt quid facto sit opus deliberet, dum ipse Romanorum impetum inhiberet atque eluderet. Dolo tãdem animaduerso, Romani concitati, maioreque vi machinis impulsis etiam secundum murum, quinto post primum die cæperũt. Titus ingressus, vetuit ne comprehensi cęderentur, ne ve ędes incenderentur, neque etiam magnã partem muri dirui voluit. Malebat enim vrbem sibi, templum vrbi conseruare. Seditiosi vero Romanos vrbem ingressos adorti alij in angiportis, alij ex ædibus, alij ex mænibus feriebant, itaque præsidiarij è turribus desilientes, in castra reuertebantur. Iudæi vero cum ex noticia angiportuũ multos vulnerassent, & Romanos post secundum quoque murum captum fortiter repulsissent, sustulerunt animos: ac fame iam per vrbem serpente, multorum virorum bonorum ex annonæ penuria interitu seditiosi delectabantur, eos solos esse cupientes, qui pacem auersarentur, aliorumque petniciem suam salutem interpretabantur. Romanis vero secundum murum denuo occupare studentibus, triduum restiterũt: quarto die impetum eorum non ferentes, in interiorem transierunt. Titus iterum potitus mænibus, quantum ad Septentrionem spectat, diruit: reliquis partibus præsidio imposito, ad tertium oppugnandum se parauit, & legiones bifariam dispertitus, aggeres excitare cæpit. Ex ijs qui intus erant, seditiosi pertinaciter resistebant: populus vero transfugium spectabat, ac multi sane clam transfugebant. Quod qui in animo habere videbantur, aut vmbram tantum suspicionis prębebant, iugulabantur statim, eorumque bona diripiebantur. Locupletes vero, etiam falso transfugij crimine confecto, statim cędebantur, vt res eorum familiaris prædæ esset. Eam seditiosorum crudelitatem fames augebat. Nam ob cibariorum penuriam in ædes insiliebant, easque perueștigabant: quarum habitatores se habere negantes, si quid reperiebant, excruciabant: si nihil, torquebant, quasi accuratius occultassent: ac vtrum miseri alimoniam haberent, nec ne, è corporibus eorum coniecturam capiebant. Nam quibus adhuc aliquid virium supererat, habere putabantur: quorum vero corpora contabuerant, præteribantur. Si cui vero triticum aut hordeum suppetebat, is eo clausis ædibus vescebatur. Aliqui etiam ob famis violentiam, rude triticum comedebant: ciboșque ex ore infantium matres, liberi parentum, vxores maritorum rapiebant. Et

Castoris impostura.

Tertij muri oppugnatio.

cum ita ederent, tamen ſeditioſos latere non poterant. Sicubi enim clauſam domum aut fumum exilientem conſpexiſſent, id argumentum putabant ædentis familia: perfractiſque foribus, cibos ex ipſis faucibus extrahebant, nulla vllius ætatis miſericordia affecti. Si qui vero cibum iam deglutierant, eos acerbis diriſque ſupplicijs vt inuirios perſequebantur, orbis pudendorum meatus obturantes, & ſudes virgis acutis perforantes. Eaque perferebat aliquis quæ auditu quoque horrenda fuerint, vt ſe vel vnum habere panem confiteretur, aut vnum farinæ pugillum prædonibus daret. Ac quæ tum facta ſunt, ſingulatim commemorari difficulter, ac potius nullomodo queant: ſed illud compendio dici poteſt, neque aliam vrbem talia perpeſſam eſſe, neque Gentẽ vllam ob omni æuo ſceleration em extitiſſe. Dum ita cum Iudæis agitur. Titi aggere: promouebantur, quanuis milites de muris affligerentur. Qui vero ad conquirendum cibum egrediebantur, non plebeij dumtaxat, ſed etiam ex bellicoſis aliquos, rapinis haud contenti, inſidijs excepti à Romanis, poſt omnia cruciatuum genera pro mœnibus in cruces tollebantur. Ea calamitas & ſi Tito miſeranda videbatur cum indies quingeni, aut plures etiam caperentur: tamen nec cuſtodire eos, nec demitti tutum putabat. Simul etiam cæteros, ijs conſpectis facilius deditionem facturos, opinabatur. Verum ſeditioſi trãſfugarum neceſſarijs in muros pertractis, vt tractarentur ij qui ad Romanos confugerent, oſtendebant: tam de hoſtibus quam de ſuis mentiente. Aggeribus abſolutis machinæ producebantur. Iudæi verò eo ſpatio quod inter Antoniam & aggeres interiacet, ſubfo, & cauernis lignis ſuffultis: aggeres penſiles reddiderũt, qui, foſſa materia impleta & iniecto igne fulcris combuſtis, ſubito cedente corruerunt. Romani ea ſolertia obſtupefacti & cõſternati, machinis alibi adductis muros labefactarunt. Sed quidam præcipiti audacia eas omnes exemarunt. Aggeribus collapſis, Romani triſtes fuerunt. Titus vero cum ducibus deliberauit quorum alij aggeres alios excitandos, alij ſine his aſsidendum, & Iudæorũ eruptiones & commeatus importationes obſeruandas cenſebant. Ita enim vrbẽ fame expugnatum iri. Erant etiã qui ſuaderent, vt omnibus copijs adductis, mœnia tentaret: Iudæos enim impetum earum nõ laturos. Titus vero, qui nihil horũ probaret, muro vrbẽ circudare ſtatuit, vt obſeſsis omnem exitũ obſtrueret, eumq; laborẽ inter milites diſtribuit. Qui contentione quadã, diuinoq; impetu concitati, celeriter opus abſoluerunt. Ita clauſa ciuitate primas noctis excubias Titus ipſe obibat, ac luſtrabat, reliquas alijs mãdabat, militibus ſortito dormiẽtibus. Iudæis vero exitu intercluſo, ſpes etiã ſalutis vna eſt intercluſa, fama totas domos atq; familias depaſcente, ac ædes quidẽ mulierũ & puerorũ viribus defectorũ, angi portus ſenib⁹ mortuis referti erãt pueri & adoleſcẽtes tumefacti, ſimulacrorũ inſtar in foris circuibãt: & quo quemq; loco vires deferant, occũbebant, mortuos cognati ſepelire nõ poterãt, & multi interſepeliendũ emoriebãtur. Seditioſi vero etiã famis cladibus ſæuiores, ſepulcha effodiebãt, & ædes ſpoliabãt, ac principio ex ærario mortus ſepeliri iubebant, ob fætorẽ intolerabilẽ: Deinde in valles ex muris præcipitabant:

Titus Ieroſolyma muris circundat.

Multitudo eorum qui fame periẽrũt.

Iudæi aggeres Romanos incendunt.

bant. Quas cũ circuiret Titus, & cadaueribus plenas, è quibus putreſcentibus copioſa manabat ſanies, videret, ingmeuit: ſublatiſq; manibus Deũ teſtatus, id ſua volũtate non fieri, denuo aggeres inſtituit, & ſi materia ęgre à XC. ſtadijs cõportabatur: multis interim è populo transfugiẽtibus, qui partim demortuis ſe deijciebãt, partim ſaxa veluti ad pugnam parati manib⁹ geſtãtes Romanorũ fidei ſe cõmittebant, & tamẽ ſic etiam maiori exparte interibãt, nam famelici ciborum copiã inſatiabiliter ingerentes rumpebantur. Accidit etiam aliud, quod exitiũ transfugis afferebat. Nã eorũ qui dã ad Romanos confugituri, aurũ quod habebant, deglutiebant, ne capti eo ſpoliarẽtur, idq; in caſtris cũ excremẽtis eiectũ colligebant, in quo vno deprehenſo famaq; in caſtris ſparſa transfugas auro plenos venire: miſerorũ ventres diſſecabantur. Qua de cauſa plurimi, vnaq; nocte tria millia & amplius perierunt. Quod ne fieret, & ſi Titus intercedebat: tamen eius minæ parũ aut nihil miſeris cõmodarunt, & cũ in paucis nummi reperirentur, cæteros prædæ ſpes perdebat. Ferunt autem pauperũ qui per portas ciuitatis elati & proiecti ſunt DC. fuiſſe millia: aliorum numerum inexplicabilẽ, frumentiq; medimnũ talento veniſſe. Vrbe autẽ, vt ſupra diximus, à Romanis muro circũdata, cum non amplius herbas colligere liceret, animantium ſtercora vetera inquirentes comedebant.

Antoniæ expugnatio.

Aggere iã Romanis excitato, cũ Antoniæ murus machinis ferretur, ille quidẽ, ſed nullis ictibus euerteretur, milites aliquot clypeis in humeros reiectis, actaq; teſtudine fundamẽtis ſuffuſsis, quatuor ſaxa vectibus amoliti ſunt. Nox prælio vtrinq; diremit: eaq; murus machinis quaſſat⁹ ſubito corruit, ſed alius murus poſt ilium ædificatus, Romanorum lętitiã epoſtrato conceptã in mœrorẽ conuertit. Titus autẽ habita contione militũ animos excitauit, & quidem ex Syria Sabinus, ſcuto in caput elato, dextraq; ſtrictũ enſem tenens, mœnibus ſucceſsit, cuius virtutem XI. alij ſunt æmulati: propugnatores vero iaculis & telis, ſaxiſq; prægrãdibus ſubeũtes propulſantibus, aliquot ex XI. deiecti ſunt. Sabin⁹ vero nõ deſtitit prius, quã muro ſuperato fugaſſet hoſtes. Sed cũ ſaxo impegiſſet, & pronus in eo concidiſſet: Iudęi ad ſonitũ armorum conuerſi, eum ſolum iacentẽ vndiq; petiuerũt. Is vero in genu conſurrexit, ſeq; defendit: donec dextera vulnerum multitudine laxata, telis eſt obxutus. Ecęteris, tres qui iã ad ſummum euaſerant, lapidibus occiſi: octo vulnerati in caſtra ſunt relati. Biduo poſt quidã tacite per ruinas ad Antoniã progrediũtur: & cuſtodibus qui obdormierãt cæſis, tuba cecinerũt. Cæteris autẽ defenſoribus fugientibus, Titus cũ delecta manu ſequẽtibus legionibus aſcẽdit. Iudęis ad tẽplum confugientibus, Titi milites per foſam, quã hoſtes ſubter aggeres excauarãt, irrunt: ibiq; acris pugna ſtrictis gladijs cõmittitur, cadunt vtrunq; multi. Sed Romana acie iã inclinata, Iulianus cẽturio vir fortiſsimus, aſsilit, ac Iudęos victores ſolus in fugã vertit, quos dum fugientes & palãtes perſequitur, in ſolo cõſtrato lapidibus (in calceis enim crebros clauos, vt & cæteri milites, infixos habebat) prolapſus, & à Iudeis circumuẽtus, vndiq; cõuulneratur, ſed & iacens ſe defendit: donec confoſſus interiit, etiã hoſtibus admirabilis. Iudęi Romanos

Sabini fortitudo.

Iuliani fortitudo.

Templi expugnatio.

propulſatos in Antoniã cõcluſerunt. Titus vero ſeditioſos & per Ioſephũ & per ſemetipſum cohortatus, vt nullare molliri vidit, inuitus bellũ repetijt, delectuq; ex optimis habito, ſub noctis horam nonã cuſtodes aggredi iuſsit. Qui cũ vigilarẽt, animaduerſa aggreſſione, clamoribus cæteros quoq; aduocarunt: Ac prælium à nona hora noctis vſq; ad quintã cõmiſſum anceps fuit, victoria in neutrã partẽ inclinãte: itaq; tũ diremptum eſt. Reliqua vero pars Romanoũ VII. diebus Antoniæ fundamẽtis euerſis, latã ad tẽplum viam muniuit. Tũ legiones muro primo appropinquantes, aggeres moliri cæperunt, qui magno cũ labore erigebãtur. Iudæi porticũ quæ à Septẽtrione & occaſu Antoniæ coniungitur, incenſam ad cubitos XX. interrmperũt, ſuis manibus ſacra ædificia vrere aggreſsi. Romani quoq; vicinã porticum incenderũt, flamma vero ad cubitos XV. progreſſa, Iudæi tectum reſequerunt. Seditioſi qui in tẽplo erant, & aperte milites in aggere verſantes ſunt aggreſsi: & dolis eos propulſarunt. Sed fame infinita multitudo perijt: ſuperſtites, hę clades oppreſſerũt, quæ & dictu ſunt horrẽdæ, & auditu incredibiles, quarũ vnã recẽſebo. Mulier quædã trãs Iordanẽ habitans, & genere & opibus haud obſcura, Ieroſolymis, quo confugerat, obſidionẽ tolerabat. Ea ſibi cibos paratos ſæpe ab vrbanis latronibus eripi, iniquo animo ferens, iraq; & fame percita, puerum lactantẽ mactãtũ atq; aſſum, partim vorauit, partim in aliud tempus aſſeruauit. Seditioſi vero nidorem odorati ſtatim adſunt: niſi det quod pararit, mortẽ minãtur. Illa pueri reliquias retegit, quibus latrones viſis, obſtupefacti exhorruerunt: ac trementes

Mulier filiolum infantem deuorat.

A receſſerunt, vix eo cibo matri cõceſſo. Aggeribus iã perfectis, adducuntur arietes: ſed ea erat muri firmitas, vt nihil inde lederetur. Alij fundamẽta ſuffodiebãt, ſed nec ſic quidẽ eſt deiectus. Cæteris igitur deſperatis, ſcalas porticibus admouerunt. Id Iudæi non ante verterunt, ſed cũ ijs qui aſcenderant dimicarunt: neq; parua cędes eſt edita. Titus, qui tẽpli reuerentiã militibus eſſe noxæ cernebat, portas obſtrui iuſsit, & admoueri ignem, B vnde argẽto liquefacto, quo deuinctæ erãt, flamma ligna corripuit, atq; inde ad porticos euaſit. Iudęi circumcirca igne cõſpecto, & animis & corporibus defecerunt. Ac illo die, ſecutaq; nocte ignis graſſatus eſt, ſed in partibus, ne enim omnes porticus ſimul incendere valuerunt. Poſtridie Titus parte copiarum reſtringuere incẽdium iuſſa, viamq; ad portas parere, vt legiones expeditius aſcenderent C VI. præcipuis ducibus aduocatis, de templo deliberauit. Ibi alij cẽſuerunt, belli iure vtendũ, nec vlli rei parcẽdum. Alij monuerunt, ſi Iudæi eo conſcenſo bellarent, cõburendum eſſe: neq; iã templum, ſed caſtellũ habẽdum. Sin minus, cõſeruandum eſſe. Titus vero, & ſi Iudæi eo occupato, repugnarẽt, tamen ſe loco virorum res inanimatas vlturum eſſe negauit: aut tãtum opus crematurum, cuius vaſtatio Romanis damno, conſeruatio ornamento futura eſſet. Ac Titus in animo habuit, poſtridie cũ omnibus copijs impreſsione facta templum occupare, ſed Deus iam olim eius excidiũ decreuerat. Nã cùm Titus ex Antonia videſſet templi exterioris cuſtodes, multitudini & furori excurrentium Iudæorum ceſsiſſe, cum delectis equitibus opem illis tulit, cuius impetu Iudæi reformidato, ſe in templo

Titi deliberatio de templo.

Templi Ierosolymitani conflagratio.

templo interiori concluserunt. Regresso Tito, seditiosi cũ paulis per quieuissent, denuo Romanos inuaserũt: quibus Romani pulsis, vsq; ad tẽplũ penetrarunt, & miles quidã torre correpto, atq; ab alio subleuatus ignẽ per feneſtram auream iniecit. Excitata flamma Iudæi exclamantes, ad defensionem concurrunt. Quo Titus cognito, ad templũ ignis prohibendi causa & ipse approperãs, pugnãtibus & voce & manu significat, vt incendium restinguant. Sed illi nec vocẽ eius ex audiuerunt, nec manus signũ obseruarũt. Legiones quoq; ingressæ, cum templo appropinquarent, Titi mandata se audire dissimulabant: & eos qui præcedebant hortabantur, vt ignem iniicerent. Itaq; seditiosi propulsando hoste fatigati, consilij inopes, passim fugiebant & cædebantur. Titus vero cũ impetũ militum furore quodã irruentium reprimere nõ posset, atq; incẽdiũ augeretur: cũ ducibus Dei sanctuariũ, & quicquid in eo fuit spectauit, & quia flamma nondum introrsum penetrasset, sed ædes quæ in tẽpli circuitu sunt, depascebat, opus illud adhuc conseruari posse ratus, operã dedit, vt milites ad restringendũ incendiũ exhortaretur: & quẽdã fuste cõtumaces cohercere iussit. At illi irancũdia & odio Iudæorũ victi, nec verecundia Titi, nec eius qui prohibebat metu desistebant. Multos etiã rapinæ spes incitabat, interiora pecunijs referta esse æstimantes. Ac iam quidam portæ cardinibus ignẽ iniecerat, vnde cum subito flamma emicuisset, & duces & Titus ipse receſſerunt: neq; quoquã amplius eos qui ignẽ iniicebãt prohibẽte, flamma tẽplum corripuit, siue nefariorum sacrorũ lustratio, siue sacrificulorũ pœna. In quo illud mirati possis, quod conflagratio in eundẽ & mensem & diem incidit, quo prius tẽplum à Babylonijs exustum fuerat. A prima Salomonis substructione vsque ad vastationẽ, quę se cũdo monarchię Vespasiani anno accidit, interceſſerunt anni MCXXX. menses VII. dies XV. Aposteriore, quæ anno II. Cyri cępit, vsq; ad extremũ excidiũ, anni DCXXXIX. dies XLV. Tẽplo ardente, obuia quæque rapta sunt, & qui deprehẽdi potuerũt occisi, neq; vsquam solum præ cadaueribus videri potuit: sed milites per aceruos cæsorum fugientes perse quebantur. Latronum vero multitudo perruptis Romanorũ agminibus in vrbem euasit, reliquiæ popularis turbæ in exteriorẽ porticum confugerunt, ex Sacerdotibus aliquot murum VIII. cubitos latum cõscenderunt, duo insignes in ignẽ insilierunt, & vna cum tẽplo conflagrarunt. Tum Romani vicinis ædificijs, frustra parci existimãtes, ipso templo ardente, omnibus ignẽ iniecerunt: qui etiam Gazaphylacia comprehendit, in quibus infinita pecuniæ multitudo reposita fuit, infinitæ pretiosæ vestes, & alia ornamenta. Ibi enim omnis Iudæorum opulentia in vnum veluti cumulum congesta erat, tanquam intutum ærariũ. Ibi etiam infinita multitudo plebis perijt, pseudo Prophetæ seducta concionibus, qui prædicarat, iubere Deum eos in templum ascendere, signa salutis accepturos. Subornabantur autem multi tales à tyrannis, vt populus minus transfugeret: per quos deceptus, euidentibus portentis tanquam attonitus non mouebatur, quorũ multa acciderunt. Nam supra vrbem astrum stetit gladio simile: cometha per annũ apparuit: & aliquando lux ante bellum noctu

A prima templi constructione per Salamonẽ facta vsque ad eius destructionem, per Romani Vespasiani imperatoris interfuere .1130. anni menses 7. dies quindecim.

In gazophilacio quam plurimæ diuitiæ erant.

aram

arã tam clara per dimidiã horam circũ fulſit, vt dies eſſe videretur. Bos ad ſacrificiũ adducta, agnum peperit. Porta Orientalis ærea, itaq; robuſta, vt à viris viginti vix clauderetur atq; aperiretur, cũ vectes & peſſulos profundiſsimos haberet, noctu vltro patuit, quæ ſe curitatẽ templi ſublatam eſſe declarabat, & facilẽ in id hoſtium ingreſſum. Alio tẽpore viſum eſt ante occaſum ſolis ſpectrum mirabile, currus in ſublimi omnẽ regionẽ peragrantes, & phalãges armatæ huc atque illuc in nubibus ſaltantes. In feſto Pentecoſtes Sacerdotes interius ingreſſi templum, motum & ſonitum ſenſerunt. Deinde vocem audierunt, dicentem: Migremus hinc. Quadriennio ante bellum in tabernaculorum feſto Ieſus quidam homo ruſticus, ad feſtiuitatẽ profectus, exclamauit: Vox ab oriente, & vox ob occidentes, vox à quatuor vẽtis, vox ſuper Ieroſolyma & tẽplum, vox ſuper ſponſos & ſponſas, vox ſuper omnẽ populum. Hæc vociferans, noctu atq; interdiu circuibat vrbem, & quamquam ob voces mali omnis verberaretur, tamẽ eãdem perpetuo cãtilenam canebat. Adductus ad Romanum prouinciæ præſidem, & flagris cæſus, neq; ſupplicauit, neq; lachrymauit: ſed voce lugubriter inflexa, ad ſingulas plagas. Væ vę Ieroſoymis clamauit: donec Albinus (is enim tũ Iudęę procurator erat) hominẽ abſoluit, in ſanire ratus. Ille vero ab eo tẽpore vſque ad bellum, Væ væ Ieroſolymis, lamentabatur: ſed in feſtiuitatibus præcipue triſte illud augurium proclamabat, idque fecit annos ſeptem, & quinque menſes: donec in obſidione in mœnibus obambulans, rurſus Væ vę vrbi & templo & populo, contenta voce clamauit, & vt poſtremo adiecit, Væ etiam mihi, lapide ex baliſta excuſſo ictus occubuit. Romani cum ſeditioſis in vrbem compulſis, templum, & quæ circum templum ſunt arderẽt omnia. Signis in templum illatis. Titum cum fauſtiſsimis acclamationibus Imperatorem deſignarunt. Milites tantum ex rapinis pecunię coaceruarunt, vt in Syria pondus auri dimidio minoris quam olim venderetur. Sacerdotes, qui, vt dictum eſt, murum templi conſcenderant, cum quinque dies ibi exigiſſent, fama confecti deſcenderunt: vtq; ſibi parceretur, ſupplicarunt. Quibus Titus reſpondit. Venię tempore iam prætẽrito, Sacerdotibus cum templo pereundum eſſe: & homines ſupplicijs affici iuſsit. Tyranni qui effugere non poterant. Titum ad colloquium euocant, qui cum veniſſet, eiſque deſperationem obieciſſet, vita ſe illos donaturum promiſit, ſi obiectis armis ſe dederent. Latrones vero ſe dextram ab eo accipere poſſe negarunt, iuraſſe enim ſe id nunquam facturos: ſed petiuerunt, vt cum vxoribus & liberis vrbe excedere liceret. Quamobrem Titus iratus edixit, nequis eorum amplius transfugeret, aut ſpem dextræ haberet, ſe enim parſurum eſſe nemini: pugnarent igitur, ac ſaluti ſuæ pro viribus conſulerent. Milites vrbem incendere ac diripere iuſsit: qui cum incendia vbiq; ſpargerent, latrones ad regiam decurrerunt, in quam ob loci munitionem multi ſuas opes contulerant: ac Romanis in depulſis, & cętu plebi ſibi congregatæ ad VIII. millia & CCCC. omni interfecto, pecuniã diripuerũt. Poſtridie Romani latronibus ex inferiore vrbe profligatis, vſq; ad Siloam omnia incenderũt. Seditioſi

Titus imperator ſalutatur.

ditiosi cum ardere vrbē viderent, hilari vultu se alacres obituros dixerunt, cum se neque Romanis dedere vellent, neq; repugnare possent: sed ante vrbem dispersi, quos transfugere volentes deprehendebant, iugulabant: nequè vllus vrbis erat locus, qui non fame aut seditione peremptos haberet. Tyranos vna spes reliqua subterraneorum meatuum fouebat: quo si confugissent, se non indagatum iri stulta opinione putabant. Nā cum Romani castra mouerent, progredi atquè aufugere ausi, neq; Deum, neq; Romanos latere poterant, & inter se de rapinis bellū gerebant. Cæsar vero cum vrbs superior in pręcipiti sita loco, sine aggeribus capi non posset, copijs opus distribuit. Ijs diebus Idumeorum Principes V. Legatis ad Titum missis, supplices pacem petierūt: qui etiam tyranos, Idumæis auulsis, pertinaciam obiecturos sperans, incolumitatem illis promisit. At Simon eorum Consilio cognito, V. Legatos statim occidit, duces in carcerem compingit. Idumæos obseruari iubet, & mænia præsidijs accuratioribus munit propter transfugas. Sed quanuis multi occiderentur, plures erant qui diffugerent, atquè a Romanis ob cædium satietatem & lucri spem susciperentur. Nam solis plebeijs retentis, cæteros cū vxoribus & liberos minime venbebant, ob mancipiorum multitudinem, & emptorum paucitatē. Eorum qui venditi sunt, multitudo infinita fuit, è plebeijs vltra XL. millia sunt conseruati. Quidam sacerdos nomine Iesus, pacta incolumitate, duo candelabra tradidit, mensam, crateres & phialas, ex solido auro omnia, nec nō aulæa, pontificias vestes, & multa alia vasa. Sacri thesauri custos

Ornamenta sacra tradita Romanis.

A Phinees comprehensus, tunicas & cingula pōtificia, ac plures alias res preciosas demonstrauit. Aggeribus iam confectis, Romani machinas ad muros adduxerunt. At seditiosi partim in arcem recedebant, partim in subterraneis meatibus se abdebāt, multi propugnabant, sed muri parte abrupta, etiā tyrannis metus incessit, vt fugæ consilia agitarent. Cum enim eos quorum fideli opera pridē vsi fuerant, non haberent (nam dispersi

B erant) & hostes in propinquo esse nuntiarentur: in faciem prolapsi, vecordiam suam deplorarūt, atq; vltro è turribus descenderunt, è quibus vi nunquam, sed sola fame depelli potuissent: & in vallem Siloam confugerūt, Deinde comeatus subierunt. Romani mænibus citra sanguinem potiti, deprehensos trucidabant, atque ædes incendebant: sed ante vesperam desierunt. Postridie Titus vrbem in-

C gressus, & munitiones ac turres admiratus: Deo, inquit, iuuante bellum gessimus: Deus fuit, qui Iudæos munitionibus istis expulerit. Cum autem vrbem alibi deleret, & mænia euerteret: eas turres fortunæ suæ monumentum reliquit, qua adiutrice ijs potitus esset, quæ expugnari non possent. Totius belli tempore virorum capta sunt ad nonaginta septē millia, totius obsidionis tempore vndecies centena hominum millia

D perierunt: quorum maior pars eiusdem gentis, sed non eiusdem rationis fuit. Nam è tota prouincia ad festum Azymorum cōgressos, bellum subito oppresserat, & viris plenam vrbem circum vallarat Romani cum ex manifestis alios sustulissent, alios cæpissent, in cauernis delitescentes indagabant, preruptoque solo obuios quosq; trucidarunt, sed & ibi cadauerum vltra duo

Seditiosi munitiones deserunt.

Titus Deo victoriam fert acceptam.

Numerus Iudæorum qui perierunt.

duo millia ſunt reperta: ac ſubeuntibus talis occurrit fætor, vt multi recederent, ſed alij præ auaritia intrabant, mortuorum tumulos calcantes. Nam in ijs cauernis multa ornamenta reperiebantur, multi etiam educebantur & dimittebantur, quos tyranni captiuos tenuerant. Ex ijs patriæ peſtibus, Ioannes cum fratribus incauernis eſuriens, pacem à Romanis ſupplex petijt. Simõ poſtea cõprehenſus eſt, Tito Cæſareæ Philippi degente. Nam cum Ieroſolyma obſideretur, atq; vrbem Romani intraſſent: in ſuperiore eius parte degens Simon, aſſumptis amicorum intimis, vnaquè lapidicidis & ferramentis idoneis, in quandam cauernam ſe demiſit, & vetere foſſa perambulata, terram excauauit, vt cuniculis longe promotis tuto loco emergerent. Sed paulũ progreſsis metallicis, commeatu deſtitutus, candida indutus tunica, & chlamyde purpurea infibulatus, eo in loco è terra emerſit, vbi templũ dudum fuerat. Quem qui viderunt, primum ſtupore correpti ſunt: Deinde propiꝰ acceſſerunt, interrogantes quis eſſet? Simon cum ducem vocari iuſſiſſet: Terentius Ruffus (hũc enim Titus exercitui præfecerat) accerſitus, Simonem, audito eius nomine, in vincula coniectum, Titi iuſſu ad triumphũ aſſeruauit: in quo laqueo enectus eſt, per id forum tractus, vbi de maleficis ſuppliciũ ſumitur. Hic fuit exitus Simonis Giore, Ioannes vero, altera Iudęorum furia, ad perpetuum carcerem eſt damnatus. Captiuorum multitudo partim ad Ægyptia metalla miſſa eſt, partim inſpectaculis vrbium interfecta, ſeu cum feris, ſeu inter ſe ſe dimicando. Simonis ex terra emerſio in cauſa fuit, vt cæterorum etiam ſeditioſorum magna turba in meatibus inueniretur. Vnde etiam templi fundamenta ſunt ſuffoſſa. Neque vero Ieroſolymitani dumtaxat Iudæi diſcrimina ſubierunt, ſed aliarum quoque vrbium incolæ: quæ difficile fuerit recenſeri omnia, vnum tamen exponendũ eſt, quomodo cum Antiochenis Iudæis actum fuerit. Nam multum Iudaicæ gentis pertotum orbem terrarum eſt diſperſum: ſæpe capta eſt, & vbiq; diſsipata, vt iam expoſuimus: maxima tamen pars Syriæ propter vicinitatem eſt immixta: & Antiochia cum ob vrbis amplitudinem, tum propter liberam ibi habitandi facultatem, ab Antiochi ſucceſſoribus impetratam, plures Iudæos inquillinos habuit, quam aliæ ciuitates. Nam Antiochus Epiphanes Ieroſolyma vaſtauit, & templum ſpoliauit. Qui autem ſecuti ſunt Reges, eis conceſſerunt, vt ex æquo cum Græcis participes vrbis eſſent. Itaq; in magnam multitudinem excreuerunt, multis ſubinde Grę cis ad ſuam religionẽ perductis. Cæterum quo tempore bellũ Ieroſolymitanum erupit, & Veſpaſianus in Syria Appuliæ omnibus Iudæorum odio flagrãtibus: tum Iudæus quidam Antiochus, Iudæorum Antiochenorum Principis filius, incontionem Antiochenorum progreſſus, & patrem & cæteros Iudæos accuſauit eos, de incendenda tota vrbe deliberaſſe: & peregrinos quoſdã Iudęos vt eius cõſilij conſcios, tradidit. Plebs Antiochena traditos Iudæos ſtatim exuſsit, ad indigenas quoque Iudæos puniendos concitata. Sed Antiochus popularium ſuorum accuſator, ſe patriã religionem reliquiſſe profeſſus, more Græco immolauit: & populum hortatus eſt, vt cęteros etiam idem

Simonis & Ioannis interitus.

Antiochenorum Iudæorũ ſtrages.

Antiochus Iudæus, Iudæorum hoſtis.

Tabriui Iudæi vt tracta ti ſunt.

idem facere cogeret. Nam ita inſi
diatores deprehenſum iri, ſi reli-
gionem ſuã eierare nollent. Eius
rei cum Antiocheni periculum fe
ciſſent, pauci ceſſerunt: qui Græ-
cum ritum repudiarunt, interfe-
ctiſunt. Idem Antiochus militi-
bus etiam à Romano præſide ac-
ceptis, ſæuum ſe popularibus ſuis
præbuit, ocium diei ſeptimi eos
agere nõ paſſus, eoq; neceſsitatis
redegit, vt Sabbathi ignauia non
Antiochię duntaxat, ſed in alijs
quoq; vrbibus ad tempus abroga-
retur. Neque vero hæc duntaxat
Antiochenis Iudæis acciderunt,
ſed & alia calamitas acceſsit. Ac-
cidit, vt quadratum vrbis forum,
prætoria & tablina cremarentur:
cuius incẽdij idem Antiochus Iu-
dæos criminabatur: & Antioche-
nos iam ante male ſuſpicantes, cõ
tra eos concitauit, vt furioſorum
inſtar omnes cõtra accuſatos rue-
rent, & ægre à quibuſdam reprime
rentur, ſuadentibus, vt cauſam eã
Tito diſceptandam reſeruarent.
Interea quidam re diligenter in-
quiſita, gentem Iudaicam inſontẽ
repererũt: & eius facinoris auctо-
res eſſe homines improbos ob ęris
alieni neceſsitatẽ, ratos, ſi curias
& publicata tablina incendiſſent,
fore neminem à quo appellarẽtur.
Interea Titum Antiochiam profi
ciſcentem, populus Antiochenus
obuiam egreſſus lætis omnibus ex
cipit, mixtis precibus de Iudæis
vrbe pellendis. Is vero tum ea ver
ba placide diſsimulans prætери-
bat. Deinde rurſus Antiochenis
idem acriter flagitantibus: At, in-
quit, patria eorum, quo reuertен-
dũ illis eſſet, euerſa eſt, neque vl-
lus locus eſt quo recipiantur. Hac
poſtulatione fruſtrati, ad aliã cõ
uertuntur, petentes vt ęreæ tabu-
læ, quibus iura Iudaica inſcripta
eran, tollerentur, ſed ne idquidẽ

A Titus conceſsit. Iudęos Antio-
chenos omnia quę prius habue-
rant, tenere paſſus. Inde Alexan-
driam profecturus, cum Ieroſy-
ma prętereiret, miſeratus eſt vrbis
excidium, & defectionis auctores
deteſtatus, vt excidij quoq; vrbis
Antichoæ & felicis auctores, in
cuius ruinis etiam partes ingentis
opulentię reperiebantur: Roma-
nis multa effodientibus, captiuis
plura demonſtrantibus, quę poſſeſ
B ſores ob incertos belli caſus terrę
mandarant. Titus ex Ægypto &
Alexandria in Italiam nauigatu-
rus, captiuorum duces Ioannem
& Simonem, atq; alios ſeptingen-
tos viros proceritate & elegantia
corporum pręſtantes, ſtatim in Ita
liam duci iuſsit, ad explędam triũ
phi pompam. Tito Romam reuer
ſo, Lucius Baſſus prętor in Iudæã
miſſus, caſtello Herodio deditio-
ne capto, omnes eius Prouinciæ
C copias cõtra Macherũtẽ caſtellũ
munitiſsimum parat. Eſt enim in
petroſo tumulo ſitũ, mẽnibus ob-
ſeptum, itaq; natura paratum, vt
nec acceſsus in id pateat, profun-
dis vallibus tãquam foſsis cinctũ.
Neq; vero munitione dũdaxat ſed
& ob regiam, magnitudine & ele-
gantia cõclauium inſignem, admi
randum fuit, & multas ciſternas
iconeis locis adpluuiã aquam ex-
cipiendam habuit. In regia quoq;
D ruta fuit miræ magnitudinis, nul-
la ficu vel altitudine vel craſsitu-
dine inferior, quæ ab Herodis du
raſſe temporibus ferebatur: & lon
giſsimo forſam tẽpore manſiſſet,
niſi à Iudęis, qui locum illum oc-
cuparant, exciſſa fuiſſet. In caſtel-
li valle Septentrionali Baar locus
eſt, qui radicem grgnit eiuſdẽ no-
minis, colore flammeo, veſperi iu
bar quoddam eiaculantem, ſed ca
ptu difficilimam. Refugit enim,
neq; prius conſiſtit, quam vrinam
mulieris,

Lucius Baſſus Iudææ prætor. Herodij caſtelli deditio. Macherũtis expugnatio.

Baar radix.

mulieris, aut ſanguinem menſtrũ effuderis, ac tum eam attingentibus indubia mors imminet, niſi quis eam radicem de manu ſuſpenſam abſtulerit. Capitur etiam alia ratione cibi periculum. Nam vndiq; eam circumfodiunt, vt eius quam minimum terra tegatur. Deinde canẽ ei alligant: qui cum Dominum ſuum comitari cupit, illa facilime euulſa, ſtatim moritur: accipientibus vero eam poſt, nihil eſt periculi. Expetitur autem ob vnam virtutem. Nam quæ dæmonia vocantur, & quoſdam intrant, ſi modo ægrotantibus admoueatur, facile expellit. Id caſtellũ Baſſus ſubigere cupiens, vallem orientalem aggeſta terra explere inſtituit. Iudæi obſeſſi, à peregrinis ſeparati illos in vrbe inferiore manere coegerunt: ſuperius caſtellũ ipſi tenuerũt, ac nihilo ſecius quotidianas eruptiones fecerunt, & cum obuijs congreſsi ſunt, nec ipſorum dum taxat multi perierũt, ſed & Romanos multos in aggeribus laborantes occiderunt. Caſu tamen quodam factum eſt, vt caſtellum ſine aggeribus dederetur. Inter obſeſſos adoleſcẽs fuit Eleazarus, animo confidens & manu ſtrenuus, qui populum ad eruptiones & aggerem prohibendum hortari ſolitus, in prælijs illuſtriſsimus euaſerat, Romaniſq; multas clades intulerat. Aliquando autẽ cum prælio dirempto extra portas cum ijs qui in muro erant colloqueretur Ruffus quidam Romanus miles, genere Ægyptius, ſubito occurrit, & Eleazarum cum ipſis armis ſublatum, celeriter in caſtra Romanorũ transfert. Quem cum dux nudari, & in conſpectu ciuium flagris cædi iuſsiſſet, vniuerſa ciuitas ingemuit. Ea re Baſſus opportune contra hoſtes vſus, crucem defigi iuſsit, quaſi Eleazarum ſtatim in eam vellet tollere. Quo conſpecto, ij qui in caſtello erant, magis doluerunt, maximis ſuſpirijs editis. Eleazarus quoq; eos rogauit, ne ſe ita mori ſinerẽt, & ſuæ ipſorum ſalutis memores, Romanorum viribus & fortunæ cederent: illi & Eleazari verbis fracti, & multorum pro eo deprecantium precibus (erat enim ex magna & populoſa familia) adducti, ad commiſerationem deflexerunt: miſsiſq; legatis caſtelli deditionem promiſerunt, ſi accepto Eleazaro ſaluis diſcedere liceret. Quam conditionem vbi dux acceperat, qui inferiorem vrbem tenebant, audita Iudæorum priuata pactione, fugam nactu capeſſere ſtatuerunt: & cum portas aperuiſſent, ab ijs qui cum Baſſo pepigerant, proditi ſunt, ac fortiſsimi quiq; euaſerunt, intus vero deprehenſi ad mille DCC. ſunt occiſi, mulieres & pueri ſub corona venerunt. Deditis vero Baſſus fidem ſeruauit, ipſis dimiſsis, & Eleazaro reddito. His confectis, ad Iarduum ſaltum properauit, quo multi ex prioribus obſidionibus elapſi ſe contulerant. Eum igitur locum equitibus vndiq; circundat, pedites arbore ſuccidere iubet. Iudæi vero qui illò confugerant, confertim cum clamore in Romanos irruerunt: à quibus cum fortiter excepti eſſent, non parum temporis in pugna tractum eſt, ſed euentus eius aduerſis partibus nõ ex æquo reſpondit. Nam ex Romanis duodecim ceciderunt, pauci vulnerati ſunt, Iudæorum nullus euaſit: & cum non infra tria millia capta eſſent, omnes perierũt. Baſſus & Liberius Maximus procurator à Cæſare omnem Iudæorum terram vẽdere iuſsi ſunt: octingentis dum taxat emeritis Emmauntem caſtellum, triginta ſtadia Ieroſolymis

Eleazarius deditionis. Maberuntis author. Ruffus Aegyptius.

Iardijſaltus expugnatio.

Iudæa vendita.

Iudæorum tributus.

Maſadæ caſteli expugnatio.

mis diſsitum, incolendum tradidit. Et Iudæos vbicunq; degentes, quotanis binas quemq; drachmas in Capitolium inferre iuſsit, quēadmodum prius in templum Ieroſolymitanum conferre conſueuiſſent. Baſſo defuncto, Flauius Sylua prouincia ſuſcepta, Maſadam caſtellum, ſolum adhuc ex ijs quæ defecerant, reliquum, obſidere inſtituit. Tenebatur autē à ſicarijs, quibus vir potens præerat Eleazarus, ex Iudæ poſteritate, qui ſub Cyrenio multis perſuaſerat, ne deſcriptionibus parerent: ac regione ſtatim potitus, ipſum caſtellū muro circundedit, ad fugā intercludendam. Deinde ad oppugnationem conuerſus, & qua peterat aggere excitato (caſtellum enim in alto ſaxo erat ſtructum vallibus infinitæ profunditatis coronatum) machinis adductis muri partem perfregit: ſed alium ſicarij intus ſtruxerant, qui ictibus arietum ceſſurus non eſſet, conſtabat enim ex lignis duplici ſerie inter ſe cōnaxis, in quorum medium terram ingerebant. Quem cum machinarum ictus non modo non perrumperent, ſed ex conceſsione, illa deſidente materia, firmioré rederent: Sylua milites hortatus eſt, vt crebras faces ardentes iaculārē tur. Tum murus lineus igne concepto, magnam flammam edidit, quam Boreas ſpirans principio ſuperne ad Romanos deuoluebat, adeò vt machinas propemodū incenderet. Deinde vehemens Auſter contra exortus, eādem ad murum reiecit. Quo penitus conſumpto, cum Romani poſtridie hoſtes aggreſſuri eſſent, Eleazarus militibus ſuis perſuaſit, vt quiſq; vxoribus & liberis ſuis interfectis, ipſi quoque ſibi manus afferet. Eo conſilio probato, ſimul vxores ſalutarunt, & liberos amplexi ſunt, oſculis eorum cum fletu inhærentes, ſimul chariſsimos ſuos ſuis manibus tanquam alieni peremerunt. Deinde opes vniuerſas congeſtas in ignem coniecerunt, & decem viris ſorte delectis à quibus omnes mactarentur, quiſq; ſuper chariſsimis ſuis occubuit. Deinde vnus cui id ſortè euenerat, nouem ſocijs interfectis luſtratiſque angulis omnibus, ne quis forte viuus relictus eſſet: vt intellexit omnes occiſos eſſe regiam incēdit: & ad acto per totum corpus enſe, prope ſuos occidit. Quanuis autem putaret, neminem viuentem relictum eſſe: tamen anus quædam, & meretricula, & quinque pueri in cauernis abditi, eos latuerant. Interfectorum cum mulieribus & pueris fuere cclx. Romani cum mane impetum in caſtellum facerent, nec vllum hoſtē cernerent, intus autem trāquilla eſſent omnia, & ignis arderet: animi dubij, tandem clamorem ſuſtulerunt, vt aliquem elicerent. Quo clamore mulierculæ è cauernis excitæ, Romanis quid actum eſſet expoſuerunt. Neque vero illi crediderunt, donec regiam ingreſsi, viſis interfectis, generoſam virorum indolē, & mortis contemptum ſunt admirati. Ac ad hūc modum expugnata eſt Maſada.

Alexandrinorum Iudæorū cædes.

Accidit autem vt Alexādrię quoq; in Ægypto multi Iudæi cæderentur. Nam factio ſicariorum eo profuga, multis hoſpitum ſuorum perſuaſerat, vt ſe in libertatem aſſererent. Si qui verò ex Iudæis haud ignobilibus refragarentur, illis occiſis, cæteras ad defectionem hortabantur. Principes verò ſenatus Iudæis ad concionem vocatis, ſicariorum deſperationem arguebant, & populum hortabantur, vt exitium ab illis imminēs cauerēt, ſeque Romanis dederent, paruit multitudo, & in ſicarios impetu

facto ad DC. eorum comprehẽdit, qui verò tum effugerant, non multo poſt capti, reductiq́ue ſunt: & cum omnis generis tormentis excruciarentur, à nullo extorqueri potuit, vt Cæſarem Dominum agnoſcerent, ſed omnes animos neceſsitate ſuperiòres conſeruarunt. In primis tamen puerorum ætas ſpectatores obſtupefecit. Nam ne ab aliorum quidem vllo exprimi potuit, vt Cæſarem Dominum appellarent. Sicariorum deſperationes contagium etiam Cyrenẽ inuaſit. Nam cum Ionathas, vir improbiſsimus, arte textor, eo euaſiſſet, aliquos pauperes ſibi conciliatos in deſertum eduxit, prodigia & ſigna editurum pollicitus. Eam rem Cyrenenſium Iudæorũ proceres, Catyllo Præſidi nuntiarunt: qui militibus miſis Ionathæ coniuratos cõpræhendit, ipſe Ionathas tum quidem effugit, ſed diligenti indagatione captus & præſidem perductus, id cõfecit vt ipſe ſupplicium effugeret & Catyllo iniquorum emolumentorum anſas præberet: Ditiſsimos enim Iudæos eorum facinorum ſibi authores extitiſſe falſo aſſerebat, quas calumnias prę ſes alacriter amplexus, præter eam credulitatem ſicarios eãdem calumniam edocebat: Qui ab illo ſubornati, multos accuſarun. Ac Iudæorum calamitates tum hunc finem habuerunt. Ieroſolymis à Romanis extremũ euerſis. Poſt ſub Ælio Adriano Imperatore per ſeditionem arma contra Romanos cæperunt: ſed tunc quoque victi, attritiq́ue ſunt, multis militibus interfectis, per paucis ſuperſtitibus: id quod ſuo loco referetur.

Cyrenenſium Iudæorum cædes.

Iudæorum cædes ſub Ælio Adriano.

Rabi Samuel Marrochianus, de aduentu Meſſiæ. cap. 8.

EXpaueſco, Domine mi, ſuper his: Quis fuit iſte iuſtus ſine peccato, de quo loquitur Iſaias Propheta: Et quis ſit ille iuſtus venditus pro argento, propter quod dicit Dominus per Amos Prophetam, vbi ſupra, quod in teſtimonium quarti ſceleris non tranſferet eos in terram promiſsionis amplius. Videtur etiam Domine mi, quod completum eſt quod ſcribitur Daniel. 9. cap. vbi dicit: *Poſtquam conſummatæ fuerunt ſexaginta duæ hebdomadæ occidetur Chriſtus, & tunc veniet populus cum principe venturo, & deſtruet ciuitatem, & domum comminuet, & condemnabunt eam, & auferetur ſacrificium, & conſummabitur deſtructio perpetua.* Et non eſt dubium, Domine mi, quin deſtructio deſolationis perpetuæ, ſit captiuitas iſta in qua ſumus, iam ſunt mille anni. Et aperte dicit Deus per Prophetã, quod erit deſolatio perpetua poſt occiſionem Chriſti, ſicut eſt deſolatio noſtra poſtquam Ieſus fuit occiſus, nec cõminatus eſt Deus nobis perpetuam deſolationem, niſi poſt occiſionem Chriſti. Et ſi voluerimus dicere, quod ante mortem Ieſus, fuimus in deſolatione. Adhoc reſpondent nobis Chriſtiani, quod ante mortem illam non fuit deſolatio niſi ſeptuaginta annis, & poſt hoc fuimus reducti in terram promiſsionis, & fuimus apud Deum in gratia & honore. Certe Domine mi, ego non video euaſionem cõtra Prophetiam iſtam, quia de facto iſto probatur nobis, quod poſtquam à reedificatione fuerunt completæ ſeptuaginta duæ hebdomadæ ſupra anno, qui ſunt

Iſai. 51.

Amos. 2.

Daniel. 9.

anni

anni cccc.& xxxiii.tunc fuit Ieſus occiſus à patribus noſtris, & poſtea venit dux, ſcilicet Titus & populus Romanus, & fecerunt nobis ſecundum Prophetiam iſtã, hodie ſunt mille anni & vltra, & nihilominus in ira Dei ſumus, & tamen in ipſo ſperamus. Et ſi dicamus quod Chriſtus venturus eſt, & nondũ venit, & rehabebimus terram promiſsionis, & reædificabimus ciuitatẽ, & habebimus gratiam Dei & honorem in terra noſtra, & iſta deſolatio non perpetua. Reſpondebunt Chriſtiani, quod adhuc ergò manet nobis occiſio Chriſti, & aduentus Titi, & populi Romani, & deſolatio peior iſta in qua iam fuimus per mille annos: Heu Domine non eſt excuſatio nec euaſio conſona.

Hieronymus in Prouerbia Salomonis, cap. 1.

Prouerb. 1. *CVM irruerit ſuper vos repentina calamitas: & interitus quaſi tempeſtas ingruerit.* Obſidionem Ieroſolymorum ſubitam, & expugnationem totius Prouinciæ, quæ à Romanis facta eſt dicit. Quam & ipſe Dominus in Euangelio: *Vidẽs ciuitatem, flenſque ſuper eam,* prædixit: *Quando venerit ſuper nos tribulatio & anguſtia: tunc inuocabunt me, & nõ exaudiam.* Non leguntur Iudæi in illa obſidione Dominum inuocaſſe, ſed tantum armis eſſe confiſi: quanuis deſolationem patriæ ruinamque templi, amariſsima mente conſpexerint. Si qui tamen tũc eum inuocabant: quia hi culpam pro qua ſunt puniti, intelligere, vt vere pæniterent, nolebant, exauditi non ſunt. Vnde recte dicuntur tribulationem cum anguſtia fuiſſe perpeſsi. Tribulationem quę erat in eis quæ foris deprimebantur: anguſtia in eo quod intus à Deo nihil conſolationis inuenerant. At contra ſancti cum exterius opprimuntur aduerſis, ſpe certa ſalutis in corde delectantur: ſcientes ſe ab illo exaudiri clamantes: cuius ſe verbo iubentis audire meminerunt. Hinc etenim Propheta ait: *Cum inuocarem te exaudiſti me Deus iuſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi.* Poteſt autem tota hæc correptio ſapientiæ, de vniuerſis generaliter reprobis accipi: qui in die iudicij clamant ad iudicem diſtrictum, ſibi ianuam regni poſtulantes: nec merentur exaudiri. Nam & hoc quod ſequitur. *Mane conſurgent & non inuenięt me.* Ipſum tempus extremi examinis: quo alij in vitam æternam, alij in opprobrium reſurgent ſempiternum, aperte deſignat. *Eo quod exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint: nec acquieuerint cõſilio meo: & detraxerint vniuerſæ correptioni meæ.* Merito ſalute priuantur, qui principium ſapientiæ, timorem Domini & diſciplinam, non modo non habẽt, ſed & odijs inſequuntur. At ſalutis filius:

Iniquos, inquit, odio habui: & & legem tuam dilexi. Pſalm. 118.

Pſalm. 46.

Reprobi in die iudicij clamabunt & nõ exaudientur.

TEXTVS.

ET ingreſſus in templum, cæpit eijcere vendentes in illo & ementes, dicens illis. Scriptum eſt. Quia domus mea, domus orationis eſt. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronũ. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ſuſpẽſus erat, audiens illum.

Origenes tractat. 15. in Matthæum, cap. 21.

SVpra menſurã dignitatis Chriſti fuerat, ſecundum quod videbatur filius eſſe fabri, vt tanta fiducia vteretur & poteſtate eijciẽs nundinam de templo, qua nec princeps alicuius gentis vtens, facile poterat explicare quod fecit Ieſus & hæc diximus ſecundum ſimplicem intellectum. Secundũ moralem autem talia dicemus, & primum quidem de templo, de quo per Prophetam dixit Deus: *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Ergò ſecundum corporalem circunciſionem carnis, & ſecundum corporales legis feſtiuitates, & ſacrificia, conſequenter & templum Dei exiſtimabatur, quod ex lapidibus inſenſatis erat cõſtructum. Primum quidẽ à Salomone. Deinde reparatum ab Eſdra, poſtea vero poſt Chriſti aduentum à Romanis deſtructum, & illa exiſtimabatur domus eſſe orationis, qua deſtructa neceſſe eſt vt Iudæi quaſi non iam habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium ſpeculationis Dei, nec poſſint ſecundum legem Deo ſeruire. Hoc ergò facto omnia Chriſtus eiecit in myſterio ſpiritualium actuum ſuorũ, & tunc fecit viſibiliter quod ſemper inuiſibiliter agit,

A eijciens vendentes & ementes de templo, & menſas numulariorum euertens, & cathedras vendentium columbas ad correptionem populi, vt non pro mundi feſtiuitatibus in nomine Dei emptionib⁹, & venditionibus vacent in loco non competenti, in quo non debẽt vẽdere nec emere, ſed orationibus vacare, qui congregantur quaſi in domo orationis. Nunc autem ar-

B bitror eſſe templum Dei ex lapidibus viuis conſtructum Eccleſiam Chriſti ſunt, autem multi in ea nõ ſicut decet viuentes ſpiritaliter, ſed ſecundum carnem militant, qui & domum orationis de lapidibus viuis conſtructam faciunt ſpeluncam eſſe latronum: actibus ſuis non Eccleſia Dei dignis, ſed ſpelunca latronum. Qui enim conſiderat in multis Eccleſijs talium Chriſtianorum peccata, qui arbi-

C trantur quæſtum eſſe pietatem & cum deberent de Euangelio viuere, ſecũdum quod viuere decet ſeruos Dei, hoc non faciunt, ſed diuitias & multas poſſeſsiones acquirunt: nonne dicet ſpeluncam latronum factam eſſe ſub illis Eccleſiam, vt recte dicat Chriſtus ad eos, propter diſſipationem Eccleſiæ ſuæ.

Qui ſunt qui Eccleſiã Dei ſpeluncam latronũ faciũt.

Hilarius

Hilarius in Matthæum, Canone, 21.

TEmplum verò introijt, id est, Ecclesiam traditæ à se prædicationis ingressus, à qua primum omnia sacerdotalis ministerij vitia iure potestatis expellit. Reddenda enim ab omnibus gratuita tradiderat, quæ gratuita fuerant consecuti, quia neque enim aliquid per corruptelam sacerdotis aut vendi libertas doni debebat admittere. *Cathedras autem præcipue vendentium columbas euertit.* Quę porrò dignitas est in nundinis colũbarum, aut quod priuilegium in auium istarum commercijs reseruatum est, vt vendentes eas honorem sibi arrogent cathedrarum? Sed in omni loco admonemur altius verborum virtutes in istiusmodi significantibus contuendas. In columba, secundum Prophetiæ exempla, sanctum Spiritum intelligimus, in cathedris sacerdotum sedes est. Ergò eorum qui sancti Spiritus donum venale habent, cathedras euertit, quibus ministerium à Deo commissum, negociatio est, admonitionis eius commemorans authoritatem, quæ in Prophetа teneatur. Scriptum est enim: *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.* Sed neque emere Iudæos in Synagoga, neque vendere Spiritum sanctum posse existimandum est. Non enim habebant, vt vendere possent, neque erat quod emere quis posset, sed præfiguratio futurorum dictis præsentibus continetur, Ecclesiæ vitia in ipso aduentu Domini claritatis esse purganda.

Matth. 21.

Per columbã Spiritus ſanctus intelligitur.

Cathedra ſedes eſt Sacerdotis.

Chryſostomus homil. 38. in cap. 21. Matthæi, tomo. 7.

ET *eijciebat vendentes & ementes de templo.* Significans, quia homo mercator vix aut nunquam potest Deo placere. Et ideò nullus Christianus debet esse mercator: aut si voluerit esse, proijciatur de Ecclesia Dei, dicente Propheta: *Quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini.* Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volẽs, & se commẽdare, sine maliloquio non potest esse. Necesse est enim vt & iste male loquatur de illo, & ille male loquatur de isto: sic qui emit & vendit sine mẽdacio & periurio esse non potest, necesse est enim, vt negociatoribus hic iuret, quia non tantum valet res, quantũ comparat eam, & ille iuret, quia plus valet res, quam vendit. Sed est nec stabilis substantia eorum. talium enim substantia aut ipsis viuentibus peritura est, aut à malis hæredibus dissipanda est, aut ad extraneos, & inimicos hæreditas ipsorum ventura est. Non potest ad bonum proficere, quod congregatur de malo. Quemadmodum si triticum, aut aliquam bladi speciẽ cernas in cribro, dum huc, illucq; iactas eum, grana omnia paulatim deorsum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, nisi stercus solum: sic & substantia negotiatorum, dum vadunt, & veniunt inter emptionem & venditionem, minuitur, & in nouissimo nihil illis remanet, nisi solum peccatum. Ergo ostende nobis quis est negociator? Omnes enim homines videntur negociatores. Ecce qui arat, comparat boues vt segetes & spicas vendat: & qui operatur lignum, comparat lignum, vt vten-

Matth. 21. *Mercator vix aut nunquam potest Deo placere.*

Pſalm. 70.

Nõ potest ad bonum proficere quod cõgregatur de malo.

ſilia vendat:& linteonarius comparat linteamina,vt vendat & oſtẽdat: & fænerator mutuat pecuniã, vt tollat vſuras. Et quomodo anti qui Iudæi & Apoſtoli artificia laudauerũt? Quia magis ſunt ſine peccato. Sicut & Paulus fuit futor tabernaculorum, & ipſe mandat, dicens: *Curent & noſtris bonis operibus præeſſe.* Et Apoſtoli quidem, ſicut legimus,piſcatores fuerunt. Ego oſtendam qui non eſt negociator, vt qui ſecundũ regulam iſtam non fuerit, intelligas omnes negociatores eſſe: id eſt, quicunque rem comparat, non vt ipſam rem integram & immaculatam vendat, ſed vt opus faciat ex ea, ille non eſt negociator: quia qui materiam operandi ſibi comparat vnde faciat opus, ille non rem ipſam vendit, ſed magis artificium ſuum, id eſt, qui rem vendit, cuius æſtimatio non eſt vt in ea ipſa re, ſed in artificio operis, illa non eſt mercatio. Vt puta, faber comparat ferrum, & facit ferramentum, ſed ferramentum illud non tantum habet ferri, quantum valet, ſed ſecũdum opus ferramenti appreciatur. Qui autem comparat rem, vt illam ipſam integram & immutatam dãdo lucretur, ille eſt mercator, qui de templo Dei eijcitur. Vnde ſuper omnes mercatores plus maledictus eſt vſurarius. Si enim qui rem comparatam vendit, mercator eſt & maledictus: quanto magis maledictus erit, qui non comparatam pecuniam, ſed à Deo donatam ſibi dat ad vſuram? Secundo, quia mercator dat rem, vt iã illam non repetat: iſte autem poſtquam fænerauerit, & ſua iterum repetit, & aliena tollit cum ſuis. Adhuc dicit aliquis: Qui agrum locat, vt agrariam recipiat, aut domum, vt penſiones recipiat, nõ eſt ſimilis ei qui pecuniam dat ad vſuram? Abſit. Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem vſum diſpoſita eſt, ſicut ager, vel domus: ſed ad precium emendi vel vendendi. Secundo, quoniam qui agrum habet, arat eum, & fructum accipit ex eo: ſimiliter & qui domum habet, vſum manſionis capit ex ea. Ideò qui locat agrum, vel domum, vſum dare videtur, & pecuniam accipere, & quodammodo quaſi commutare videtur lucrum cum lucro: pecuniam autem ſi repoſitam in ſacculo tineas apud te, nullum uſum capis ex ea. Tertio, ager vel domus vtendo veteraſcit, pecunia autem cum fuerit mutuata, nec minuitur, nec veteraſcit. *Et menſas numulariorum ſubuertit.* Pecunia ſpiritualiter homines intelliguntur: quia ſicut numus habet charagma Cæſaris, ſic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum ſolidus qui non habet charagma Cæſaris reprobus eſt: ita & homo qui non oſtendit in ſe imaginem Dei, reprobus eſtimatur. Vnde & Iſaias dicebat ad Ieruſalem. *Pecunia tua reproba eſt, caupones tui miſcẽt vinum aqua, &c.* Ideò ergo mẽſas nummulariorum euertit, ſignificans quia in templo Dei non debent eſſe nummi, niſi ſpirituales, id eſt, qui Dei imaginem habent: & non illi nummi, id eſt, non illi homines, qui terreni regis imaginem portant, id eſt, Diaboli. Nã ſicut homo bonus in ſe imaginem Dei oſtendit: ſic & homo malus imaginem Diaboli habet. Aut certe menſas ſpiritualiter dicit ſcripturas numulariorum, id eſt ſacerdotum. Vere enim ſacerdotum illorum ſcripturæ euerſæ ſunt, vt iam nemo eorum paſcatur in eis, ſuccedente nouo teſtamento priori. *Et cathedras vendentium columbas euertit.* Loquens & ſi non ſermone, tamen ipſo facto.

Vſurarius maledictus eſt.

Vſurarius mercatore peior.

Homines ſpirituales per pecuniam intelliguntur.

Sicut bonus habet in ſe imaginẽ Dei ita & malus imaginem diaboli.

Quid

Quid faciunt in templo multæ co lumbæ venales, ex quo vna colum ba gratuita deſcendit in templum corporis mei? id eſt, Spiritus ſanctus repleuit Eccleſiam meam. Nõ enim in ſacrificio colũbarum poſt modum placiturum eſt Deo templum, id eſt, Eccleſia, ſed in Spiritu ſancto. Dixi enim nobis per Prophetam: *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum iumenta in montibus & boues, cognoui omnia volatilia cæli.* Immola Deo ſacrificium laudis, quia non hoſtias volo, ſed corda: non ſacrificia, ſed fidem. Item dixi vobis per eundem Prophetam: *Afferte Domino gloriam, & honorem, &c.*

Pſalm. 49.

Haymonius in expoſitione huius Euangelij.

Matth. 21.

ET ingreſſus templum cæpit eijcere ementes & vendẽtes de illo. Quod Dominus poſt prædictam ruinam perfidæ ciuitatis in templum ingreſſus eſt, ſignat, vt, quando terrena exercere deſiſtimus, ad locum religionis pergamus. Sicut enim in ciuitate pulchrius eſt omnibus ædificijs templum Domini, ita & in plebe fidelium, vita religioſorum. Iuxta alium Euangeliſtam: *Vendebantur ibi oues, & boues, & colũbæ.* Per boues ſancti Doctores deſignantur, qui vomere diuini verbi corda auditorum irrigant. Boues autem vendunt, qui propter prædicationem munera accipiunt. Per oues poſſumus intelligere ſanctos innocentes. Ouis enim mitiſſimum, & innocentiſsimum eſt animal. Oues autem vendunt, qui ideò ſimplicitatem cuſtodiunt, vt laudes ab hominibus acquirant. Per columbas poſſumus intelligere Spititum ſanctum, qui in ſpecie columbæ ſuper Dominũ aparuit. Columbas autem vendũt, qui propter manus impoſitionem munera accipiunt. Vendentes autem & ementes ſunt hi, qui etiam hoc, quod illis debetur, non niſi precio largiuntur. Canones ſymoniacã hæreſim damnant. Simon pecuniã dare voluit Petro, & Ioanni pro Spiritu ſancto, dicens: *Date mihi poteſtatem vt cuicunque manus impoſuero accipiat Spiritum ſanctum.* Cui dictum eſt à Petro: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem*, id eſt, ad perditionem tibi proueniat. Si ergo Simõ, qui dare voluit pecũniam pro accipiendo Spiritu ſanto, & non dedit, damnationem euadere nõ potuit, quid illi facient, qui dant, & accipiunt, & mediatores fiunt? Certe damnabũtur. Scriptum eſt, *Quia domus mea domus orationis eſt.* Domus Dei ſancta Eccleſia eſt, ſicut ſupra diximus. Sicut ergò domus Dei in ciuitate alijs domibus eminet, ita & in plebe fidelium vita religioſorum præcellere debet. *Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Domus ergo Dei ſpelunca latronum eſt, quia mens fidelium hoc hõdie certat in cogitatione, vnde valeat proximis nocere. *Et erat quotidie docens in templo.* Quotidie docet Dominus in templo, quando Euangelium recitatur in ſancta Eccleſia. Quãdo ergo Deus ſpiritualiter ſugerit in cordibus noſtris, quid vitandum, quid vel agendum ſit, vt relinquamus mala, & ſectemur virtutes, quotidie veritas in templo docetur. Sed tũc veraciter docemur, cũ in omnibus actibus noſtris diẽ nouiſsimum cogitamus, iuxta Salomonis vocem, qui dicit: *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Inſiſtamus igitur præceptis, & mãdatis Dei, & opere impleamus, vt aduenientе die mortis noſtræ, vel die iudicij, conſortes regni cælorum effici mereamur.

Ioann. 2.

Ioann. 2.

Sancti innocẽtes per oues intelliguntur

Actor. 8.

Eccleſ. 7.

Euſebius Epiſcopus Emiſſen. ſuper expoſitionem ſuperioris Euangelij.

ET ingreſſus templum, cæpit eijcere vendentes in illo & ementes. Vnde & Matthæus ait: *Et intrauit Ieſus in templum Dei, & eiecit omnes vendentes & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.* Audite hæc ſymoniaci, audite nefandi negotiatores, aut ceſſate à negotijs, aut exite de templo. Non enim vnum vel duos, ſed indifferenter omnes & vendẽtes, & ementes Dominus tẽpli eiecit de templo. Ipſe & menſas nummulariorum, & cathedras vendẽtium columbas euertit. Vos nummularij eſtis, vos columbas venditis, vos ſine nummo, & pretio nihil agitis. Columbas enim vendunt, quicunque vel Eccleſias, vel ſancti Spiritus gratias pretio largiuntur. Horum autem cathedras Dominus euertit, vt per hoc eos non eſſe Epiſcopos intelligamus. Et dicit eis: *Scriptum eſt quod domus mea, domus orationis eſt, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.* Latrones enim vos eſtis, quia per oſtium non intraſtis. *Qui enim non intrat per oſtium in ouile ouium, fur eſt & latro.* Oſtium enim Chriſtus eſt, qui, quoniam per eum non intraſtis, veſtras cathedras euertit. Per hoc enim oſtium illi ſoli intrant, qui ſecundum canonum inſtituta Epiſcopi conſtituuntur. Exite igitur de domo orationis: quæ, quoniam vos in ea habitatis, facta eſt ſpelunca latronum. Nuſquam alibi corporaliter Dominus reſtitiſſe, alios impuliſſe, vel eieciſſe narratur. Si igitur eum in hoc quoque imitari velimus, ſi aliter non poſſumus, violenter ſymoniacos ab Eccleſia pellere debemus, ſi tamen vires ſuppetunt, quibus hoc ſine Eccleſiæ detrimento facere valeamus.

(?)

Pro ſymoniacis & vſurarijs.

Ioann. 10.

Symoniaci ab Eccleſia expellendi ſunt.

DOMI-



(?)

DOMINICA DECIMA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Lucæ. 18.

TEXTVS.

DIXIT Ieſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant, tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam: Duo homines aſcendebant in templũ vt orarent: vnus Phariſæus, & alter Publicanus.

Sanctus Titius Epiſcopus Boſphorum.

DIXIT autem ad quoſdam, qui in ſe confidebant, &c. Per parabolam de Publicano & Phariſeo, qui vnus ex eorum numero erat, qui in ſe confidebant, tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, benignus Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus nos docet, qua ratione hominem orare oporteat, ne orando fruſtraneam operã ſumat, hoc eſt, ne per ea, per quæ rem ſe facturum exiſtimabat, cum contra ſe concitet, à quo omnia cæleſtia chariſmata, tanquam à fonte dimanant. Scriptum eſt enim: *Eſt iuſtus, qui in iuſtitia ſua perit.* Eccleſ. 7. Nam & Phariſæus quoque hoc loco ea de cauſa condemnatur, quod orationem inſtituiſſet nimis inſulſam, nimiſque inſciam, & imprudentem. Multa enim errata ex illa, contra illum depromi poſſunt. Nec enim ipſe tantum ſeipſum admirabatur, id quod ſtultorum proprium eſt: ſed multos præterea vna cum ipſo Publicano condemnabat, ſcelerumque reos prænũciabat. At vero Publicanus ab ipſo condemnatus, ne oculos quidem ad cælum tollere audebat: verum omni propemodum animi fiducia deſtitutus: conſcientiæque ſtimulis grauiter agitatus (vt qui Dei leges nullo ferè loco ſeſe habuiſſe non ignoraret) vel in diuinum ſolum cõſpectum prodire nefas ducebat. Suum igitur pectus tundens, queq; admiſerat delicta humiliter confitẽs, & animi morbum Deo tanquã medico pãdens admiſericordiã illũ prouocabat, & inclinabat. Quãobrem, vt iuſtus iudex teſtatur: *Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo.* Hęc itaque audientes, prudẽ-

ter virtutum ſtudia exerceamus. Nemo autem harum rerum cauſa in ſuperbiam, & factum efferatur. Quin ea potius mente recolat, quę Chriſtus Dominus ſanctis Apoſtolis alicubi prædicat, *cum*, inquit, *Omnia feceritis, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus*, & ante hunc locum: *Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.* At ſtupore, inquis, & admiratione dignum eſt, quomodo Phariſæus, dum grandia quædam de ſe iactat, impegerit: Iob verò, qui multo plura, multoque maiora, de ſe deprõpſerat, laudem promeruerit? Audi breuiter. Phariſæus nemine prorſus inſtigante, vel irritante, magna de ſe fundens, vniuerſoque terrarum orbi ſeſe anteponens, merito offendit, vt qui ſuperbiæ morbo ſeſe laborare manifeſtis argumẽtis prodiderit: Iob verò, quouſque probabatur, ſuas virtutes & prærrogatiuas omninò occultas habebat. At verò cum iniuſtè accuſabatur, ea coactus in medium attulit, quæ ad depellenda crimina falſo ipſi impoſita, facere videbantur. Quod ergò celebris Iob fecit, hoc ab omni noxa alienum fuit, tota nimirum culpa penes illos reſidente, qui inique illum accuſauerunt. Hæc Peluſiota.

Luc. 17.

Luc. 14.

Iſidorus Peluſiotes.

Venerabilis Beda Presbyter in eadem Euangel. expoſitione.

Ex commẽt. in Lucam.

DIxit autem & ad quoſdã qui in ſe confidebant tanquã iuſti, &c. Quia parabolã Dominus, qua ſemper orare, & non deficere docebat, ita concluſit vt diceret veniẽte iudice, difficile fidem in terra reperiendam, ne quis ſibi fortè de-

A ſuperuacua fidei cognitione vel etiam confeſsione blandiretur, mox altera iuncta parabola diligẽtius oſtendit à Deo fidei non verba examinanda, ſed opera. Inter quæ nimirum opera, maximè regnat humilitas. Vnde & ſupra cum fidem grano ſinapis minuto quidẽ, ſed ex contrictione flagranti compararet, quaſi exponendo ſubiunxit: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus.*

Operã nõ verba examinanda,

Humilitas neceſsitas.

B Cui contra ſuperbi cum nequaquã omnia, ſed modicum quid eorum, quæ præcepta ſunt, faciant, non ſolum mox de ſua iuſtitia præſumunt, ſed & infirmos quoſque deſpiciunt, atque ideò quaſi fide vacui cum orauerint non exaudiuntur. *Duo homines aſcenderunt in templum vt orarent*, &c. Publicanus humiliter orans, ad illam præfatæ viduæ, hoc eſt, Eccleſiæ membra pertinet, de quibus ſupra dicitur. *Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe*: Phariſæus

Publicanus ad Eccleſiam pertinebat.

C autem merita iactans, ad ea, de quibus terribilis in concluſione ſententia ſubditur: *Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat, &c.* Quatuor ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur, cum bonum à ſemetipſis habere ſe æſtimant, aut ſi ſibi datum deſuper credunt, pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis putãt, aut certe cum iactant ſe habere,

Phariſæus.

In quatuor rebus Phariſæi arrogãtia oſtenditur.

D quod non habent, aut, deſpectis cæteris, ſingulariter videri appetunt habere, quod habent. Qua Phariſæus iſte iactantiæ peſte laboraſſe deprehenditur qui idcirco de templo abſque iuſtificatione deſcendit, quia bonorum operum merita ſibi quaſi ſingulariter tribuens, oranti Publicano ſe prętulit. *Ieiuno bis in Sabbato*, &c. Ezechiel Propheta de oſtenſis ſibi cæli

Arrogãtium ſuperborum ſpecies quatuor.

Ezechie. 8.

cæli animalibus ſcribit. Et totum corpus plenum oculis, in circuitu ipſorum quatuor. Corpora quippe animalium idcirco plena oculis deſcribuntur, quia ſanctorum actio ab omni parte circunſpecta eſt, bona deſiderabiliter prouidẽs, mala ſolerter cauens. Sed nos ſæpe, dum alijs rebus intendimus, fit vt alia negligamus. Et vbi neglegimus, ibi proculdubio oculũ non habemus. Nam ecce Phariſæus ad exhibendam abſtinentiã, ad impendendam miſericordiam, ad referendas Deo gratias oculũ habuerat, ſed ad humilitatis cuſtodiam non habebat. Et quid prodeſt quod contra hoſtium inſidias pene tota ciuitas caute cuſtoditur, ſi vnum foramen apertum relinquitur, vnde ab hoſtibus intretur. *Et Publicanus à longo ſtans, &c.* Quantam veniæ fiduciã digne pænitentibus præbet, quod Publicanus, qui reatum ſuæ nequitiæ perfecte cognouit, fleuit, confeſſus eſt, & ſi iniuſtus ad templum venit, iuſtificatus, à templo rediit. Typice autem Phariſæus Iudæorum eſt populus, qui ex iuſtificationibus legis extollit merita ſua, Publicanus vero gentilis eſt, qui longe à Deo poſitus confitetur peccata ſua. Quorum vnus ſuperbiendo receſſit humiliatus, alter lamentando appropinquare meruit exaltatus. *Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, &c.* Et de vtroque populo præfato, & de omni ſuperbo, vel humili recte poteſt intelligi, ſicut & illud, quod alibi legimus: Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur. Quapropter & de verbis elati Phariſei, quibus humiliari meruit, poſſumus ex diuerſo formam humilitatis, qua ſublimemur, aſſumere: vt ſicut ille conſideratis & peiorum vitijs, & ſuis virtutibus eſt elatus ad ruinam, ita nos non noſtra ſolum pigritia, ſed & meliorum virtutibus inſpectis, humiliemur ad gloriam, quatenus vnuſquiſque noſtrum hæc apud ſe ſupplex, ac ſummiſſus obſecret: Deus omnipotẽs, miſerere ſupplici tuo, quia non ſum ſicut innumeri ſerui tui, contemptu ſeculi ſublimes, iuſtitię merito glorioſi, caſtitatis laude angelici, velut etiam multi illorum, qui poſt flagitia publica pænitendo tibi meruerunt eſſe deuoti. Qui etiã ſi quid boni tua gratia largiente feci, quo fine hoc faciam quãue à te diſtrictione penſetur ignoro.

Phariſæi cæcitas.

Publicani iuſtificatio.

Phariſæus Iudæorum populus, Publicanus vero Gentilis.

Humiliãs ſe exaltabitur.

Oratio cõtrà iactantiam.

Bernardus de verbis Domini: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, ſem. 3.

SI conſideramus diligenter, fratres gradus hominum quatuor inueniemus, dico autem ſummam fœlicitatem in cælo ad quam ſuſpiramus, mediam fælicitatem in Paradiſo vnde cecidimus, itemque mediam infælicitatem in hoc mũdo pro qua gemimus, & in inferno extremam infælicitatem, quã merito formidamus. Breuius tamen dicere poſſum, vitam, & vmbram vitæ, vmbram mortis & mortem. Itaque nec in ſummo, nec in imo poſiti, timemus deſcendere, aſcendere cupimus, eo magis anxij, quo videmur viciniores infimis, quam ſupremis, & ecce dicitur nobis: *Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur.* Quidnam ſibi vult cancellata hæc connectio exaltationis & humiliationis? Ita ne parum eſt Domine, quod in veritate humiliaſti nos: quia adhuc exigis, vt apponat homo humiliare ſeipſum? Et quidẽ reſtat adhuc quo poſsimus humiliari: ſed qui illo ceciderit, iã non

Quatuor hominum gradus ſunt.

non adijciet vt resurgat? qui humiliatus fuerit vsque illuc, frustra speret exaltationem: siquidem *humiliasti nos in loco afflictionis, & operuit nos vmbra mortis.* Vsque adeò vita nostra inferno appropinquauit, quo nos humiliauimus vltra. *Quæ vtilitas in sanguine nostro, si descenderimus in corruptionem?* Sane nihil aliud infra nos est, quam irreparabilis illa corruptio: post vmbram mortis non restat nisi mors, post locum afflictionis, solus superest locus mortis. *Qui se*, inquit, *humiliat, exaltabitur.* Si dixisset. Qui humiliatus fuerit exaltabitur, exultassem vtique, tanquam certissime humiliatus, & vehementer. Nunc verò cum dicat: *Qui se humiliat exaltabitur*: angustiæ mihi sunt vndique, nec ignoro quid eligam, sed quid agam. Exaltari cupio, quia summopere id necessarium, Siquidem neque hic manentem habeo ciuitatem, nec bonum esset hic manere, etiam si liceret. Porro inferius adhuc ire, perire est. Iam enim locum teneo inferiorem, & qui solum habeat intra se infimum, hoc est, infernum, si me illuc humiliauero, non est spes exaltationis: si me non humiliauero, identidem desperatio est exaltationis, quia qui se humiliauerit exaltabitur, & his tantum. Si hoc ergò, mors mihi est: si autem non egero, & ab exaltatione repulsus, nec sic effugiam manus mortis. Sed si hoc difficile patet, saltem quod præmissum est consideremus: *Omnis qui se exaltat, ait, humiliabitur.* Quem enim veritas humiliat, ipse quomodo se exaltat? Neque hic dicimus, quo, sed quomodo: quia non locus videtur deesse, sed virtus. Non, inquam, deest homini quo exaltare se possit, sed deest omninò qui possit. Est quidem voluntas multa, sed nulla facultas. Nempe velint nolint homines, communis totius Adæ, totius humani generis vox est: *In veritate tua humiliasti me.* Psalm. 114. Quisquis autem in veritate humiliatur, veraciter humiliatur, nec nisi falaciter exaltatur: Quid autem falso exaltari, nisi vero non exaltari? Gratias ei: quia non dixit: Omnis qui se exaltauerit exaltabitur. Quomodo enim conaremur in vanum exaltari, si id arbitremur, quando ne ipsa quidem nunc desperatio proficiendi appetitum cohibet exaltandi? Et forte hoc est quod ait: *Qui se exaltat humiliabitur*: Nec pertinet ad effectum, qui nullus est: sed affectum, qui stultus est. Aliqui sunt humilitati sed non sunt humiles. Quantos enim videmus humiliatos, sed non humiles: percussos, sed non dolentes: curatos quidem à Domino, sed ne ipsa curatione sanatos. Hi sunt, qui sub sentibus esse delitias computant, dissimulantes peccata quę actitant, lubricum in quo titubant, tenebras quibus caligant, laqueos inter quos ambulant, locum afflictionis quem inhabitãt, corpus mortis quod gestant, iugũ graue quod tolerant, grauiorem conscientiam, quam occultãt, grauissimam sententiam quam expectant. Talis ille erat, cui Ioannes in Apocalypsi scribere videbatur: *Dicis, quia diues sum, & nullius egeo, & nescis quia tu es pauper & miser, & miserabilis, & cæcus, & nudus.* Apoc. 3. Nec mirum si sit vana & mendax exaltatio filiorum hominum: siquidem vani sunt & mendaces. Humiliat eos veritas, exaltat vanitas. Et dilexerunt magis tenebras quam lucem amplectentes exaltantem se vanitatem, & quærentes mendacium. Porrò contra veritatem quæ se humiliat, votis & studijs quib⁹ possunt, dissimulationibus & conationibus friuolis recalci-

calcitrantes. Fecimus ne aliquid? Puto, quia inuenimus etiam quomodo humiliat homo ſeipſum. Dico autem vt adhæreat humilianti ſeueritati, ne diſsimulet, ſed cooperetur ei deuoto pietatis affectu. Proinde cauebo deinceps quam ſolicite potero duritiam cordis, ſentiam & plangam dolorem meum, ne ſi fortè inſenſibile fuerit, ſit etiam inſanabile vulnus meum. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius*, ne veniat anima mea in cõſortio eorum, de quibus veritas ait: *Percuſſit eos, & non doluerunt.* Et item: *Curabimus Babylonem, & non eſt ſanata.* Grauis curatio humiliatio hæc: ſed grauior morbus ſuperbia eſt, quæ vtinam ſic curetur, vt ſanetur hac cura. Conſentiam vtique aduerſario meo, acquieſcam iudici meo, cedam denique vrgente aculeo, ne bis pungar. Tale enim reor eſſe quod Dominus ait: *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur.* Ac ſic dicat: Quiſquis contra ſtimulum recalcitrat, duplò pungentur: parcetur autem ei, qui ſenſerit & dederit locum iræ.

Ierem. Lament. cap. 3.

Ierem. 51.

Ierem. 51.

Bernardus de Aduentu Domini, ſerm. 4.

Miſeria noſtra humiliter Deo oſtendenda eſt.

PRopterea dico vobis chariſſimi: vtile eſt abſcondere magis, quam oſtendere, ſiquid habemus boni ſicut & mendici, cum eleemoſynam petunt, non precioſas veſtes oſtendunt, ſed ſeminuda membra, aut vlcera ſi habuerint: vt citiùs ad miſericordiam videntis animus inclinetur. Quam regulam Publicanus ille ſeruauit multo melius Phariſæo: *Et ideò deſcendit iuſtificatus ab illo*, id eſt, præ illo.

TEXTVS.

ET Publicanus à longe ſtans, nolebat, nec oculos ad cælũ leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.

Auguſtinus in Pſalm. 110.

Diuina magneficentia, iuſtificatio peccatoris eſt.

CONfeſsio & magnificentia opus eius. Quid magnificẽtius quã iuſtificare impium? Sed opus fortaſſe hominis præuenit iſtam magnificentiam Dei, vt cum fuerit peccata confeſſus, iuſtificari mereatur. Deſcendit enim de templo iuſtificatus Publicanus, magis quam ille Phariſæus, quia ne *oculos ad cælum audebat leuare, ſed percutiebat pectus ſuum dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.* Hæc eſt magnificentia Domini: iuſtificatio peccatoris, quoniam *qui ſe humiliat, exaltabitur: & qui ſe exaltat humiliabitur.* Hæc eſt enim magnificentia Domini, quoniam *vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia.* Sed fortaſſe ex operibus. Non, inquit, ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto in operibus bonis. Iuſtitiam enim homo non operatur, niſi iuſtificatus: credens autem in eũ qui iuſtificat impium, à fide incipit, vt bona opera

Ephes. 2.

non

non præcedentia quod meruit, ſed conſequentia quod accepit oſtendant. Vnde ergò illa confeſsio? Nondum quidem opus eſt iuſtitiæ, ſed delicti improbatio. Sed quomodo ſe habeat, nec in ipſa de te homo glorieris, vt qui gloriatur, in Domino glorietur. *Quid autem habes quod non accepiſti?* Non ergò ſola magnificentia qua iuſtificatur impius, ſed & cõfeſsio & magnificentia opus eius.

2.Cor.10.

1.Cor.4.

Chryſoſtomus homilia 4. de Pœnitentia.

Pſalm.50.

SACRIFICIVM Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Nihil enim Deo tum gratum, tam amabile eſt, quam mitis anima manſueta, gratiaſque habens. Aduerte igitur & tu ſi quid minus moleſtũ incidens videris, impedimentoque tibi paratum, nequaquam ad homines confugeris, aut ad humanum proſpexeris auxilium: ſed vniuerſos tranſiens, ad animarum medicamentum illud euola. Cor enim curare ſolus poteſt, qui finxit ſingillatim corda noſtra, & intelligit ſemper omnia opera noſtra. Ipſe ergò noſtram ſubire conſcientiam, mentem tangere poteſt, animam flectere. Si verò ille minus inclinauerit corda noſtra, ſuperfluum erit atque inutile quidquid ab hominibus exigetur. Quẽadmodum etiam Deo exortante & conſolante nos, quanuis mille hominum moleſtauerint, haud in re ſana vel in minima offendere potuerunt. Nam cum ille in ſolido cor poſuerit, nemo id vel moueri coegerit. Hæc igitur ſcientes ad Deum ſemper confugiamus, & volentem & potentem noſtras moleſtias ſoluere. Atque homines ſi quando exorare oportet, & ianitoribus prius occurrere conuenit, paraſitiſque, hiſtrionibuſque ſuadere, & longam ſæpenumero viam abire. In Deo nihil eſt tale. Sine mediatore exorabilis eſt, ſine pecunia, ſine impenſa precibus annuit. Satis eſt enim ſolo corde clamare, lachrymas fundere, atque illico eum ad miſericordiam contraxeris. Et item homines deprecantes, ſæpenumero formidamus, ne quis inimicorum perceperit, aut rem ex aduerſarijs B quiſquam intellexerit, alioqui prodit dicenda, iuſtumque corrumpit. In Deo autem nihil eſt tale ſuſpicari. Cùm enim me volueris precari, ſolus accede aſtante nemine; corde videlicet clama, neque labia mouens, oſtium tuum claude: *Intra*, inquit, *cubiculum tuũ, & oſtium tuum claude, & ora Patrem tuum in occulto.* Vide honoris excelentiam? Cum autem te honoro, orbem nolo beneficij teſtem C credamus ergò, atque haud ad oſtentum oremus. Neque contra inimicos, ſed Deum noſtris pro tædijs oremus, neq; illum noſtri auxilij modum doceamus. Si enim aduocatis & oratoribus hominibus forẽſibus in iudicijs ſolum res ipſas noſtras explicamus, ſuffragiorum verò locos illis relinquimus, qui pro libito noſtras ipſi partes diſponãt: multo magis in Deo id faciendum fuerit. Dixiſti ſibi cauſam tuam, dixiſti quæ paſſus D es: ceſſa iam dicere, quo tibi pacto auxilium conferre deceat. Sũt verò nonnulli, qui mille verſibus orationis extendunt ſeriem, dicentes. Da mihi Domine corporis ſanitatẽ, aut auge mihi duplo ſubſtantiã, vltionem de meis inimicis ſume: quæ leuitate ac petulantia plena ſunt omnia. Ea igitur obmittentes vniuerſa, orare decet cum Publicano, qui dicit: *Deus propitius eſto*

Quis corda curare poterit?

Matth.6.

Deus ſine mediatore exorabilis eſt.

Oratio vana Deo non faciendo.

eſto mihi peccatori, & ipſe deinceps nouit quo tibi pacto ſuccurrat. Matth. 6. *Quærite enim, inquit, primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.* Sic igitur dilecti labore, & humilium rerum conſenſu philoſophemur, quemadmodũ illi noſtra percutientes pectora, vti eorum quæ petimus compotes ſimus. Si vero furore & ira perciti oramus, aut in noſtra re aut eorum qui nos malis inceſſere, nequaquam aſſequimur. Nam ſi iudicem volueris ad tuæ animę partes attrahere, tuique auxilij efficere partem, nunquam eũ contra offendentem compellaueris. Etenim talis eſt iudicis mos, illis maxime annuit, atque his poſtulata concedit, quia cõtra inimicos inuecti, nequaquam perdurant ſuper illis elati. Quia pertinacia quanta incumbant, tanto Deum magis irritant, niſi pænitentia cõuertantur. Videte ergò à quoquã iniuria laceſsiti, ne protinus turbemur atque offendamus, ſed gratias agamus philoſophantes, atque à Deo poſtulantes auxilium.

Idem Homilia 10. de Pœnitentia.

Spei commoda & deſperationis damna multa.

HÆC igitur ſcientes, neque ipſi à ſpe cadamus, ſed neque omninò pigritemus. Vtraque enim hæc pernicioſa. Deſperatio quidem exurgere non ſinit, & ſtantem cadere facit, & neglectus quidem ex ipſis detrudit cælis. Deſperatio in ipſum malitiæ deducit abyſſum, ſicut fidẽtia deductum inde velocitertrahit. Conſidera verò vtriuſque vim. Diabolus ante hæc bonus erat, pigritans vero & deſperans cecidit: tantaque obrutus malitia eſt, vt in poſterum nõ reſurgeret. Quod enim bon⁹ erat, audi qui dicit: Luc. 10. *Vidi Satanam veluti fulgur cadentẽ de cælo.* Fulguris enim A ſimilitudo, & claritatem priſtinæ conuerſationis oſtendit, & naturę acumen. Paulus blaſphemus erat, & perſecutor, & contumelioſus: vbi verò deſudauit, & ſpe non decidit, exurrexitque par Angelis effectus. Iudas Apoſtolus erat, ſed pigritans factus eſt proditor. Latro item poſt tantum malitiæ, vbi de ſpe non lapſus eſt, ante omnes Paradiſum ingreditur. Phariſæus confidens, quaſi ſua elatus virtute, ab altitudine cecidit in profundum: Publicanus non diffidens, ſic erectus eſt, vt illum præueniret. Vis tibi vt oſtendam & vrbem omnem hoc facere? Niniuitarũ vrbs ſic omnis ſaluata eſt, & illos certe lata iam ſententia à ſpe depulerat. Non enim dixit: Si pænitentiam egerint, ſaluabuntur: ſed ſolũ, tres adhuc dies & Niniue ſubuertetur. Sed tamen iuuãte Deo, & Prophe- Ionæ. 3. ta clamante, ſententiam non moram, non correctionem labente, non ceciderunt à minis, neque bonas ſpes perdiderunt. Propterea enim cõditionem minus appoſuit, neque dixit, pænitentiam ſi egerint ſaluabuntur. Quod & ipſi latam Dei ſententiam audiẽtes, nec ſic à ſpe cadamus, ſed eo fidentes exemplo haud deficiamus. Nã vel in eo eſt maximè videri Dei clementiam, quod ſententię cõditionem minus opponens, tamen pœnitentibus reconciliatur: ſed vel ex eo quod apprehenſa ferebatur, augeri volens timorem, eoſque pluri- D ma ſua morderi pigritia id effecit, ipſumque pœnitentiæ tempus ineffabilem eius oſtendit clemẽtiam. Quomodo enim tres dies effeciſſent vt doleretur malitia tanta. Cernis quod adhuc Dei clemẽtia apparet? Plura enim hic ad eius verbis ſalutem contulit. Hæc igitur ſcientes, ſpe nunquã cadamus. Neque enim vel ſic diabolo ceſſe-

Pœnitentiæ tempus ineffabilem Dei clementiam oſtẽdit.

ris

ris vt deſperes, quod nec tam adeò lectum eum peccantes reddimus, quàm facimus deſperantes. Audi de fornicante quod ſupra peccatũ Paulus deſperationem timuerit. Corinthijs enim ſcribẽs. *Sic inquit: Omnino auditur in vobis fornicatio, & talis quæ nec inter gentes nominatur.* 1.Cor.5. Non dixit, quam nec in gentibus audẽt: ſed, neque nominatur, quod modo ad vſquè ad appellationem illis intollerabili idipſi opere auſi eſtis. Et vos inflati eſtis: & non dixit, ille inflatus. Sed eum qui peccauerat dimittens, ſanos alloquitur, quemadmodum medici faciunt, ægros dimittentes, adhærentibuſque plurimo ſermone vtuntur. Secus autem & hic omnes mendacij cauſa erant, nequaquam corripientes, neque terrentes. Mouit igitur crimen, qua facilis curatio vulneris fiat. Graue quidem peccatũ eſt, ſed multo grauius altum ſapere in peccato. Nam ſi de iuſtitia inflari, iuſtitiæ ſit euacuatio, multo magis id in peccatis, ſi contingat, maximam nobis iacturam infert, atque ipſorum peccatorum maius crimẽ fuerit. Propterea, inquit, *cum omnia quæ præcipiuntur vobis feceretis, dicite, quia ſerui inutiles ſumus.* Si enim qui omnia faciunt, parua feciſſe computabuntur: multo magis & peccatorem fiere decet, & infimum ſeſe omnium computare. Id itaque oſtendens, tunc dixit, & non magis fleuiſtis.

Peccatũ graue eſt ſed altiũ ſapere in peccato multo grauius eſt.

Lucæ.17.

Gregorius in ſecundũ Pſalmum Pœnitentialem.

1.Corint.11. BEatus vir *cui non imputabit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus. Si nos metipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur.* Si nobis peccata noſtra imputauerimus, nõ ea nobis imputat Deus. Si ea ſatisfaciendo puniremus, nullum qui nos A in futuro puniat, inueniremus. Imputare ſibi Adam peccatum ſuũ noluit, quando culpam ſuam in creatorem refudit, dicens: *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Vnde quia ſe confiteri culpabilem tenuit, mortiferæ dãnationis ſententiam ad poſteros miſit. Iudicare autem ſeipſum nemo poterit, niſi qui virilem animum ad vitia perſequendum aſſumit, ſicut per eundem Prophetam dicitur: *Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar* B *donec deficiant.* Qui enim mollis eſt, & diſſolutus in opere ſuo, frater eſt opera ſua diſsipantis. Ideo dixit: *Beatus vir.* Quaſi dicat: Adhoc opus nemo aſſurgere præualet, niſi qui ſanctæ fortitudinis vires habet. Quid enim fortius quam omnes animi ſui motus ratione ſubigere: Omnia carnis deſideria ſpiritus virtute frenare, proprias voluntates abijcere, contemptis viſibilibus ea quæ non videntur amare? Vnde & Salomon ait: *Melior* C *eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. Nec eſt in ſpiritu eius dolus.* Illi quidem peccatum non imputabitur, in cuius ſpiritu dolus mendacij non inuenitur. Qui ſe iuſtum eſſe non ſimulat, qui ea etiam qui occulte deliquit, non celat. In ſpiritu Publicani ad templum aſcendentis, dolus non fuit: quia dum illum quẽ occulta non tranſeunt, placere vo- D luit iudicem, confiteri ſe non erubuit peccatorem. Ait nanque *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Magis ergò iuſtificatus deſcendit, quã qui ſe de meritorum enumeratione iactabat. Denique & iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. In Phariſæi verò ſpiritu dolus fuit, qui magis videri, quam eſſe iuſtus optauit. Dum ergò ea, quæ clamare debuerat, tacuit: miſer quod ſibi tacendum

Genes.3.

Pſalm.17.

Fortitudo in quo conſiſtit.

Prouer.17.

Prouer.18.

dum esset, clamauit. Et per superbiam, si qua in eo fuerant, minuit merita: qui humiliari contemnēs, adauxit peccata. Et nos ergo exēplo huius Publicani præoccupemus faciem huius iudicis in confessione, & effundamus coram illo corda nostra, leuātes puras manus sine ira & deceptione in habitu ordinato cum verecundia & sobrietate: vt qui omni tentationi patentes, manum effugere non possumus, iudicis per confessionem mundati, clementiam experiamur miseri cordis.

TEXTVS.

DICO vobis, descendit hic iustificatus in domum suam abillo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur; & qui se humiliat exaltabitur.

Fulgentius ad Monimum libr. 1.

ITAQVE si intiū peccati requiritur, nihil aliud, nisi superbia inuenitur. Dicit enim Scriptura: *Initiū omnis peccati superbia.* Quæ itaquè tunc initium sumpsit, cum Angelus aduersus Deum elatus, & ipsa elatione prostratus, per concupiscentiam (quæ radix est omnium malorum) volens vsurpare, quod illi datum à Deo non fuit, à Deo discessit, & cecidit, in quo si stetisset, non cecidisset: sed per cōcupiscentiā malā, qua cōcupiuit plus extra se, minus fact⁹ est in se. Quam concupiscentiam, licet explere nequiuerit opere, tamen retinuit voluntate. Sic ipse sibi iā factus est pœna, vt supplicium semper esset malo voluntas mala, tanquam cæco ipsa cæcitas sua. Et cō cupiscientia peccandi tormentū fieret peccatori, & rebellis ac refuga, qui illam imperturbabilem requiem fugeret, de inceps perturbationi seruiret, atque à bono Domino relinqueretur iuste, quē ipse relinquit iniuste. Ita factum est, vt perseuerans inordinatus ex se ordinaretur in se. Et in eo, qui in se ordinem perderet, diuini ordinis ratio non periret. Hoc & in homine contingit, quem ipse Diabolus serpentina calliditate deiecit. A Domino quippe bono dissentiēs, & seruo malo consentiens, malæ voluntatis effectū plenum adipisci non potuit, quia ipsa malitia voluntatis à Deo non fuit. Hanc enim, si à DEO non descenderet, non haberet. Bonus ergo DEVS bonarum est conditor naturarum. *Vidit* enim DEVS (sicut scriptum est.) *Omnia quæ fecit, & ecce bona valde.* In quibus omnibus quæ fecit, rationalem creaturam meliorem cæteris fecit. Sic tamen potiori creaturæ magis voluit inesse bonum, vt etiam infimæ creaturæ nullum inesset substantialiter malum. Ac per hoc, superius esse infimo bono melius creatum bonum, cui summum bonum (quod creatum non est, & à quo omne mutabili bonum creatum est) iuste dominaretur. Cuius etiam participatione beatū esset, si summo bono humili dilectione seruiret. Creaturæ quippe rationali alia beatitudo nec potuit, nec

Ecclesi 10. Initiū omnis peccati superbia.

Casus & pœna Luciferi.

Casus primi hominis.

Gene. 1.

Rationalis creatura beā

ta eſſe non poteſt, niſi creatorem plus diligat quam ſe ipſam.

poteſt eſſe, nec poterit, niſi vt agnoſcens, à quo nõ ſolum facta, ſed etiam à quo rationalis eſt facta, maiorem dilectionem exhibeat bono creatori quam ſibi. Neque enim ei ineſſe poſſet vllatenus ratio, niſi ei poſſet creatoris ineſſe dilectio. Quia nec eſt alia, quæ vera ſit ſapientia vel intelligentia creaturæ rationalis, niſi dilectio creatoris, in qua tanto magis minuſue eſt dilectio ſui, quanto magis minuſue dilectionem exhibet ſuo Creatori. Volũtas Porrò creaturæ rationalis, ſine qualicuq; amore non poteſt eſſe. Nec ſic poteſt diligere, vt amorẽ ſuum non velit ad aliquid religare, quæ inter ſummum bonum, à quo creata eſt, & infimum bonum cui prælata eſt, medio quodam loco poſita, profecto aut infimo bono neceſſe eſt miſerabiliter iaceat, aut in ſummo bono veraciter fęliciterq; requieſcat. Quodam etenim amore rapitur, ſeu cum obedientia ſubleuatur, & creatori bono bene ſubijcitur, ſiue cum ſuperbia deprimitur, vt creaturæ bonæ malè dominetur. Sicut enim fit eletione humilis, ſic fit humilitate ſublimis. Dicit enim Dominus & Magiſter noſter. *Omnis qui ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit exaltabitur.* Propterq; itẽ ſcriptũ eſt eſt: *Deꝰ ſuperbis reſiſtit humilibus autẽ dat gratiã.* Neq; vere Deꝰ humiles, quibus dat gratiam, ante datam humiles inuenit, ſed dando gratiam humiles facit. Hoc ipſum enim, gratiam, Deus per gratiam donat, vt quiſquis eam acceperit, humilis fiat. Propter quod ipſe vnigenitus Sanctæ humilitatis doctor atq; largitor dicit: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde & inuenietis requiẽ animabus veſtris.* Hanc requiem perdiderunt, qui humilitate reiecta, aduerſus vitam ſuam tumuerunt, & in mortem per ſuperbiam reciderunt. De talibus enim dictum eſt: *Deieciſti eos, cum extollerentur.* Talibus autem propterea Deus reſiſtit, quia in eis ſuperbiam ipſe non fecit, per quam iniuſte malunt in peccatum cadere, & per quã iuſte merẽtur in peccato remanere. Proinde, quia initium malæ volũtatis ſuperbia eſt, quæ ex Deo non eſt, perſpicue claret, non ex Deo eſſe hominis interitum malæ operationis, ſed à iuſto iudice retribui malis interitum vltionis.

Voluntas rationalis ſi Deo ſubijcit ſublimatur: ſi ſe effert, deprimitur.

Iacob.

Deus humiles facit.

Matth. 11.

Pſal. 72.

Interitus non ex Deo ſed ex ſuperbia eſt.

Fulgentius ad Probam de Virginitate. Epiſt. 3.

ILLA deniq; ſuperbia, qua cęteri ab his qui ſibi iuſti videntur, veluti peccatores deſpiciũtur, in Phariſæo condemnatur, ſicut etiam Sanctus Euangeliſta teſtatur, dicens: *Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolã iſtam: duo homines aſcenderunt in templum vt orarent vnus Phariſæus & alter Publicanus, Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat, Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri homines rapaces, iniuſti adulteri, ſicut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium, quæ poſſideo. Publicanus autẽ à longe ſtans, nolebat oculos ad cælum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicẽs: Deus propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis: Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuã ab illo. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.* In conſpectu Iudicis miſericordis & iuſti, non eſt accepta ſuperba iactatio bonorum operum, ſed humilis cõfeſsio peccatorum. Illi etiã, qui virtute bonæ voluntatis, aut bonæ operationis ſuis nituntur ſuperbe viribus aſsignare, ab Apoſto-

lo

lo taliter denotantur. *Qui ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* In ſua igitur iuſtitia profecto deficit, qui iuſtitiæ Dei ſuperba colla non ſubijt. In his itaq; quatuor ſuperbiæ generibus, quibus Diabolus velut quadrigis vehitur, & ad gehennam miſerorum, quibus inſidet, mortifero curſu rapratur, duobus animas opprimit, quas in carne iacentes perſpicit, alijs duobus animas deijcit, quas de carne volare cognoſcit. Iſtas captiuat delectatione vitiorum, illas circunuenit eletione virtutum. Illarum ſic virginitatem præripit, vt ſe fornicari non dubitẽt, iſtas ſic conſtrupat & maculat, vt ſe conculcari non æſtiment. Proinde, vt integra permaneat Deo dicata virginitas, ſicut cuſtoditur integritas corporis, multo amplius cuſtodienda eſt humilitas cordis.

Rom. 18.

Virgo ſuperba Chriſti ſponſa nõ eſt.

Auguſtinus in Pſalm. 31.

Pſalm. 31.

BEATVS *vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ore eius dolus. Quoniam tacui inueteraverunt oſſa mea acclamando tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua.* Quid eſt grauata eſt ſuper me manus tua? Magna res fratres. Reſpicite illam ſententiam rectam inter duos, Phariſæum & Publicanum. Quid dictum eſt de Phariſæo? *Quoniam humiliabitur.* Quid dicit de Publicano? *Quoniam exaltabitur.* Quare ille humiliatur? *Quia exaltauit ſe.* Quare iſte exaltatur? *Quia humiliauit ſe.* Ergo vt exaltantem ſe humiliet Deus, grauat ſuper illum manum ſuam. Noluit humiliari confeſsione iniquitatis ſuæ, humiliatus eſt pondere manus Dei. Quando ille perferret manum grauem humiliantis, quã A leuis fuit manus ſubleuantis, tam grauis manus humiliantis, vt in illo fortis, & in illo fortis, fortis ad illum premendum, fortis ad illum ſubleuãdũ. Ergo *Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manꝰ tua. Conuerſus ſum in erumna mea dũ cõfigitur ſpina.* Ex ipſa aggrauatione manus tuæ, ex ipſa humiliatione conuerſus ſum in erumna mea, factꝰ ſum miſer, confixa eſt mihi ſpina, compuncta eſt conſcientia mea. Quid B factum eſt cum configeretur ſpina? Datus eſt ei ſenſus doloris, inuenit infirmitatem ſuam. Et ille qui tacuerat confeſsionem peccati ſui, vt clamando in defenſione peccati ſui inueteraſceret virtus eius, id eſt, oſſa eius conuerterentur in veteſtatem, modo quid fecit confixa ſpina? *Peccatum meum cognoui.* Ergo iam cognoſcit, Si ille cognoſcit, & ille ignoſcit. Audite quid ſequitur. Videte ſi non ipſe dicit. *Peccatum meum cognoui. Et* C *iniuſtitiam meam non operui.* Hoc iã dudum dicebam, noli operire tu: & operit Deus. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata.* Qui tegunt peccata nudantur: iſte autem nudauit vt cooperiretur. *Iniquitatem meam non operui.* Quid eſt non operui? Iam dudum tacueram, modo quid? Dixi. Quiddam contrarium illi tacituritati dixi. Quid dixiſti? *Pronuntiabo aduerſum iniuſtitias meas Domino,* D *& tu remiſiſti impietatem cordis mei* Dixi. Quid dixiſti? Non iam pronuntiat, ſed promittit ſe pronuntiaturum, & ille iam dimittit. Attendite fratres, magna res, dixi pronuntiabo. Non dixi, pronuntiaui, & tu dimiſiſti. Dixi pronuntiabo, & tu dimiſiſti, quia eo ipſo quod dixit, pronuntiabo, oſtendit quia non dum pronuntiauerat, ſed corde pronuntiauerat. Hoc ipſum dicere pronuntiabo, pronũ

Conſcat peccatũ qui vult vt ſibi Deus ignoſcat peccatum.

tiare eſt, *ideo & tu remiſiſti impietatẽ cordis mei.*

Auguſtinus in Pſalm. 74.

Pſalm. 4.

Deus non iudicium peccatoris ſed pœnã differt.

Pſalm. 74.

SACRIFICATE, inquit, *ſacrificium iuſtitiæ & ſperate in Domino.* Sed ſupra dixit: *Dicite in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.* Quod habes ibi compunctiones facinorum, habe illic punctiones confeſsionum. Vbi ergo loqueris aduerſus Deum iniquitatem, ibi te iudicat, non iudicium differt ſed pœnam. Iam iudicat, iam nouit, iam videt, pœna reſtat. Cum fuerit præſentata, habebis & pœnam. Cum apparuerit facies illius hominis, qui irriſus eſt, qui iudicatus eſt, qui crucifixus eſt, qui ſub iudice ſtetit: cum apparuerit iudicans in præſentia ſua, tunc habebis pœnam ſi te non correxeris. Quid ergo modo faciemus? Præueniamus faciem eius, exomologias. Præueni in confeſſione, veniet mitis quem feceras iratum. Neque à deſertis montium, quoniam DEVS iudex eſt, non ab Oriente, non ab Occidente, non à deſertis montium. Quare? Quoniam Deus iudex eſt. Si in aliquo loco eſſet, non eſſet Deus: quia vero Deus iudex eſt, non homo, noli illum expectare de locis. Locus eius tu eris, ſi bonus, ſi confeſſus inuocaueris eum. *Hunc humiliat & hunc exaltat.* Quem humiliat, quem exaltat iudex ille? Attendite duos illos in templo, & videtis quem humiliat, & quẽ exaltat. Aſcenderunt in templo orare, ait: *Vnus Phariſæus, & alter Publicanus. Phariſæus dicebat. Gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homines, iniuſti, raptores, adulteri ſicut & Publicanus iſte: ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium quæcumquè poſſideo.* A Ad medicum aſcenderat, & membra ſana oſtendebat, vulnera tegebat. Qui ergo ille qui melius noverat vnde ſanaretur? *Publicanus autem de longinquo ſtabat, & percutiebat pectus ſuum.* Videtis eum de lõginquo ſtãtem illi propinquabat, quem inuocabat, & percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori Amẽ dico vobis deſcendit iuſtificatus, Publicanus ille magis quam Phariſæus ille: *Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.* Expoſitus eſt verſus Pſalmi huius, Deus iudex quid facit? Hunc humiliat, & hunc exaltat. Humiliat ſuperbum, exaltat humilem.

Auguſtinus in Pſalm. 93.

Pſalm. 93.

BEATVS *vir quẽ tu erudieris Domine, & ex lege tua docueris eũ. Vt mitiges eum à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea.* Ecce habes conſilium Dei quare parcat malis, donec fodiatur fouea peccatori. Tu iam vis illum ſepelire? Adhuc fouea illa foditur, noli feſtinare ſepelire. Quid eſt. Donec fodiatur peccatori fouea? Aut quem ponit peccatorem? Vnũ hominem? Non. Quid ergo? Omne genus hominum peccatorum, ſcilicet & ſuperborum: iam enim præmiſit. *Redde retributionem ſuperbis.* Nam & ille peccator fuit Publicanus, qui oculos eliſerat in terram, & percutiebat pectus ſuum dicens. *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Sed quia non ſuperbus erat, Deus autem reddet retributionem ſuperbis: non illi, ſed talibus fodiatur fouea, donec reddat retributionem ſuperbis: ergo quod ait: *Donec fodiatur peccatori fouea,* ſuperbos intellige. Quis eſt ſuperbus? Qui in

confeſsion e

confessione peccatorum non agit pœnitentiam, vt sanari per humilitatem possit. Quis est superbus? Qui illa ipsa pauca quæ videtur habere bona, sibi vult arrogare, & derogat misericordiæ Dei. Quis est superbus? Qui etiam si Deo tribuat bona quæ fecit, insultat tamen his qui illa non faciunt, & extollit se super illos. Nam & ille Pharisæus: *Gratias tibi ago*, inquit: non dixit, ego facio, de his quæ faciebat, gratias Deo agebat. Sentiebat ergo & bene se facere, & ab illo se facere. Vnde ergo improbatus est? Quia insultabat Publicano. Vt perficiamini attendite: Primo præcedere debet, siue virum, siue fœminam confessio peccatorum, salubris pœnitentia quæ valeat ad corrigendum hominem, non ad irridendum Deum. Cũ autem post pœnitẽtiam bene viuire cœperit, habet adhuc quod cogitet, ne sibi tribuat quod bene facit, sed illi agat gratias, cuius gratia factum est vt bene viueret, quia ille illum vocauit, ille illum illuminauit. Ergo iste iam perfectus est? Non. Adhuc deest illi aliquid? Quid illi deest? Vt non superbiat super eos, qui nec dum sic viuunt quomodo ipse viuit. Qui talis fuerit, securus sit, non illi redditur retributio, de qua dictum est. *Redde retributionem superbis.* Non est inter illos quibus fodiatur fouea: nam videre illum qui dicebat. *Gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut & Publicanus iste.* Quantum se extulit cum dicit: *Quia non sum sicut & Publicanus iste?* Ille autem elisa facie, percutiebat pectus suum dicens. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Ille superbus erat in bonis factis, ille humilis in malis factis. Videte fratres, magis placuit Deo humilitas in malis factis, quam superbia in bonis factis: sic odit Deus superbos, & ideò sic concludit, Amen dico vobis, descendit iustificatus Publicanus magis quam Pharisæus: & dicit quare. *Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* Fratres mei, vel hinc non solum nos discimus, quia humilitatem nos docuit Christus, quia Deus factus est homo, ipse est humilitas quæ displicet paganis, vnde nobis insultant, qualem Deum colitis qui natus est? Qualem Deum colitis qui crucifixus est? Humilitas Christi superbis displicet, tibi autem Christiano si placet, imitare. Si imitatus fueris, non laborabis, quia ipse præditxi. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Hæc est ergo disciplina Christiana, nemo facit aliquid bene, nisi gratia ipsius. Quod facit homo male, ipsius est hominis: quod facit bene, de beneficio Dei facit. Cum cœperit facere bene, non sibi tribuat: cum non sibi tribuerit, gratias agat ei à quo acceperit. Cum autem bene facit, non insultet illi qui illud non facit, aut extollat se super eum. Non enim in illo finita est gratia Dei, vt ad alium non perueniat. *Vt mitiges eum à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea.* Mitis ergo esto quisquis Christianus es à diebus malignis. Maligni enim sunt dies, quibus videntur florere peccatores, & laborare iusti; sed labor iustorum, flagellum est Patris: & felicitas peccatorum, fouea ipsorum est. Quia enim mitigat vos Deus à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea, non cogitetis quia modo in aliquo loco stant Angeli cum tridentibus, & fodiunt

Superbus quis sit.

Viri perfecti conditiones.

Humilitas in malis factis magis placet Deo quam superbia in bonis.

Matth. 11.

Bonum quod facimus gratia Dei est malum autẽ ipsius hominis.

diunt iſtam foueam magnam, quæ poſsit capere omne genus iniquorum. Et quia videtis multos eſſe iniquos, & dicatis vobis carnaliter: re vera tantam multitudinem iniquorum, tantam turbam peccantium quæ fouea poteſt capere? Quando foditur fouea talis quæ omnes capiat? Quando exhauritur? Ideò parcit Deus: Nonne hæc eſt foſſa peccatorum, ipſa felicitas impiorum, foſſa ipſorum eſt: in illam enim cadent tanquam in foueam. Intendite fratres, quia magna res eſt felicitas fouea dicatur, donec fodiatur peccatori fouea. Parcit enim illi Deus, quem nouit peccatorem & impium, occulta iuſtitia ſua: & hoc ipſum quod ei parcit, Deus per impunitatem facit eum elatum. Ille ſe altum putat & cadit, in eo ipſo cadit, quo ſe altum putat. Hoc ſe ille putat ſublimiter ire, & Deus hoc foueam vocat. Foſſa ad ima tendit, non ad cælum. Peccatores autem ſuperbi quaſi in cælũ eunt, & in terra merguntur. At contra humiles quaſi in terra ſe deprimunt, & in cælum aſcendunt. Miteſcere ergo quiſquis es fidelis, ſi eruditus es ex lege Dei, vt ſit cor tuum infirmamento cæli: quia DEVS fecit luminaria quarto die, qui dicitur quarta Sabbathi, vnde titulum Pſalmus iſte percepit. Quomodo vides luminaria cum tota patientia dirigere curſus ſuos, & non curare quæ in ſe dicant homines: ſic & tu non cures quicquid tibi fecerit caro. Omnis enim homo caro & ſanguis eſt. Non enim vilis es in comparatione alterius carnis, à qua videris premi: quia pro te ille ſuſcepit carnem & pro te ille fudit ſanguinem, qui & te & illum ad ſuum eſt perducturus examen. Ex ſi tanta, prærogauit cum eſſes impius, quid ſeruat fideli? Hinc miteſce, quemadmodum miteſcis cum dicis, quia Deus hoc vult, ideò florent mali. Parcere vult malis, ad pœnitentiam adducit eos, quibus parcit, ſed illi non corriguntur. Nouit ille quomodo de illis iudicet. Immitis eſt autem homo cum vult contradicere, aut bonitati Domini, aut patientiæ, aut poteſtati, aut iuſtitiæ iudicis. Erigitur ſuperbus in Deum, mergit illum Deus, & in eo ipſo mergitur quo erigitur in Deum: nam in alio Pſalmo ſic ait: *Deieciſti eos dum extollerentur.* Non dixit, deieciſti eos, quia elati ſunt, aut deieciſti eos poſtquam elati ſunt, vt aliud ſit tempus elationis eorum, aliud tempus deiectionis, ſed in eo ipſo quo extollebantur, ibi deijciebantur. Quantum enim ſuperbum eſt cor hominis, tantũ recedit à Deo: & ſi recedit à Deo, in profundum it. Nam contra cor humile de cælo adducit Deũ, vt proximus fiat. Certe altus eſt Deus, ſuper omnes cælos eſt Deus, tranſcendit omnes Angelos. Quantum habes erigi, vt attingas ad illum excelſum? Nolo te rumpas extendendo te. Aliud conſilium tibi do, ne in iſta extenſione forte crepas per ſuperbiam. Certe altus eſt Deus tu humilia te, & deſcendet ad te. Audiuimus quare parcat malis, hoc ipſum foſſa ipſorum eſt. Dicit tibi Deus, quomodo illis foditur, & quare illis foditur fouea, non eſt tuum cognoſcere: Sed ex lege mea diſce patientem te eſſe debere, donec fodiatur peccatori fouea.

(?)

Paulinus

Fœlicitas impiorum fouea ipſorum eſt.

Immitis eſt qui contradicit bonitati aut patientiæ Domini.

Quãtum eſt ſuperbũ cor hominis tantùm recedit à Deo.

Altus eſt Deus & deſcendit ad eos qui ſe humiliant.

Paulinus Auguſtino nouem proponit quæſt. Epiſt. 58.

DE paucis quæ nunc iam ad nauem currente literarum perlatore, & mihi in ipſius feſtinatione properanti in mentem venerunt, ne ſine corollario mihi reſcribas, aliqua proponam: Quæ ſi forte lucida ſunt & mihi videtur obſcura, nemo prudentum filiorum, qui forte de noſtris in hora lectiunculę huius circa te ſteterit, de inſipientia mea redeat, ſed potius benеuolentia fraternæ charitatis faueat inſtruendo, vt efficiar videntium particeps, & ex doctrina tua illuminatis mentibus conſiderantium mirabilia de lege Domini. Dic ergo mihi benedicte doctor Iſraël, quid ſit quod dicitur in Pſalmo 15. *Sanctis qui in terra ſunt eius, mirificauit omnes voluntates ſuas inter illos. Multiplicatæ ſunt enim omnes infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt*: Quos ait Sanctos qui in terra ſint Sancti. Num illos Iudæos, qui filij carnis Abrahæ, & non filij repromiſſionis excludũtur à ſemine quod in Iſaac vocatũ eſt? Ideô Sanctos in terra, quia Sancti genere carnali, vita autem ſenſuq; terreni ſunt, qui terrena ſapiunt, & carnali obſeruantia in vetuſtate literæ conſeneſcunt: nõ renaſcentes in nouam creaturam, quia non receperunt eum per quẽ vetera tranſierunt: & facta ſunt omnia noua. Sic enim forte eos in hoc Pſalmo Sanctos appellat, quomodo in Euangelio iuſtos, vbi dicit: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores*: id eſt, illos iuſtos, qui in ſanctitate generis & littera legis gloriantur. Quibus dicitur: Nolite gloriari in Patre Abraham, *Quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis excitare filios Abraham.* Quorum forma in illo Phariſæo proponitur, qui iuſtitias ſuas tanquam neſcienti Domino recolens, prædicabat in templo: non orans vt exaudiretur, ſed exigens quaſi debitum meriti pro operibus, bonis quidem, ſed ingratis Deo. Quia quod iuſtitia ædificauerat, ſuperbia deſtruebat: nec id ipſum ſilentio, ſed voce clamabat, vt appareret eum non diuinis auribus loqui, qui & ab hominibus vellet audiri. Atquè ideò non placuit Deo, qui placebat ſibi. Quoniam diſſipauit Dominus oſſa hominum ſibi placentium. Confuſi ſunt, inquit, quia ſpreuit illos qui cor humile & contribulatum non ſpernit. Denique & in ipſa Euangelij parabola, qua Phariſæi & Publicani perſona confertur, euidenter oſtendit ipſe Dominus quid in homine ſuſcipiat, quid repellat, ſicut ſcriptum eſt: *Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Ideô proteſtatur magis iuſtificatum abijſſe è templo Publicanum de confeſsione peccatorum ſuorum, quam Phariſæum de imputatione iuſtitiarum ſuarum. Merito autem ille laudator ſui, repudiatus abſceſsit à facie Dei, qui cum ipſo nomine etiam peritiam legis præferret, oblitus fuerat in Propheta dicentem Dominum: *Super quem habitabo, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem ſermones meos.* Ille autem in corde contrito ſui accuſator accipitur, & obtinet veniam de confeſsis peccatis propter gratiam humilitatis, Sancto illo Phariſæo (quales Iudæi ſancti ſunt) reportante ſarcinam peccatorum de iactantia ſanctitatis. Ipſius nimirum ſunt forma Iudæi illi, quibus Apoſtolus ait, quod ſuam iuſtitiam ſtatuere cupientes, quæ ex lege eſt iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti, quæ eſt ex

Quod iuſtitia ædificat, ſolet deſtruere ſuperbia.

Pſalm. 52.

Iacob. 4.

Eſaiæ 66.

Rom. 10.

fide, quæ reputata eſt Patri noſtro Abraham ad iuſtitiam, non ex operibus, quia ſecundum omni potentiã Dei credidit Deo: Apud quem ille vere iuſtus eſt, qui ex fide viuit: nec Sanctus in terra eſt, ſed in cælo, quia non carne, ſed ſpiritu ambulat: cuius conuerſatio in cælis eſt, non gloriantis in circunciſione carnis, ſed in circunciſione cordis, quæ non litera, ſed ſpiritu agitur inuiſibiliter, vnde laus eius non ex hominibus, ſed ex Deo.

Gregorius Mauricio Auguſto. Quod qui vniuerſalem ſe nominant, præco ſit Antichriſti, capit. Epiſt. 30. capit. 194.

DOMINORVM pietas prouida nequid fortaſſe ſcãdali in vnitate Sanctæ Eccleſiæ ex Sacerdotum diſſenſione generari potuiſſet, ſemel ac bis me admonere dignata eſt, vt reſponſales fratris & conſacerdotis mei Cyriaci benigne ſuſciperẽ, eoſq; ad remeandum citius relaxarem. Et licet pijſsime Domine apte & prouide cuncta percipiatis, ego tamen inuenio quia eorum iudicio indiſcretus eſſe ex hac tali admonitione reprehendor. Nunquid nam ſi ex ſuperbo ac prophano vocabulo meus non in modico eſt animus vulneratus, tantæ indiſcretionis eſſe potui, vt neſcirem quid vnitati fidei, quid concordiæ Eccleſiaſticæ deberem, & fratris mei reſponſales & Synodicam Epiſtolam ſuſcipere cuiuſlibet cauſæ amaritudine interueniente recuſarem? Abſit hoc. Nimis mihi fuerat deſi puiſſe, ſic ſapere. Aliud namque quod conſeruandæ vnitati fidei, atque aliud quod debemus comprimendæ elationi. Diſtinguenda ergo erant tempora, ne prædicti fratris mei exquolibet articulo nouitas turbaretur. Vnde & reſponſales eius cum magno affectu ſuſcepi. Quidquid debui charitatis exhibui, meliuſque eos quam conſuetudo priſca fuerat honorauí: & mecum feci eos ſacra miſſarum ſolemnia celebrare, quia ſicut meus diaconus ad exhibenda Sancta myſteria illi non debet miniſtrare qui elationis culpam aut commiſit, aut commiſſam ab alijs ipſe non corrigit: ita miniſtri illius in celebratione miſſarum mihi adeſſe debuerunt: qui, cuſtodiente Deo, in ſuperbiæ errorem non cecidi. Eundem vero fratrem & conſacerdotẽ meũ ſtudioſe admonere curaui, vt ſi habere pacem omniũ concordiamq; deſiderat, ab ſtulti vocabuli ſe appellatione compeſcat. De quare mihi in ſuis iuſsionibus dominorum pietas præcipit dicens, vt pro appellatione friuoli nominis in ternos ſcandalum generari non debeat. Sed rogo vt imperialis pietas penſet: quia alia ſunt friuola valde innoxia, atque alia vehemẽter nociua. Nunquid non cum ſe Antichriſtus veniens Deum dixerit, friuolum valde erit, ſed tamen nimis pernicioſum? Si quantitatẽ ſermonis attendimus, duæ ſunt Syllabæ. Si vero pondus iniquitatis vniuerſa pernicies. Ego autem fidenter dico, quia quiſquis ſe vniuerſalem Sacerdotem vocat, vel vocari deſiderat, in eltaione ſua Antichriſtum præcurrit: quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit. Nec diſpari ſuperbia ad errorem dicitur, quia ſicut peruerſus ille, Deus videri vult ſuper homines, ita quis iſte eſt qui ſolus Sacerdos

appellari

appellari appetit, super cæteros Sacerdotes se extollit. Sed quoniam veritas dicit: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur*: Scio quia quę libet elatio tanto citius rumpitur, quanto amplius inflatur. Illis ergo pietas vestra præcipiat, ne quod per appellationem friuoli hominis scandalum gignant, qui in superbiæ Typhum ceciderũt. Nam peccator ego, qui authore Deo humilitatem teneo, admonendus ad humilitatem non sum. Omnipotens autem Deus serenissimi Domini nostri vitam, & ad pacem Sanctæ Ecclesiæ, & adutilitatem Rei Publicę Romanę per tempora longa custodiat. Certi etenim sumus: quia si vos viuitis, qui cæli Dominum, limetis nulla contraueritatem superba præualere permittitis.

Elatio tanto citius rumpitur quãto amplius inflatur.

III 5 DOMI-

DOMINICA VNDECIMA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Marci. 7.

TEXTVS.

EXIENS IESVS *de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilæa, inter medios fines Decapoleos, &c.*

Corne. Ianſe. Epiſ. Ganden ſis in ſua concor. cap. 62.

D. Hiero. IVVS Hieronimus libro de locis Hebraicis dicit hanc regionẽ fuiſſe trans Iordanem circa Hipam & Pellẽ & Gadaran. Cui cõſonat quod de hac regione ſcribit Plin. lib. 5. cap. 18. Porrò quæ ri poteſt, quare Dominus tã ſingu lari & ſpeciali modo ſit vſus in cu ratione huius ſurdi & muti: & poſſunt huius duæ aſignari ratio- B nes: Primo vt oſtenderet quam difficilis ſit curatio eius, qui ſecũ dum animam ſurdus eſt, & mutus, quem admodum ingemiſcendo & in cælum ſuſpiciẽdo, & lachrymã do ſuſcitauit Lazarum, ſignificãs difficilem eſſe ad meliorem vitã reuocationem eius, qui iam vitijs aſſuetus iacet, vel vti ſepultus. Secũdo vt quę deerãt ex parte huius miſeri & aliorum offerẽtium, Dominus ſuppleret, gemitus, ſuſpitio A ne in cęlũ, & applicatione proprię carnis & ſputi, tanquam ſancta inſtrumenta adhibendo; inſtrueretq; Diſcipulos ſuos ſupplere quã doq; orationibus, & ſacrarum rerum adhibitione, ea quæ deſunt ex parte aliorum. Nil enim de fide & deuotione huius ſurdi apparet, & forte etiam offerentiũ fides fuit imperfecta: in hũc ergo vſum ſunt inſtituta Sacramenta Eccleſiaſtica, vt per ea ſuppleretur quod alioqui deeſt fidei, & deuotioni hominum: atque in ipſo baptiſmatis Sacramẽto à Chriſti facto, deſũpta ex antiqua traditione ſimiles ceremoniæ his, quæ Chriſtus hic legitur ſeruaſſe, vt & baptizandi aures & nares ſputo digitis impoſito contingantur & dicatur ei, *Ephetha, quod eſt adaperire*, Et bene quidẽ huiuſmodi ceremoniæ hic adhibentur, ex imitatione Chriſti, quandoquidem & in Baptiſmate id fit pro ſalute ſpritus quod hic pro corporis curatione factum dicitur

Plinius. Quæſt. Reſpon. Ioann. 11. Sacramẽtorum virtus.

citur. Adducitur enim surdus, & mutus, & pro eo de precantur susceptores, vt per sacerdotalem manum, & verbum sacrum, iam renatus deinceps Dei verba & audiat & loquatur libenter.

Laurentius Iusti libro de disciplina & perfect. monast. cõuer. cap. 15.

NVLLVM ferè membrũ reperitur quod tam multa patiatur incommoda & damna atq; lingua: *Exiguum quidem membrum est*, vt ait Iacobus, 3. *Sed tamẽ magnam syluam incẽdit.* Videenim quanta mendacia proferat, quantos dolos pariat, adulationes, blasphemias, murmurationes atq; dissidia: quæ omnia mala silentium ipsum adimere potest & demedio excindere. Quamobrem qui in animæ salutem diligenter incumbit, linguam suam domare debet, frænare, dirigere, & custodiam vigiliantem eidem imponere: aliter enim se se inmoderate effundit, & quę occulta sunt atq; secreta inuulgat. Vnde regius Vates Psal. 38. *Obmutui & silui ab omnibus, & concaluit cor meum intrame, & in meditatione mea exardescet ingnis.* Quemadmodum enim ignis, vt conseruetur, est operiendus cinere, nam aliter crebris exhalationibus tandem euanescereț, & periret: ita etiam maximo silentio contegenda & exornanda lingua est, ne inconsiderate se se effundendo, charitatis ignem forte exhalet, sed eũdem potius silentio quasi cinere conseruet atq; custodiat. Videmus præterea vinum, nisi operiatur, sed aptum reliquat vim tandẽ suam amittere; multa enim odorifera contegenda diligenter sunt, ne vniuersum exhalent atq; effundant odorem ignis si opertus fuerit postmodum videas prunas illas ardentes atq; micantes. Cum Discipuli cõgregati essent ianuis dausis, atq; in silentio meditatione & oratione versarentur, descẽdit super eos Spiritus sanctus, atq; eosdem ita immutauit, vt expauidis & formidolosis, animosos redderet atq; fortissimos, Ex ignaris sapientissimos, ex rusticis egregios prædicatores. In silentio Porrò prius meditari debemus ea quę publice dicere atq; prædicare volumus. Vnde Eze. 3. *Fili hominis omnes sermones quos loquar ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade ingredere ad transmigrationem ad filios populi mei & loquere ad eos, &c.* In religione etiã videquãtũ silentiũ valeat & possit. Cęterum multi sunt qui tũ circa silentium tũ circa locutionẽ offendere sæpe soleãt atq; errare: Siquidẽ nec semper tacẽdũ est, nec ideò tacendũ, vt in eo tantũ quiescamus. Sed vt Deum non offendamus Psal. 38. *Dixi, custodiam vias meas*, non dixit vt taceam: *Sed vt non delinquam in lingua mea.* Sancti illi eremitæ olim non semper tacebant, sed certo quodam tempore conuenire in vnum solebant, ibiq; de rebus sanctis pijs & ad ędificationẽ spiritualem pertinentibus differebant: Non murmurationes, non detractiones audiebantur, sed omnia ad sanctum & piuum suum referebant institutũ. At vero quod sine lachrymis dici nõ potest, hoc nostro tempore aliter à plerisquè fieri videmus. Nam cum agricolæ de rebus ad agriculturam pertinẽtibus tractent, de arborum natura, de aratione, insitione, & similibus. Item sutores ea tractent, quæ ad artem suam spectant, vt de calcæis, crepidis, & alijs id genus. Ipsi interim quę ad proprium institutum

Iacob. 3. Mala quæ ex lingua prodeunt.

Psalm. 38.

Lingua silentio exornanda.

Actorum, 4.

In silẽtio mẽditari tenemur quæ publice dicenda sunt.

Psalm. 38. Eremi habitatores nõ semper in desecto tacebant. Sed aliquando ad diuina colloquia conueniebant.

tutum faciunt negligant, ea quæ Christiani muneris sunt, obliui scantur, illa vero tractent quæ ad institutũ nequaquam pertineãt. Nonne is agricola ludibrio haberetur qui artem suam negligens, de armis, de equis, de hastiludijs, ac similibus tractaret, & contra, quid eques de vomere, aratro, & alijs id genus disputaret. Sic plane indignũ est vt inter viros religionis, pietatisq; studiosos, nihil nisi mundanum nihil nisi seculare atq; prophanum tractent & Num.11. proferatur. Aliter nanq; similes sunt hæb reis illis quid elicatissimum manna odio habẽtes cepas & cucumeres desiderabant ita enim isti, conuersationes Sanctas atq; laudabiles odio habent. De quibus dicitur: *Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, &c.* Matth.18. Amantes interim prophana colloquia & confabulationes. Non inficior equidem esse interdũ animum relaxandum & remittendũ Animum interdum relaxare oportet. ab assidua illa meditatione & cõtemplatione sed tamen variè sunt exercitationes, quibus id honeste fieri valeat, neglectis omnino prophanis & dissolutis Colloquijs interdum enim à cõuersatione præsentis miseriæ transitus fieri potest, ad differendum de periculis huius peregrinationis, de varietate tentationum, de vitiorum deformitate, de virtutum pulchritudine & ornamento, de morte, de Quid in vita tractandũ est. iudicio, de gloria, de inferno, ita vt acommodentur singula ista argumenta atq; materiæ proexigẽtia animorum, & vitæ informandæ, neq; perinde attẽdatur ad verborum ornatum atq; ad ipsum spiritum interius loquentem, quod si quis ad ipsum impotẽtem sense rit, postulet humiliter auxilium à Deo, & eius opem imploret, Psal. 89. *Dilata os tuũ & implebo illud*, & A Psalm. 118. *Os meum aperui & attraxi spiritum.* Psal. 89. Psal. 118.

Glossa super 3. cap. Marcij.

VENIT ad mare Galileæ intermodios fines de Capo. Non ipsos eum intrasse significat, nec enim mare trãsmigrasse dicitur sed vsq; ad mare venisse, atq; ad locum qui medios fines de Capoleos longe transmare positos respiciebat. Diuus Hieronimus Saluator ad Luc.18. B saluandas gentes ab Apostolis deducitur & docet quod adolescenti interroganti respõdit. *Nosti mãdata, hæc fac & vives ad ducunt surdũ & mutum.* Beda. Qui scilicet nec aures verbis Dei audiendis, nec os proloquendis aperit, quales ne cesse est, vt hi qui audire & loqui verbum Dei longo vsu didicerũt, Domino sanandos offerant. Vt eos quos humana fragilitas sanare nequit, gratiæ dexta saluet. Hieronimus. Genus humanum tã C quã vnus homo varia peste à sumptus in protoplasto. Cæcatur dũ videt, surdus fit dum audit, dum adorat emungitur, obmutescit dum loquitur, mancus fit dum manus erigit, incuruatur dum erigitur, Hidropicus fit dum concupiscit, claudus dum progreditur, lepra suffunditur dum mundatur, dæmone impletur dum diuinitatem appetit, moritur morte dum audacter excusat. *Et deprecabantur* D *eum, &c.* Incarnationem Domini Prophætæ & Patriarchæ cupiebant: *Et apprehendens eum.* Seor sum aturbulẽtis cogitationib⁹ & actibus inordinatis sermonibusq; incompositis educitur, qui sanare meretur. Digiti qui in aures mittuntur: verba sunt Spiritus sancti de quo dicitur. *Digitus Dei est hic,* Exod.8. *&c. & opera digitorum tuorum sunt cæli: tetigit linguam, &c.* Spuma de car Psalm.8.

ne

ne Domini diuina ſapientia eſt: quæ ſoluit ignorantiam humani generis, vt dicat. Credo in Deum. Patrem omnipotentem, &c. *Et apprehendens eum ſeorſum de turba.* Prima ſalutis via eſt de turba educi. De turba educit Dominus infirmum, cum mentem peccatis languidam viſitando illuſtrat: & à conſuetæ conuerſationis moribus aduocat, & ad ſequenda præcepta ſua prouocat. Digitos autem in auriculas mittit, cum per dona Spritusſancti aures cordis ad intelligenda & ſuſcipienda verba ſalutis aperit. Et quia cognitioné veritatis debet ſequi confeſſio. Sequitur. *Et ſpuens tetigit linguã eius.* Cum ſcilicet ad confeſsioné fidei ora cathechizatorũ inſtruit. Sputum namq; Domini eſt ſapor ſapientiæ quæ dicit. *Ego ex ore altiſsimi prodij promogenita.* Eccl. 24. Vnde ſputo eius terræ commixto cæcus illuminatur. Sputum enim quod ex capite Domini deſcendit, diuinã eius naturã exprimit, quæ ex Deo eſt. Portio terræ cui ſputũ immixtum eſt humanam ſignificat naturam. Sic ergo ſputo ac terra cõpoſito, medica méto oculos cæcinati aperuit, quia genus humanũ per confeſsionem vtriuſq; ſuæ naturæ abingenitis errorum tenebris eruit. Spuens ergo linguam mutui, vt loqui valeat, tangit: cum ora diu bruta ad verba ſapientiæ perferenda contactus ſuæ pietatis informat. Matth. 15. *Et ſuſpiciens in cælum ingemuit.* Hiera: *Ingemuit*, gemere nos docuit & in cælum theſaurum noſtri cordis erigere: quod per compuntionem cordis à friuola carnis lætitia purgatur, vt dicitur. Pſalm. 37. *Rugiebã à gemitu cordis mei; Domine ante te omne deſiderium meum, &c.* Et ait illi ephetha, quod eſt, *ad aperire. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore, &c.* Rom. 1. Et ſtatim: *Aperte ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius.* Aures apertæ ſunt ad hymnos, & cantica & Pſalmos. Soluitur lingua, vt eructet verbum bonum: quod nõ poſſunt, nec minę nec verba cohibere, vel prohibere. Vnde Paulus *Ego vinctus ſum, ſed verbum Domini non eſt alligatum in me.* 2. Timo. 2.

Beda in Mar. cap. 7.

Et iterum exiens de finibus Tyri venit per Sydonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Decapolis eſt (vt ipſo nomine probatur) regio decem vrbiũ trans Iordanem ad Orientem circa Hyppum & Pellam, & Gadaram contra Galileam. Quid ergo dicitur quod Dominus venit ad mare Galileæ, intermedios fines Decapoleos, non ipſos fines Decapolis eũ intraſſe ſignificat, nec enim mare tranſnauigaſſe dicitur, ſed potius ad mare vſque veniſſe; atque ad ipſum peruenisse locum, qui mediosfines Decapolis longe trans mare poſitos reſpiciebat. *Et adducunt ei ſurdum & mutum, & precabantur eum, vt imponat illi manum.* Surdus & mutus eſt qui nec aures audiẽdis Dei verbis, nec os aperit pro loquendis quales neceſſe eſt, vt hi qui loqui iam & audire diuina eloquia longo vſu didicerunt, Domino ſanãdos offerant, quatenus eos, quos humana fragilitas nequit, ipſe gratiæ ſuæ dextera ſaluet. *Et apprehendens eum de turba ſeorſum miſit digitos ſuos in auriculas.* Prima ſalutis ianua eſt infirmũ apprehẽdẽte Domino de turba ſeorſum educi. Apprehẽdens namq; infirmum de turba ſeorſum educit, cum mentem peccatis languidam viſitatione ſuæ pietatis illuſtrans, à conſuetis humanæ conuerſationis moribus auocat, atq; ad ſequenda

Surdus & mutus.

quenda præceptorum ſuorum itinera prouocat. *Mittit digitos ſuos in auriculas*, cũ per dona Sancti Spiritus aures cordis ad intelligenda ac ſuſcipienda verba verba ſalutis aperit. Namque digitum Dei appellari Spiritum ſanctum teſtatur ipſe Dominus, cũ dicit Iudęis: *Si ego in digito Dei eĳcio dæmonia filij veſtri in quo eĳciunt?* Quod exponẽs alius Euangeliſta dicit: *Si ego in ſpiritu Dei eĳcio dæmonia.* Quo nimirũ digito, & Magi in Ægypto ſuperati ſunt à Moyſe dicentes. *Digitus eſt hic*: & lex in tabulis ſcripta eſt lapideis, quia per donum Sancti Spiritus & ab inſidijs defendimur hominum ſiue ſpiritum malignorum, & in agnitione diuinæ voluntatis erudimur. Digito ergo Dei in auriculas miſsi eius qui ſanandus erat, dona ſunt Sancti Spiritus, quibus corda, quæ à via veritatis aberrauerant ad ſcientiam ſalutis audiendam diſcendamque reuelat, & quia cognitam veritatis lucem ſequi confeſsio debet, apte ſubiungitur. *Et ſpuens tetegit linguam eius.* Spuens quippe Dominus linguam tangit ægroti, cum ad confeſsionẽ fidei ora catechizatorũ inſtruit ſpiritũ namque Domini, ſaporem deſignat ſapientiæ, quæ teſte viro ſapiente loquitur. *Ego ex ore altiſsimi prouidi primogenita.* Vnde & alibi ſputo eius terræ commixto, cæcus natus illuminatur. Sputum etenim quod excapite Domini deſcendit, diuinam eius naturam quæ ex Deo eſt portio terræ, cui idem ſputum immiſcuit humanã quę ex hominib⁹ aſſumpta eſt, deſignat. Et permedicamentum ex ſputo ſuo ac terra compoſitum oculos cæci nati aperuit, quia genus humanum per confeſsionẽ vtriuſq; ſuæ naturæ ab ingenitis errorum ſuorum tenebris eruit.

Digitus Dei. Luc. 11.

Matth. 12. Exod. 8.

Sputum Domini.

Eccleſ. 24.

A Spuẽs ergo Domin⁹ linguã muti vt loqui valeat tangit, cũ ora diu bruta ad verba ſapiẽtię proferẽda cõtactu ſuæ pietatis informat: bene autẽ ſubditur. *Et ſuſcipiens ingemuit, & ait illi, Pheta, quod eſt adapere.* Suſpexit namq; in cælũ vt inde mutis loquelã, inde ſurdis auditũ, inde cũctis infirmitatibus medelã doceret eſſe quęrendã. Ingemuit autẽ, nõ quia ipſi op⁹ eſſe cũ gemitu aliquid petere à Patre, qui cũcta

B petẽtib⁹ donat cũ Patre, ſed vt nobis gemẽdi daret exemplum, cum vel pro noſtris, vel pro noſtrorum erratibus proximorũ ſupernæ pietatis preſidia inuocamus. Quod autẽ ait: pheta id eſt, adaperire: ad aures proprie pertinet. Aures etenim ad audiẽdũ aperiẽdæ, lingua vero vt loqui poſſet à retinaculis erat ſuæ tarditatis ſoluẽda, vnde & ſubditur. *Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutũ eſt vinculũ linguæ eius,*

C *& loquebatur recte.* Vbi vtraq; vnius eiuſdemq; mediatoris Dei & hominũ natura manifeſte diſtincta eſt. Suſpiciẽs enim in cęlũ quaſi homo Deũ præcaturus ingemuit, ſed mox vno ſermone quaſi diuina potens maieſtate curauit. Bene autẽ dicitur de eo, cuius Domin⁹ aperuit aures, ac linguę vinculũ ſoluit, quia loquebatur recte. Ille etenim ſolus recte loquitur, ſiue Deũ confitendo, ſeu alijs prędicãdo, cuius

D auditũ, vt cæleſtib⁹ poſsit auſcultare, & obſecundare mandatis, diuina gratia referat, cuius linguam Dominus tactu ſapientiæ, quæ ipſe eſt ad loquendum inſtituit. Talis autem merito poteſt dicere cũ Pſalmiſta. *Domine labia mea aperies & os meum annunciabit laudem tuam.* Et cum Iſai. *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrum.*

Et

Suſpicere in cælum.

Ingemere.

Loquirecte

Pſal. 50.

Eſai. 50.

Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur dicentes. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire & mutos loqui. Si sciebat eos, sicut ille qui notas habebat, & præsentes & futuras hominum voluntates, tanto magis prædicaturos, quãto magis ne prædicarẽt eis precipiebat, vt quid hoc præcipiebat, nisi quia pigris ostendere volebat: quanto studiosius, quantoquè feruentius eum prædicare debeant, quibus iubet vt prædicent, quando illi qui prohibebantur, tacere non poterant?

Quæstio.

Dionis. in Marc. cap. 7.

EXIENS Iesus de finibus Tyri venit per Sydonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Id est regionis quæ vocabatur Decapolis, quasi decem ciuitates habens, *Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.* Iste surdus, & mutus (vt dicitur) factꝰ fuit talis à dæmone ipsum possidente, qui vsum linguæ & aurium impediuit in eo. Vnde in Matth. legitur. *Tunc oblatus est dæmonium habens cæcus & mutus & apprehendens (Iesus) eum surdũ & mutum de turba seorsum.* Ex humilitate, vel quoniam turba digna non erat videre mysterium huius miraculi, vel ad designandum, quod spiritualiter surdi ac muti, secrete admonendi sunt, atque docendi ne ex humano rubore retrahantur ab aduertentia, & pœnitentia, *Misit digitos suos in auriculas eius.* Primo ad ostendendum quod diuinitas in eo latẽs operabatur per corpus assumptum, tanquam per instrumentum animatum coniunctum ac proprium, quenadmodũ anima rationalis operatur per corpꝰ à se informatum. Secundo quia per digitos ratione articulationis & distinctionis ipsorum significatur discretio, ad aperiendum autẽ aures interioris hominis spiritualiter surdi discretio magna exigitur, *& spuẽs tetegit suo sputo linguã eius.* Quia per saliuã sine qua verba formari non possunt perfectè sapientia figuratur, sine qua nemo rationabiliter loquitur. Spuit ergo & tetegit Iesus linguã surdi ac muti, ad insignuandum quod qui mutus est à prolatione verborum cælestium, atque salubrium, recte ac meritorie loqui non potest, nisi diuina sapientia perfundatur: propter quod orat Apostolus, vt detur sibi sapientia in apertione oris sui. *Et suspiciens in cælum.* Ad demonstrãdum quòd tota virtꝰ sua esset à Patre, & quod ab eo auxilium habuerit, secundũ quod homo: *Ingemuit.* Quare ingemuit? Numquid propter difficultatem perpetrandi miraculi? Non vtiquè, sed ex compassione, qua non solum præsenti infirmo, sed vniuersis, condoluit, qui dæmonum dominatione premuntur, & item ad ostendendum quã difficile sanaretur anima spiritualiter surda ac muta. Vnde in suscitatione Lazari turbauit se ipsum fremens spiritu, & lacrymas fundens; ad demonstrandum, quòd molæ consuetudinis impiæ pressi, obstinati, super quos clausit puteus os suum, qui figurantur per quatriduanum mortuum, difficilimè conuertuntur, & vitam gratiæ sortiuntur. *Et ait Iesus illi surdo & muto, Ephetha, quod est adaperiri.* Et statim apertè sunt aures eius, id est, ad audiendum aptatæ & naturali vsui redditæ. *& solutum est vinculum,* id est impedimentum *linguæ eius loquebatur recte.* Sic qui spirituales visus illustrationẽ interiorumq; aurium apertionem à Christo sortitur loquitur recte,

Matth. 15.

Matth. 12.

Ephes. 6.

Ioann. 11.

Psal. 68.

id eſt iuſte ſapienter ac ſalubriter, pro vt monet Apoſtol⁹: *Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit cõditus, & præcepit illis*, id eſt turbæ, *ne cui dicerẽt*, id eſt nulli reuelarent curationẽ illam miraculoſam. *Quanto autem eis præcipiebat, tacere, tanto plus prædicabant*, non tamen rebelles fuerũt, quia vtrumq; bonum fuit ſecundũ conſiderationes diuerſas, & præceptum Saluatoris intelligendum erat ne ad iactantiam dicerent: *Et eo amplius mirabantur dicentes. Bene omnia fecit*, de quibus omnibus ſubditur, *& ſurdos fecit audire & mutos loqui*, quanuis enim Marcus nõ exprimat ſic niſi de cura vnius: tamen quãdo Chriſtus iſtũ curauit, ſanauit & alios multos ſurdos, & mutos, ac cæcos & debiles, vt habetur in Matth. XII. Sed Marcus ſcribit de vno, cuius curatio ſolemnius facta eſt, & multa miſtyca figurauit, eratq; mirabilior, quia in vno homine tria ſigna ſimul facta videntur, dum obſeſſus liberatur, ſurdus auditum, mutus loquelam recuperat. Non tamen certus ſum an iſte ſurdus & mutus ſit idem, de quo ſcribit Matth. aſſerens eum obſeſſum à dæmone.

Col. 4.

Matth. 12.

Ex quodam alio authore doctiſsimo.

Epheta, quid ſit.

EPHETA Ephetha Chaldaicus eſt imperatiuus, paſſiuæ ſignificationis, Latine. Aperire, aut apertus eſto, ſicut dixit Leproſo. *Mundare*, id eſt mũdus eſto, eodem loco vtrunq; Chriſtus oſtẽdit, vt obſeruauit Beda & ſe verũ eſſe Deum, qui imperando curaret morbos, & à Patre tamen omnẽ accepiſſe poteſtatem, qui curaturus precaretur illum. Quærunt quidam quam ob cauſam Euangeliſta Chaldaicum verbũ quo Chriſtus vſus eſt, retinuerit. Si enim nulla in verbo vis erat, quid, opus erat, vt Euangeliſta illud ipſum, quod Chriſtus pronũtiauerat verbum, & eadem qua ille pronuntiauerat, lingua recenſeret, niſi vt doceret, quo veluti inſtrumento tã inſigni Chriſtus miraculum feciſſet, quoque, qui eius perſonam gerunt, ſimilibus in rebus vti debebant? Nam & gladium quo rex aliquis hoſtem deuicerit deligenter eius poſteri conſeruãt, eoquè, quoties poſſunt libenter vti ſolent. Sed hęc nõ ideo diſputamus, quod vera eſſe exiſtimemus, ſed vt iſtos rideamus irriſores. Non ita vim eſſe putamus implicatam verbis, vt ſi alterius linguæ verbo idem ſignificante ſententia eadem proferatur, non ſit vim eandem habiturum. Quin & Baptiſmum, & alia omnia Sacramẽta quacumquè tãdem lingua, eodem modo ſenſu conferantur, idem efficere docemus: negamus tamen, quod iſti magnam Chriſto facientes iniuriam, irriſores dicũt, nullam eius verba vim habere, nec ſolum aliquam, ſed etiam infinitam habere credimus: *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*, & ſi eius ſaliua vim aliquã habuit, vt impeditam hominis muti ſolueret linguam, cum, vt Theophyla. ait, tantum ſit corporis excrementum, multo profecto maiorem eius verbum habuiſſe credendum eſt, quod voluntatis eius, qua omnia perficit inſtrumentũ erat. Domine (dicebat ille) *non ſum dignus vt intres ſubtectum meum, ſed tantum dic verbo & ſanabitur puer meus.* Verum eninuero plus fidei Gentilis ille Centurio, quam iſti, qui ſolam fidem prædicant, habebat. Sed eam vim nos non in ſono, nõ in Græcis, aut Chaldaicis literis, ſed in ſignificatione, qua Chriſti voluntas

Pſalm. 32.

Matth. 8.

voluntas declaratur collocamus. Scimus, quid Auguſtinus dixerit: Non quia dicitur, ſed quia creditur, non ſonus tranſiens, ſed virtus manẽs. Cur ergò Euãgeliſta Chaldaicum verbum retinere voluit? vt maiorem quemadmodum ego quidem arbitror, hiſtoriæ fidem conciliaret, & quod plus authoritatis, plus maieſtatis, plus veneratio nis ipſum à Chriſto Chaldaicę pronunciatum verbum habere videretur. Tanquam ſi nos Platonis aliquam ſententiam proferentes non Latinis eã, ſed Græcis ijſdem omninò, quibus ille vſus ſit, verbis recitemus, haud dubium quin & augeamus fidẽ, & orationi plus authoritatis, grauitatiſque adhibeamus. *Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur recte*: exponit his verbis, & celeritatem, & perfectionem editi miraculi. Celeritatem quidẽ, quod ad vnum Chriſti verbum non vlla interpoſita mora, ſed ſtatim conſequutus effectus ſit. Nimirum ille ipſe dixerat *Ephetha*, qui olim dixerat, & facta ſunt: mandauerat & creata ſunt. Perfectionem verò, cũ dicit: *Loquebatur recte*, id eſt, perfecte curatus eſt, non ſicut ij qui medicinæ arte curantur, in quibus ſolent plerunque aliquæ præteriti morbi reliquiæ remaner, equod dicit de loquendi, id etiam de audiendi facultate intelligendum eſt, ſed loquutum potius fuiſſe, quã audiſſe recte illũ dixit, vt alluderet ad id quod antea dixerat, vbi eum, Moxilalon ægre, ac difficile loquentem appellauerat quaſi dicat, non iam difficile impediteque, vt ante loquebatur, ſed rectè atque expedite loquutum fuiſſe. Dicit autem apertas fuiſſe aures, & linguæ ſolutum vinculũ, metaphorice loquẽs, quaſi clauſæ aures, ligata lingua ci⁹ fuerit, quod ſurdi aures clauſas muti ligatam linguam habere videantur: *Et præcepit illis ne cui dicerẽt.* Non ſolum ei qui curatus fuerat, ſed ijs etiam, qui eum ad Chriſtũ adduxerant, quia miraculo interfuerant, præcepit ne quid dicerẽt.

D. Aug. tract. 80. in Ioann.

Pſalm. 32.

Verſu. 32.

A

Auguſtinus Quæſt. Euangel. lib. 1. quæſt. 19.

QVod turbæ obtulerunt Domino mutos: Mutos qui Dominum non laudant, vel confitentur fidem: cæcos qui non intelligunt, etiam ſi obtemperent iuuentibus: ſurdos qui non obtemperant, etiã ſi intelligant: claudos qui præcepta non implent.

B

Hieronymus in Marc. cap. 7.

ET hic proprie narrat Marcus decimam virtutem Tyrus interpretatur anguſtia, ſignificãs Iudæam: cui Dominus dicit: *Coangustatum eſt ſtratum, breue eſt pallium vt vtrunque operire non poteſt*, vt transferat ſe ad gentes alias. Sydon verò venatio interpretatur, quę fera indomitaque noſtra natio eſt: *Et venit ad mare Galileæ*, quod fluctuoſa volubilitas eſt: *inter medios fines Decapoleos*, quod interpretatur Decalogi mandata. Saluator ad ſaluandas Gentes ab Apoſtolis ducitur, qui interroganti ſe adoleſcenti quid faceret, reſpondit. *Noſti mandata? Et adducunt, &c.* Genus humanum per multa membra, ac ſi vnus homo varia peſte abſumptas enumeratur in protoplaſto cæcatur, dum videt, Surdus fit, cum audit: dum odoratur emungitur, obmuteſcit dum loquitur: Mancus fit dum manũ extendit, Incuruatur, dum erigitur. Hydropicus fit, dum concupiſcit. Claudus fit, dum progreditur. Lepra ſuffunditur, dum nuda-

C

Iſai. 28.

D

Matth. 19. Genus humanum varia peſte cõſumptus.

tur dæmone impletur, dum diuini tatem appetit, Morte moritur, dũ audacter excuſſat quod inobedien ter commiſit.

Rabanus de vniuerſis, lib. 4. capit. 1.

A dæmone cu ratum genus humanum de-

DÆmonem habens, cæcus & mutus qui ſcribitur à Salua- A tore curatus, indicat eos qui ex idolatria gentium ad fidem Domi nicam conuertuntur. Quibus tamen expulſo à corde dæmonum cultu dum priſtinam lucem perceperunt fidei, poſtea ad laudandum Dominum eorum lingua reſoluitur, vt confiteantur eum quem antea negauerunt. *notat eos qui ex idololatria ad fidem conuertuntur.*

TEXTVS.

ET *apprehendens eum de turba ſeorſum: miſit digitos ſuos in auriculas eius, & ſpuens tetigit linguã eius & ſuſpiciẽs in cælum, ingemuit, & ait illi, Ephetha, quod eſt ad aperire: & ſtatim apertæ ſunt eius aures, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur recte, & præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebatur, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur dicẽtes: Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.*

D. Leo Papa de conflictu vitiorum & virtutum, cap. 21.

Damnatur inulti loquiũ.

DVm multa bona proferre videntur ſæpe contingit vt à bonis locutio inchoãs, ad aliquod prauũ deriuetur: hoc ipſum ſancta Scriptura pronuntiãte: quia *in multiloquio peccatũ nõ deerit*: Quia ſi forte inter innumera verba declinen tur criminoſa: ſed nunquid declinari poſſunt inutilia atquè otioſa, de quibus ratio in futurum erit redenda? Tenendus ergò eſt modus in loquendo: & ab ipſis nonnũquã vtilibus verbis parcendũ ſicut beatus Pſalmiſta legitur feciſſe, dicit enim, Pſalm. 38. *Humiliatus ſum & ſilui à bonis.* *Prou. 10.* *Modus in loquendo tenẽdus.*

Hieronym. in Marc.

Exod. 8.

Apprehendẽs eum: Seorſum ſemper à turbulentis cogitationibus, & actionib⁹ inordinatis ſer B monibuſq; incompoſitis ducitur qui ſanari meretur. Digiti qui in aures eius mittũtur verba ſpiritus ſunt de quo dicitur: *Digitus Dei hic eſt, & opera digitorum tuorum ſunt cæli & ſpuens, &c.* Spuma de carne Domini, eſt diuina ſapientia, quæ ſoluit vincula labiorũ humani generis, vt dicat: Credo in Deum Patrẽ C omnipotentem, &c. *Et ſuſpiciẽs in cælum ingemuit, &c.* id eſt, nos gemere docuit & in cælum theſaurum cordis noſtri erigere quid per gemitũ? Punctionis intimę friuola lætitia carnis purgatur, vt dicitur. *Rugiebã à gemitu cordis mei*, & ait illi: *Ephetha, Corde enim creditur ad iuſtitiam ore autem confeſsio fit ad ſalutem, & ſtatim* D *apertæ ſunt aures, &c.* Apertę ſunt aures eius ad hymnos, & cantica, & pſalmos. Soluitur lingua, vt eructet verbũ bonũ quod non poſſunt minæ nec verbera cohibere: vt ait Apoſtolus Paulus: *Ego vinctus ſed nõ eſt alligatum in me verbum Dei. Et præcepit* *Pſalm. 8.* *Pſalm. 37.* *Rom. 10.* *2. Timo. 2.*

illis

pit illis ne cui dicerent. Non in virtuti A bus gloriandum eſſe docuit, ſed in cruce & in humiliatione. *Quanòt autem eis præcipiebat tantum magis prædicabant.* Ciuitas in monte poſita vndique circunſpecta abſcondi non poteſt, humilitas ſemper præcedit gloriam.

Ambroſ. lib. 1. Offic. cap. 2.

QVid autem præ cæteris debemus diſcere quam tacere, & vt poſsimus loqui ne prius vox me cõ B dẽnet mea quam abſoluat aliena? Scriptum eſt enim ex verbis tuis condẽnaueris, quid opus igitur vt properes periculũ ſuſcipere condẽnationis loquendo, cum tacendo poſſis eſſe tutior? Complures vidi loquendo peccatum incediſſe, vix quenquam tacendo. Ideoq; tacere noſſe quã loqui difficilius eſt. Scio loqui pleroſq; cum tacere neſciãt. Si enim perinde tacere nouiſſet Cicero atq; loqui, nunquam in eã fortunam deueniſſet.

Vincent. Bell. Specu. moral. lib. 3. par. 1. diſtinct. 5.

MIſit digitos ſuos in auricula ei9. Quid quęſo auriculas ipſas concludimus & obſeramus ad tronitua more vulpis, cum tamen ad detractiones & murmurationes audiendas patentes eas habeamus & bene perforatas? Nõ equidẽ tã multos tauros, moleſti canes de illorũ auriculis pendentes ad macellum ducũt. Quam multos homines per ipſas auriculas ſiue per auditum dęmon ad inferni dimittit barathrũ. Cum enim per linguam nõ poteſt eos venari atq; cõprehendere, mox canes ſuos atq; miniſtros, ad auriculas comprehẽdendas mittere ſolet. Scribũt naturales Philoſophi de dracone, quod per ipſum auditũ interficere Elephãtẽ ſoleat, ore quidem ſuo aures obturãdo, & cau da pedes conſtringendo, ita dęmõ per auditum interficere multos ſolet. Vlyſſes quidem vt Syrenum cãtus poſſet effugere aures ſuas diligenter obſerauit, ne forte periret, cũ pleriſq; alijs in ipſo mari. Vnde D. Hier. in Prol. ſuper Ioſue, orta tur. Vt fugiamus maxima cũ ſolicitudine Syreũ ncantus: hoc eſt titillantes carnis laſciuias, & voluptates, cæteraq; vitia blandientia. Cũ Alexander quidã audiuiſſet ad Lyram nonnullos cõcentus decantari, quibus ipſe vehementer commouebatur, & à ſuo integritatis propoſito deducebatur, ſtatim Lyram de manu muſici arripiẽs cõtriuit, &c.

Dæmon multos interficit per auditum.

D. Thom. in ſermo. de hac Dominica.

ET ſuſpiciens in cælum ingemuit & dixit illi: *Ephetha quod eſt aperire.* Tres graues infirmitates incurrit C quilibet peccator quando peccat mortaliter. Primò cæcitatem mentis obtenebratione *Ambulabunt vt cæci, quoniã Domino peccauerũt.* Epheſ. 4 *Tenebris obcæcatum habentes intellectũ alienati ſunt à vita Dei per ignorantiã, quæ eſt in illis propter cæcitatẽ cordis ipſorũ, qui deſperantes ſemetipſos tradiderũt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis in auaritiam.* Secũdò ſurditatem per inobedietiæ reuollutionem. *Quis cæcus niſi ſeruus meus? Surdus niſi ad quẽ nuntios miſi. Furor illis* D *ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas.* Tertiò mutitatẽ peccatorum ſuorũ oculationem. *Vniuerſi canes nõ valentes latrare. Cum dulce fuerit in ore ei9 malum abſcondit illud ſub lingua.* Cæterum notandum, quod tria concurrunt ad curationem iſtius infirmi, & ſignificant tria quæ ſunt neceſſaria ad curationem peccatoris. Primo ſanctorũ & Eccleſiæ oratio, ibi: *Et deprecabantur. Qui ſcit fratrem ſuũ peccatũ, nõ ad mortem petat pro eo. &*

Peccator tres quando peccat infirmitates incurrit.

Sophon. 1.

Epheſ. 4.

Iſai. 12. Pſalm. 57.

Iſai 56.

1. Ioann. 5.

dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Secundò donorum & gratiæ Spiritusſancti ſuſceptio, ibi: *Miſit digitos in aures eius.* Gloſſa digitos in auriculã mittit cũ per Spiritumſanctũ aures cordis ad intelligẽda & ſuſcipienda verba ſalutis aperit. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Roma.3. Tertiò pœnitentiæ operatio quæ conſiſtit in tribus, primo in cordis dolore, ibi: *Suſpiciẽs in cælũ ingemuit.* Interlinearis gemere nos docuit pro noſtris, vel noſtrorũ reatibus ſupplicãtes. Pſalm.6. *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Secundo, in oris confeſsione, ibi: *Et ſolutum eſt vinculũ linguæ eius.* Vinculum linguę ſoluitur peccatoris cum peccatum confitetur. Iacob.5. *Confitemini alterutrum peccata veſtra.* Tertio, in mãdatorum Dei & Sacerdotis ad impletione, ibi: *Et apertæ ſunt aures eius.* Aures peccatoris aperiuntur, cum præcepta Dei, & Sacerdotis adimplẽdo, & ſatisfaciendo obedit. Hebr.13. *Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis, ioſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, &c.*

D. Grego. lib. 1. ſuper Ezech. homi. 10. ſuper illa verba c. 3. Filij hominis omnes ſermones meos, &c.

Ezechiel.3. VIgilanter intuendũ eſt quod voce Domini ad Prophetã dicitur: vt prius ſermones eius audiat & poſtmodum loquatur audimus enim verba Dei ſi facimus, & tunc ea proximis recte loquimur cùm prius ipſi fecerimus. Quod bene Marcus Euangeliſta cõfirmat, cum factũ Domini miraculũ narrat, dicens: *Adducũt ei ſurdum & mutum, &c.* Cuius ordinẽ curationis inſinuat ſubdens, *miſit digitos ſuos in auriculas eius, &c.* Quid eſt enim q̃ A creator omniũ Deus cũ ſurdum & mutũ ſanare voluiſſet, in aures illius ſuos digitos miſit & expuens linguã eius tetigit? Quid per digitos Redemptoris, niſi dona ſancti Spiritus deſignantur. Vnde cũ in alio loco eieciſſet dęmoniũ dixit: *Si in digito Dei eijcio dæmonia profectò* Luce.11. *peruenit in vos regnum Dei.* Qua de re per Euangeliſtã alium dixiſſe deſcribitur: *Si ego in Spiritu Dei eijcio dæmonia, igitur peruenit in vos regnũ Dei.* B Ex quo vtroq; loco colligitur quia digitus ſpiritus vocatur. Digitos ergò in auriculas mittere, eſt per Spiritusſancti dona mẽtem ſurdi ad obediendum aperire. Quid eſt vero quod expuens linguã eius tetigit? Saliua nobis eſt ex ore Redẽptoris accepta ſapientia in eloquio diuino. Saliua quippe ex capite defluit in ore. Ea ergò ſapientia quæ ipſe eſt dum lingua noſtra tãgitur, mox ad prædicationis verba formatur, qui ſuſcipiens in cælum ingemuit, nõ quod ipſe neceſſarium C gemitum haberet, qui dabat quod poſtulabat: ſed nos ad eũ gemere, qui cælo præſidet docuit, vt & aures noſtræ per donum Spiritusſancti aperiri: & lingua per ſaliuã oris, ideſt, per ſciẽtiam diuinæ locutionis ſolui debeat ad verba prædicationis: Cui mox *Ephetha, id eſt, aperire, dicitur, & ſtatim apertæ ſunt aures eius & ſolutum eſt vinculũ linguæ eius.* D Qua in re notandum eſt: quia propter clauſas aures, dictum eſt, ad aperire, ſed cui aures cordis ad obediendum apertæ fuerint ex ſubſequenti proculdubio etiam linguæ eius vinculum ſoluitur, vt bona quæ ipſe fecerit etiã facienda alijs loquatur. Vnde bene additur. *& loquebatur recte.* Ille enim recte loquitur qui prius obediẽdo fecerit, quæ loquendo admonet eſſe facienda.

Corne. Ianſen. de hac Dominica.

IPſo quidem reſpectu in cælum ſignificans virtutẽ ſanãdi ſe habere à Deo atq; ab illo quærendã omnem medelam ipſo verò gemitu ſignificans, quam miſeretur humanæ naturæ quę tũ à dæmonibus cum ab illis infirmitatibus varijs modis impetitur, propter peccati tranſgreſsionem, ac gemendi nobis prębẽs exemplum, cum pro noſtra noſtrorumq; ſalute, ſupernæ pietatis ſubſidia inuocamus. Non enim ipſe ingemuit, quid opus illi eſſet, cum gemitu aliquid petere à Patre, cum cuncta petentibus donet cum Patre. Poſtremo qui ſe ſuſpiciendo in cælum, & ingemiſcendo verum hominem oſtendit, iam & diuina ſe prædituũ poteſtate declarauit, cum imperatiuo vſus verbo dixit: *Ephetha quod eſt aperire.*

Humana natura tũ à dæmonibus, tũ à varijs infirmitatibus impetitur.

D. Baſilius lib. Regul.

PErcontatur D. Baſi. interrogatione 208. nũquid rectũ ſit in vniuerſum vbiq; ſilentiũ ſeruare? reſponditq; ſilentium ſeruandũ eſſe debito loco ſuo ac tempore. *Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum eſt. Poſui ori meo cuſtodiam. Omnis ſermo malus ex ore veſtro nõ procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei.* Cæterum neceſſarium eſt perpetuum ſilentium quouſq; & à vitio petulantiæ indicẽdo ſanemur, & in otio diſcere poſsimus quãdo, & quid, & quomodo loqui oporteat, &c.

Amos. 5. Pſalm. 38. Epheſ. 4.

Seneca lib. 2. de benef. c. 10.

HÆc beneficij inter duos lex eſt. Alter ſtatim obliuiſci debet dati, alter accepti nũquã. Si exprobraueris mihi beneficium tale quippiam tibi reſpondebo, quale A olim quidam reſpondit exprobranti quod ſe eripuiſſet à capitis ſupplicio atq; pæna. Ait enim redde me cæſari: quouſq; dicis: ego te ſeruaui, ego te à morte eripui? Nil tibi debeo ſi me ſeruaſti, vt haberes, quẽ oſtẽderes. Quouſq; me circũducis? quouſq; obliuiſci fortunę meæ non ſinis? Semel in triumpho ductus eſſem: quamobrẽ, abſit omnis exprobratio, & qui dedit beneficiũ taceat, narret vero qui accepit. Aliter enim odioſe exprobrãti reſ B pondere poteris, te nihil debere, ſed potius cumulatè ſatisfeciſſe, & quando dicet ille? Quoties beneficium exprobraſti, teq; de eo inſolẽter iactaſti. Immemores acceptorũ beneficiorũ eſſe nunquã debemus. Eſt enim hęc maxima ingratitudo &quę quamcunq: aliã ſuperet & vincat, vltro ſcilicet & dedita opera acceptum, negligere atq; obliuiſci beneficiũ. Non videmus quidẽ talr bus hominibus, à lege pænã aliquã C conſtitui, quod ſcilicet propter ſceleris immanitatem relicta ſit Deo diſcernenda, ſolet quidem ingratus, cum aliquod beneficium poſtulat, maxime demulcere eum à quo petit, atq; montes eidẽ aureos polliceri, ſimul atq; autem beneficiũ accepit nihil perinde obliuiſcitur.

Theophylactus in Marcum.

NOn moratur diu in gentilium locis, ſed ſtatim tranſit (ſicut dicebam) ne daret occaſionem Iudæis dicendi, quod pręuari caretur legem Gentilibus ſe miſcens. Secedens igitur à finibus Ty D ri & Sydonis vadit in Galilæam. Porro ſurdũ & impeditæ linguæ illum ſanat. Erat autem morbus ille à dæmone: iam quod de turba ſeorſum apprehendit illum, ideò factum quod non erat arrogantiæ ſectator, qui ſe humiliarat vſq; ad

noſtram inopiam,& vt plurimum voluit coram multis miracula facere,niſi forte propter vidētiū vtilitatem. Quum verò ſpuiſſet tetigit linguā illius, vt oſtenderet omnes partes carnis ſuæ ſanctas ac diuinas eſſe à Deo vt ſputum ſoluere linguæ vinculum,tametſi ſuperfluitas ſit omne ſputū, ſed in Domino admirabilia erāt ac diuina omnia. Vt autem ſuſpexit in cælum ingemuit fortaſsis & orās Patrem, quo miracula dignaretur hominem & nos docens, quod quādo facturi ſumus miraculū, inde petēdam miraculorum virtutem fortaſsis etiam miſericordia erga humanā naturā tactus, quo pacto ſic tradita eſſet diabolo,qui illi ſic illuderet, & à quo tanta pateretur. Vnde & qui ſanaret,à ſanitatis prędicatur tametſi illis ipſe interdiceret ac prohiberet,ne quid dicerent. Docemur & item hoc loco,quod quando benefacturi ſumus nō applauſus,vel celebritates & beneficia quæramus: cum autē beneficia acceperimus, vt benefactores,licet ipſi recuſſent laudemus & prædicemus.

Cornelius Ianſen. in ſermo. de hac Dominica.

MOraliter ſurdus iſte & mutus, deſignat eum qui nec aures habet ad audiēdum ſermonem Dei, ſed obturatas habet in modum aſpidis aduerſus ſapientis incantatoris vocem, nec linguam habet ad profeſsionem proprię turpitudinis,ac diuinæ miſericordiæ & bonitatis,ſed tantum ad obtrectationes, maledicentiam ſtulti loquia & id genus, ita vt loquatur quidem ſed non recte. Talis igitur ſi ſanandus erit, neceſſe eſt ab his qui recte audire & loqui ſciunt offeratur Deo,& his qui in terris Domini vice fungūtur,qui in primis illum apprehenſum, è turba abducere debent,hoc eſt à turbulentis cogitationibus actibus & ſermonibus inordinatis ſe mouere, atq; à lata via, per quam multi ambulāt, reuocare ad puſilli gregis conſortiū. Deinde inſerere digitos ſuos in aures eius atq; ſaliua tāgere linguam, quod fit cum euocantes à fiducia rerum fluxarū hortātur ad doctrinam cæleſtem, & fidem in Chriſtum,quæ eſt ex auditu cumq; ſaliua Euangelicæ ſapientiæ ita afficiunt palatum eius & linguam, vt de rebus iam melius habeat iudicium,qui palatum prius humana ſaliua vitiatum habens peruerſe de rebus iudicauit. Horum prætereà eſt ingemiſcere,potius ob peccata aliena quam ſæuire in ea, dolore potius quam iraſci ac gemitu pijſque præcibus à Chriſto contendere miſeris ſalutem: quæ tamen cuncta nempe doctrinam & orationē fruſtra facit doctor, niſi accedat Chriſti efficax illud præceptū,quo iubeat adaperiri aures mentis, & & ſoluantur vincula linguæ,nempe peccata & peccatorum amor, vt iam fide per auditum ſuſcepta, obediens factus diuinis mandatis incipiat, etiam iam recte & recta loqui, qui prius male loquebatur,ſua ſcilicet peccata agnoſcere & confiteri, ac quæ Dei ſunt palam prædicare. Iam ſicut hinc diſcimus quoſdam male eſſe mutos,& ſurdos, ita ex alijs ſcripturis diſcimus quoſdam bene eſſe ſurdos & mutos,qui ſcilicet aures ſuas non apperiunt contra maledicos & contra iudicia Domini, quomodo ſe ſurdum & mutum fuiſſe,prædicat Pſalmiſta: *Ego*, inquit, *tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. & factus ſum ſicut homo non audiens, nec habens in ore ſuo redargutiones.* Pſalm. 37.

DOMI-

DOMINICA DVODECIMA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Lucæ.10.

TEXTVS.

ET conuersus Iesus ad Discipulos suos, dixit: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & nõ audierũt.

Augustinus in Psalm. 96.

MAGNA spectacula Deꝰ præbet cordi Christiano, & quibus vere nihil possit iucũdius inueniri si tamen adsit palatũ fidei, cũ sapiat mel Dei. Credimꝰ omnibus vobis qui in Saluatorem nostrum toto corde credidistis, inesse spiritũ eiꝰ qui vos delectet eũ leguntur Prophetiæ, ante tot annos prolatæ ex ore sanctorum, & post annos impletę in fide gentium. Magnã enim iucunditatẽ tunc capiebant ipsi sancti Prophetæ, cũ ea videbant in spiritu, non iã impleta, sed adhuc futura. Erat enim eis magna delectatio, sed tamen, & ipsi pro charitate qua in nos accẽsi erãt quos nondũ videbant, sed spiritu parturiebant, volebant si fieri posset, in hoc tẽpore nobiscũ viuere, & videre impleta, quæ in spiritu prophetabant. In

A de Dominus Discipulis suis iã ista videre incipiẽtibus ait. *Multi iusti & Prophetæ voluerunt videre, quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierũt.* Quanuis enim viderunt ista in spiritu, tamen futura illis quodãmodo formabantur: Apostoli autẽ iam præsentia credebantur. Vnde ille Simeon iustus quidã senex, multũ exultauit videns infantẽ Iesum, & agnoscẽs in paruo magnum, & in exigua carne cognoscẽs cæli & terræ creatorem. Multũ ergò exultauit, quia responsum acceperat, non se exiturũ esse de hac vita priusquã videret salutare Dei. Agnouit ergò illum, iocundatus est, exultauit gaudio, & hoc ait: *Domine, nunc dimittis seruum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuũ.* Magna est ergo ista iocũditas, & hanc facit charitas. Delectati sumus cum Psalmus iste cantaretur, & quædam ibi ab homini-

B

Matth. 13.

Lucæ. 2. Charitas iucũditatem parit.

bus intellecta ſunt, quædam verò quantum arbitramur, aut à paucis, aut certè non ab omnibus. Simul ergò illum in iſto ſermone, in quo vobis ſeruimus cõſideremus, & videamus quanta dignatione nos Deum lætificare voluit, præſentãdo quæ promiſit, & nobis & nos exhibens veritatem promiſsis ſuis.

Irenæus aduerſus hæreſes, lib. 4. cap. 24.

Quoniam & Prophetæ & iuſti ante aduentum Domini cognouerunt aduentum eius.

QVoniam autem non ſolũ Prophetę & iuſti multi pręſciẽtes perſpiritum aduentum eius, oraue rũt in illud tẽpus venire, in quo facie ad faciem viderent Dominum ſuum, & ſermones audirent eius, Dominus fecit manifeſtum, dicẽs Diſcipulis: *Multi Prophetæ & iuſti cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.* Quẽadmodum igitur cõcupierunt & audire & videre, niſi pręciſſent futurũ eius aduẽtum? Quomodo autem pręſcire potuerunt, niſi ab ipſo pręſentiã ante accepiſſent? Quomodo autẽ ſcripturæ teſtificãtur de eo, niſi ab vno & eodẽ Deo omnia ſemper per verbũ reuelata & oſtenſa fuiſſent credentibus, aliquando quidem colloquente eo cũ ſuo plaſmate, aliquando autem dãte legem, aliquando verò exprobãte, aliquãdo vero exortãte, ac deinceps liberante ſeruũ ſuum, & adoptãte in filium, & apto tempore incorruptibilẽ hereditatẽ pręſtante, ad perfectionem hominis, plaſmauit enim eum in augmentum & incrementum, quẽadmodum & ſcriptura dicit: *Creſcite & multiplicamini.* Et hoc Deus ab homine differt, quoniam Deus quidẽ facit, homo autem fit, & quidem qui facit, ſemper idẽ eſt, quod autẽ fit, & initium & medietatem, & adiectionem, & augmentũ accipere debet. Et Deus quidem benefacit, bene autem fit homini. Deus quidẽ perfectus in omnibus, ipſi ſibi ęqualis, & ſimilis totus, cum ſit lumẽ & totus, mens verò perfectum percipiens & augmentũ ad Deum. Quemadmodum enim Deus ſemper idem eſt, ſic & homo in Deo intẽtus, ſemper proficiet ad Deũ, neq; enim Deus ceſſat aliquando in benefaciẽdo & locupletãdo hominẽ, neq; homo ceſſat beneficium accipere & ditari à Deo, exceptoriũ enim bonitatis & organũ clarificationis eius homo, gratus ei qui ſe fecit: & iterũ exceptoriũ iuſti iudicij eius homo ingratus, & ſpernens plaſmatorũ, & non ſubiectus verbo eius, qui plurimũ ſemper fructificantibus, & plus habentibus, dominicũ argentum daturũ ſe pollicitus eſt: *Euge, inquit, ſerue bone & fidelis, quia in modico fidelis fuiſti. ſupra multa te conſtituã, intra in gaudiũ Domini tui:* Ipſe Dominus plurimũ non promittens, ſicut ergò nunc fructificantibus plurimũ daturũ ſe pollicitus eſt ſecundum munerationem agnitionis: Ipſe enim Dominus perſeuerat & idẽ Pater reuelatus: ſic ergò & poſterioribus maiorẽ quam quæ fuit in veteri Teſtamẽto munerationẽ gratiæ attribuit, vnus & idẽ Dominus per ſuũ aduentũ. Et illi qui per famulos audibant venturũ regem, & mediocriter gaudebant, ſecundũ quod ſperabant venturũ eum, qui autẽ pręſentem viderunt, & libertatẽ adepti & potiti ſunt eius muneratione, maiorem gratiã & abundantioré exultationẽ habent gaudentes de regis aduentũ, quemadmodũ & Dauid dicit: *Anima mea exultauit in Domino. Iocundabitur in ſalutari eius.* Et propter hoc Ieroſolymam introeunte eo, omnes qui erant in via Dauid,

Homo Deo intentus, ſemper dicitur à Deo.

Matth. 25.

Geneſ. 1.

Pſalm. 34.

uid, in dolore animæ cognouerunt ſuum regem, & ſubſtrauerunt ei veſtimenta & ramis viridibus adornauerunt viam, cum magna lætitia, & exultatione clamantes & dicentes: *O ſanna fili Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini. O ſanna in excelſis.* Zelantibus autem malis diſpenſatoribus qui circumueniebant inferiores & dominabantur eorum, quibus ratio non conſtaba, & propter hoc nolẽtibus credere veniſſe regem, & dicentibus ei: *Audis quid iſti dicunt? ait Dominus: Nunquam legiſtis: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* Id quod à Dauid in filium Dei dictũ erat, in ſe factũ oſtendens, & ſignificãs illos quidem neſcire virtutem ſcripturæ, & diſpoſitionem Dei, ſe autem eſſe qui à Prophetis annuntiatus eſt Chriſtus, cuius nomen in omni terra laudatur: ex ore infantium & lactentium laudem perficientis ſuo Patri, quapropter & eleuata eſt magnificentia eius ſuper cælos. Si ergò idem ipſe adeſt, qui prædicatus eſt à Prophetis, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & aduẽtum eius pleniorem gratiam & maiorem munerationem attribuit, his qui ſuſceperunt eum, manifeſtum quoniam & Pater idem eſt, qui à Prophetis annuntiatus eſt, & non alterius Patris agnitionem fecit veniẽs filius, ſed eiuſdem qui ab initio prædicatus eſt, à quo libertatem detulit his, qui legitimè & prono animo, & toto corde deſeruiunt ei: contemptoribus, & nõ ſubiectis Deo, ſed in gloria hominum exteriores mundi huius ſectãtibus, quæ in figuram futurorum traditæ erant, velut vmbræ cuiuſdam, deſcriptionem faciente lege, atque declarante, de temporalibus æterna, de terrenis cæleſtia, fingẽtibus pluſquam quæ dicta ſunt ſeſe obſeruare, tanquam diligentiam ſuam etiam ipſi Deo præferentibus, intus autem pleni hypocriſi, & cupiditate, & omni malitia, in ſempiternã attulit perditionem, abſcindens eos à vita.

Matth. 21.

Pſalm. 8.

TEXTVS.

ILLE autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus? Suſpiciens autem Ieſus dixit: Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Ierico, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum: & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt Sacerdos quidam deſcenderet eadem via: & viſo illo præteriit. Similiter & Leuita, cum eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus eſt. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illũ in iumentum ſuum duxit in ſtabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumq; ſupererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum triũ videtur tibi proximus fuiſſe

illi qui incidit in latrones. At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus: Vade & tu fac ſimiliter.

Ambroſius in Lucam, lib. 7. capit. 10.

Hiſtoria veteris Ieruſalē.

HOmo quidam ex Ieruſalem deſcēdebat in Ierico. Vt eum locū, qui propoſitus eſt nobis, plani⁹ poſſimus abſoluere, veterem ciuitatis Ierico repetamus hiſtoriā. Meminimus itaq; quod Ierico, ſicut legimus in libro qui ſcribitur Ieſu Naue, magna ciuitas fuerit, muralib⁹ ſepta parietibus, quæ non ferro peruia, non arieti poſſit eſſe penetrabilis: in ea Raab habitaſſe meretricem, quæ exploratores, quos direxit Ieſus, hoſpitio recepit, conſilio inſtruxit, poſtulantibus ciuibus abiiſſe reſpondit. Abſcondit in tecto, & vt ſe ſuoſq; vrbis excidio poſſet eripere, cocinū in feneſtra ligauit. Vrbis autem ipſius inexpugnabiles muros, ſeptem tubarum ſacer dotaliū ſono, & populi iubilantis vlulatu conſono corruiſſe. Videte quemadmodū vnuſquiſq; propriū ſeruet officium: exploratores excubias, myſterium meretrix, fidē victor, religionem ſacerdos. Hi periculum pro laude non metuūt, illa ſuſceptos nec in periculis prodit. Iſte ſolicitus fidem magis ſeruare quā vincere, meretricis prius mandat ſalutem, quā excidium ciuitatis. Religionis autem inſignia arma ſunt ſacerdotis. Iam illud quis non plenum putet eſſe miraculum, quod ex tota vrbe nemo ſeruatus eſt, niſi quem meretrix liberauit? Hæc ſimplicis hiſtoria veritatis eſt, quæ ſi altius conſideretur, admiranda ſignat myſteria. Ierico enim figura iſtius mundi eſt, in quā de Paradiſo, hoc eſt, de Ieruſalem illa cęleſti eiectus Adā præuaricationis prolapſione deſcendit: hoc

Sacerdotū inſignia religioſi.

A eſt, de vitalibus ad inferna demigrans, cui nō loci, ſed morū mutatio naturę ſuę fecit exiliū. Longe enim mutatus ab illo Adā, qui in offenſa beatitudine fruebatur: vbi in ſecularia peccata deflexit, incidit in latrones. In quos nō incidiſſet, niſi his mādati cæleſtis deuius ſe feciſſet obnoxiū. Qui ſunt iſti latrones, niſi angeli noctis atq; tenebrarū, qui ſe nonnunquā transfigurāt in angelos lucis, ſed perſeuerare non poſſunt? Hi autē deſpoliāt
B quæ accepimus induměta gratiæ ſpiritalis, & ſic vulnera inferre cōſuerūt. Nā ſi inueterata quę ſumpſimus induměta ſeruemus, plagas latronum ſentire non poſſumus. Caue ergò ne ante nuderis, ſicut Adā ante nudatus eſt, mandati cæleſtis cuſtodia deſtitutus, & exutus fidei veſtimēto, & ſic lętale vulnus accepit. In quo omne genus occidiſſet humanū, niſi Samaritanus,
C ille deſcendens, vulnera eius acerba curaſſet. Nō mediocris iſte Samaritanus, qui eū, quem Sacerdos, quē Leuita deſpexerat, non etiam ipſe deſpexit. Nec vocabulo ſectę deſpicias, quē verbi interpretatione miraris. Samaritani etenim vocabulo cuſtos ſignificatur. Hoc habet interpretatio. Quis eſt cuſtos, niſi ille de quo dictū eſt: *Cuſtodiens paruulos Dominus?* Itaq; ſicut Iudeus,
D alius in litera, alius in ſpiritu: ita eſt Samaritanus, alius foris, alius in occulto. Hic ergò Samaritanus deſcendens: *Quis eſt qui deſcendit de cælo, niſi qui aſcendit in cælum, filius hominis qui eſt in cælo?* Videns ſemiuiuum, quē nemo poterat ante curare, ſicut illam, quæ fluxu ſanguinis profluens, in medicos erogauerat omne patrimonium ſuum, venit

Pſalm. 114.

Ioann. 3.

ſecus

secus eum: hoc est factus compassionis nostræ susceptione finitimus, & misericordiæ collatione vicimus. *Et alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum.* Multa medicamina medicus habet iste, quibus sanare consueuit. Sermo eius medicamentum est. Alius eius sermo constringit vulnera, alius oleo fouet, alius vinum infundit. Cõstringit vulnera austeriore pręcepto, fouet remissione peccati, sicut vino compungit denũciatione iudicij. *Et imposuit, inquit, in iumentum suum.* Audi quomodo te imponat. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet & pastor imposuit ouem lassam super humeros suos. Homo enim iumentis similis factus est, & ideò supra iumentum suum nos imposuit, ne nos essemus sicut equus & mulus, vt per nostri corporis assumptionem infirmitates nostræ carnis aboleret. Deniq; duxit nos in stabulum, qui eramus iumẽta. Est autem stabulum, in quod fessi longo itinere succedere solent. Duxit itaq; in stabulũ Dominus: *Qui suscitat à terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Et curam egit.* Ne æger ea quæ acceperat, nequaquam præcepta seruaret. In quo cognouit asina præsepe domini sui. Sed non vacabat Samaritano huic diu in terris degere, redeundum erat eò, vnde descenderat. Itaque altero die. Quis est iste alter dies, nisi forte ille Dominicæ resurrectionis, de quo dictum est: *Hic est dies quem fecit Dominus. Protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe.* Qui sunt isti duo denarij, nisi fortè duo testamenta, quæ imaginem in se habent ęterni regis expressam quorũ pretio vulnera nostra curantur? Redempti enim sumus pretioso sanguine, vt vltimæ mortis vlcera vitaremus. Hos ergo duos denarios, licet horũ quoq; librorum quatuor formas non absurdũ sit intelligere, accipit stabularius. Quis? Ille forsitan, qui ait: *Æstimo vt stercora, vt Christũ lucrifaciam,* quo curã haberet hominis vulnerati. Stabularius itaq; est ille qui dixit: *Misit me Christus Euangelizare.* Stabularij sunt illi, quibus dicitur: *Ite in orbẽ vniuersum, & prædicate Euangelium vniuersæ creaturæ, & qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit.* Saluus vtiq; à morte, saluus à vulnere, quod infixũ est à latronibus. Beatus ille stabularius, qui alterius vulnera curare potest. Beatus ille cui dicit Dominus: *Quodcunq; supererogaueris, reuertens reddã tibi.* Bonus dispensator, qui etiã supereroga. Bonus dispensator Paulus, cuius sermones & Epistolæ veluti ei rationi, quã acceperat, superfluunt. Moderatũ Domini mandatũ propè immoderato labore mentis & corporis executus, vt multos ab ægritudine graui spiritalis alloquij dispẽsatione reuelaret. Bonus ergo stabularius stabuli eius, in quo agnouit asinus præsepe Domini sui, & in quo greges clauduntur agnorũ, ne fremẽtibus ad caulas rapacibus lupis, facilis in ouilia sit incursus. Spõdet ergò mercedem se redditurum. Quãdo reuerteris Domine, nisi in die iudicij? Nã licet vbique sis semper, & stans in medio nostrorũ non cernaris à nobis, erit tamen tempus quo vniuersa caro te aspiciat reuertentem. Reddes ergo quod debes, beati quibus es debitor: vtinam nos simus idonei debitores: vtinã quod accepimus, possimus exoluere, nec nos aut sacerdotij aut ministerij munus extollat. Quomodo reddes Domine Iesu? Promisisti quidẽ in celo bonis copiosam esse mercedẽ. Reddes tamẽ & cum dicis: *Euge bone serue, quoniam supra pauca fidelis fuisti, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini*

Psalm. 112.
Isaiæ. 1.
Psalm. 117.
Philip. 3.
Marc. 16.
Matt. 29.

mini tui. Ergo quoniã nemo magis proximus, quã qui vulnera noſtra curauit, diligamus eũ quaſi Dominum: diligamus & quaſi proximũ. Nihil enim tàm proximum, quàm caput membris diligamus etiam eum, qui imitator eſt Chriſti: diligamus eũ, qui inopiæ alterius corporis vnitate compatitur. Non enim cognatio facit proximũ, ſed miſericordia, quia miſericordia ſecundum naturam. Nihil enim tàm ſecundum naturam, quam iuuare conſortem naturæ. Dictum eſt igitur de miſericordia, ſed non vna eſt forma virtutis, &c.

Auguſtinus Macedonio, de vera felicitate, Epiſt. 52.

Matth. 22.

CHriſtus nanq; (id eſt veritas) *dicit, in his duobus præceptis totã legem prophetaſque pendere, vt diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & diligamus proximos tã quam noſmetipſos.* Proximus ſanè hoc loco non ſanguinis propinquitate, ſed rationis ſocietate penſandus eſt, in qua ſocij ſunt omnes homines. Nam ſi pecuniæ ratio ſocios facit, quanto magis ratione naturæ non negociandi, ſed naſcendi lege communis. Hinc & ille Comicus (ſicut loculentis ingenijs non deſit reſplendentia veritatis) cum ab vno ſene alteri ſeni dictum componeret. Tantum ne ab re tua eſt ocij tibi, aliena vt cures, ea quæ nihil ad te attinent? Reſpõſum ab altero reddidit: Homo ſum, humani nihil à me alienum puto. Cui ſententiæ ferunt etiam theatra tota plena ſtultis indoctiſque applauſiſſe. Ita quippe omnium effectum naturaliter attigit ſocietas humanorum animorum, vt nullus ibi hominum niſi cuiuſlibet hominis proximum ſe eſſe ſentiret.

A

Auguſt. de Doctrina Chriſtiana, lib. 1. cap. 30.

ORitur autem hoc loco de angelis nonnulla quæſtio. Illo enim fruẽtes etiam ipſi beati ſunt, quo & nos frui deſideramus, & quã to in hac vita fruimur vel per ſpeculum, vel per ænigmata, tanto noſtram peregrinationem & tolerabilius ſuſtinemus, & ardentius finire cupimus. Sed vtrum ad illa duo præcepta etiam dilectio pertineat angelorum, non irrationabiliter quæri poteſt. Nam quod nullum hominum exceperit qui præcepit vt proximum diligamus, & ipſe in Euangelio Dominus oſtendit, & Paulus Apoſtolus. Nanque illi cui duo præcepta protulerat, atque in eis pẽdere totam legem prophetaſque dixerat, cum interrogaret eum dicens. *Et quis eſt meus proximus?* Hominem quẽdam propoſuit deſcendentem ab Ieruſalem in Ierico, incidiſſe in latrones, & ab eis grauiter vulneratum ſaucium & ſemiuiuum eſſe derelictum, cui proximum eſſe non docuit, niſi qui erga illum recreandum atque curandum miſericors extitit, ita vt hoc qui interrogauerat, interrogatus ipſe fateretur. Cui Dominus ait: *Vade, & tu fac ſimiliter*: vt videlicet cum eſſe proximum intelligamus, cui vel exhibendum eſt officium miſericordiæ ſi indiget, vel exhibendum eſſet ſe indigeret. Ex quo eſt iam cõſequens, vt etiã ille, à quo nobis hoc viciſsim exhibendũ eſt, proximus ſit noſter. Proximi enim nomẽ ad aliquid eſt, nec quiſquam eſſe proximus niſi proximo poteſt. Nullum autem exceptum eſſe cui miſericordię denegetur officiũ, quis nõ videat? Quãdo vſq; ad inimicos etiã porrectũ eſt eodẽ Domino dicẽte: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderũt vos.*

B

C

D

Omnis homo vt proximus diligendus.

Matth. 22.

Matth. 5.

Ita

Ita quoq; Apoſtolus Paulus docet, cum dicit: *Nam non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non cõ cupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc ſermone recapitulatur: Diliges proximum tuum tanquam te ipſum. Dilectio proximi malum non operatur.* Quiſ quis ergò arbitratur non de omni homine Apoſtolum præcepiſſe, cogetur fateri quod abſurdiſsimum & ſceleratiſsimum eſt, viſum fuiſſe Apoſtolo nõ eſſe peccatum, ſi quis aut non Chriſtiani, aut inimici adulterauerit vxorem, aut eum occiderit, aut eius rẽ cupierit. Quod ſi dementis eſt dicere, manifeſtum eſt omnẽ hominem proximũ eſſe deputandum, quia erga neminem operandum eſt malum. Iam vero ſi vel cui præbẽdum eſt, vel à quo nobis præbendum eſt officium miſericordie, recte proximus dicitur: manifeſtũ eſt hoc præcepto quo iubemus diligere proximum, etiam ſanctos Angelos contineri, à quibus nobis tanta miſericordiæ officia impenduntur, quãta multis diuinarum ſcripturarũ locis animaduertere facile eſt. Ex quo & ipſe Deus & Dominus noſter proximum ſe noſtrum dici voluit. Nam & ſeipſum ſignificat Domin⁹ Ieſus Chriſtus opitulatum eſſe ſemiuiuo iacẽti in via afflicto & relicto à latronibus. Et Propheta in oratione ait: *Sicut proximũ, ſicut fratrem noſtrũ ita complacebam.* Sed quoniam excellentior ac ſupra naturam noſtram eſt diuina ſubſtantia præceptum quo diligamus Deũ à proximi dilectione diſtinctum eſt. Ille enim nobis præbet miſericordiam propter ſuam bonitatem, nos autem nobis inuicem propter illius, id eſt, ille noſtri miſeretur, vt ſe perfruamur, nos vero inuicem noſtri miſeremur, vt illo perfruamur.

Roma. 13.

Angeli quoque proximi nobis ſunt.

Pſalm. 34.

Deus nõ fruitur nobis ſed vtitur.

Auguſtinus quæſt. Euangel. lib. 2. cap. 19.

HOmo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericò: Ipſe Adam intelligitur in genere humano: Ieruſalem ciuitas pacis illa cæleſtis, à cuius beatitudine lapſus eſt. Iericò Luna interpretatur, & ſignificat mortalitatem noſtram, propter hoc quod naſcitur, creſcit, & ſe neſcit. Et incidit in latrones, Diabolum & angelos eius, qui eum ſpoliauerunt immortalitate, & plagis impoſitis peccata ſuadendo, reliquerunt ſemiuiuũ: quia ex parte qua poteſt intelligere & cognoſcere Deum, viuus eſt homo: ex parte qua peccatis contabeſcit & premitur, mortuus eſt, & ideò ſemiuiuus dicitur. Sacerdos autem & Leuita, qui eo viſo præterierunt, ſacerdotium & miniſterium veteris teſtamenti ſignificant, quod non poterat prodeſſe ad ſalutem. Samaritanus cuſtos interpretatur, & ideò ipſe Dominus ſignificatur hoc nomine. Alligatio vulnerum, eſt cohibitio peccatorum, oleum, conſolatio ſpei bonæ, propter indulgentiam datam ad reconciliationem pacis. Vinum, exhortatio ad operandum feruentiſsimo ſpiritu. Iumentum eius eſt caro, in qua ad nos venire dignatus eſt: Imponi iumento, eſt in ipſam incarnationem Chriſti credere. Stabulum eſt Eccleſia, vbi reficiuntur viatores de peregrinatione redeũtes in ęternã patriã. Altera dies eſt poſt reſurrectionẽ Domini. Duo denarij, ſunt duo præcepta charitatis, quã per Spiritum ſanctũ acceperũt Apoſtoli ad Euangelizandum cęteris: vel promiſsio vitæ præſentis & futurę. Secundũ enim duas promiſsiones dictum eſt, Accipiet in hoc ſeculo centies tantũ & in ſeculo futuro vitã æternã conſequetur.

Adam, homo ille fuit qui deſcendit ad Ieruſalem in Iericò.

Matth. 19.

Sta-

Stabulari⁹ ergo eſt Apoſtol⁹. Quod ſupererogat aut illud eſt conſiliũ quod ait: *De Virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do*: Aut quod etiam manibus ſuis operatus eſt, ne infirmorum aliquẽ in nouitate Euangelij grauaret, cũ ei liceret paſci ex Euangelio. 1. Cor. 7.

Auguſtinus contra Pelagianos Hypognoſticon, lib. 3.

HOmo iſte quidam ipſe eſt genus humanum, deſcendens ab Ieruſalem in Ierico, id eſt, de Paradiſo in hunc mundum. Ieruſalem enim Hebraicè dicitur, Latinè autẽ viſio pacis interpretatur. Rectè ergo in viſione pacis Paradiſum dicimus. Ante enim quam peccaret homo, in viſione pacis erat, hoc eſt, in Paradiſo, vbi quicquid videbat, pax erat & lætitia. Inde deſcendens, ideſt, humiliatus & miſer factus per peccatum, in Iericho in mundum videlicet. Iericho enim in qua mundus ponitur, Luna interpretatur. Quia ſicut Luna oritur & occidit, ita & mundus cum in ea orta occidunt, & iterum oriũtur. Incidit in latrones, ideſt, in Diabolum & angelos eius. Per inobedientiam enim vt ſæpe dictum eſt, primi hominis, Diabolus humanum genus deſpoliauit & vulnerauit, morum ſcilicet ornamentis, & bono poſsibilitatis liberi arbitrij perdito. In illo enim peccante plagam fecit, in nos vero plagas, cum per vnum illius peccatũ quod naſcẽtes trahimus, ſuper addimus multa peccata. Quid eſt autẽ relicto eo ſemiuiuo abierũt? Recte dictus eſt ſemiuiuus: habebat enim vitalem motum, ideſt, liberũ arbitrium vulneratũ, quod ei ſolũ ad æternam vitam quam perdiderat, redire nõ ſufficiebat, ideò & ſemiuiu⁹ dicitur. Iacebat ergò humanum genus vulneratũ in mundo. Sed cur iacebat, dicite, ſi per ſe ſurgere poterat vel ſanari, nullius indigens adiutorio? Sed iacebat vulnerat⁹, quia vires ei proprię ad ſurgendum, quo ad ſanandum ſe, medicũ, ideſt, Deum requirere nõ ſufficiebat. Deſcendens Sacerdos eadem via cum videret illũ, præteriuit. Similiter & Leuita, cum videret eum, pertranſijt. In his duobus, ideſt, Sacerdote & Leuita, duo tẽpora intelliguntur, legis ſcilicet, & Prophetarum. In Sacerdote lex, per quam ſacerdotium & ſacrificia inſtituta ſunt. In Leuita vaticiniũ Prophetarum, quorum tẽporibus omne humanum genus ſaluari nõ potuit: quia regnauit ab Adam vſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudine præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri, ideſt, etiam in omnibus ſanctis & in paruulis, qui prẽuaricati nõ ſunt ſicut Adam: & tamẽn propter peccatum præuaricationis, quod naſcentes ex eo traxerunt, tanquam chirographo paterno conſtricti, ſtipendium peccati moriendo ſoluerunt. *Stipendium enim peccati mors.* Et quia per legem cognitio peccati, non abolitio. Lex enim iubet vt cognoſcat ſe homo peccatorẽ eſſe, quod antea ignorabat, non peccatum tollit: ideò & Apoſtolus. *Nam concupiſcentiã, inquit, neſciebam niſi lex diceret. Non concupiſces. Lex itaq; nihil ad perfectũ adduxit, quia ſi ex lege iuſtitia, ergò Chriſtus gratis mortuus eſt. Si enim data eſſet lex, quæ poſsit viuificare, vere ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti qui omnia peccata tollit, daretur credentibus.* Plenitudo enim legis & Prophetarum Chriſtus, qui venit nõ ſoluere legẽ & Prophetas ſed adimplere. Sacerdote ergo & Leuita prætereuntibus, iter faciẽs Sama-

A B C D

In Sacerdote & Leuita, legis, & Prophetarum tẽpora intelliguntur.

Roma. 6. Roma. 3. Roma. 7. Exod. 20. Galat. 2. Matt 5.

Quid eſt hominem ſemiuiuum manere?

Samaritanus venit ſecus eum. Samaritanus iſte, ipſe eſt Saluator Chriſtus, quia Samaritanus cuſtos interpretatur, cui recte dicimus: *Cuſtodi me Domine vt pupillam oculi, ſub vmbra alarum tuarum protege me.* Quid eſt autem venit ſecus eum? Id eſt, venit in ſimilitudine carnis peccati, non vt ille qui latebat in carne peccati, ſed ſecus eum, quia in ſimilitudine. Et videns eum miſericordia motus eſt: videns eum, quid? Iacentem. Nunquid ſurgentem & currentem? Et ideò miſericordia motus eſt, qui in eo quo curare dignus eſſet, meritum nullum inuenit. *Et approprians alligauit vulnera eius.* Quid eſt, alligauit vulnera ei? Sicut ſcriptum eſt: *Qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: de peccato ſcilicet damnauit peccatum in carne. Infundens oleum & vinum*, hoc eſt chariſma ſanctum, & ſanguine ſuum. Et impoſuit illum in iumentum ſuum, in adiutorium videlicet gratiæ incarnationis ſuæ, quia ſicut ſcriptum eſt. *Hic peccata noſtra portauit, & pro nobis doluit.* Et duxit in ſtabulum, ſcilicet donans ei fidem ad credendum in ſe. Duxit in Eccleſiam ſuam, quæ omnibus ambulantibus in via fidei, tanquã ſtabulum patet ad ſuccedendum. Et altera die, quaſi tempore alio, poſt Reſurrectionem vtique & Aſcenſionem ſuam, protulit duos denarios: duo videlicet, vetus & nouum Teſtamenta, in quibus vnum numiſma Dei regis eſt. Et dedit ſtabulario, Paulo Apoſtolo, qui eſt vas electionis, cui ſollicitudo eſt omnium Eccleſiarum. Et ait, *Curã eius habe*, ideſt, quæ ad fidem meam pertinẽt, quomodo eum oporteat ad plenam ſanitatẽ peruenire, doce illum. *Et quodcumque ſupererogaueris, dum rediero reddam tibi.* Si quid ergo ſuper Euangelium meum, tanquam miſericordiam meam conſecutus vt eſſes fidelis, ad eius vtilitatem ſapueris, dum rediero iudicaturus mundum & vnicuique redditurus ſecundum opera ſua, reddam tibi. Quid eſt autem quod ſuper legem & Euangelium plus Paulus erogauit? Illud puto quod ipſe ait ad Corinthios: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do tanquam miſericordiam conſecutus à Domino vt ſim fidelis*, vel illud, & vbi de coniugibus ait: *Nã cæteris ego dico non Dominus, &c.* Iſta interim iam à maioribus Eccleſiæ Catholicæ tractatoribus dicta vel expoſita ſunt: ſed tunc à nobis limes fidei ſane defenditur, quando termini quos poſuerunt ſancti Patres non transferuntur à nobis, imò obſeruantur & defenſantur. Ecce quemadmodum curatur hominis liberum arbitrium vulneratum.

Pſalm. 16. Verus Samaritanus Chriſtus.

2. Cor. 5.

Iſaiæ. 53.

Duo denaria vetus & nouum teſtamẽtum ſunt.

Paulus Eccleſiæ Dei ſtabularius.

1. Cor. 7.

Auguſtinus in Pſalm. 29.

PRoximus tuus ille eſt, qui tecum natus eſt ex Adã & Eua. Omnes proximi ſumus conditione terrenæ natiuitatis. Et aliter frater illa ſpe cæleſtis hæreditatis proximum tuum debes putare omnem hominem, & antequã ſit Chriſtianus. Non enim noſti quid ſit apud Deum, quomodo illum præſciuerit Deus ignoras. Aliquando quem irrides adorantem lapides, conuertitur & adorat Deum fortaſſe religioſius, qnam tu, qui eum paulo ante irridebas. Sũt ergò proximi noſtri latentes in his omnibus qui nondum ſunt in Eccleſia, & ſunt longe à nobis latentes in Eccleſia. Ideoque qui non ſcimus futura: vnumquenque proximum habemus, non ſolum conditione mortalitatis humanæ, qua in hanc terram eadem ſorte deuenimus, ſed etiam ſpe illius hæreditatis,

Omnes proximi ſumus nõ ſolum conditione naturæ humanæ, ſed etiam ſpe gloriæ cæleſtis.

tis,quia nõ ſcimus quid futurus ſit qui modo nihil eſt.

Auguſtinus in Pſalm.30.

TV ergo mihi, *inquit, eſto Dominus refugij.* Nam ſi ſaluus non fuero,quomodo fugio? Sana me & fugio ad te. Nam ſi me non ſanas,ambulare non poſſum, fugere quomodo potero? Quo iret, quo fugeret ſi ambulare non poſſet,ſemiuiuus in via ſauciatus vulneribus latronũ? Quem tranſiens Sacerdos præterijt, tranſiens Leuita præterijt, tranſiens Samaritanus miſertus eſt,id eſt,ipſe Dominus, qui miſeratus eſt genus humanum. Samarites enim cuſtos interpretatur. Et quis eſt qui nos cuſtodit,ſi ille deſerit? Merito cum Iudæi conuitiantes dicerent: *Nonne verum dicimus, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?* Vnum reſpuit, alterum amplexus eſt. *Ego,inquit,dæmonium non habeo.* Non dixit, non ſum Samaritanus, ſic intelligi volens noſtrum ſe eſſe cuſtodem. Miſeratus ergò acceſsit,curauit, ad ſtabulum perduxit,impleuit circa eum miſericordiam. Ille iam poteſt ambulare,poteſt & fugere. Quò fugeret niſi ad Deum, vbi fecit ſibi domum refugij.

Samarites cuſtos interpretatur qui cuſtodit cuncta quæ in cælis & quæ in terris ſunt. Ioann.8.

Auguſtinus in Pſalm. 68.

SED cum videamus menſurã quandam eſſe retributionis in omnibus,nec quenquam poſſe permitti amplius ſæuire,quam acceperit poteſtatem, quomodo illi addiderunt, aut quæ eſt illa percuſsio Domini? Nimirum ex perſona locutus eſt eius vnde corpus acceperat,vnde carnem aſſumpſerat, id eſt,generis humani ipſius Adę, qui percuſſus eſt primo morte propter peccatũ ſuum. Mortales ergò hic homines cũ pæna naſcuntur. Huic pænæ addunt quicunque homines fuerunt perſecuti. Iam enim hic homo moriturus non eſſet,niſi illum Deus percuſſiſſet. Quid ergo tu homo ſæuis amplius? Parum ne homini eſt quod aliquando moriturus eſt? Portat ergò vnuſquiſque noſtrum pænam ſuam. Huic pænæ volunt addere qui nos perſequuntur. Hæc pæna percuſsio eſt Domini. Dominus quippe ſententia percuſsit hominem: *Qua die tetigeritis, inquit,morte moriemini.* Ex hac morte carnem ſuſceperat, & vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt cũ illo. Ex illius voce iſta dixit: *Quem tu percuſsiſti,ipſi perſecuti ſunt & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Super quem dolorem vulnerum? Super dolorem peccatorum ipſi addiderunt. Vulnera enim ſua peccata dixit. Sed ne caput reſpicias,ad corpus aduerte: ſecundum cuius vocem dictum eſt ab ipſo in alio Pſalmo, in quo vocem ſuam oſtẽdit, quia eius primum verſum de Cruce clamauit: *Deus Deus meus reſpice in me,quare me dereliquiſti?* Ibi ſecutus ait,*longe à ſalute mea verba delictorum meorum.* Ipſa ſunt vulnera inflicta à latronibus in via ei, quem leuauit in iumentum ſuum, quem Sacerdos & Leuita tranſeũtes inuenerant & contempſerant, à quibus curari non potuit. Tranſiens autem Samaritanus, miſertus eſt eius, acceſsit & in iumentum proprium leuauit. Samarites autem Latinè cuſtos interpretatur. Quis autem cuſtos, niſi Saluator Dominus noſter Ieſus Chriſtus? Qui quoniam ſurrexit à mortuis iam non moriturus, non dormit neque obdormiet qui cuſtodit Iſrael.

Genes.2.

Pſalm.68.

Vulnera noſtra peccata ſunt.

Pſalm.21.

Augu-

Augustinus Tracta in Ioan. 43. in cap. 8.

NONNE *benedicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?* Horum duorum sibi obiectorum vnum negauit, & alterum non negauit. Respondit enim & ait: *Ego dæmonium non habeo.* Non dixit, Samaritanus non sum, & vtiq; duo fuerunt obiecta: quanuis maledictum maledicto non reddiderit, quanuis conuitium non conuitio refutauerit, pertinuit tamen ad eum negare vnam rem, alterã non negare. Non frustra, fratres, Samaritanus enim interpretatur custos. Nouerat se ille nostrũ esse custodem. *Nonenim dormit, neque dormitat qui custodit Israel &: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanũ vigilabunt qui custodiunt eam.* Est ergo ille custos noster, qui creator, noster, non enim pertinuit ad eũ vt redimeremur, & non pertineret ad eum vt seruaremur? Deniq; vt plenius noueritis mysteriũ quare se Samaritanum negare nõ debuit, parabolam illam notissimã attendite. *Vbi homo quidam descendebat ab Ierusalẽ in Iericho, & incidit in latrones, qui eum grauiter vulnerantes, semiuiuum in via reliquerũt.* Transijt quidam Sacerdos, neglexit eum, transit Leuites, & ipse præterit, trãsijt quidam Samaritanus, ipse est custos noster, ipse accessit ad saucium, ipse impendit misericordiã, eiq; se præstitit proximum, quem non deputauit alienum.

Psalm. 120. Psal. 126.

Athanasius in suis quæstionibus, Quæst. 50.

HOMO *quidam à Ierusalem descẽdit in Iericho*, & incidit in latrones. Homo ille, est Adam. Ieru salem, Paradisus: Iericho mũdus. Latrones sunt malæ cogitationes, & trangressio. Sacerdos Prophetæ. Leuites, Mosayca lex. Samaritanus, est Christus. Oleum & vinum, pretiosum corpus & sanguis, & Sanctum Baptisma. Diuersorium autem est Ecclesia. Et hospes; Sanctus Paulus. Duo denarij sunt vetus & nouum testamentum.

TEXTVS.

Samaritanus autem iter faciens.

Ambrosius de Pœnitentia, libr. 1. cap. 5.

HOC ergo Nouatiani excluditis, quid est enim aliud excludere, nisi spem veniæ negare? Sed neq; semiuiuum illum derelictum à latronibus, Samaritanus præterijt, sed vulnera eius oleo vinoq; curauit, prius infundẽs oleum quo foueret, & supra iumentum suum imposuit vulneratum, in quo eius peccata vexit omnia, nec ouem pastor despexit errantem. Vos autem dicitis: Noli me tangere, vos dicitis, volentes iustificare vos ipsos, Nõ est proximus noster, superbior est quam legis peritus. Ille Christum tentare cupiebat. Ille enim dixit: Quis est proximus meus? Ille interrogat, vos negatis, Sicut Sacerdos ille descendens, & sicut Leuita præteriens, quẽ curandum suscipere debuistis, nec recipientes hospitio,

pro quo Chriſtus duos numerauit denarios, cuius te proximum fieri Chriſtus iubet, vt facias in eum miſericordiam. Ipſe enim eſt proximus, quem non ſolum conformis natura cõiunxerit; ſed etiam miſericordia copulauerit. Ab eo te alienum ſuperbia facis, extollens te fruſtra, inflatus mente carnis tuæ, & non tenens caput. Si enim caput teneres, aduerteres nõ tibi eum deſerẽdum pro quo Chriſtus mortuus eſt. Si caput teneres, aduerteres corpus omne compaginando potius quam ſoluendo in incremẽtum Dei per copulam charitatis & redeptionẽ creſcere peccatoris. Cum igitur fructum omnem aufertis pœnitentiæ, quid aliud dicitis, niſi hoc: Nemo de vulneratis noſtrum ingrediatur hoſpitium, nemo ſanetur in noſtra Eccleſia? Apud nos non curantur ægroti, ſani ſumus, medicum non habemus neceſſariũ, quia ipſe ait: *Non opus eſt ſanis medicus, ſed his qui male habent.*

Coloſſ. 2.

Matth. 9.

Ambroſius lib. 1. de pœnitentia, cap. 10.

POTEST enim fieri vt aliquem de Ieruſalem deſcendẽtem in Iericho, hoc eſt, de martyrij certamine relapſum in iſtius vitæ cupiditatem ſecularemq; gratiam, vulneratum à latronibus, hoc eſt, à perſecutoribus & ſemiuiuum relictum. Euangelicus ille Samaritanus inueniat, qui noſtrarum cuſtos animarum eſt. (Samaritanus enim cuſtos dicitur,) & nõ prætereat eum, ſed cũret & ſaner; fortaſſe ideò non præterit eum, quia aliquid in eo vtile agnoſcit, vnde poſsit vitam reſumere. Nonne vobis videtur ille qui lapſus eſt, ſemiuiuus eſſe, ſi vitale aliquid fides ſpiret? Nam qui penitus Deũ ex ſuo corde abijcit, ille mortuus eſt, qui ergo non penitus abijcit, ſed per impreſsionem tormentorum ad tempus negauit, ſemiuus eſt: Aut ſi mortuus eſt, cur ei dicitis agendam pœnitentiam, qui iã curari nõ poteſt? Si ſemiuiuus eſt, infunde vinum & oleum, non vinum ſine oleo, ſed quod & foueat & remordeat. Tolle eum in iumẽtum tuum, trade ſtabulario, duo æra ad eius curam impẽde, eſto ei proximus. Proximus autem eſſe nonpotes, niſi facias miſericordiam. Nemo enim poteſt dici proximus, niſi qui curauerit, non occiderit. Si autem vis dici proximus, dicit tibi Chriſtus: *Vade & tu fac ſimiliter.*

A

B

Luc. 10.

Auguſtinus in Pſalm. 125.

ISTO Pſalmo exhortati vos fuerimus maximè ad faciendã miſericordiam, quia hinc aſcenditur, & videtis quia ille cantat canticum graduum qui aſcendit. Mementote, nolite amare deſcendere & non aſcendere, ſed & de aſcẽſione cogitate. *Quia qui deſcendebat de Ieruſalem in Iericho, incidit in latrones.* Niſi deſcenderet, non incideret in latrones. Iam ergo Adam deſcendit & incidit in latrones. Omnes enim nos Adam ſumus: Sed tranſijt Sacerdos & contempſit, tranſijt Leuites & cõtempſit, quia lex ſanare non potuit. Tranſijt Samaritanus quidam, id eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Illi enim dictum eſt. *Nonne verum dicimus nos, quia Samaritanus es & dæmonium habes?* Ille autem non dixit, non ſum Samaritanus: *Sed dixit, Ego dæmonium non habeo.* Samarites enim interpretatur cuſtos. Si diceret, non ſum Samaritanus, diceret non ſum cuſtos. Et quis alius

C

D

Ioan. 8.

alius custodiret? Deinde ponens similitudinem, Transijt Samarites & fecit cum illo misericordiã sicut scitis. Iacebat autem in via vulneratus, quia descendit, Transiens Samaritanus non nos contempsit, curauit nos, leuauit in iumentum in carne sua, perduxit ad stabulum suum, id est, ad Ecclesiã: commendauit stabulario, id est, Apostolo, dedit duos denarios vn de curaretur, charitatem Dei & charitatem proximi. In his enim duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ Dixit autem stabulario, si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. Amplius erogauit Apostolus, quia cũ omnibus Apostolis permissum esset vt acciperent tanquam milites Christi stipẽdia à prouincialibus Christi, ille manibus suis laborauit, & annonas suas prouincialibus donauit. Omnia facta sunt, Si descendimus, & vulnerati sumus: ascendamus, cantemus & proficiamus vt perueniamus.

Duo denarij quibus curamur, charitas Dei, & charitas proximi.

Augustinus in Psalm. 136.

CAptiuatores nostri dixi, qui sint. Ipsi sunt etiam latrones vulnerantes illum viatorem qui descẽdit ab Ierusalem in Iericho, quem sauciatum semiuiuum reliquerunt: hunc ille custos noster, id est, Samaritanus. Samaritanus enim custos interpretatur, cui obiectum est à Iudæis, & dictum: *Nonne verum dicimus, quia Samaritanus es, & dæmoniũ habes?* Et ille obiectorum duorum vnum respuit, & vnum tenuit: *Ego*, inquit, *dæmonium non habeo*: Non autem dixit ego non sum Samaritanus. Si enim ille Samaritanus non custodierit, vtique perimus.

(?)

Ioan. 8.

Rabanus de Vniuersis.

HOMO *qui descendebat ab Ierusalem in Iericho: & incidit in latrones*, ipse Adam figuratur in genere suo: qui dum descenderet de Paradiso cælesti in mundum: incidit in Angelos tenebrarum. Samaritanus descendens qui vulnera eius curauit, Christus est custos noster: qui de cælo descẽdit & genus humanum à vulneribus peccatorum curauit. Stabularius Apostoli sunt: vel successores eorũ qui infirmitatem nostram prædicatione Euangelica recreant.

Cyprianus lib. 3. Epist. 13.

ID circo enim frater charissime, copiosum corpus est Sacerdotum concordiæ mutuæ glutino, atque vnitatis vinculo copulatũ, vt si quis ex collegio nostro hæresim facere & gregem Christi lacerare & vastare tentauerit, subueniant cæteri, & quasi pastores vtiles & misericordes, oues Dominicas in gregem colligant. Quid enim si in mari portus aliquis munitionibus suis ruptis infestus & periculosus esse nauibus cæperit, nonne nauigantes ad alios proximos portus naues suas dirigunt, vbi sit tutus & salutaris introitus, & statio secura? Aut si in via stabulum aliquod obsideri & teneri à latronibus cæperit, vt quisquis ingressus fuerit, insidiantium illic infestatione capiatur, nonne commeantes, hac opinione comperta, stabula alia in itinere appetunt tutiora, vbi sint fida hospitia & recepta cula commeãtibus tuta? Quod necesse est: apud nos esse frater charissime, vt fratres nostros, qui iactati Martiani scopulis petunt Ecclesiæ portus salutares, suscipiamus ad nos prõpta & benigna humanitate,

manitate,& ſtabulum commeantibus præbeamus tale,quale eſt in Euangelio, quo à latronibus ſauciati & vulnerati ſuſcipi & foueri, & tutari ab ſtabulario poſsint. Quæ eſt enim maior & melior cura præpoſitorum, quam diligenti ſolicitudine & medela ſalubri fouendis & conſeruãdis ouibus prouidere? Cum Dominus loquatur & dicat: *Quod infirmatum eſt,non confortaſtis,& quod male habuit,non corroboraſtis,& quod contribulatum eſt, non conſolidaſtis,quod errauit, non reuocaſtis,& quod periit,non inquiſiſtis, & diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non ſint paſtores,& factæ ſunt in comeſtarum omnibus beſtijs agri, & non fuit qui inquireret,neq; qui reuocaret, propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuper paſtores,& inquiram oues meas de manibus eorum,& auertam eos vt non paſcant oues meas,& iam non paſcent eas,& extraham eas de ore eorum, & paſcam eas cum iudicio.* Cum ergo paſtoribus,talibus per quos Dominice oues negligũtur & pereũt,ſic Dominus comminetur, quid nos aliud facere oportet frater chariſſime,quam colligendis & refouendis Chriſti ouibus exhibere diligẽtiam plenam,& curandis lapſorum vulneribus paternæ pietatis adhibere medicinam, quãdo etiã Dominus in Euangelio moneat & dicat. *Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus.*

Ezech.34.

Matth.9.

Philippus Presbyter,lib.2.in Iob,cap.3.

QVOD liberaſſem pauperẽ vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adiutor. Sicut & Pſalmiſta commemorat: *Eripiens inopẽ de manu fortiorum eius.* Pauper hic, & pupillus,Sanctorum populus eſt intelligendus, qui propter humilitatem ſpiritus contribulati,pauper eſt dictus. Pupillus vero idcirco dicitur,quia Pater eorum pro tempore abſens eſt,qui in conſolationem tamen eorum,exhortatorio ſermone eos ita alloquitur, dicens:*Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* Hi ergo ipſi ſunt audientes,id eſt,obedientes,vt dixi, & videntes,id eſt intelligẽtes, qui videlicet pauperes,& pupilli proliberatione ſua, qua per me de poteſtate Diaboli, & interitu mortis exempti ſunt,vberes mihi gratias referunt, quas nunc videmus per vniuerſum orbem,omni tempore Sãctam Eccleſiam celebrare:quia eorum adiutor,in præteritis ſeculis nullus exiſtere potuit, non legatus quiſpiam,non Propheta, nõ Leuita vtiq; nõ Sacerdos, qui colligeret à latronibus vulneratum, niſi ille Samaritanus,qui figuram Chriſti prætulit, quem Iudæi Samaritanum conuitiorum exprobratione dicebant.

Pauper Chriſtianus populus.

Ioan.14.

Ioan.8.

Origenes in Prologo in Cantica canticorum.

PRopterea ergo in primis, & ante omnia hoc amabile & placicitũ dicitur eſſe Deo, vt quis diligat Dominum Deum ſuum ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, & ex totis viribus ſuis. Et quia Deus charitas eſt,& filius qui ex Deo eſt,charitas eſt, ſui ſimile aliquid requirit in nobis: vt per hanc charitatem,quæ eſt in Chriſto Ieſu,qui eſt charitas,velut cognata quadam per charitatis nomẽ affinitate ſociemur: ſicut & ille qui iam coniunctus ei decebat: *Quis nos ſeperabit à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro?* Hęc autem charitas, omnem hominẽ proximum diligit. Ob hoc enim arguet

Rom.8.

arguet Saluator quendam, qui opinabatur quod iuſta anima, ergacam, quæ iniquitatibus inuoluta eſt, propinquitatis iura non ſeruet: & iſta de cauſa texuit iſtã parabolam, quæ dicit: *Quod in latrones incidit quidam dum deſcendit ab Ieruſalem in Ierico*: & culpat quidem Sacerdotem & leuitam, qui videntes ſeminecem præterierunt, amplectitur autem Samaritanum qui miſericordiam fecerit, & hũc fuiſſe ei proximum ipſius qui propoſuerat reſponſione firmauit, & ait ei: *Vade, & tu fac ſimiliter*. Etenim natura omnes nobis inuicem proximi ſumus. Operibus vero charitatis fit proximus ille qui poteſt bene facere, ei qui non poteſt. Vnde & Saluator noſter factus eſt proximus nobis, nec pertranſiuit nos cum ſemineces ex latronum vulneribus iaceremus. Igitur ſciẽdũ eſt Dei charitatem ſemper ad Deum tendere, à quo originem duxit, & ad proximum reſpicere, cũ quo participiũ gerit, vt pote ſimiliter creatum in corruptione.

D. Gregorius Niſſ. orat. 2. de amandis pauperibus.

QVO enim grauior in his morbus reperitur, eo maior benedictio laborioſum illud mandati munus obeũtes manet. Quid igitur faciendum eſt? Illud vtiquè vt Sancti Spiritus voluntati ne reſiſtamus, ea autẽ eſt, vt eos qui eadẽ natura prædituſi unt, tanquã alienos non euitemus, neq; imitemur reprehenſos illos in Euangelio, Sacerdotem & leuitam dico, qui miſerabilem illum, quem hiſtoria à latronibus ſemimortuum relictum tradit, nulla commoti commiſeratione præterierunt. Nam ſi coarguuntur illi, quod ad plagas innudo corpore intumeſcẽtes nõ reſpexerint, quomodo nos, qui illos imitamur, non in eandem reprehenſionem incurremus? Neq; enim profecto tam miſerandum ſpectaculum præbuit ille, qui in latrones inciderat, vt præbent hi, qui eiuſmodi oppreſsi ſunt calamitate.

Fulgentius in præfatione in tres libros ad Monimum.

QVID enim nobis inuicem, niſi charitatẽ debemꝰ? Quod vtiq; beatus Paulus, hæc loquens fidelibus euidentior oſtendit. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis*. Quis autem fateatur debitum, ſi neget acceptum? In eo igitur, quod nos debere dicimus, profecto nos accepiſſe monſtramus, dicit quippe beatus Apoſtolus: *Quid enim habes, quod non accepiſti? Quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Nam & alio loco teſtatur *Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis*. Qui ergo nobis dedit, quod reddendo debeamus, ipſe nobis donabit facultatem, qua poſsimus reddere quod debemus. Ille igitur author eſt debiti, qui author eſt doni. Nam & ſeipſum ſua largitate dignatus eſt facere debitorem. Non quia indigens ab aliquo accepit, ſed quoniam abundans largiter tribuit. Seminecem quippe ſuo iumento impoſitum ſtabularioq; curadum tradens, duobus denarijs datis, ita ſe debitorem profitetur, vt diceret: *Si quid ſupererogaueris, cum venero, reddam tibi*. Quid eſt autem: *Si quid ſupererogaueris*, niſi, ſi quid à me magis acceperis? Nam & ipſe, qui ſupererogabat, in eo quod non acceperat preceptũ, ſed dabat ex charitate conſilium, miſericordiam ſe profitebatur

Rom. 13.

1. Cor. 4.

Omnia à Deo accepimus. Rom. 5.

Supererogare ex conſilio, à miſericordia Dei eſt.

batur itaque conſecutum. Ait enim: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo, ſed conſilium do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, vt ſim fidelis.* Miſericordiam eſt igitur conſecutus, non ſolum, vt erogandum acciperet, verum, etiã vt amplius erogaret. Ecce qualis eſt Dominus noſter, vt donando debeat, & quanto magis eum debitorem eſſe non pigeat. In quã tum enim gratis largitur, in tantum debitor inuenitur.

1. Cor. 7.

Fulgentius ad Venant. De Pœnitentia Epiſtola, 7.

SAmaritanus noſter nunquam vulneratum ad ſtabulum miſericorditer impoſitum iumento perduceret, ſi aliquod in eo vulnus inſanabile iudicaret. Nunquam duobus denarijs datis, redditurum ſe, quicquid ſupererogaret, ſtabulario ſpopondiſſet, ſi ſupererogationem illam non plene ſanitati prænoſceret profuturam. Vt quid enim ſtabularius aliquid ſupererogat, ſi eſt in ſaucio vulnus, quod curari non valeat? Sicut ergo medico noſtro nulla eſt incurabilis plaga, ita nec in aliquo vulnere, nec in aliquo tempore, cæleſtis poteſt deficere medicina. Ideò ipſe medicus, ſemper ſe poſſe conuerſo ſalutem donare teſtatur dicens: Cum conuerſus fueris, & ingemueris, ſaluus eris. Propter quod duritiam quorundam ſic per Ieremiam Deus non deſinit increpare: *Nunquid qui cadit non reſurget, aut qui conuerſus eſt non reuertetur? Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Indurauerunt ceruices ſuas, noluerũt reuerti.* Non punit Deus in peccatore peccata, ſi peccatoris ceruix nõ fuerit indurata. Bonum nobis eſt igitur, ſi ad eius miſericordiam cõ fugiamus, cuius effugere iuſtitiam non valemus. Ipſa enim iuſtitia Dei talis eſt, vt auerſos damnet, conuerſos ſaluet. Propter quod dicit: *Cõuertimini ad me, & ſaluabo vos.* Semper autem delectatur conuerſione noſtra, nec tempus huiuſmodi, quandiu in hac vita eſt, poſuit, quo propitiari conuerſo non poſſit. Imo tempus omne præſentis vitæ conuerſioni noſtræ cognoſcitur deputaſſe. Beatus enim Petrus dicit: *Non tardat Dominus promiſſum ſuum, ſicut quidam tarditatem exiſtimant, ſed patienter fert propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam conuerti.*

Eſai. 45.

Ier. 8.

2. Pet. 3.

Iuſtitia Dei conuerſos ſaluat auerſos damnat.

Bernardus ſuper Cantica Sermo. 44.

QVIA vero vulnera illius qui incidit in latrones, & iumento corporis pij Samaritani Eccleſiæ eſt deportatus in ſtabulum; nõ in ſolo oleo, ſed in vino ſimul & oleo ſanitatem recipiunt: neceſſarium habet ſpiritualis medicus etiam vinum feruidi zeli cum oleo manſuetudinis; cui ſanè conuenit nõ modo conſolari puſillanimes; ſed & corripere inquietos. Si enim viderit illum qui vulneratus eſt, id eſt, qui peccauit; blandis aut lenibus hortamentis, quæ in eum prærogata ſunt, minime emendatum, magis autem forte, etiã abutẽtem ſua manſuetudine, & patiẽtia negligentiorem fieri, & in peccato ſuo etiam ſecurius obdormire: fruſtrato tã ſuauium oleo monitorũ, oportebit ſane mordacioribus vti medicamentis, & vinum cõpũctionis infundere, duris videlicet cũ eo increpationibus atque inuectionibus agere: & ſi cauſa requirit, & duritia tanta eſt, etiam cenſuræ Eccleſiaſticæ baculo percellere contemptorem.

DOMI-

DOMINICA DE CIMA-TERTIA POST PENTE-COSTEM.

Euangelium, Lucæ 17.

TEXTVS.

DVM iret Iesus in Ierusalem, transiebat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe; & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri.

Theophylactus in Lucam, cap. 17.

ET hinc discere quis potest, quod nihil cuiquã obest ad hoc vt Deo placeat, etiam si maledicti generis sit, modo bonam voluntatem habeat. Ecce enim decem leprosi occurrerũt Iesu in ciuitatem quandam ingressuro, occurrerunt autem extra ciuitatem. B Num. 5. Non enim licebat eis qui habebãtur maledicti in ciuitatibus versari. Procul igitur stabant vt pote propter immunditiam, quæ in eis apparebat, erubescentes, & nequè audebãt appropiare, putãtes quod abominabiles ei essent, sicut & alijs. Extollunt igitur vocem suam & orant. Et loco quidem procul stant, oratione, autem appropiãt. A *Prope enim est Dominus omnibus inuocantibus se in veritate.* Et non simpliciter orant vt hominem, sed vt eũ qui supra hominem. Præceptorẽ enim eum nominant, hoc est Dominum, curatorem, id quod est putare illum prope Deum. Psalm. 144.

Grego. Naziãzenus, Orat. 5. pag. 318.

TRansibat per mediam Samariam & Galilæam. Transibat vt sanctificaret omnia, nullis parens laboribus, Quo circa & pedes aureos in Can. habere dicitur. Nam Christus Dei filius, cum degeret in carne nostra mortali atquè Euangelium prædicaret in Palestina quasi saliẽdo, multa subindè loca commutare solitũ fuis-

se, peregrinãdo per vicos, & pagos pedibus circumeundo, & huc, illuc, assiduo studio, & labore indefesso discurrendo, atque etiam A mare transfretãdo, vt testatur Sacra historia Euãgelica, nõ solũ vt plures Discipulos faceret sed etiã vt plura loca sanctitate imbueret.

TEXTVS.

QVOS vt vidit, dixit: ite, ostendite vos Sacerdotibus, Et factum est, dum irent mundàti sunt.

Epiphanius contra Hæreses, lib. 1. Tom. 3.

ABI & ostende te Sacerdoti, & offer pro purgatione tua velut præcepit Moses, vt sit testimonium hoc vobis. Leui. 14. Confutatio, 1. Quomodo potest Dominus qui contra legem, & contra Deum legis suam doctrinam habet, velut tu dicis, dicere his qui ab ipso curãtur, leproso inquam, Abi & ostende te ipsum Sacerdoti? Cum enim Sacerdoti dicat, legis Sacerdotium non reprobat. Et offer pro purgatione tua: etiam si rescideris donum, aparebit ex voce offer, quod de dono loquitur, pro purgatione tua, velut præcepit Moses: Si enim Mosis præceptum fieri consulit, non reprobat neque blasphemat Deũ legis, sed confitetur ipsum, & Patrem sum Deum legem Moysi dedisse, peruertisti autem verba ò Marcion, dum pro, in testimoniũ ipsius dicis, testimonium vobis. Et hoc palam mentitus es contrà caput tuum. Si enim testimonium vobis dixit, testem se ipsum fecit, quod non venit ad destruendam legem, aut Prophetas, sed ad implendam. Matth. c. 5.

(?)

Tertulianus aduersus Marcionem. lib. 4.

B LEX leprosorum quantæ sit interpretationis erga speciem ipsius vitij, & inspectationis summi Sacerdotis, nostrum erit scire: Marcionis, morositatem legis opponere, vt & hic Christum æmulum eius affirmet præuenientem solennia legis etiam in curatione decem leprosorum, quos tantummodo ire iussos, vt se ostenderent C Sacerdotibus, in itinere purgauit, sine tactu iam & sine verbo tacita potestate, & sola voluntate: quasi necesse sit semel remediatore languorum & vitiorum annuntiato Christo, & de effectibus probato, de qualitatibus curationum retractari: aut creatorem in Christo ad legem prouocari: si quid aliter quã lege distinxit, ipse perfecit: cum aliter vtiq; Dominus, per semetipsum operetur, siue per filium, aliter per Prophetas famulos suos D maximæ documenta virtutis & potestatis: quæ vt clariora & validiora quã propria distare à vicarijs fas est. Sed eiusmodi & alibi iam dicta sunt in documento superiore. Nunc & si præfatus est multos tũc fuisse leprosos apud Israel, in diebus Helisæi Prophetæ, & neminem eorum purgatum nisi Naamam Syrum: non vtiq; & numerus Luc. 4.

merus faciat ad differentiam deorum, in deſtructionē creatoris, vnum remediantis, & prælationē eius qui decem emundarit. Quis enim dubitabat plures potuiſſe curari ab eo, qui vnum curaſſet, quā ab illo decem, qui nunquam retro vnum? Sed hac cum maxime pronunciatione diffidentiam Iſraelis vel ſuperbiam pulſat: quod cū multi eſſent illic leproſi, & Prophetes non deeſſet, etiam in particula ſupereſſe videretur, nemo decucurriſſet ad Deum operantem in Prophetis. Igitur quoniā ipſe erat authenticus potifex Dei Patris, in ſpexit illos ſecūdum legis arcanum, ſignificantis Chriſtum eſſe verum diſceptatorem & elimi natorem humanarum maculārū. Sed & quod in manifeſto fuit legis, præcepit: *Ite oſtendite vos Sacerdotibus.* Cur, ſi illos ante erat emūdaturus? An quaſi legis illuſor, vt in itinere curatis oſtenderet, nihil eſſe legem cum ipſis Sacerdotibus? Et vtiq; viderit, ſi cui tam opinioſus videbitur Chriſtus, imo digniora ſunt interpretanda, & fidei iuſtiora: Ideò illos remediatos, quia ſecūdum legē iuſſi abire ad Sacerdotes obaudierāt: Nec credibile eſt emeruiſſe medicinam à deſtructore legis fortaſſe obſeruatores legis. Sed cur priſtino leproſo nihil tale præcepit? Quia nec Heliſæus Syro Naamā: & tamen nō id circo nō erat creatoris Satis reſpondi, ſed qui credidit, intelligit etiam altius aliquid. Diſce igitur & cauſas. In Samariæ regionibus res agebatur, vnde erat & vnus interim ex leproſis. Samaria autem deſciuerat ab Iſrael, habens ſchiſma illud ex nouem tribubus, quas auulſas per Achiam Prophetam, collocauerat apud Samariam Ieroboā. Sed & aliàs ſemper ſibi placentes erāt

A Samaritani de montibus & puteis patrum: ſicut in Euangelio Ioannis Samaritana illa in colloquio Domini apud puteū, Ne tu maior ſis, & cetera. Et rurſus: *Patres noſtri in iſto monte adorauerunt, & vos dicitis quia Ieroſolymis oportet adorare.* Itaque qui & per Amoſ. Væ qui dixerit eis qui confident in monte Samariæ, iam & ipſam reſtituere dignatus, de induſtria, iubet oſtendere ſe Sacerdotibus, vtiq; qui non erant niſi vbi & templū, ſubijciēs Samaritam Iudæo, quoniam ex Iudæis ſalus (licet Iſraelitæ & Samaritæ: tota enim promiſsio Tribui Iudæ fuit) vt ſcirēt Ieroſolymis eſſe & Sacerdotes & templum, & matricem religionis, & fontem non puteum ſalutis. Et ideò vt vidit agnouiſſe legem illos Ieroſolymis expugnādam, ex fide iam iuſtificandos ſine legis ordine remediauit. Vnde & vnū illum forte ſolum ex decem, memorem diuinæ gratiæ Samariten miratus, non mandat offerre munus ex lege, quia ſatis iam obtulerat, gloriam Deo reddens: hoc & Domino volente interpretari legem. Et tamen cui Deo gratiam reddidit Samarites, quando nec Iſraelites alium Deum vſq; adhuc didiciſſet? Cui alij quam cui omnes remediati retro à Chriſto? Et ideò: *Fides tua te ſaluū fecit*, audijt: quia intellexerat veram eſſe Deo omnipotenti oblationem, gratiarum ſcilicet actionem, apud verum templum & apud verum Pontificem eius Chriſtum facere debere. Sed nec Phariſæi poſſunt videri de alterius Dei regno conſuluiſſe Dominum, quando ventu rum ſit, quamdiu alius à Chriſto æditus Deus non erat: nec ille de alterius regno reſpondiſſe, quam de cuius conſulebatur. Non venit, inquit, regnum Dei cum ob

Ioan. 4.

Amoſ. 6.

Vera oblatio.

Matth. 24.

ſeruatione, nec dicũt: *Ecce hic, ecce* Ecce enim regnum Dei intra vos eſt.

Cyprianus Lib. 1. Epiſt. 3.

Deuic. 17. IN Deuteronomio Dominus Deus loquitur, dicens: *Et homo quicumq; feceritin ſuperbia, vt nõ exaudiat Sacerdotem aut iudicem: quicumq; fuerit, in diebus illis morietur homo ille: & omnes populus cũ audierit, timebit:* 1. Reg. 8. *& non agent impie etiam nunc.* Item ad Samuelem, cum à Iudæis ſperneretur. Deus dicit: *Non te ſpreuerunt, ſed me ſpreuerunt.* Et Dominus quoq; in Euangelio: *Qui audit,* inquit, *vos, me audit, & eũ qui miſit me: & qui reĳcit vos, me reĳcit: qui me reĳcit, reĳcit eum qui miſit me.* Et cum leproſum mundaſſet: *Vade,* inquit, *& demonſtra te Sacerdoti.* Luc. 10.

Theophylactus in Lucam, capit. 17.

AT ille præcipit eis, vt oſtendant ſe Sacerdotibus. Nam Sacerdotes probabant tales, & ab illis ſententiam accipiebant, an mundi eſſent vel non. Habebant enim Sacerdotes ſigna per quæ in ſanabilem lepram inueſtigabant: Sed & quando lepra quis infectus, poſtea ſanitatem aſſequutus erat, cum Sacerdotes probabant, & donũ offerebatur in lege præceptũ. Hoc autem loco, cum ex confeſſo eſſent leproſi, quid opus, erat ſe oſtẽdere Sacerdotibus, niſi omnino fuiſſent mundandi? Nã quod præcipiebat eis, vt ad Sacerdotes abirent, nihil aliud indicabat, quã quod mundi futuri eſſent: id circo & dicit, quod inter eundam mundati fuerint. (?)

Cur leproſi ſe Sacerdotibus oſtendere præcipiuntur.

Auguſtinus quæſt. ex nouo teſtamento quæſt. 60.

SI lex & Prophetæ vſq; ad Ioã nẽ, quomodo Saluator ad Sacerdotes mittit offerri munera pro emũdatione lepræ? Hoc quidẽ non fuit temporis, ſed ad condemnationem factum eſt Iudæorum: vt cum veritatis culmen meliora ti temporis non intelligerent, ad lucrum ſalutis ſuæ factum, inclinaret ſe veritas ad accuſationem eorum. Cum enim velut legis inimicum haberẽt Saluatorem, quia miſericordiæ cauſa ab onere illos legis volebat liberare, ſicu prædictum erat ab Ieremia Propheta: ait enim inter cætera: *Et dabo illis teſtamentum nouum, non quale dedi patribus eorum:* Tunc Saluator, ne inimicus, ſicut putabant, apparet, noua prædicans, eum qui mundatus fuerat à lepra, ad Sacerdotes miſit offerre munera pro emundatione ſua, ſicut præceperat Moyſes: & vt ad occaſionem eorum hoc proficere teſtaretur, in teſtimonium, inquit, illis, vt iudicio hæc res contra illos teſtis eſſet, qui Saluatorẽ inimicum legis dicebant. Hoc ſecutus eſt & Apoſtolus Paulus: cum enim prædicaret iam non oportere circumcidi, ipſe Timothæũ circumcidit propter ſcandalum Iudæorum: maluit enim rem ſuperfluam facere, quam tumultum excitari à falſis fratribus: quod quidem errori proficit Iudæorum. Satis enim eis factum eſt ad horam, per quod in perpetuum errarent.

Leuit. 13.

Ieremiæ 31.

Rabanus de vniuerſis, lib 7.

DECEM leproſi, qui mundantur à Domino, hæreticos ſignificant, qui in varietate colorum diuerſitatem habent ſciſmatum,

matum, qui ideò ad Sacerdotem mittũtur, vt detonſa omni varietate errorum, vnitatis percipiant Sacramentum.

Bernardus ſermone de ingratitudine.

Pſalm.38. SED vbi eſt, dilectiſsimi, quod toties canitis: *Quoniam aduena ego ſum apud te & peregrinus, ſicut omnes Patres mei?* Heu hæu, non inuenitur qui redat & agat gratias Deo, niſi hic alienigena. *Nonne decem mundati ſunt, & nouem vbi ſunt.* Meminiſtis credo verba Saluatoris hæc eſſe; nouem illorum ingratitudinem arguẽtis. Bene ſiquidẽ oraſſe, obſeruaſſe, poſtulaſſe, legũtur, qui leuauerunt vocem dicentes: *Ieſu Fili Dauid, miſerere nobis.* Sed defuit eis quarta quam adiecit Apoſtolus gratiarum actio, quando nec redierunt, nec egerunt gratias Deo. Multos quoque videmus vſq; hodie ſatis importunè petẽtes quid ſibi deeſſe cognouerint ſed paucos admodũ nouimus, qui dignas ſuper acceptis beneficijs gratias agere videantur, Nec reprehenſibile quod inſtanter petim⁹, ſed plane petitioni negat effectum, quod inuenimur ingrati. Et forte hoc etiam clementia eſſe videtur, ingratis negare quod poſtulant, ne contingat nobis vt tanto grauius de ingratitudine iudicemur, quãto magis accumulatis beneficijs ingrati probabimur extitiſſe. Ergo miſericordiæ res eſt, in hac parte ſubtrahere miſericordiam: quemadmodum iræ & indignationis miſericordiam exhibere: eam ſanè de qua per Prophetam ipſe Pater miſericordiarum loquitur, dicens: *Miſereamur impio, & non diſcet facere iuſtitiam.* Quam multos enim videmus & plangimus, fratres qui, dummodo maneat habitus & tonſura, ſalua ſibi omnia arbitrantur: Non conſiderantes miſeri, quemadmodum ingratitudinis vermis interiora corrodens, ab hoc tantum corticem quem vident transformare diſſimulet; ne forte recogitent & erubeſcant, ipſaque verecundia emendentur. Qui ſic interdum in nonnullis conſumpta eſſe interiora vniuerſa præſumit, vt non vereatur ad ea quoq; quæ foris aparent, venenatum ducere caput: niſi forte quos videmus manifeſte apoſtatare à Deo; repente fieri peſsimos arbitramur: & nõ magis defeciſſe, cũ comederint alieni robur eorum, & neſcierunt. Vides ergo non omnibus prodeſſe: quod à lepra ſecularis conuerſionis, cuius peccata manifeſta ſunt, emundãtur: Sed nonnullis peius in occulto ingratitudinis vlcus oriri; quod tanto periculoſius ſit, quanto interius. Et bene Saluator hinc in Euangelio nouẽ illos vbi ſunt quærit, quoniam longe eſt apeccatoribus ſalus. Sic enim & primum hominem poſt peccatum vbi ſit interrogat, & in iudicio neſcire ſe profitebitur operarios iniquitatis, cum legamus in Pſalmo: *Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit.* Pſalm.2. Nec ſine cauſa in nouenario inuenti ſunt, qui non redeunt ad Saluatorem, in quo nimirum numero, quaternario quinarius iungitur: & eſt nõ bona mixtio corporeæ ſenſualitatis, & Euangelicæ traditionis. Quia tunc fieri ſolet, cum ſic volumus quatuor Euangelijs obedire; vt quinque corporis ſenſus pariter oblectare velimus. Fælix autem Samaritanus ille, qui cognouit ſe nihil habere quod non accepiſſet, id circo ſeruauit depoſitum, & cũ gratiarum actione ad Dominum

Iſai.26.

eſt,

eſt, reuerſus. Fælix qui ad ſingula dona gratiæ redit ad eum, in quo eſt plenitudo omnium gratiarum, cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus; locũ in nobis facimus gratiæ; vt maiora adhuc accipere mereamur. Omninò enim ſola nos à profectu conuerſationis impedit ingratitudo noſtra; dum quodãmmodo amiſſum reputans dator quod ingratus accepit, cauet ſibi de cætero, ne tanto plura amitteret, quanto plura conferret ingrato. Fælix proinde, qui ſe alienigenam reputans, etiã pro quibuſq; minimis beneficijs, non minimas refert gratias gratuitum eſſe non dubitans, neq; diſſimulans quod alieno impenditur & ignoto. Nos autem miſeri & miſerabiles, cum initio adhuc alienos nos æſtimamus, timorati ſatis, ſatis deuoti & humiles inueniemur, tam facile poſtmodũ obliuiſcimur, quàm gratuitũ ſit, quic- A quid accepimus, & præſumentes non bene quaſi de familiaritate Dei nequaquã aduertimus, quod mereamur audire: quoniam inimici Domini domeſtici eius. Tanto enim facilius nũc offendimus eũ, quanto ea grauius quæ à nobis cõmittuntur, iudicanda nouerimus eſſe: cum in Pſalmo legamus. *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq;*. Obſecro itaq; fratres mei, humiliemur magis ac B magis ſub potẽti manu Dei. & ab hoc tam maximo, tã nequiſsimo vitio ingratitudinis lõge fieri ſtudeamus, vt tota deuotione, ingratiarum actione verſantes, conciliemus nobis gratiam Dei noſtri, quæ ſola poteſt ſaluare animas noſtras. Nec verbo tantũ, vel lingua, ſed opere & veritate exhibeamus nos gratos, quia gratiarũ actionẽ magis quã dictionẽ à nobis exigit dator gratiarũ Dñs Deus noſter, qui eſt benedictus in ſecul. Amen. Pſalm 54.

TEXTVS.

VNVS autem ex illis, vt vidit, quod mundatus eſt, regreſſus eſt, cum magna voce, magnificans Deum, Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: Et hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus dixit: Nonne decem mundati ſunt? Et nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena, Et ait illi: Surge vade, quia fides tua ſaluum te fecit.

Idacius Clarus Hiſpan. aduerſus Varimadum Arianum.

Dei Filius, ſe ipſum Deum hic nominauit.

SI autem dixerint: vbi ſe ipſum Filius Dei Deum proprie nominauerit? RESP: Hec propoſitio veſtra quam ſtulta ſit, & quam à ratione veritatis longius euagetur, etiam tardioris ingenij homines intelligunt ac refellunt illi ſcilicet qui Dei Filium Deum verum, & verum hominem confitentur. Non enim quia carnem induit, Deus eſſe deſierit, ſed in homine vero Deus verus apparuit. Ioanne Apoſtolo atteſtante. *Hic eſt verus Deus, & vita æterna.* Si vero vbi ſe ipſum Filius Deũ proprie C

prie nominauerit, desideras nosse. Euangelico verbo condisce: Et rogabat eum vir, inquit, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset: dimisit autem eum Iesus, dicēs: *Vade in domum tuam, & narra quanta tibi fecerit Deus.* Ille autem abit per vniuersam ciuitatem prædicans quanta ille fecisset Iesus. Et iterum: Eduxit eum diabolus, & ostendit illi omnia regna terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui voluero do illa: tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Respondit Iesus, & dixit illi: Scriptum est: *Dominum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Et rursum de leprosis mundatis dicit. *Vnus autem ex illis, vt vididit, quia mundatus est, reuersus est cum magna voce magnificans Deum & cecidit ad pedes eius gratias agens, & hic erat Samaritanus: Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? Nouem vbi sunt? Nō est inuentus ex illis, qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena:* Ecce vbi se ipsum Deum Dei Filius nominauit, cui Deo is qui mundatus est, gratias retulit reuertens.

Luc. 8.

Matth. 4.

Theophylactus in Lucam.

AT vide hoc, vt in principio diximus, quod cum decem essent, nouem quidem, quanuis Israelitæ, ingrati apparuerunt, at Samaritanus cum esset generis alterius, reuersus est, & vocem gratitudinis emisit. Asirij enim erāt Samaritani: vt nullus Gentilis desperet, & nullus de sanctis parentibus glorietur. Insinuat hoc miraculum, etiam commune totius humani generis salutem fieri. Decē enim leprosi, omne genus humanum signant lepra malitiæ infectum, ac turpitudinē peccati cir

Samaritanus Asirij.

Decē leprosi quos designent.

A cum ferens, & extra regni cælorū ciuitatem propter immunditiā constitutum, procul q; à Deo stans. Et istuc ipsum procul stare, supplicandi speciem habet. Misericordi enim & volenti omnibus benefacere, magna occasio est ad miserendum, videre in illo participem suę bonitatis: propter hoc enim reuelauit se, vt sanaret eos, qui tam male habebant. Quanuis etiam omnem naturam sanauerit lepra infectam, pro omnibus & in carnatus & mortuus: attamen Iudæi, quanuis à Domino mundati fuissent, ab immunditijs leprosi peccati ingrati fuerunt: & non reuersi sunt à via vanitatis suę, ita vt darent gloriam Dei, qui saluos eos fecerat; hoc est, vt crederent ei, quod cum Deus esset, extremam passionem tulerit. Hæc enim gloria Dei caro & crux. Hi igitur incarnatum & crucifixum Dominum gloriæ nō sunt confessi. Alienus autem, populus Gentilium, agnouit eum qui mundauerat: & glorificauit cū credendo, quod tam misericors & tam potens sit Dominus, vt & propter nos vilissima tulerit id quod est misericordiæ: & cū pertulerit, nihil inde incommodi in suā naturam acceperit, id quod potentiæ est.

B

C

Caro & crux Gloria Dei.

D

Augustinus quæstionum Euangeliorum libr. 2. quæst. 40.

IN decem leprosis, quos Dominus ita mundauit, cum ait *Ite ostendite vos Sacerdotibus*: multa quæri possunt, quæ merito quærentes mouent. Non solum de numero quid sibi velit quod decem sunt, sed quod vnus ex illis solus gratias egit: hæc enim libere quærun tur, vt etiam non inuestigata, vel nihil

nihil vel non multum impediant intentionem legentis : Sed illa potius, cur eos ad Sacerdotes miserit vt cum irent mundarentur. Nullum enim eorum quibus hæc corporalia beneficia præstitit, inuenitur misisse ad Sacerdotes nisi leprosos. Nam & illum à lepra mundauerat, cui dixit. *Vade & ostende, te Sacerdotibus, & offer pro te sacrificium, quod præcepit Moyses in testimonium illis.* Deinde qualis mundatio spiritalis possit intelligi eorum quos ingratos extitisse redarguit. Secundum corpus enim facile est videre posse hominem non habere lepram, & tamen animi esse non boni. Secundum significationē autem huius miraculi, conturbat considerantem, quo modo mundus dici possit ingratus. Quærendum igitur est quid ipsa lepra significet. Non enim sanati, sed mundati dicuntur qui ea caruerunt. Coloris quippe vitium est, non valetudinis aut integritatis sensuum atque mēbrorum. Leprosi ergo non absurde intelligi possunt, qui scientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim vel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & iactantia sermonis ostentant. Nulla Porrò falsa doctrina est, quæ non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta, in vna disputatione vel narratione hominis, tanquam in vnius corporis colore apparentia, significant lepram, tanquam veris falsisque colorum fucis humana corpora variantem atque maculantem. Hi autem tam vitādi sunt Ecclesiæ, vt si fieri potest, lōgius remoti magno clamore Christū interpellent: sicut isti decem steterunt à longe, & leuauerunt voeem dicentes. *Iesu præceptor miserere nostri.* Nam & quod præceptorem vocant, quo nomine nescio vtrum quisquam Dominum interpellauerit pro medicina corporali, satis puto significare leprā, falsam esse doctrinam, quam bonus præceptor abstergit. Sacerdotiū vero Iudæorum nemo fere fidelium dubitat figuram fuisse futuri Sacerdotij regalis quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi, summi & veri Principis Sacerdotum. Nam nunc & omnes vngun tur, quod tunc regibus tantum & Sacerdotibus fiebat, Et quod ait Petrus ad Christianum populum scribens, *Regale Sacerdotium*, vtrum que nomen illi populo conuenire declarauit, quo illa vnctio pertinebat. Cætera itaquevitia tanquam valetudinis & quanuis membrorum animæ atque sensuum, per seipsum interius & conscientia & intellectu Dominus sanat & corrigit: doctrina vero vel imbuē di per Sacramenta, vel catechizādi per sermonem sanantem atque lectionem, vbi color quidam intelligitur verus atque Syncerus, quia in promptu est & foris eminētissimus. Non enim in occultis cogitationibus, sed in manifestis operationibus hæc quæ aguntur Ecclesiæ propriè contributa sunt. Itaquè & Paulus voce Domini audita, *Quid me persequeris? & ego sum Iesus quem tu persequeris:* Ad Ananiā tamen missus est, vt illo Sacerdotio quod in Ecclesia cōstitutū est. Sacramentum doctrinæ fidei perciperet, & verus eius approbaretur color. Nō quia non potest per se ipsum Dominus omnia facere, nam quis alius hæc facit etiam in Ecclesia? Sed vt ipsa societas congregatorum fidelium approbādo inuicem atque communicādo ve

Leuit. 14.

Lepra quid significet.

Leprosi qui sunt.

Falsa doctrina vera lepra est.

1. Petri. 2.

Actor. 9.

Quare Paulus ad Ananiam impus.

ræ fidei doctrinam in omnibus quæ dicuntur verbis vel signantur sacramentis, tanquam vnam speciem veri coloris obducat. Ad hoc etiam pertinet quod idem dicit Apostolus. *Deinde post annos quatuordecim ascendi Ierosolymam cũ Barnaba assumpto & Tito.* Ascendi autem secundum reuelationem, & exposui cum eis Euangeliũ quod prædico gentibus. Seorsum autem his qui videbantur esse aliquid, ne forte inuacuum curro aut cucurri. Et Paulo post, cum cognouissent, inquit, gratiam quæ data est mihi, Iacobus, Petrus & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Ipsa enim collatio vnam doctrinæ speciem, excluſa omni varietate monstrabat, quod salubriter etiam Chorintios monet dicens, *Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes.* Cornelius etiam cum eleemsyone eius acceptæ, & preces eius auditæ. Illi ab Angelo nuntiaretur: propter doctrinæ tamen Sacramentorumque vnitatem ad Petrum iubetur mittere, tanquam illi & suis diceretur: *Ite ostendite vos Sacerdotibus. Nan & cum irent mundati sunt.* Iam enim ad eos venerat Petrus, sed tamen ipsi non dum accepto Baptismatis Sacramento, non dum spiritaliter ad Sacerdotes peruenerunt: & tamen infusione Spiritussancti, & admiratione linguarum eorum, mundatio declarata est. Quæ cum ita se habeant, iam facile est etiam illud videre, fieri posse vt quisquis in Ecclesiæ societate doctrinam integram veramque assequatur, & omnia secundum Catholicæ fidei regulam edisserat, distinguat à Creatore creaturam, eoque manifestetur varietate mendaciorum tanquam lepra caruisse: & tamen ingratus sit Domino Deo mundatori suo, qui elatas superuia, gratiarum agendarum pia humilitate non subditur, similisque efficitur illis, de quibus dicit Apostolus: *Qui cum cognouissent Deum, non vt Deum magnificauerunt aut gratias egerunt.* Quod enim dicit eos Deum cognouisse, ostendit quidem â lepra fuisse mundatos, sed tamen statim accusat ingratos. Ideoquè tales ingrati, in nouenario numero tanquam imperfecti remanebunt. Vnum enim si addatur ad nouem, quædam effigies vnitatis impletur: quo fit tanta completio, vt vltra iam non progrediatur numerus, nisi rursus advnũ redeatur, & hæc per infinitatem numeri regula custodiatur. Nouem itaque indigent vno, vt quadam vnitatis forma coagulentur vt decem sint: vnum autem non eis indiget vt custodiat vnitatem. Quamobrem vt illi nouem qui gratias non egerunt reprobi effecti à consortio vnitatis excluſi sunt: ita vnus ille qui gratias egit, vnicæ Ecclesiæ significatione approbatus atque laudatus est. Et quia illi erant Iudæi, amisisse per superbiam declarati sunt regnum cælorum, vbi maxime vnitas custoditur, Iste vero qui erat Samaritanus, quod interpretatur custos, illi à quo accepit tribuens quod accepit, & quodammodo cantans illud è Psalmo. *Fortitudinem meam ad te custodiam,* per gratiarum actionem regi subiectus, humilitatem regni humili deuotione seruauit.

Gal. 2.

1. Corinth. 1.

Rom. 6.

Psalm. 58.

(*)

Bernardus

Bernardus de assumptione Mariæ Sermo. 5.

Psalm.13. SCriptum quippe est: *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnũ.* Hinc est, quòd in illa piscina mouebatur aqua & sanabatur vnus. Hinc est quòd decem leprosis mũdatis, vnus regressus est cum magna voce, magnificans Deum. Cui etiam Dominus, cæteris reprobatis, testimonium laudis ascribit, dicens: *Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuẽtus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Paulus quoque ait: *Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium.* 1.Cor.9.

(?)

DOMI-

(?)

DOMINICA DECIMA-QVARTA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Matthæi 6.

TEXTVS.

NEMO poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

Tertullianus libro de Spectaculis.

NEmo enim poteſt duobus dominis ſeruire. Quid luci cum tenebris? Quid vitæ & morti? Odiſſe debem⁹ iſtos conuentus & cætus ethicorum, vel quod illic nomen Dei blaſphematur, illic quotidiani in nos leones expoſtulantur, inde perſecutiones decernũtur, inde tentationes emittuntur. Quid facies in illo ſuffragiorum imperionum æſtuario deprehenſus, non quaſi aliquid illic pati poſsis ab hominibus, nemo te cognoſcit Chriſtianum, ſed recogita quid de te fiat in cælo. Dubitas enim illo momẽto, quo in diaboli Eccleſia fueris, omnes angelos proſpicere de cælo, & ſingulos denotare, quis blaſphemiam dixe- A rit quis audierit, quis linguã, quis aures diabolo aduerſus Deũ adminiſtrauerit? Non ergò fugiens ſedilia hoſtium Chriſti, illam cathedram peſtilentiarium, ipſumq; aerem qui deſuper incubat, ſceleſtis vocibus cõſtupratum. Sint dulcia licebit & grata & ſimplicia, etiam honeſta quædam. Nemo venenum temperat felle & elleboro, ſed conditis pulmentis, & benè ſaporatis, & plurimum dulcibus id mali inijcit: ita & diabolus lethale quod cõficit, rebus Dei gratiſsimis & acceptiſsimis imbuit, omnia illic ſeu fortia ſeu honeſta, ſeu ſonora, ſeu canora, ſeu ſubtilia, proinde habet ac ſi ſtillicidia mellis de liuacunculo venenato: nec tanti gulã facias voluptatis, quanti periculũ. Per ſuauitatẽ ſaginentur eiuſmodi dulcibus conuiuæ ſui, & loca & tempora, & inuitator ipſorum eſt. Noſtræ cænæ, noſtræ nuptiæ, nondum ſunt, B non

non poſſum cum illis diſcumbere, quia nec illis nobiſcum.

Tertullia. aduerſus Marcionem, lib. 4.

QVIBVS duobus dominis neget poſſet ſeruiri, quia alterum offendi ſit neceſſe, alterum defendi, ipſe declarat, Deum proponens & mammonam. Deinde mammonam, quem intelligi velit, ſi interpretem non habes, ab ipſo potes diſcere. Admonens enim nos, de ſecularibus ſuffragia nobis proſpicere amicitiarum, ſecundi ſerui illius exemplum, qui ab actu ſummotus, dominicos debitores diminuit, cautionibus releuat in ſubſidium ſibi: *Et ego*, inquit, *dico vobis facite vobis amicos de mammona iniuſtitiæ*: De nummo ſcilicet, de quo & ſeruus ille. Iniuſtitiæ enim authorem & dominatorem totius ſeculi nummum ſcimus omnes: cui famulatam videns Phariſæorum cupiditatem amentauit hanc ſententiam. *Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.* Irridebant deniq; Phariſæi pecuniæ cupidi, quod intellexiſſent ſcilicet mammonam Deum dictum, ne quis exiſtimet in mãmona creatorem intelligendum, & Chriſtũ à creatoris illos ſeruitute reuocaſſe. Quin nunc potius ex hoc diſce, vnum à Chriſto Deum oſtenſum. Duos enim dominos nominauit Deum & mammona, creatorem & nummum. Deniq; non poteſtis Deo ſeruire, vtique ei cui ſeruire videbantur, & mammonæ, cui magis deſtinabantur. Quod ſi ipſe alium ſe ageret, non duos dominos, ſed tres demonſtraſſet. Et Creator enim Domin⁹, quia De⁹. Et vtique magis Dominus, quam mammonas: magiſque non obſer-

Ab actu ſum motus.

Mammona Syriacum vocabulum, diuitias ſignificat.

Amentauit, id eſt, emiſit, ab amento quod loriũ ſignificat.

A uãdus, qua magis Dominus. Quale eſt enim, & qui mammonam Dominum dixerat, & cum Deo iunxerat, vere ipſorum nominum taceret, id eſt, creatorem? aut nunquid tacendo, eo conceſsit, ſeruiendum ei eſſe, ſi ſolummodo ſibi & mammonæ negauit poſſe ſeruiri? Ita cum vnum Deum ponit nominaturus & creatorem ſi alius eſſet ipſe, Creatore nominauit, quem Dominum ſine alio Deo nõ poſuit. Et illud itaque reluceuit,
B quomodo dictum ſit. *In mammona iniuſto fideles non extitiſtis: quod verum eſt, quis vobis credet:* in nummo ſcilicet iniuſto, non in Creatore: quem & Marcion iuſtum facit, *Et ſi in alieno fideles inuenti non eſtis, meum quis dabit vobis?* Alienum enim debet eſſe à ſeruis Dei, quod iniuſtum eſt. Creator autem quomodo alienus erat Phariſæis, pro prius Deus Iudaicæ gentis? Si ergo hæc non cadunt in creatorem,
C ſed in mammonam, qui vobis credet, quod verius eſt, & quis vobis dabit quod meum eſt, non poteſt quaſi alius dixiſſe de alterius Dei gratia? Tunc enim videretur ita dixiſſe ſi eos in creatorem, non in mammonam infideles notando, per creatoris mentionem diſtinctiones feciſſet Dei alterius non commiſſuri ſuam veritatem in fidelibus creatoris. Quomodo tunc alterius videri poteſt, ſi non ad hoc proponatur, vt à re de qua
D agitur ſeparetur? Si autem & iuſtificantes ſe coram hominibus Phariſæi ſpem mercedis in homine ponebant, illo eos ſenſu increpabat, quo & Propheta Ieremias: Miſer homo qui ſpem habet in ho *Ierem. 17.*
mine. Si & adijcit: Scit autem Deus corda veſtra, illius Dei vim commemorabat, lucernam ſe pronuntiabat, ſcrutantem renes & corda. Si ſuperbiam tangit, quod

elatum

elatum est apud homines, perosum est Deo. Esaiam ponit ante oculos: Dies enim Domini Sabaoth, in omnem contumeliosum & superbum, in omnem sublimem & elatum, & humiliabuntur.

Bernardus Serm. 2. de inquirendo Deo.

VÆ etiam peccatori terram ingredienti duabus vijs. *Nemo enim duobus dominis seruire potest.* Ne hanc quidem duplicitatem amat integritas illa, perfectio illa, illa plenitudo. Indignum enim est ei, vt inueniendam se præbeat, nisi perfecto eam quæsieris corde. Cæterum si odibilis est canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti, sed & ipsum quoque quem inuenerit tepidum, ex ore suo euomere incipit Deus, simulator & proditor vbi parebũt? Si maledictus qui facit opus Dei negligenter: qui fraudulenter fecerit, quid merent? Fugiamus hanc duplicitatem charissimi, & à fermento Pharisæorum omnimodis caueamus. Veritas est De⁹, & tales quęsitores requirit qui quęrunt eum in spiritu & virtute. Si nolumus frustra quærere Dominum, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quæramus perseueranter: vt nec pro illo quæramus aliud, nec cum illo aliud, sed nec cum illo ad aliud conuertamur. Facilius est enim cælum & terram transire, quam vt sic quærens non inueniat, sic petens non accipiat, sic pulsanti non aperiatur.

Irenæus aduersus hæreses, lib. 3. cap. 8.

SOluta igitur & hac illorum calumnia, manifeste ostensum est, quoniam nunquam Prophetę, neque Apostoli alium Deum nominauerunt, vel Dominum appellauerunt præter verum & solum Deum. Multo magis ipse Dominus, qui & Cæsari quidem quæ Cęsaris sunt reddi iubet; & quæ Dei sunt Deo. Cæsarem quidem Cæsarem nominans, Deum verò Deũ confitens. Similiter & illud quod ait: *Non potestis duobus dominis seruire*, ipse interpretatur, dicens. *Nõ potestis Deo seruire & mammonæ.* Deũ quidem confitens Deum, mammona autem nominans, hoc quod & est, non mammonam dominum vocat dicens: *Non potestis duobus dominis seruire*, sed Discipulos docet seruientes Deo non subijci mammonæ, neque dominari ab eo. *Qui* inquit, *facit peccatum seruus est peccati.* Quemadmodum igitur seruientes peccato, seruos peccati vocat, non tamen ipsum peccatum dominum appellat, sic & eos qui mammonæ seruiunt, seruos mammonæ appellat, non Deum appellans mammonam. Mammonas autem secundum Iudaicam loquelam, qua & Samaritæ vtuntur, cupidus & plusquam oportet, habere volens. Secundum autem Hebraicam adiunctiuè dicitur Mam, vel significat gulosum, id est qui non possit à gula se continere. Secundum hæc igitur quæ significantur, non possumus Deo seruire, & mãmonæ. Sed & diabolum cum dixisset fortem, non in totum, sed velut in comparatione nostra, semetipsum in omnia & vere fortem ostendit Dominus dicens, non aliter aliquem posse diripere vasa

Ioann. 8.

Mammona quid.

Matth. 12.

fortis, ſi non prius ipſum alliget fortem, & tunc domum eis diripiet. Vaſa autem eius & domus nos eramus, cum eſſemus in apoſtaſia, vtebatur enim nobis quemadmodum volebat, & ſpiritus immundus habitabat in nobis. Non enim aduerſus eum, qui ſe alligabat & domum eius diripiebat fortis erat, ſed aduerſus eos, qui in vſu eius erant homines, quoniam abſcedere fecerat ſententiam eorum à Deo, quos eripuit Dominus: Quemadmodum & Ieremias ait: *Redemit Dominus Iacob, eripuit eũ de manu Pharaonis eius.* Si igitur non ſignificaſſet eum, qui alligat, & diripit eius vaſa, hoc autem ſolum cum fortem dixiſſet, eſſet fortis inuictus. Sed obiecit obtinẽtem, tenet enim qui alligat, tenetur autem qui alligatur, & hoc ſine comparatione fecit, vt non comparetur domino ſeruus Apoſtata exiſtens, non enim tantum hic, ſed nec quidem ex his quæ conſtituta, & in ſubiectione ſunt comparabitur Verbo Dei, per quẽ facta ſunt omnia, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Quoniam enim ſiue Angeli, ſiue Archangeli, ſiue Throni, ſiue Dominationes ab eo qui ſuper omnes Deus & conſtituta ſunt, & facta per Verbum eius. Ioã nes quidem ſic ſignificauit, cum enim̃ dixiſſet de Verbo Dei, quoniam erat in Patre, adiecit: *Omnia per eum facta ſunt, & ſine eo factum eſt nihil.* Dauid quoque cum laudationes enumeraſſet, nominatim vniuerſa quæcumque diximus, & cælos & omnes virtutes eorum adiecit. *Quoniam ipſe præcepit & creata ſunt, ipſe dixit & facta ſunt.* Cui ergo præcepit? Verbo ſcilicet, & per quod, inquit, *Cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Quoniam autem ipſe omnia fecit libere, & quemadmodum voluit, ait

Ierem. 31.

Ioann. 1.

Pſalm. 148.

Pſalm. 32.

A iterum Dauid, *Deus autem noſter in cælis ſurſum & in terra omnia quæcunque voluit fecit.* Altera autem ſunt, quę conſtituta ſunt ab eo, qui conſtituit, & quæ facta ſunt ab eo, qui fecit ipſe enim infectus, & ſine initio, & ſine fine, & nullius indigẽs, ipſi ſibi ſufficiens, & adhuc reliquis omnibus, vt ſint hoc ipſum præſtans. Quæ verò ab eo ſunt facta, initium ſumpſerunt. Quæcunque autem initium ſumpſerunt percipere, & ſubiecta ſunt & indigẽt
B eius qui ſe fecit, neceſſe eſt omninò vti differens vocabulum habeant apud eos, etiam qui vel modicum ſenſum in diſcernendo talia habeant. Ita vt is quidem qui omnia fecerit cum verbo ſuo, iuſte dicatur Deus & Dominus ſolus, quæ autem facta ſunt, non iam eiuſdem vocabuli perciptibilia eſſe, neque iuſte id vocabulum ſumere debere, quod eſt creatoris.

Pſalm. 113.

C

Clemens Alexandrinus in Stromat. lib. 7.

NAm cuius eſt inſtitutum vt placeat hominibus, is Deo placere non poteſt, quoniam non quæ conferunt, ſed quæ delectant multi eligunt. Qui autem Deo placet, bonis hominibus per conſequentiam fit gratus & acceptus.
D Quomodo ergò cibus & potus, & venus ei amplius fuerit delectabilis, cum etiam ſermonem qui aliquam affert voluptatem, motumque cogitationis & operationem iucundam habeat ſuſpectam? *Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire: Deo & mammonæ.* Non pecuniam dicens ſicut nude dicit, ſed ſuppeditationem quæ fit à pecunia in varias voluptates. Reuera non poteſt fieri vt qui Deum cognouit magnificè & vere, eis quæ aduerſantur ei,

Placens Deo bonis etiam hominibus eſt gratus.

ei seruiat voluptatibus. Est ergò vnus quidem solus ab omni cupiditate alienus, ab initio benignus & clemẽs Dominus, qui propter nos est quoque homo. Quicunque autẽ studẽt assimilari characteri qui ab ipso datus est, vt fiant expertes cupiditatis magna vi contendunt ex exercitatione.

Hilarius in Matthæum, Canone. 5.

DVm dominorũ infidele seruitium est, nec par eiusdem potest esse ad seculum, atq; ad Deũ cura. In alterum enim necesse est, odium sit, in alterum amor: quia idem opus diuersæ dominorum non conueniat voluntati, nec pauperes spiritu Deo placentes, ambitiosæ seculi huius possint apti esse iactantiæ.

Chrysostomus homilia 22. in cap. 6. Matthæi in priori expositione.

VIdes vt paulatim à præsentibus auditorem rebus abducat, perque multa sermonem de cõtemptu habendi inferens, tyranni dem cupiditatis extinguat. Neque enim ea, quæ superius ait, dixisse contentus est, & certe cum multa alia & magna sint: sed alia quoque plura & terribiliora subiũxit. Quid enim his quæ nunc dicta sunt, ad vtrumque excitandum mentis affectum cumulatius proferatur. Quid ne terribilius est, quam si propter pecunias, Christi etiam seruitio dicamur excidere: vel desiderabilius, quam si despectu pecuniarum tota illi possimus mẽte & dilectione coniungi? Quod enim dicere semper soleo, id nunc rursus admoneo, quod scilicet auditorem ad eorum quę dicit obedientiam, etiã

Quid desiderabilius quã despecta pecunia Christo coniungi?

A per aduersa compellat, non solum scilicet per ista quæ prosunt, verumetiam per illam quæ lædunt: sicut optimus quispiã medicus, qui & ex intemperantia ægritudinem ostendat esse secuturam, & ex obedientia sospitatem: considera igitur quantum hic lucrum rursus ostendat, & quemadmodum vtilitatem de aduersariorum vituperatione conficiat. Non, inquit, hoc solo vobis diuitiæ nocẽt modo, quo contra vos latrocinantium armãt B manus: Nec quia magno cum cumulo intellectum vestræ mentis obtenebrant: verumetiam, quod vos à seruitute Dei diuellunt, & rei mortuæ pecuniarum scilicet captiuos efficiunt, satis proculdubio ex vtroque lædentes, dum & earũ vos seruitio subiungant, in quas oportuerat exerceri dominatum, & ab eius vos obsequio excludunt, cui supra omnes profecto seruire & necessarium est etiam vobis, pa- C riter & commodum, sicut enim duplex damnum esse perdocuit, hic quidem recondere, vbi ærugo, & tinea demolitur: ibi verò non reponere, vbi incorruptibilis thesaurus manebit. Ita hic quoque geminum in auaritia posuit detrimentum, & hoc scilicet, per quod à Deo retrahit, & illud per quod sub iugo mammonæ premit. Nec tamen statim aperte illud posuit, ac nude, sed primo de communium illud sensuum assertione constru- D xit: ait quippe: *Nemo potest duobus dominis seruire*: duos hic esse dicens: contraria imperantes, quod nisi in *Actor. 4.* telligas, ne duo quidem sint. Nam & illius quæ in Christum crediderat multitudo erat cor vnum, & anima vna. Et certe cum in corpore illi essent multa diuisi, sed concordia tamen vnum fecit ex plurimis. Deinde vt quod dicit cumulet, non solum, inquit, non seruiet,

Facilis est Deo seruiēti ad meliora mutatio.

sed & aduersabitur,& habebit exosum. *Aut enim, inquit, vnum odiet, & alterum diliget. aut vnum patietur, & alterum contemnet.* Et videtur quidem idipsum esse repetitum, sed nequaquam aut otiosè, aut redundanter hoc posuit: veruntamen vt ostenderet, quia facilis est ad meliora mutatio. Nec enim diceres, semel iā sum seruitio subiungatus,& tyrannide pecuniarum grauiter oppressus, ostendit non impossibile esse conuerti. & quemadmodum inde huc vētum est, ita hinc quoq; illuc possit redire. Cum hoc igitur sine vllius dixisset significatione personę, quo videlicet auditori facilius persuaderet, æquum ad ea quæ dicerētur afferre iudicium. Postquam ad sibi consentiendum parauit, cū demum etiā se releuat, intulit quippe: *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Hoc loco & animo prorsus toto perhorrescamus & corpore, intelligentes istud quod Christū dixisse memorauimus, ex aduerso scilicet Deum aurumq; cōsistere. Si igitur istud sono quoq; sermonis horribile est, quāto est horribilius, cum ipsis operibus tyrannus aurū Dei timori præfertè? Quid ergò apud veteres sanctos? nōne hic ipse auri potentatus vigebat? Nequaquam: ait enim. Quomodo Abrahā, quomodo etiam Iacob placuerunt Deo. At noli tu mihi contra hanc sententiam proferre diuites, sed diuitijs seruientes. Alioquin etiam Iob erat quidē diues, non tamen pecuniæ seruiebat, sed habebat diuitias, eisq; vt congruit imperabat; nec erat famulus earum profecto, sed Dominus. Sicut enim alieni patrimonij dispensator, ita illa omnia possidebat, non modo aliena nō rapiens, sed propria quoque indigentibus largiens: quodq; his mai⁹ est, nec habere se illa gaudebat, quod hinc intelligitur. Si lę

Iob.31.

A tatus sum, inquit, quia mihi essent multæ diuitiæ. Vnde etiam consequenter, quia gaudium de possessione non habuit, dolorē de amissione non pertulit. At nō tales nostra sunt ętate locupletes, sed captiuis omnibus deterius effecti: & sicut inuiti cuidam tyranno tributa pendentes, non quiescunt à miseria seruitutis. Quasi enim arcem quandam, ita eorum mētem amor auri insedit. Vnde per dies singulos præcepta eis plena iniquitatis imponit, nec est omninò aliquis
B qui non obediat imperanti. Noli igitur ex superfluo argumentari: semel siquidem pronuntiauit Deus impossibile esse dicens, vtrunque hoc simul esse seruitium. Ne ergò tu dixeris hoc esse possibile. Quando enim te vnus Dominus proprijs quoque exui iubet, alter vero etiam aliena diripere: quando ille tibi imperat castitatem, iste luxuriam: quando tibi castigationem ventris induit, ille ebrietatem at-
C que delitias: quando te alter omnia ista iubet despicere, alter vero inhærere, atque inhiare præsentibus. Cum hic quidem præcipit lecta marmora, parietes pictos, & laquearia deaurata mirari: ille verò inhorrescere huiusmodi omnia, & vere philosophiæ pulchritudinem, ac morum ornamenta suscipere: quemadmodum possibile est, tam contraria hæc patiter conuenire? Dominum hic autem mammmonā, id est, pecuniam nūcupauit, nō
D ob probam ipsius vtique naturam, sed ob eorum miseriam, qui se ad illius inclinauere seruitium. Sic etiam ventrem Apostolus appellat Deum non vtique à dignitate dominantis, sed ad infælicitate famulantium. Quod supplicio certi omni, etiam maius est, satisq; idoneū, etiam ante pœnam punire captiuū. Quibus enim captiuis non infeliciores

Philip.3.

ciores etiam putandi ſunt, qui cum Dominum habeant Deum, ab illo rege mitiſsimo recedentes, tyrãno ſe huic ſæuiſsimo dederunt, & hoc cum nobis etiam in præſenti iſta res noceat? Nam & damna per hanc cauſam ineffabilia contingunt, & lites frequenter & calumnia, atque certamina & aſsidui dolores, & cæcitas mentis: quodq; eſt grauius, etiam bonorum nobis cæleſtium per hæc infertur amiſsio, quæ ſolo certe poſſumus Dei ſeruitio promereri. Cum igitur ex his omnibus oſtendiſſet, quam eſſet vtilis deſpectus pecuniarum, atque ad cuſtodiam, & ad animæ voluptatem, & ad virtutem tenendam, & ad pietatem, quæ erga Deum eſt munimentum, confecit iã poſsibile eſſe quod præcepit.

Chryſoſtomus in altera expoſitione in Matth. 6. c. homil. 16.

VIdeamus in primis quomodo dicta præcedentia ſubſequantur verba præſentia. Superius præcepit eleemoſynas facere dicẽs: Theſaurizate vobis theſauros in cælo, quoniam qui theſaurizauerit theſauros ſibi in cælo, ille cor habet in cælo, & ſpem ad Deum: ille habet oculum animæ ſimplicẽ, ideſt mentem mundam, & ſpiritualem, & ſemper non terrena, ſed cæleſtia meditantem. Qui autem habet mentem mundam, & ſpiritualem, ille poteſt corpus ſuum ſeruare lucidum, id eſt, ſine peccato. Qui autem non facit eleemoſynas, nec cor habet in cælo, nec ſpem in Deum, nec mentem mundam & ſpiritualem, neque poteſt corpus ſuum ſeruare lucidum, ac ſine peccato. *Quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire, Deo & mammonæ*: id eſt diuitijs. Mammonæ enim Syriaca lingua, diuitiæ appellantur. Sicut ergò qui duos dominos habet, neceſſe eſt, vt vnum amet, & alterum odiat: vnum contemnat, & alteri obediat. Sic & qui vult Deũ amare, neceſſe eſt vt odiat diuitias: qui autem voluerit amare diuitias, neceſſe eſt vt odiat Deum: & qui vult mãdata Dei facere, neceſſe eſt vt odiat diuitias, & qui vult mandatis Dei obedire, neceſſe eſt vt contemnat auaritiæ mandata facere: & qui voluerit auaritiæ mãdata facere, neceſſe eſt vt contemnat Dei mandata. Conſidera autem, non dixit, nemo poteſt habere Deum & diuitias: ſed nemo poteſt Dei eſſe ſeruus, & diuitiarum. Aliud eſt enim habere diuitias, aliud enim ſeruire diuitijs. Si habes diuitias, & diuitiæ illæ non te faciunt ſuperbum aut violentum, ſed ſecundum quod potes, das impotentibus, dominus es diuitiarum tuarum, non ſeruus: quia non te diuitiæ tuæ tenent, ſed tu diuitias. Si autem diuitiæ tuæ ſuperbum te faciunt, aut violentum, & conſtrictus auaritia nemini aliquid præſtas, tunc ſeruus es diuitiarum tuarum, non dominus: quia diuitiæ tuæ te tenent, non tu diuitias tuas.

(?)

Qui non facit eleemoſynas, quanta mala ſecũ habeat.

Qui theſaurizat ſibi theſauros in cælo quantas diuitias in corde poſsidet.

TEXTVS.

NE ſolliciti ſitis quid manducetis, &c.

Idem Chryſoſtomus, ibidem.

NON dixit nolite laborare: ſed nolite ſolliciti eſſe. Ergo ſolliciti eſſe vetamur laborare autē iubemur. Sic enim & Dominus loquēs ad Adam non dixit cū ſollicitudine facies tibi panem ſed cum labore & ſudore faciei tuæ. Ergò nō ſollicitudinibus ſpiritualibus, ſed laboribus corporalibus acquirendus eſt panis. Sicut laborantibus enim pro præmio diligētię, Deo præſtante panis abundat, ſic dormientibus & negligētibus pro pæna negligentiæ Deo faciente ſubducitur. *Nonne anima plus eſt quā eſca, & corpus pluſquam veſtimentum?* Confirmat ſpem noſtram primum de maiore ad minus deſcendens, deinde à minore ad maius aſcendens. Quomodo ſi animam dedit, eſcā non dabit? Si corpus plaſmauit, veſtimentum non prouidebit? Niſi voluiſſet eſſe quod eſt nō crearet. Quod autē ſic creauit vt per eſcā ſeruetur, neceſſe eſt vt det ei eſcam quandiu vult eſſe quod fecit. Quid eſt à minore ad mai⁹? Videte volatilia cęli, neq; ſeminant neque metunt. Si auibus prēſtat alimentū, hominibus non præſtabit alituram? Si illi non laborantes inueniunt eſcas, homo nō inueniet, cui Deus dedit & operandi ſcientiam, & fructificandi ſpem? Omnia enim animalia Deus propter homines fecit, hominem autem propter ſe. Si ergò animalibus miniſtrat propter hominem, hominibus nō miniſtrabit propter ſeipſum? Omnia Deus in ſapientia fecit, hominē autem non ſolum in ſapientia, ſed etiā ſecundum ſapientiā ſuam.

A Quanto ergò prętioſior hominis creatio quam animaliū, tanto maior ſollicitudo Dei de hominibus, quā de animalibus. Omnia Deus animalia fecit, vt tandiù ſint, quandiù ſunt: cum verò mortua fuerint fiant tanquam quę non fuerunt, hominem autē vt non ſolū ante mortem, ſed etiam poſt mortem viuat, magis autem poſt mortē, quam ante mortem: quoniam ante mortem in tentatione viuit poſt mortem
B autem in gloria. Si ergo illis occurrit, quos ſic creauit, vt tantummodo videantur; hominibus nō occurret, quos fecit vt in perpetuo viuāt?

Auguſt. Quæſtionum Euangeliorum, lib. 2. quæſt. 36.

QVod ait: *Aut vnū odiet, & alterū diliget, aut vni adhærebit, & alterū*
C *contemnet.* Non ſine conſideratione diſtinguenda ſunt: Non enim paſsim aut quaſi temere dicta ſunt. Nemo enim interrogatus vtrū diligat diabolum, reſpōdit ſe diligere, ſed potius odiſſe. Deum autem ſe diligere omnes fere proclamāt. Ergo aut vnum odiet & alterum diliget vt fieri debet: odiet ſcilicet diabolum, diliget verò Deū. Quod verò adiunxit, *Aut alteri adhærebit*
D *& alterum contemnet*, Adhærebit ſcilicet diabolo, cum quaſi eius præmia temporalia ſectatur, contemnet autem Deum: Nō dixit odiet, ſed contemnet: ſicut ſolent minas eius poſtponere cupiditatibus ſuis, qui de bonitate eius ad impunitatem ſibi blandiuntur. Quibus per Salomonem dicitur. *Fili ne adijcias peccatum ſuper peccatum, & dicas miſeratio Dei magna eſt.* Eccluſ. 5.

Hiero-

Hieronymus in Matthæum, capit. 6.

MAmmona ſermone Syriaco, diuitiæ nuncupantur. *Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.* Audiat hoc auarus, audiat qui cenſetur vocabulo Chriſtiano, non poſſe ſe ſimul diuitijs Chriſtoque ſeruire. Et tamen non dixit: qui habet diuitias, ſed qui ſeruit diuitijs. Qui enim diuitiarum ſeruus eſt, diuitias cuſtodit vt ſeruus: qui autem ſeruitutis excuſsit iugum, diſtribuit eas vt dominus.

TEXTVS.

IDEO dico vobis, ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid mãducetis, neq; corpori veſtro, quid induamini. Nõne anima plus eſt quam eſca, & corpus plus eſt quam veſtimentum? Reſpicite volatilia cæli quæ non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea ſua. Et Pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis?

Clemens Alexandrinus in pædagogo, lib. 2. cap. 10.

ADuerſus aliam autẽ intemperantiam optimũ quidem eſt medicamentum, ratio. Fert etiam auxilium penuria facietatis, per quã accenſæ libidines, profiliũt ad voluptates. Ergò nec ſumptuoſa veſtis eſt aſſumẽda, ſicut nec cibus varius. Ipſe certè Dominus in animũ, & corpus, & tertio loco, in ea quę externa ſunt præcepta diuidẽs, propter corpus quidẽ externa comparare conſulit: corpus autẽ adminiſtrat per animã, animam autem erudit. *Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ*, inquiens, *quid comedatis, neq; corpori veſtro quid induamini. Anima enim plus eſt quã cibus, & corpus pluſquam veſtimentum.* Et ſubiũgit apertũ doctrinæ iudicium: *Conſiderate coruos quod neq; ſeminant, neq; metunt, quibus non eſt pænus, nec horreũ, & Deus nutrit ipſos. Nõ vos præſtatis volucribus?* Et hęc quidem de nutrimento. Similiter autẽ de veſte quoq; præcipit, quę rerum externarũ tertium locũ obtinet: *Conſiderate*, inquiens, *lilia quomodo neq; nent, neq; texunt. Dico autem vobis, quod neq; Salomõ induebatur vt vnũ ex his.* De diuitijs autem valde ſe iactabat Rex Salomõ. Quid eſt itaq; floribus pulchri? & floridius? Quid eſt autẽ lilijs vel roſis delectabili?? *Si autem fœnum quod hodie eſt in agro, & cras in clybanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto vos maius modicæ fidei? Et vos ne quærite quid comedatis aut bibatis* Eccleſ. 24

Hic hęc particula: *Quid*, cibi varietatẽ expulit. Id enim ſignificatur ex ſcriptura. *Ne ſolliciti ſitis quæ nã comedatis aut quæ nam bibatis.* De his enim eſſe ſollicitum, eſt nimia plura habendi cupiditas, & delitias arguit. Sed ſi comedere per ſe ſolum cogitetur, eſt argumentum neceſſitatis, & defectus repletio, vt diximus. Quod eſt autem amplius, eſt ex ſuperfluo. Quod eſt autem ex ſuperfluo, eſſe à diabolo declarauit Scriptura. Senſum autem planum facit quæ ſequitur dictio: Cum enim dixiſſet: *Ne quærite quid comedatis & quid bibatis.* Subiunxit, *Et ne ſublimes efferamini.* A veritate autem ſublimes efferunt arrogantia & delitiæ, & quæ in rebus

ſuperuacaneis verſatur, delectatio, abducit à veritate. Quo circa pulcherrimè quoque dicit. *Hæc autem omnia gentes mundi quærunt.* Qui immoderati ſunt & inſipientes, gentes ſunt. Quænam autem hæc dicit? Delitias, delectationem, cupedias obſoniorum voracitatẽ, & ingluuiẽ Hæc ſunt illud: Quid? De ſolo autem nutrimento, ſicco ſcilicet & humido, vt quæ ſint neceſſaria: *Scit*, inquit, *Pater veſter quid vobis opus ſit.* Quod ſi nobis omninò innotum eſt, vt quęramus, ne quærendi facultatem in delitijs perdamus, ſed eam ad veritatem inquirendam excitemus. *Quærite enim*, inquit, *regnum Dei, & quæ ad alimentum pertinent adijcientur vobis.* Si ergò de veſte, & delitijs, rebuſque ſuperuacaneis, tanquam non neceſſariam omninò curam tollit, quid cenſendus eſt eum dicere de nimio ornatus ſtudio: de tinctura lanarum, varietate colorum, ſuperflua cura gemmarum, auri elaboratione: capillis artificioſis, & intortis crinibus? Quid defucata oculorum pictura, quid de vulſionibus purpuriſi ac cæruſæ fucationibus, tinctiſque pilorum coloribus, improbiſque huiuſmodi artificiorum fraudibus? An non hoc quoque rectè conijciendum eſt, id quod de fæno paulo ante dictum eſt, de his ornamentorum amatoribus, qui à temperantia & vero animi ornatu alieni ſunt, optime poſſe dici? Ager enim eſt mundus, & nos herba, qui ſumus Dei gratia irrigati. Tonſi autem rurſus exorimur, vt pluribus oſtendetur in libro de reſurrectione. Fœnum autem turba promiſcua allegoricè dicitur, quæ ſe ad momentaneam lætitiam applicat: quæ floret paruo tempore quæ ſuperflua ornamenta, quæ gloriam, quæ quiduis potius quam veritatem ſectatur, quæ non ad aliud apta eſt quam ad ignis incendium.

Hilarius in Matthæum, Canone. 5.

IDEO dico vobis, ne cogitetis in corde veſtro, quid manducetis, neque corpori veſtro, quid veſtiatis. Nonne anima veſtra pluris eſt quam eſca, & corpus pluris eſt quam veſtimentum? Contemptum ſeculi, & fiduciam futurorum toto ſuperiore ſermone præceperat. Nam cum ad iniuriam pronos iubet eſſe, & ad damnum voluntarios, & ad vltionem negligentes, & ad diligendum promiſcuos, & ad humanam gloriam incurioſos, confirmare nos in ſpẽ bonorum æternorum laborat. Plures enim & amor præſentium, & deſperatio futurorum incertos facit, & vt illecebris capit, aut in fedilitate confundit. Ergò regnum cælorum quod Prophetæ nũtiauerunt, Ioannes prędicauit, Dominus noſter in ſe eſſe poſitum eſt profeſſus, vult ſine aliqua incertæ voluntatis ambiguitate ſperari, alioquin iuſtificatio ex fide nulla eſt, ſi fides ipſa fiat ambigua. Igitur curam nullam eſſe veſtitus & cibi præcepit, dicens: & ſcis animam, & cibo corpus eſſe pretioſius. Et quidem pulchrum eſt, præſentium rerum contemptu curam tantum diuinis rebus impendere, ſed altius ſermo deſcendit, & in cæleſtis dicti intelligentiam verbis ſubiecta ratio extenditur. Theſaurum Dominus condi iuſſit in cælo, & ex oculi lumine corpori quoque ſplendorem ſpopondit, & dominis duobus neminem poſſe placere teſtatus eſt, & poſt hæc ait: *Ideò dico vobis, ne cogitetis in corde veſtro quid manducetis, neque corpori veſtro quid induatis.*

Quæ

Quæ conſequuntur, non ſatis propoſitionibus congruunt. Nunquid & vnius domini ſeruus non poſſit circa veſtem eſſe cibumque ſollicitus? Nunquid per aduerſam valitudinem hebetato oculi lumine obſcurabitur corpus? Aut quod corporis lumen eſſe poſsit ex oculo? Nunquid theſaurizare in cælis ſola nuditas ac fames poterit? Sed quia corruptus circa futurorum curam infidelium ſenſus eſt, calumniantium quæ in reſurrectione corporum ſpecies ſit futura, quæ in ſubſtantia æternitatis alimonia, & cum ex difficultatibus quæſtionum inutilium quædam vtendarum præſentium voluptatum ratio quæſita eſt, inutili metu circa Dei reuerentia demorantes, in ſeculi gaudia tranſeunt, atque ita eſt, vt duobus dominis vnius infidele ſeruitium ſit, igitur ex ſummo pietatis affectu, grauiſſimoque diffidentiæ periculo ante prædicto, ita admonet: *Nonne anima pluris eſt quam eſca, & corpus pluris eſt quam veſtimentum?* In dictis Dei veritas eſt, & rerum creandarum efficentia omnis in verbo eſt, itaque nec quod ſpopondit ambiguum eſt, nec inefficax quod loquutus eſt. Nihil eſt quod non in ſubſtantia ſua & creatione corporeum ſit, & omnium ſiue in cælo, ſiue in terra, ſiue viſibilium, ſiue inuiſibilium elementa formata ſunt. Nam & animarum ſpecies, ſiue obtinentium corpora, ſiue corporibus exulantium, corpoream tamen naturæ ſuæ ſubſtantiam ſortiuntur, quia omne quod creatum eſt, in aliquo ſit neceſſe eſt. Atque ideò inertiam inutiliſsimæ quæſtionis Deus arguens, non patitur anima & corpore in æternitatis ſubſtantia collocandis, ſpem noſtram futuri in reſurrectione, cibi & veſtitus ſolicitudine demorari: ne tanto pretioſiora reddenti vel regenti, corpus ſcilicet atq; anima, contumelia in non efficiendis leuioribus inferatur.

Hieronymus in Matthæum, capit. 6.

IDEO *dico vobis: ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis: neque corpori veſtro, & cætera.* In nonnullis codicibus additum eſt: *neq; quid bibatis.* Ergò quod omnibus natura tribuit, & iumentis ac beſtijs hominibuſque commune eſt: huius cura non penitus liberamur. Sed præcipitur nobis ne ſolliciti ſimus, quid comedamus: quia in ſudore vultus præparamus nobis panem. Labor exercendus eſt: ſollicitudo tollenda. Hoc quod dicitur: *Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid comedatis: neque corpori veſtro quid induamini*: De carnali cibo & veſtimento accipiamus. Cæterum de ſpiritualibus cibis & veſtimentis ſemper debemus eſſe ſolliciti. *Nonne anima plus eſt quam eſca, &c.* Quod dicit iſtiuſmodi eſt: Qui maiora præſtitit, vtique & minora præſtabit.

De ſpiritualibus cibis & animæ indumẽtis ſemper tenemur eſſe ſolliciti.

Ambroſius in Lucam, lib. 7. capit. 12.

NOlite *ſolliciti eſſe animæ quid manducetis, neque corpori quid veſtiamini. Anima plus eſt quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum.* Nihil enim moralius ad faciendam fidem, omnia credentibus à Deo poſſe conferri, quàm quod acrius ille ſpiritus, vitale collegium animæ corporiſq; contubernio fœderatum, ſine noſtro labore perpetuat, nec ſalutaris deficit vſus alimenti, niſi cũ venerit dies ſuprema moriendi. Cum igitur anima indu-

indumento corporis veſtiatur & vigore animæ corpus animetur, abſurdum eſt vt victus nobis copiam defuturam putemus, qui viuẽ di iugum ſubſtantiam conſequamur. *Conſiderate, inquit, volatilia cæli.* Magnum ſanè & aptum quod fide ſequamur exemplum. Nam ſi in volatilibus cæli: quibus nullum exercitiũ cultionis, nullus de meſſium fæcunditate prouentus eſt, indeficientem tamen prouidentia diuina largitur alimoniam, verum eſt cauſam inopiæ noſtræ auaritiam iudicare. Etenim illis idcirco inelaborati pabuli vſus exuberat quod fructus ſibi cõmunes ad eſcam datus, ſpeciali quodam neſciunt vendicare dominatu: nos communia amiſimus cum propria vendicamus: nam nec proprium quicquam eſt, vbi perpetuum nihil eſt, nec certa copia vbi incertus euentus. Cur enim diuitias tuas æſtimes, cum tibi Deus etiam victum cum cæteris animantibus voluerit eſſe commune? Aues cæli ſpeciale ſibi nihil vendicant, & ideò pabulis indigere neſciunt, quia non norunt alijs inuidere. *Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt.* Et infra: *Si autem fœnum quod hodie in agro eſt, & cras in clibanũ mittitur Deus ſic veſtit.* Bonus quidem ſermo atq; moralis, quo ad fidem nos diuinæ miſericordiæ conferendæ, vel iuxta literam, quia ad ſtaturam corporis noſtri, vel ſpiritualiter, quia ſupra menſurã ſtaturæ noſtræ ſine fauore nihil valemus adiungere, comparatione nos floris & fœni ſermo Dominicus prouocauit. Quid enim tam morale ad perſuaſionem, quam cum videas quod etiam quæ ſunt irrationabilia, ſic Dei proſpicientia veſtiuntur, vt nullo vſu vel ad gratiam egeant vel ornatum, multo magis credas rationabilem hominem ſi omnem ſui vſum in Deo collocet, nec ſtudio mutandi violet fidem, nunquam egere poſſe, eo quod iure prę ſumpſerit de fauore diuino? Sed tamen vt etiam altius iſta pandamus, quia non ocioſum videtur quod flos vel homini confertur, vel certe plus pene quam hominibus in Salomone præfertur, qui tantum meruit vt vel in ſpei templum Deo conderet, vel in myſterio Chriſti Eccleſiam figuraret. Non alienum videtur vt per claritatem coloris Angelorum cæleſtium gloriam putemus expreſsã, qui vere mundi iſtius flores ſunt, quod eorum claritatibus mundus ornatur, & bonum odorem ſanctificationis aſpirant. Quorũ præſidio fulti poſſumus dicere: Bonus odor Chriſti ſumus Deo in his qui ſalui fiunt, qui nulla ſollicitudine præpediti, nullo vſu laboris exercitati, diuinæ in ſe liberalitatis gratiam, & cæleſtis ſeruant dona naturæ. Vnde bene & hic veſtitus gloriã ſua Salomon, & alibi coopertus oſtenditur, quod infirmitatem corporeæ naturæ veluti virtute quadam mentis ad opertam operum gloria veſtiebat. Angeli vero, quorum natura diuinior expers manet iniuriæ corporalis, recte licet maximo viro, cõſideratione tamen noſtræ iniuriæ præferuntur. Ergo quoniam per reſurrectionem erunt homines ſicut Angeli in cælis, nos quoque exemplo Angelorum gloriæ cæleſtis augmẽtum, Dominus qui & illis eam tribuit ſperare præcepit, quo abſorbeatur hoc mortale à vita. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem.* Plerique etiam comparationem hanc ſecundum naturam floris & vſum putant propoſiti germinis aptiorem, eò quòd & lilia nullius annui vſus

2. Cor. 2.

1. Cor. 15.

vſus cultum requirant, nec ſicut erga prouentum fructuum cæterorum ita etiam erga generationem iſtius floris, ſollicitis in orbem redeat labor actus agricolis. Quibuſlibet enim ſiccitatibus agri omne illud quod alitur in florem, quadam virtute genitali ex ſeſe atque in ſe ſucci ſemper manentis animatur, ita cum filiorum puberum caulem videas aruiſſe, floris, tamen natura viueſcit. Abſconditur enim viriditas, non amittitur. At vbi vernis fuerit prouocata blanditijs, indumentum germinis, comam floris lilij ſui reſumit ornatus. Quem locum nunc quoniam alibi vberius tractatum eſſe reminiſcimur, perſtrinxiſſe ſatis eſt, nec in eadem ſit recurſus. Illud delectat aduertere, quia non in aſperitatibus montium incultiſq; ſyluarum lilia, ſed in hortorum amænitate generantur. Sunt enim horti quidam diuerſarum pomiferi virtutum, iuxta quod ſcriptum eſt: *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus fons ſignatus*, eo quod vbi integritas, vbi caſtitas, vbi religio, vbi fida ſilentia ſecretorum, vbi claritas Angelorum eſt, illic Confeſſorum violæ, lilia Virginum, roſæ Martyrum ſunt. Nec incongruũ quiſquam putet quod Angelis lilia comparentur, cum lilium ſe CHRISTVS ipſe memorauit dicens: *Ego ſum flos campi, & lilium conuallium.* Et bene liliũ Chriſtus, quia vbi Martyrum ſanguis, ibi Chriſtus, qui eſt flos ſublimis, immaculatus, innoxius, in quo non ſpinarum offendat aſperitas, ſed gratia circunfuſa clareſcat, ſunt enim ſpinæ roſarum, quia tormenta ſunt Martyrum. Non habet ſpinas in offenſa diuinitas, quę tormenta non ſenſit. Ergo ſi lilia vel Angeli ſupra hominum glo-

Cant. 4.

Angeli lilijs comparãtur.

Cant. 2.

Chriſtus eſt, vbi Martyrũ ſanguis funditur.

A riam veſtiuntur, nec in nobis miſericordiam Dei deſperare debemus, quibus per reſurrectionis gratiam DOMINVS ſimilem angelis ſpeciem pollicetur. Quo loco etiam illã videtur perſtringere quæſtionem, quam etiam Apoſtolus non omiſit, quia gentes huius mundi quærunt quomodo reſurgant mortui, & quali corpore veniant.

B *Auguſtinus, libro de opere Monachorum, cap. 26.*

NEMO *inquit, poteſt duobus dominis ſeruire.* Et paulo poſt. *Non poteſtis, inquit, Deo ſeruire & mammonæ:* Statimque contexuit, *Ideò dico vobis: Nolite ſolliciti eſſe animæ quid manducetis, neque corpori quid veſtiamini.* Et quod ſequitur de volatilibus cæli & lilijs agri, ad hoc C dicit, ne quiſquam Deum putet ſeruorum ſuorum neceſſaria non curare, cum eius ſapientiſſima prouidentia vſque ad iſta credenda & gubernanda perueniat. Neque enim non ipſe paſcit & veſtit etiam eos qui manibus operantur. Sed ne Chriſtianam militiam ad hoc detorqueunt vt iſta conquerant, hoc ſeruos Dominus prẽmonet, vt in eo miniſterio quod ſacramento eius debetur, non iſta ſed regnum eius & iuſtitiam cogitemus: D & hæc omnia apponentur nobis, ſiue per manus operantibus, ſiue infirmitate corporis impeditis, ſiue ipſius militiæ tali occupatione diſtrictis, vt nihil aliud agere valeamus.

Quomodo accipiendũ illud, de volatilibus cæli & lilijs agri.

Chry-

Chryſoſtomus homilia 12. in 6. cap. Matthæi in priori expoſitione.

NE ergò dicerent, quid ergò ſi obijciamus omnia? Idcirco huic contradictioni oportune rurſus occurrit. Sicut enim ſi inter principia ipſa dixiſſet: Nolite de cibo eſſe ſolliciti: ſermo abſque dubio eſſet oneroſus. Ita poſtquam oſtẽdit miſeriam, diſtinctionemque animi de pecuniæ amore naſcentem, coarctationem ſuam reddidit faciliorem: propter quod ne nunc quidem ſimpliciter ait. *Nolite eſſe ſolliciti*: ſed prius adiecit & cauſam, ſicque iſtud vtique præcepit. Poſtquam enim dixit. *Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ*, Intulit, propterea dico vobis. *Nolite ſolliciti eſſe*: per quod oſtendit ineffabile detrimentum. Non ſolum enim noxam in pecunijs, inquit, verumetiam plagam in rebus, & quidem principalibus ſentietis, ac propriæ etiam ſubuerſionem ſalutis. Si quidem vos excludunt à Deo, qui vos creauit, & tuetur, & diligit: propterea dico vobis, nolite ſolliciti eſſe. Quia inæſtimabilem eſſe noxam monſtrauerat, conſequentiſsimè præceptum quoque ipſum, quo aduerſus illam armemur oſtendit. Neque enim tantummodo ea quæ parta ſunt abijci iubet, verum ne ſuper neceſſaria quidem cibo eſſe ſolicitos animæ veſtræ quid manducetis: non quia anima indigeat cibo, cum ſit incorporea profecto, ſed iuxta cõmunem hoc eſt morem locutus. Et ſi enim alimentis ipſe non indiget, non tamen poteſt permanere in corpore, niſi vtique alimenta ſumente. Cum igitur de cibo eos curare vetuiſſet, nequaquam illud inexpletum reliquit. Sed magis adhuc, ac magis animos commouet audientium: tum quidem his quæ in nobis metipſis gerimus, tũ vero illis quæ ſunt exterius exemplis. Et de his quidem quæ in nobis ſunt, ita differens. *Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus pluſquã veſtimentum?* Qui igitur hoc quod maius eſt tribuit, quomodo non etiã, quod minus eſt largietur? Qui formauit eam quæ tali indiget carne, quomodo non etiam alimenta præſtabi.? Propter quod non ſimpliciter ait: *Nolite ſolliciti eſſe quid mãducetis, aut quid induamini*: Sed omninò ſignanter animæ, inquit, & corpori, quia ex ipſis erat vtique probaturus ſuperfluum eſſe de victu veſtituque curare. Et idcircò ſermonem ſuũ vtriuſque ſubſtantiæ muniuit exemplo. Sed animam quidem qualem ſemel dedit, talis & permanet: corpus verò vſque ad ſui menſuram quotidianis diebus augetur. Deinde proprium indicans vtriuſque naturæ, & vnius immortale afferens, alterius temporale, intulit dicens: *Quis ex vobis poteſt addere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Nam de anima quidem conticuit, vt pote quæ incrementa nõ caperet, de corpore autem ſolo diſputauit. Et quo etiam iſtud oſtendit, quia corpus ipſum non tam alimonia ſui creſcat, quam prudentia cõditoris. Quod etiam per alia demonſtrans Paulus aiebat. *Igitur neque qui etiam plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* His igitur quæ in nobis ſunt ita eſt cohortatus, alijs vero exẽplis. *Aſpicite, inquit, volatilia cæli.* Ne quis enim diceret: prodeſt nobis eſſe ſollicitos: & ex maioribus, & ex minoribus à ſollicitudine dehortatur. A maiorum quidem parte, cum & animi eos & corporis admonuit. à minorum verò, cum ad auium mittit eos exemplũ.

Qui largitur animam facilius neceſſaria corpori largietur.

1. Corint. 3.

Si

Si enim etiam longe inferiorum tãtam ſe oſtendit Deus habere curam: quemadmodum, inquit, vobis neceſſaria iſta non tribuet? Et ad iſtos quidem hoc modo: erat enim vulgus auditor: diabolo autem lõge aliter omninò reſpondit *Non in pane ſolo, inquit, viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Deut. 8. His vèro etiam volucrum exemplum, & maxima quidem cum increpatione propoſuit: quod certe in cohortationis ratione validiſsimum eſt. Sed in tantum quidem impiorum proceſſere dementiæ, vt hoc ipſum reprehendere non vereantur exemplum. Eſt inquiunt, prorſus incongruum, vt ille qui voluntatem in aduentibus ſuſcitabat, naturalium ad hoc rerum exempla proferret, auibus quippe hoc ineſt natura. Quid igitur ad iſta dicemus? Quia videlicet etſi illis hoc iuxta naturam ineſt, nobis tamen idipſum poſsibile eſt poſt ſtudium voluntatis. Non enim dixit, reſpicite quia volant aues, quod nobis certe impoſsibile eſt prorſus imitari: ſed quia abſque ſollicitudinis ſuæ præparatione paſcantur, quod nos quoque, ſi volumus, facile quimus implere. Et hoc illi oſtendunt profectò, qui iſtud operibus executi ſunt: propter quod dignum eſt docente ſapientia, magis magiſque mirari. Qui cum hominum proponere poſſet exempla, & Moſen, Eliam, Ioannem, cæteroſque proferre, qui eorum ſimiles de victu non fuerunt ſolliciti: vt magis audientium conſcientias verberaret, de irrationalium illos ſecuritate commonuit. Si enim iuſtos illos memorare voluiſſet, dicturi iſti continuo fuiſſent, nec dũ ad eorum virtutis cacumen aſcendimus. Nunc vero iſtos quidem reticens, & cæli eis volatilia proponens, omnem prorſus occaſionem huiuſmodi contradictionis incidit. In hoc quoque legem imitatus antiquam. Nam vetus quoque lex & ad opem homines, & ad formicam remittit, ſed ad turturem aliquando, & ad hirundinem. Verum hoc quoque grande documentum eſt, ad honorẽ qui in libertate eſt hominis exprimendum: quandoquidem quod illa habet lege naturæ, hoc nos aſſequi poſſumus volũtate. Si enim etiam illorum quæ propter nos vtiq; creauit, tantam Deus curam gerit: quanto potius noſtri quos Dominos fecit? *Reſpicite volatilia*, & nõ ait, quæ non cauponum, ac negociatorum more viuunt: hæc enim deſperatorum omninò profeſsio eſt: ſed quia non ſeminant, inquit, nec metunt. Quid igitur? Non oportet, inquies, ſeminare? Non dixit quia ſeminare nõ debeas, ſed quia ſollícitus hinc, atque anxius eſſe non debes: nec ait, non oportet operari, ſed quia puſillanimum eſſe non oporteat, & curarum angore diſtendi. Nam & cibo refici vtique iuſsit, ſed nequaquam de hac eſſe neceſsitate ſollicitos. Hinc & beatus Dauid ſermonem porro ante præmiſit, ſub quadam idipſum exprimens cohortationis figura. *Aperis tu, inquit, manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Pſalm. 144. Et rurſus: *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Et quis, inquit, aliquãdo iſtius curę manſit immunis? Nõ audiſti quos viros, & quando iuſtitiæ nomine pollentes prætulerim? Non vides in illis Patriarcham Iacob nudum ex patria profectum domo? Non audias orantem illũ, atque dicentem? *Si dederit mihi Deus panem ad manducandum, & veſtem ad operiendum,* Geneſ. 28. quod certe non erat ſollicitudinem gerentis, ſed à Deo cuncta quærentis. Hoc etiam Apoſtoli perfecerant, omnia quæ habebant

Sit tanta cura Deus oſtendit circa paſeres, quanto maiorẽ erga homines habet.

bant ſubito relinquentes,& rerum ſimul, curarumque onera ponentes. Hoc etiam tria millia credentiũ Chriſto ſe impleſſe lętata ſunt. Sin vero tot verba audiens, tot exempla, nihilominus retrahis aſſenſum, ne his profecto moleſtiſſimis ſolicitudinum vinculis libereris, intellige nihil tibi profuturum eſſe hanc ipſam, quam de curarum nodis pateris ærumnam, & ſic ſaltem ſollicitudinum tuarum vincula diſſolui. *Quis enim, inquit poteſt ex nobis adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Vidiſti ne quemadmodum ex hoc quod apertum eſt, illud etiam quod occultum erat, fecerat eſſe perſpicuum? Sicut enim corpori, inquit, ne exiguum quidem augmẽtum ſui potes adijcere curando, ſed abſque tua ſollicitudine illius incrementa conſequeris: ita te oportet etiam alimoniam congregare, ſi tamen vel ſic eam putaueris congregandam. Ex quo profecto manifeſtum eſt, nequaquam noſtra induſtria, ſed prouidentia Dei etiam ea perfici, in quibus ipſi videmur operari: quod ſi ille nos deſerat, non ſollicitudo vlla, non cura, non labor, neque quicquam horum aliud apparebit: ſed cuncta prorſus infæliciter laborata, & effuſa inaniter vaneſcet. Ne igitur opinemur impoſſibilia eſſe præcepta, plurimi quippe ſunt, qui etiam nunc iſta perficiant. Si vero iſtud ignoras, nihil omninò mirandum eſt. Nam & Elias ſe eſſe iam ſolum putabat, ſed audiuit à Domino: *Quoniam reliqui mihi ſeptẽ millia virorum.* Ex quo perſpicuum eſt, quia nunc quoque multi ſunt Apoſtolicam vitam tenentes, ſicut quæ paulo ante dixi octo millia credentium illa. Si vero tales modo eſſe nõ credimus, nõ quia deſunt qui iſta perficiant, ſed quia longe nos ab illorum virtute diſtamus. Sicut ergò ebrietatis cũ aliquis vitio obſeſſus eſt, difficile omninò credit eſſe quempiam hominum, qui ne aquam quidẽ guſtarit, cumq; cum plurimi id apud nos monachi fecerint. Et ſicut ille qui cũ mille meretricibus voluptatur, virginẽ quenquã permanere poſſe deſperat: & vt alienorũ raptor, etiã propria quęquam facile contẽnere poſſe nõ annuit: ita & qui mille curarũ languoribus contabeſcũt, nõ facile accipiũt hanc quę à Saluatore præcipitur in alijs eſſe virtutem. Nos vero, quia multi iſtud implerint, ipſorũ quoq; quia etiã noſtra ętate iuxta Euangeliũ philoſophãtur, poſſumus exẽplis docere. Sed vobis interim ſatis eſſe poterit, ſi non appetere diſcatis aliena & miſericordię opera cõplere, ac reconditas pecunias erogare. Hęc enim ſi feceris dilectiſsime, cito etiã ad alia proficies. Nunc interim abundantiã, atq; omne quod ſuperfluit, deponamus, ſimuſq; maximè mediocritate contenti, atq; diſcamus omnia, quibus opus habemus de iuſtis operibus & laboribus poſsidere. Quia & beatus Ioanes, quando his qui vectigalibus exigendis vacauerant, diſputabãt, & milites ſtipendijs ſuis eſſe contẽtos iubebat: nolebat quidẽ etiam ad aliam eos celſioré philoſophicã prouocare. Verũ quia nondum ad eam apti erãt, ſaltẽ minora dicebat, ne vtiq; ſi eis eminẽtiora ſuaſiſſet, nec illa fuiſſent ſecuti, & hæc forſitan perdidiſſent. Propterea igitur & ipſi in his nos adhuc inferioribus exercemus. Nouimus quippe ſupra nos eſſe interim amorem ex toto contẽnere poſsidendi. Quantum enim cælũ à terra, tantum illa philoſophia diſtat à nobis. Apprehẽdam⁹ igitur ſaltem extrema hæc & minima præcepta: nec ipſa enim exigua conſolatio eſt. Et certe Græcos quoſdam

3. Reg. 19.

quosdam istud scimus impleſſe, quanquam non qua debuerant animi sententia propria respuerint. Verum nos sufficere interim credimus, si misericordia à vobis larga præstetur: citò enim etiam illuc peruenire poterimus, si ad hoc fuerimus ante progressi: sin autem ne hoc quidem fecerimus, quo tandē non digni iudicabimur esse supplicio? Qui cum veteris testamenti iustos superare iubeamur, inferiores etiam gentilium Philosophis inuenimur. Quid ergo dicemus, qui cum Angeli, ac Dei esse filij debeamus, ne hoc quidem nobis, vt videamur homines esse seruamus? Rapere enim & inuadere violenter aliena, non humanæ mansuetudinis, sed immanitatis est beluarum: quinimo ipsis quoque deteriores sumus, qui in alienum transimus affectum. Illis enim hoc naturaliter insitum est, nos vero qui ratione honorati sumus, & tamen in eam quæ præter naturam est, excedimus vilitatē: qua tandem venia digni esse poterimus? Considerātes igitur propositæ nobis Philosophiæ mensuras, vel ad media peruenire properemus, vt & à supplicio liberemur futurò, & virtutum iter cōtinuo carpentes, ad fastigia bonorum ipsa veniamus: quibus omnes nos cōtingat potiri, gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Chrysost. in posteriore expositione in 8. cap. Matth. homilia, 16.

IDEO *dico vobis ne solliciti sitis in cordibus vestris quid manducetis.* Nā sollicitudo desperationis est filia, quia desperatio sollicitudinē generat. Quid est quod dicit: *Ideò dico vobis?* Et quid? Vt eleemosynas faciatis, vt thesaurizantes in cælo cor mundum habeatis, sperantes in Deum. Qui autem sperat in DEVM ille non est solicitus quid māducet, aut quo vestiatur: quoniam nulla res est quæ facit homines desperare in aliqua necessitate, nisi ista res, quia non habet spem in DEVM. Ne ergo mihi dicas, nunquid volo esse sollicitus? Sed ipsa rēs cogit. Nunquid nolo sperare in DEVM? Sed non possum. Cor enim meum non audit. Nescis quid pateris, langues, & tamen causam tui languoris ignoras. Vis, ostendam tibi causam, vt in omni necessitate nunquam desperes? Fac bene, & operare iustitiā, vt spem habeas apud Deum, & nō desperabis in terra. Bona enim opera sunt, quę sperare faciunt, & mala opera desperare compellunt. Propterea non dixit Propheta: *Spera in DEO, & habita terram, & paſceris* in diuitijs eius: Sed, *Spera in DEO, & fac bonitatem, & inhabita terram. Ne solliciti sitis quid manducetis.* Non dixit, nolite laborare: *Sed nolite solliciti esse.* Ergo solliciti esse vetamur, laborare autem iubemur. Sic enim & Dominus loquens ad Adam, non dixit cum sollicitudine facies tibi panem, sed cum labore & sudore faciei tuæ. Ergo non sollicitudinibus spiritualibus, sed laboribus corporalibus acquirendus est panis. Sicut laborantibus enim pro præmio diligentiæ, DEO præstante, panis ābundat: sic dormientibus, & negligentibus pro pœna negligentiæ, DEO faciente, subducitur. *Nonne anima plus quam esca, & corpus plus quam vestimentum?* Confirmat spem nostram primū de māiore ad minus descendens, Deinde à minore ad maius ascen-

Solicitudo desperationis est filia.

Qui sperat in Deo terrenorum nō est solicitus.

Facere bene, & operare iustitiam, in Deo spem collocat. Psalm. 36.

Soliciti esse vetamur & laborare iubemur.

dens. Quomodo ſi animam dedit, eſcam non dabit? Si corpus plaſmauit, veſtimentum non prouidebit? Niſi voluiſſet eſſe quod eſt, nõ crearet. Quod autem ſi creauit vt per eſcam ſeruetur, neceſſe eſt vt det ei eſcã, quandiu vult eſſe quod fecit. Quid eſt à minore ad maius? *Videte volatilia cæli, neque ſeminãt neque metunt.* Si auibus præſtat alimentum, hominibus non præſtabit alituram? Si illi non laborantes inueniunteſcas, homo non inueniet, cui DEVS dedit & operandi ſcientiã, & fructificãdi ſpẽ? Omnia enim animalia DEVS propter homines fecit, hominem autem propter ſe. Si ergo animalibus miniſtrat proprer hominẽ, hominibus non miniſtrabit propter ſe ipſum? Omnia DEVS in ſapientia fecit, hominem autem non ſolum in ſapientia, ſed etiam ſecundum ſapientiam ſuam. Quanto ergo pretioſior hominis creatio quam animalium, tãto maior ſollicitudo DEI de hominibus, quam de animalibus. Omnia DEVS animalia fecit, vt tandiu ſint, quandiu ſunt: cum vero mortua fuerint, fiant tanquam quæ nõ fuerunt: hominem autem vt non ſolum ante mortem, ſed etiã poſt mortem viuat: magis autem poſt mortem quam ante mortem: quoniam ante mortem in tentatione viuit, poſt mortem autem in gloria. Si ergo illis occurrit, quos ſic creauit, vt tantummodo videantur, hominibus nõ occurret, quos fecit vt in perpetuo viuant? *Quis veſtrum cogitando poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Si ergo cogitando modicam partem corpori veſtro adhibere nõ poteſtis, quo modo cogitãdo ſaluandi eſtis in toto? DEVS qui te ex nihilo formauit in vtero, & de periculo cũ periculo naſcentẽ de vtero matris eripuit, te non ſolum cogitante, ſed neque ſciente. Deus qui per ſingulos dies incrementa corporis tui dat, & ſapientiæ facit, te nõ intelligẽte. Si ergo in te ipſo quotidie prouidentiam operatur, quomodo in neceſſarijs tuis ceſſabit?

Argumẽtum de minori ad maius.

Deus ſic animalia propter hominẽ, hominem autem propter ſe.

Hominem fecit Deus vt etiam poſt mortem viuat in ipſo.

Nota.

Philippus Presbyter in Iob, lib. 1. cap. 10.

B VITAM *& miſericordiam tribuiſti mihi.* Ipſa eſt anima vita hic appellata, non vita animę. E contra in Euangelio Dominus vitam, quæ ab anima tribuitur, hominis animam appellauit, vbi dixit, cum de eſcis loqueretu: *Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus quã veſtimentum?* Non enim natura animæ eget eſcis, ſed abuſiue ibidem dicta eſt anima pro vita, quoniam animæ à carne vificante alimenta neceſſaria miniſtrãtur. Et ideo C illa quæ dat vitã corpori, ipſa nominata eſt pro vita, quam tribuit. Ait ergo Iob ad DOMINVM: Iob. 31. Dediſti animã corpori quod creaſti, formaſti, & perfeciſti in vtero, miſericordiam etiã tribuiſti: quia factus homo à Domino creatore, ſine tua miſericordia nõ ſubſiſtit, ſecundum illud Prophetæ: *Quia melior eſt miſericordia tua ſuper vitam.* Pſalm. 62.

Ambroſius libro de Viduis

D CVR enim propriũ id quod in ſeculo eſt, putes, cum commune ſit ſeculum? Aut cur priuatos terræ deputes fructus, cum terra communis ſit? *Reſpicite,* inquit, *volatilia cæli, quoniam non ſerunt neque metũt.* Et enim quibus nihil eſt proprium, nihil deeſt. Et ſententiæ ſuæ DEVS arbiter nouit ſeruare promiſſum. Denique aues nõ congregant

cõgregant & redundant, quia Pater cælestis pascit illas. Nos autem generalis monimenta sententiæ ad vsus proprios deriuantes.

Gen. 1. Omne, inquit, lignum quod habet in se fructus seminis satiui, erit vobis in escam, & omnibus bestijs, & omnibus auibus, & omnibus serpentibus super terram congregando egemus, & congregando euacuamur. Non possumus enim sperare promissum qui nõ seruamus oraculum. Salubre est igitur præceptum quoque hospitalitatis aduertere, vt hospitibus deferamus, quia nos quoque sumus hospites mundi.

Qui non seruat mandata diuina, nõ spect promissa.

Cyprianꝰ Sermone 1. de eleemosyna.

Cupiditas radix malorũ.

NAM qui volunt diuites fieri incidunt in tentationẽ, & in muscipulas, & in desideria multa, & nociua quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum: Radix enim omnium malorum cupiditas est, quam quidem appetentes naufragauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex eo largiter cæperis? quando enim factum est vt iusto possent deesse subsidia, cũ scriptum sit: Non occidet fame DOMINVS animam iustam? Elias in sollitudine coruis ministrantibus pascitur. Et Danieli in lacu ad leonum prædam iussu regis incluso, prandium diuinitus apparatur, & tu metuis ne operanti & Deum promerenti desit alimentum? Quando ipse in Euangelio ad exprobrationem eorũ, quibus mens dubia est & fides parua, contestetur, & dicat: *Aspicite volatilia cæli, quoniam non seminant neque metunt, neque colligunt in horrea, & pater vester cælestis alit illa, nonne vos plu-*

2. Ad Tim. 6.

Iusto nõ possunt deesse subsidia diuina.

Prob. 10.

3 Reg. 17. Dan. 4.

A *ris estis illis?* Volucres DEVS pascit, & passeribus alimenta diuina præstantur, & quibus nullus diuinæ rei sensus est, eis nec potus nec cibus deest. Tu Christiano, tu DEI seruo, tu operibus bonis dedito, tu domino suo charo aliquid putas defuturũ? Nisi si putas quia qui CHRISTVM pascit, à CHRISTO ipse non pascitur: aut eis terrena deerunt, quibus cælestia & diuina tribuuntur: vnde

B hæc incredula cogitatio? Et vnde impia & sacrilega est meditatio? Quid facit in domo fidei perfidũ pectus? Quid qui CHRISTO omnino non credit, appellatur & dicitur Christianus? Pharisæi tibi magis congruit nomen.

Hilarius in Matth. Canone. 5.

C SVB nomine volucrum exemplo nos immundorũ spirituũ ad hortatur, quibꝰ sine aliquo negotio quærẽdi & congregandi, viuendi tamen tribuitur de æterni consilij potestate substantia. Atque vt ad immundos istud spiritꝰ referri oporteat, adiecit: *Nonne vos magis pluris istis illis?* De comparationis præstantia discrimen nequitiæ & sanctitatis ostendens. *Quis autem vestrum potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimento quid solliciti estis?* Fidem vitalis substantiæ nostræ documento spiritum firmauit, opinionem autem habitus futuri, iudicio cõmunis intelligentiæ dereliquit.

D Cũ enim vniuersorum corporũ, quæ vitam auserint diuersitatem in vnum consummatum virum, perfectumque sit excitaturus, solusque potens sit ad vnius cuiusq; proceritatem cubitum vnum & alterum, tertium ve præstare, de ve-

ſtitu,id eſt,de ſpecie corporum,cũ tanta eius contumelia ambigemus? Qui vt æqualem atque vniformem omnem hominẽ efficiat, tantum menſuræ ſit humanis corporibus additurus.

Hieronimus in Matth. capit. 6.

Reſpicite volatilia cæli,&c. Apoſtolus præcipit: *Ne plus ſapiamus quam oportet ſapere.* Iſtud teſtimonium & in præſenti capitulo conſeruandum eſt. Sunt enim quidam,qui dum volunt terminos patrum excedere, & ad alta volitare,in ima merguntur,volatilia dicentes cæli, Angelos eſſe,cæteraſq; in Dei miniſterio fortitudines,quæ abſq; cura ſui, Dei alantur prouidentia. Si hoc ita eſt,vt intelligi volunt: quomodo ſequitur dictum ad homines: *Nonne vos magis pluris eſtis illis?* Simpliciter ergo accipiendum:quod ſi volatilia abſq; cura & ærumnis,Dei alũtur prouidentia:quæ hodie ſunt,& cras non erunt:quorũ anima mortalis eſt: & cum eſſe ceſſauerint, ſemper non erunt: quanto magis homines quibus æternitas promittitur,Dei reguntur arbitrio?

Rom.11.

TEXTVS.

ET de veſtimẽto quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt; Non laborant neque nent, Dico autem vobis,quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum exiſtis. Si autem fœnum agri,quod hodie eſt,& cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit,quanto magis vos modicæ fidei?

Tertullianus libr.1.ad Vxorem.

Cauſa matrimonij.

CÆterum ſecularis concupiſcientia cauſas habet,gloriã, cupiditatem,ambitionem,inſuffi cientiam,per quas neceſsitatẽ nubendi ſubornat. Videlicet cæleſtia repromittens dominari in aliena familia,in alienis opibus incumbere,cultum de alieno extorquere ſumptu, quem non ſentias cedere in te. Hæc procul à fidelibus,quibus nulla cura tolerandæ vitæ,niſi ſi diffidimus de promiſſis Dei,& cura,& prouidentia, qui lilia agreſtia veſtit, qui volatilia cæli nullo ipſorum labore paſcit, qui prohibet de craſtino,victuque curari, reſpondens ſcire ſe quid cunq; ſeruorum opus ſit: non quidem monilium pondera, non veſtium tædia,non Gallicos vultus, nec Germanicos baiulos,quę nuptiarum gloriam accendunt, ſed ſufficientiam quæ modeſtiæ & pudicitiæ apta eſt. Præſume, oro te, nihil tibi opus eſſe,ſi Domino appareas:imo omnia habere, ſi habeas Dominum:cuius omnia celeſtia recogita,& terrena deſpicies. Nihil viduitati apud Deum ſubſignatę neceſſarium eſt quam perſeuerare.

(?)

Chryſoſt.

Chryſoſt. in priori expoſitione in 6. capit. Matth. homil. 23.

POſtquam de neceſſario diſputauit cibo, & oſtẽdit quia nec ſuper hoc quidẽ nos oporteat eſſe ſollícitos, tráſit ad leuius. Neque enim ita per omnia veſtimentum neceſſarium eſt vt alimẽtũ. Cuius igitur rei gratia non hic quoque ſimili eſt vſus exemplo? Cur non ex auibus pauum nobis propoſuit, aut cygnum, vel ex pecoribus agnum? Multa quippe ex hoc animãtium genere ſumere exempla potuiſſet. Quia ſcilicet vtrumq; cumulum voluit ex aggerationis, at tollere, & ab herbarum ſcilicet vilitate, quæ tanto tamen adornatur decore, & ab illius pulchritudinis dignitate, quæ ſplendet in floribus: minus enim ex quiſitæ veſtis ambitum depreciaret, ſi ei non ornata ſolum, verum etiam animata præponeret: & idcirco poſtquam iſta confert, non iam lilia ſed agri illa fænum vocauit. Et ne hac quidem appellatione cõtentus, rurſus aliam quoque illis addit vilitatem. Quod, inquit, hodie eſt: & non dixit, cras vero nõ eſt: ſed multo adhuc inferius ac vilius: *Et cras*, inquit, *in clibanum mittitur*. Nec dixit Deus illa veſtit, ſed Deus illa ſic veſtit. Vides certè multos ex aggerationũ cumulos, magnaq; elationis augmẽta? Hoc autem facit vt eos magis, magiſq; caſtiget, propter quod intulit: *Quãto magis vos*: multam quippe hic ſermo vim continet. Quod enim dixit, vos, nihil egit omninò aliud quam vt oſtenderet, quãto genus humanum Deus honore cumulauerit, quantam etiam eorum curam gerat ſalutis: ac ſi diceret, vobis quibus rationalem animã dedit, corpuſq; formauit vos, propter quos fecit omnia quæ videntur, propter quos miſit Prophetas, legẽq; cõſtituit, propter quos bona operat? eſt in numera propter quos vnigenitũ etiã filiũ ſuũ dedit. Et quia manifeſtè iſta monſtrauerat, merito eos poſtea corripit, dicens: *Modicæ fidei*. Talis eſt qui præcipit, non ſuadet ſolũ, ſed & increpat, vt magis excitet audientes ad eorum quæ dicuntur aſſenſum. Per hæc vero non modo docet, nequaquam debere eſſe ſollicitos, ſed nec arrogare nobis aliquid de præcioſę veſtis ornatu: quandoquidem pulchritudo florum, & decor varius herbarum, ipſumq; omnino fænum amictu noſtro inuenitur precioſius. Cur igitur ex his in ſuperbiam mẽtis erigeris, in quibus perfacile de te obtinet etiam herba victoriam? Et vide quemadmodum ab initio leue oſtendat eſſe præceptum, dum per aduerſa rurſus, perq; illa quæ maxime timent eos à timore deducit. Cum enim dixit: *Conſiderate lilia agri*: intulit: *Non laborant*: Igitur volens nos alaboribus liberare, hæc ipſa præcepit. Non itaquè de his rebus non curare labor eſt, ſed labor eſt profecto curare. Et ſicut dicendo non ſeminant, haud ſemina excluſit, ſed curarum onera decuſſit: ſic etiam cum dixiſſet, neq; nent: non opus, ſed ſollicitudinem ſuſtulit. Si autem Salomõ ipſe florum decore ſuperatus eſt, & non ſemel, aut iterum, ſed tota prorſus illa, qua regnauit ætate. Poſſet enim quiſpiam dicere, quia nunc quidem pulchritudinem florum ſplendore veſtis æquauit, nũc vero candore eorum, vel fulgore ſuperatus eſt, qui vtiq; ne in vna quidem die tanto eſt ſplendore decoratus. Hoc enim omninò ſignificauit dicendo. In omni regno ſuo: nec ab vno flore quidem vi-

Herba de bũ mixe victoriã obtinet.

Salomõ à floribus ſuperatus eſt.

ctus,alium vero inuenitur imitatus,ſed ab omnibus pariter obſcuratus abſcendit:propter quod ait: *Sicut vnum ex iſtis.* Quantum verò diſtat à veritate mendacium,tantum illorum amictus, & horum quoq; florum diſcrimen interiacet. Si ergo ille inquam, victum ſe eſſe confeſſus eſt, qui cūctos certè qui vnquam fuere reges claritate ſuperabat:quādo tu poteris vincere,vel proximus huic tantæ pulchritudini aliqua ex parte conſiſtere?Hic etiam nos admonet,ne & ad huiuſmodi ambiamus decorem,reſpice namq; finem eius: in ignem poſt victoriam mittitur. Si autem erga hæc vilia, nec vllo prorſus digna ſermone,neq; magno vſui neceſſariam tantam prouidentiam creator oſtendit: quando te negligere poterit,atq; deſpicere,animal longe omnibus, quæ propter te vtique creauit honoratius?Cuius vero rei gratia, tanto etiam herbas decore veſtiuit? vt ſuam ſcilicet ſapientiam creator oſtenderet,copiamq; virtutis: vt vndiq; illius gloriam diſceremus. Non enim cæli tantummodo gloriam narrant Dei,verumetiã terra.Nam hoc quoq; Dauid ipſe dicit in Pſalmo:*Laudate Dominum de terra,ligna fructifera, & omnes cedri.* Alia quippe de fructu,alia de magnitudine, alia de decore laudem Deo videntur imittere. Id autem ipſum maximas profecto deſignat diuitias ſapientiæ, quando etiam in hæc quæ ſunt vtique viliſsima (quid enim vilius quã hodie quid eſſe, cras verò deſinere?) tantum decoris effudit,quod nullo vſui eſſet futurum. Quid enim ad ignis alimoniam florũ pulchritudo confert?Quemadmodum tibi non dabit,quod vtique neceſſe eſt ad vſum, qui illud quod omnibus rebus eſt vilius,tam abundanter ornauit?Et hoc non ad liquem,vt dixi,vſum faciens,ſed diuitias ſuę libertatis oſtendens, multo magis te omnibus certe honoratiorem in his,quæ ad vſum pertinent honorabit. Cum igitur oſtendiſſet plurimam eſſe erga homines prouidẽtiã, Dei cumq; iã oporteret virgam eis correctionis adhibere,pleniſsime etiam iſtud exequitur. Verum hic quoq; admixta vtitur lenitate:non enim infidelitatẽ eis imputat,ſed fidei paruitatem. *Si autem,* inquit,*fœnũ agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur,Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei?* Et certe omnia iſta idem proculdubio ſemper operatur,& ſine ipſo factum eſt nihil, & tamen nuſquã aliquid de ſe adhuc commemorat. Sufficiebat quidẽ ad oſtendendam interim authoritatem ſuam dicere per ſingula quę que præcepta: *Audiſtis quia dictum eſt antiquis,ego autem dico vobis.* Ne quaquam ergo mireris,cum etiam poſt iſta vel occulit ſemetipſum, vel aliquid de ſe humilius enuntiat. Vnum enim interim illud ſtudet,vt facilius illi poſsint capere ſermonem, perquẽ cuncta ipſe demonſtret, non ſe eſſe aduerſarium quendam Dei,ſed confitentem Patri per omnia: quod eũ hic quoq; feciſſe perſpicimus. Cum enim tam multa iam dixerit, ipſum tamen adhuc ſolum & perſæpe memorauit,ſapientiam,prouidentiamq; eius admirans:vt pote omnium rerum curam gerentis, magnarum ſcilicet, atq; minimarum. Nam & cum per Ieruſalem iurare prohiberet, ciuitatem illã magni regis vocauit: & quando per cælum, Dei illud appellauit thronum:Et cum de mundi administratione loqueretur, ipſi omnia prorſus adſcripſit, dicens: *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos,*

In herbis ſapientiam ſuã creator oſtẽdit.
Pſalm. 148.

Sapientiæ diuinæ diuitias, in herbis quæ hodie ſunt, & cras inclibanum mittuntur, oſtendit.

Matth. 5.

Matth. 5.

malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et in oratione nos docuit confiteri, quoniam ipſius ſit regnũ, & potentia & gloria. Hic quoqu; cum de eiuſdem prouidentia diſputaret, & oſtenderet, quemadmodum etiam in minimis optimum impleret artificium: qui fænum, inquit, ſic veſtit, nec adhuc vſpiam ſuum illum, ſed eorum Patrem vocauit, vt hoc itaq; auditorũ animas onere laxaret, ne quando cum ſuum Patrem eſſe diceret, indignum putarent. Sin vero de vilibus, neceſ B ſarijſque rebus non oport eſſe ſollicitos: qua tãdem digni venia iudicandi ſunt, qui curam ſuam multo prætio coemptis, & ſuperfluis omnino rebus impẽdunt: imo quaerunt venia digni, qui nec ſomnũ quidem capiunt, dum aliena diripiant?

Ambroſius Hexameron lib. 3. capit. 8.

QVID tibi deſcribam purpuraſcentes violas, candida lilia, rutilantes roſas depicta rura, nunc aureis, nunc varijs, nunc luteis floribus, in quibus neſcias vtrum ſpecies amplius flſorum, an vis odora delectet? Paſcuntur oculi grato ſpectaculo, longe late que odor ſpargitur, cuius ſuauitate complemur. Vnde diuine Dominus ait: *Et ſpecies agri mecum eſt.* Cum ipſo eſt enim, quam ipſe formauit. Quis enim alius artifex poſsit tantam rerum ſingularum exprimere venuſtatem? Conſiderate lilia agri, quantus ſit candor in folijs, quemadodum ſtipata ipſa folia ab imo ad ſummum videãtur aſſurgere, vt ſcyphi ex primãt formã, vt auri quedam ſpecies intus effulgeat, quæ tamen vallo in circuitu floris obſepta nulli pa- A teat iniuriæ. Si quis hunc florem decerpat, & ſua ſoluat in folia, quæ tanti eſt artificis manus, quæ poſſit lilij ſpeciem reformare? Quis tantus imitator naturæ, vt florem hunc redintegrare præſumat, cui Dominus tantum teſtimonium dedit vt diceret. *Nec Salomon in omni gloria ſua ſic veſtiebatur, ſicut vnum ex iſtis?* Rex opulentiſsimus & ſapientiſsimus inferior iudicatur, quã huius floris pulchritudo eſt. Quid enumerem ſuccos herbarũ B ſalubres? Quid virgultorum ac foliorum remedia, Ceruus æger ramuſculos oleæ mãdit, & ſanus fit, Locuſtas quoq; folia oleæ arroſa liberant ab ægritudine. Rubi folia ſuperiacta ſerpenti, interimũt eum. Culices non tangent te, ſi abſinthij herbam cũ oleo coquas, & eo te perunxeris.

De remedijs virgultorum.

Chryſoſt. in poſteriori expoſitione in cap. 6. Matthæi homilia, 16.

C

COnſiderate lilia agri, quomodo in tempore oportuno creſcunt, tempore ſtatuto formãtur. In frondibus veſtiuntur candore, implẽtur odoribus, & quod terra radice non dederat, neq; radix illi, inuiſibili operatione Dei largitur: Neque plus iſtis, & minus alijs, ſed in omnibus eadẽ prouidentiæ plenitudo ſeruatur, vt D non à ſeipſis nata neque euentu facta putentur, ſed Dei prouidentia intelligantur eſſe diſpoſita. (Nunquid laborant? Nunquid nent?) Dicendo, non ſeminant viros cõfortat: Dicendo autẽ, neque nent mulieres, quoniam virorum vita ſeminationibus, mulierum lanificio ſuſtentantur. (*Neque Salomon in omni gloria ſua ſic veſtiebatur.*) Quia Salomon & ſi non labora-

Diuina prouidentia lilia & radices diſponatur in terra.

bat, neque ſollicit⁹ erat quid veſti A
ret, tamen vel iubebat vel diſpone
bat, vel ſciebat. Vbi autem iuſsio
& diſpoſitio, illic & miniſtrantiũ
offenſa frequenter inuenitur, & iu
bentis iracundia excitatur: hęc au
tem neſciunt quomodo ſic ornan
tur. Illi homines miniſtrabant,
iſtis Deus. (*Si enim fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei?* (Si ergo floribus ſic occur
rit, qui ſic nati ſunt, vt tantummo B
do videantur, & pereant: homines
negliget, quos ſic creauit, vt non
pro tẽpore videãtur, ſed vt in per
petuo ſint? Qui intelligit quid eſt
homo, non deſperat de Deo: qui
autẽ deſperat de Deo, neſcit quid
eſt: quoniã homo in Deo, & Deus
in homine eſt.

si flores quæ sic nascuntur vt solum videantur, & cito pereãt. homines negliget quos in perpetum sibi creauit.

Hilarius in Matth. Canone. 5.

LILIA non laborant neque C
nent, & Salomon coopertus
eorum gloria non fuit, Propheta
magnus, & merito dilectæ ſapien
tiæ, Deo charus. Sed lilia naſcun
tur potius quam cooperũtur. Coo
pertio autem velamentum eſt cor
poris, non corpus ipſum. Quod ſi
ad ſenſum humanæ intelligentiæ
refertur, colorem lilij velamenti
candor potuerat emulari. Sed li
lia non laboratio, neque nentia
ſignificari intelligẽda ſunt, vt An D
gelorum cæleſtium claritates, qui
bus extra humanæ ſcientiæ erudi
tionem, ſuiq; operis mercedem à
Deo gloriæ candor indultus atq;
indutus eſt, nequid ex proprio la
bore aut arte exiſtimarentur ha
buiſſe. Et cum in reſurrectione ſi
miles omnes Angelis erunt, ſpera
re nos cæleſtis gloriæ voluit ope
rimentum exemplo angelicæ cla
ritatis. Eſt autem in natura iſtius
germinis, vt aptiſsimè cæleſtibus
Angelorum ſubſtantijs comparetur. Hoc enim efflorescens, cum
aſtirpe detentæ humi radicis auel
litur, naturæ ſuæ virtutem, licet
aruiſſe putetur, occultat, & redeũ
te tempore, rurſum lilij ſui hono
re veſtitur. Ex ſe igitur efflorescit
ac redditur, & quod eſt, nec radici
poteſt debere, nec terræ, cum ille
qui ſe ſubeat, ſuccus ex ſe ſit. Atq;
ita animæ licet huius viriditatis
exemplo virtutem cæleſtis ſubſtã
tiæ æmulatur, cum ex eo tantum
quod intra ſe acceptã habeat ala
tur in florem. Ideò ergo lilia non
laborant, neque nent, quia virtu
tes Angelorũ ex ea quam adeptę
ſunt originis ſuæ ſorte vt ſint ſem
per, accipiunt. *Si enim fœnum agri quod hodie eſt, & cras in ignem mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei.* Fidei noſtrę inuiolabilẽ
cõfidentiam, exemplorum autho
ritate confirmat, vt tanto maio
ris periculi res ſit ambigere, quan
to impenſiore cura omnem occa
ſionem infidelitatis abſtulerit.
Fœnum non id circo naſcitur, vt
detur igni, neque ideõ veſtiendi
eius peculiaris Deo cura eſt, vt cre
metur, ſed ſub fœni nomine nun
cupatas eſſe à Deo gentes, crebro
inuenimus. Germen autem illud
eſt, quod virtutis ſuę flore dilapſo,
ad calorem ſolis areſcit. Igitur re
quies nulla gentibus, neque mor
tis, vt volunt, compendio quies da
bitur, ſed corporalis & ipſis æter
nitas deſtinabitur, vt ignis æterni
in ipſis ſit æterna materies, & in
vniuerſis ſempiternis exerceatur
vltio ſempiterna. Si igitur genti
bus id circo tantum indulgetur
æternitas corporalis, vt mox igni
iudicij deſtinentur, quam profanũ
eſt Sanctos de gloria æternitatis
ambigere, cum iniquis æternita

Gẽtes, ſub fœni nomine nũcupantur à Deo, vt ignis æterni ſi à fide de ſint, ſint ipſi materia.

Lilia non laborantia Angelos cæleſtes referunt.

tis

tis opus præſtetur ad pœnam? Omnem igitur expectationem noſtrã in fide repromiſsionũ & virtutis ſuæ poteſtate exigit collocari, vt curarum, quibus indigemus omiſſa, ab eo potius omnia à quo ipſi vitale exordium ſumimus, expetamus, regnum Dei vitæ noſtræ ſtipendijs quæramus. Et hæc rectè perfectèq; viuentium merces eſt, vt nouam cæleſtemque ſubſtantiã ex hac corruptibilis corporis materie transferantur, & corruptio terrana cæleſti incorruptione mutetur. Gentium igitur eſt in fidelitatis iſtius cura angi, quibus ſeculi amore detentis, & corporis gaudijs occupatis, nullum per fidẽ & confeſsionem Dei in cæleſte regnum iter quæritur & optatur.

Theophilactus in Matth. capit. 6.

NON ſolum per aues ratione carentes nos admonet, ſed & per lilia quæ marceſcunt. Nam ſi Deus illa ornauit, quanuis nulla neceſsitas exigat, quanto magis penuriam noſtram in veſtibus ſupplebit? Oſtendit autem quod licet multum ſollicitus ſis, non poteris tamen ornari ſicut lilia, quando quidem nequè Salomon prudentiſsimus & delicatiſsimus, in omni regno ſuo potuit ornari vt vnum ex illis.

Si lilia Deus nulla neceſsitate cogente ſic adornauit,

quanto magis indigentiam noſtram ſupplebit.

Et paulo poſt.

DIſcimus hoc loco quod nullus curare debet ornatum. Hoc enim caducorum florum eſt, & quod ornatur, fænũ eſt. Vos autem dixit rationales, quibus Deus animam & corpus formauit. Parũ fidunt autem omnes ſoliciti. Nã ſi perfectam in Deum haberent fidem, no tam vacillanter ſoliciti eſſent.

Nulus curare debet ornatũ.

Hieronimus in Matth. capit. 6.

ET re vera quod ſericum, quæ regum purpura, quæ pictura texti triticũ poteſt floribꝰ cõparari? Quid ita rubet vt roſa? Quid ita candet vt lilium. Violæ vero purpuram, nullo ſuperari murice, oculorum magis quam ſermonis iudicium eſt.

TEXTVS.

NOLITE ergo ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis.

Chryſoſtomus in priori expoſitione in cap. 6. Math.

HAec enim omnia gentes inquirunt. Vidiſti nempè quemadmodum eos rurſus & amplius increparit, & manifeſtius docuerit, qui nihil vel oneroſum præceperit, vel moleſtum. Sicut enim paulo ante cum diceret: Si diligitis diligẽtes vos, nihil amplius facitis: nam & gentes hoc faciunt. Cõme

moratione gẽtiliũ eos ad id quod erat perfectius incitauit; ita nunc quoq; eosdẽ adducit in mediũ, corripiens & oſtendens neceſſariũ ſe à nobis debitũ flagitare. Si enim amplius nos quam etiam ſcribas, atque Phariſæos oportet efficere: qua pœna videbimur eſſe digni, qui nõ ſolum illos non vincimus, ſed inutilitate quoq; gentium permanemus, eoſq; parcitate dilectionis imitamur? Verum non vſq; ad correptionem tantummodo ſermone progreſſus eſt, ſed cum eos ſeuerius caſtigaſſet, perq; hæc etiã ſuſcitaſſet, plurimumq; in eis ſuccendiſſet pudorem, conſequenter illos aliũde ſolatur. (*Nouit*, inquit, *pater veſter cæleſtis, quia his omnibus indigetis.*) Nõ dixit, nouit Deus, ſed nouit pater veſter: vt eos profecto ad ſpem certiorẽ vocaret. Si ergo & pater veſter, & talis pater nequaquam profecto patietur deſpici à ſe filios mala vltima ſuſtinentes, quãdo ne homines quidem patres hoc aliquando patiuntur. Sed aliũ quoq; præter hunc intulit ſenſum dicẽdo, quoniam his omnibus indigetis. Quod vero dicit, eiuſmodi eſt: Nũquid ſuperflua iſta ſunt, vel vos ea deſpicit requirentes? Et certe herbas quoq; ne in ſuperfluo quidem deſpexit ornatu: nunc autem iſta neceſſaria ſunt. Quã ergo tu opinaris cauſam tibi eſſe curandi, hanc ergo idoneam eſſe dico, quæ te ab omni liberet intentione curarum. Si enim dixeris, propterea me oportet eſſe ſollícitum, quia ſunt neceſſaria: ego è regione reſpõdeo, propterea non oportet te eſſe ſollicitum, quia ſunt vtique neceſſaria. Si enim eſſent ſuperflua, non ita deberes de eorum præſtatione confidere: nunc vero quia neceſſaria ſunt, prorſus non oportet ambigere. Quis enim pater inuenitur aliquando, qui liberis ſuis neceſſaria quidem ſe non præſtare patiatur? Igitur ob hoc quoq; proculdubio Deus iſta præſtabit, quia naturæ creator ipſe eſt, & ſatis plene, quorum illa indigeat, agnoſcit. Nam ne hoc quidẽ poteris opponere, quod ſit quidem pater, ſint etiam neceſſaria quæ à filijs requiruntur: ignoret autem ille, quia in eorum ſint indigentia conſtituti. Eſt enim omnino clarum, quod Deus, qui naturam ipſam nouit, & eius creator exiſtit: quiquè illam talem creãdo formauit, indigentiam quoq; eius magis profecto proſpiciat, quam tu certe ipſe qui huiuſmodi neceſsitatibus coarctaris. Nam ipſi vtiquè ſic placuit, vt hanc indigentiam natura pateretur. Nequaquam erit ergo contrarius in his quibus ei eſſe opus decreuit, nec ille qui in tanta illam indigentiæ neceſsitate conſtituit, neceſſariam eam rerũ perceptione fraudabit. Nihil horum itaquè curemus: neq; enim curando quicquam amplius conſequemur, niſi quid nos metipſos ſollicitudinum angore diſtendimus. Cũ enim etiam nobis nõ curantibus præſtat, imo tunc magis, quando nihil hinc omnino curamus. Quid tibi amplius ſollicitudo præſtabit, niſi quod ſuperfluam à te exigit vltionem? Neque enim quiſpiam ad conuiuium iturus opulentum, de ipſius diei cibi ſe curare patietur. Nec ad fontem aliquis accedens, ſollicitudinem deſitis neceſsitate perpetietur. Nequaquam ergo etiam nos, cum habemus liberalitatem, & prouidentiam Dei cunctis omnino fontibus affluentiorem, inopes nos putemus.

(?)

Chryſoſt.

Chrysost. in posteriori expositione in cap. 6. Matth. homil. 16.

NOLITE *ergo solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus?* Deus enim hæc in natura creauit, quasi regulam terræ mandans: Producat terra herbam pabuli: ideò vult aut non vult, bonis & malis germinat: quia terra ministrare iussa est, non iudicare. Bonum autem & malum nõ in natura creauit, sed in arbitrio nostro posuit, vt quod volumus, simus. Ideò bonis palma proponitur, malis autem pœna. Quæ est ergo sapientia, de eo esse sollicitũ, quod & si sollicitus non fueris, habebis: & de illo non esse sollicitum, de quo si sollicitus non fueris, perdes? Nam escam & si sollicitus nõ fueris de ea, inuenies: iustitiam autem nisi sollicitus fueris, non apprehendes. (*Hæc enim omnia gentes, quærunt.*) Quia in rebus humanis fortunam esse credunt, non prouidentia neque iudicio Dei vitam suam gubernari æstimant, sed in certo duci euentu, ideo merito timent, merito solliciti sunt, & desperant, quasi qui neminem habeant gubernantem. Qui autem credit se iudicio Dei gubernari, non incerto duci euentu, escam quidem suam in manu Dei committit, sciens quia neminem sine voluntate & iudicio DEI fames, aut nuditas occidit. Cogitat autem de bono & malo, sciens quia nisi sollicitus fuerit, nec malum fugiet, nec bonum apprehendet.

(?)

Augustin. de Trinitate lib. 15. capit. 13.

Scientiæ Dei nihil accedit ex rebus cognitis.

SED nunquid Deus pater de quo natum est verbũ de Deo Deus, nunquid ergo Deus pater in illa sapientia quod est ipse sibi, alia didicit per sensum corporis sui, alia per se ipsum? Quis hoc dicat, qui non animal rationale, sed supra animam rationalem Deum cogitat, quantum ab eis cogitari potest qui eum omnibus animalibus & omnibus animis præferũt, quanuis per speculum & in ænigmate conijciẽdo videant, nondũ faciem secuti est? Nunquid Deus pater ea ipsa quæ non per corpus, quod est ei nullũ, sed per seipsum scit aliunde ab aliquo didicit, aut nuntijs vel testibus vt ea sciret, in diguit? Non vtiq;, ad omnia quippè scienda quæ scit, sufficit sibi illa perfectio. Habet quidem nuncios, id est, Angelos, non tamen qui ei quæ nescit annuncient (nõ enim sunt illa quæ nesciat) sed bonum eorum est de operibus suis eius consulere veritatem: & hoc est quod ei dicuntur nonnulla nũciare non vt ipse ab eis discat, sed vt ab illo ipsi, per verbum eius sine corporali sono, nũtient quod voluerit, ab eo missi, ad quos voluerit, totum ab illo per verbum eius audientes, idest, in eius veritate inuenientes quid sibi faciẽdum, quid, quibus & quando nuntiandum sit. Nam & nos oramus eum, nec tamen necessitates nostras docemus eum, Nouit enim (ait verbũ eius) Pater vester quid vobis necessarium scit priusquam petatis ab eo. Nec ista ex aliquo tempore cognouit, vt nosset, sed futura omnia temporalia atq; in eis etiam quid & quãdo ab illo petituri fueramus, & quos & de quibus

Angeli Deo nuntiant cum ea quæ prius ipse nouit ne proprio officio desint.

bus rebus vel exauditurus vel non exauditurus eſſet, ſine initio ante præſciuit. Vniuerſas autem creaturas ſuas & ſpiritales & corporales, non quia ſunt ideò nouit, ſed ideò ſunt, quia nouit. Non enim neſciuit quę fuerat creatur⁹. Quia ergo ſciuit creauit, non quia creauit ſciuit. Nec aliter ea ſciuit creata, quam creanda. Non enim eius ſapientiæ aliquid acceſsit ex eis, ſed illis exiſtentibus ſicut oportebat & quando oportebat, illa manſit vt erat. Ita & ſcriptum eſt in libro Eccleſiaſtico, Antequam crearentur omnia nota ſunt illi, ſic & poſtquam conſummata ſunt. Sic inquit non aliter: & antequā crearentur, & poſtquam conſummata ſunt ſic ei nota ſunt. Lōge eſt ergo huic ſcientiæ, ſcientia noſtra diſſimilis. Quæ autem ſcientia Dei eſt, ipſa & ſapientia, & quæ ſapientia, ipſa eſſentia ſiue ſubſtantia. Quia in illius naturæ ſimplicitate mirabili, non eſt aliud ſapere quā eſſe, ſed quod eſt ſapere hoc eſt & eſſe, ſicut & in ſuperrioribus libris de ſapientia diximus. Noſtra vero ſcientia in rebus plurimis propterea & amiſsibilis eſt & receptibilis, quia non hoc eſt nobis eſſe quod ſcire vel ſapere, quoniā eſſe poſſumus, etiā ſi neſciamuſq; ſapiam⁹ ea quę aliūdè didicimus. Propter hoc ſicut noſtra ſcientia illi ſcientiæ Dei, ſic & noſtrū verbum quod naſcitur de noſtra ſciētia diſsimile eſt illi verbo Dei, quod natum eſt de patris eſſentia. Tale eſt autem ac ſi dicerem, de patris ſcientia, de patris ſapientia, vel quod eſt expreſsius de parte ſcientia, de parte ſapientia.

Creaturas ſuas omnes nouit Deus, & ideo ſunt quia nouit.

Eccleſ. 23.

(?)

A

Auguſt. lib. de opere Monachorum cap. 2.

NEC attendūt, quia ſi alius diceret Dominum quidem in parabolis & in ſimilitudinibus loquentem deuictu & tegumento ſpiritali monuiſſe, vt non inde ſint ſolliciti ſerui eius, ſicut dicit. Cum vos attraxerint ad iudicia, nolite cogitare quid loquamini:

B *Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Matth. 10.

Sermo quippe ſapientiæ ſpiritalis eſt, de quo illos noluit cogitare, promittēs quod eis nihil inde ſollicitis præſtaretur: Apoſtolum autem iam more Apoſtolico apertius differentē, & magis proprie quam figuratè loquentem, ſicut multa ac pene omnia ſe ſe habent in Epiſtolis Apoſtolicis, propriè de opere corporali ciboque dixiſſe. Qui non vult operari, non manducet: redderetur illis dubia ſententia eorum, niſi cætera Dominica verba conſiderantes, inuenirent aliquid vnde probarent eum de victu & veſtitu corporali non curando loquutū fuiſſe, cum diceret · *Nolite ſolliciti eſſe quid manducetis, & quid bibatis, & quo veſtiamini*: Velut ſi animo aduerterent, quod ait *Hæc enim omnia gētes inquirunt*. Ibi enim oſtendit de ipſis corporalibus & temporalibus ſe dixiſſe. Ita ergo ſi hoc ſolum de hac re dixiſſet Apoſtolus: *Qui non vult operari nō manducet*, poſſent hęc verba in aliam traduci ſententiā. Cum vero multis alijs locis Epiſtolarum ſuarum quid hinc ſentiat, apertiſsimè doceat, ſuperfluo conantur & ſibi & cæteris caliginem obducere, vt quod vtiliter illa charitas monet, non ſolum facere noluit, ſed nec intelligere ipſi,

C

D

1. Teſſalo. 3.

ipſi, aut ab alijs intelligi velint, non timentes, quod ſcriptum eſt: *Noluit intelligere vt bene ageret.* Pſalm. 35.

Iſychius in Leuit. libr. 6. capit. 20.

A *NE cogitetis dicentes: quid comedemus? Aut quid bibemus? Aut quo veſtiemur? Hæc autem omnia gẽtes inquirunt.* Ergo apertè nos ſeparatos eſſe à gentibus vult, ſublimiorem ſectando conuerſationem.

TEXTVS.

QVAERITE ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius; & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum; craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi. Sufficit diei malitia ſua.

Chryſoſt. in Epiſt. ad Epheſ. capit. 5.

Epheſ. 5. Morbus prauitas corporis. Malitia animæ prauitas.

DIES enim praui ſunt. Quæ eſt diei prauitas? Dici prauitatem oportet circa diẽ eſſe. Quæ eſt prauitas corporis? Morbus. Quæ eſt animæ prauitas? Malitia. Quæ eſt prauitas aquæ? Acerbitas amara. Vniuſcuiuſq; rei prauitas, vitioſitas eſt circa naturam illam cuius eſt prauitas. Si ergo circa diem eſt prauitas, oportet vt circa ipſum ſit diem, circa horas, circa lucem. Et Chriſtus dicit: *Sufficit diei malitia ſua*, ex iſto cognoſcemus & illud. Quomodo ergo dies prauos vocat? Quomodo tempus prauum? Non propter eſſentiam, nec propter creaturas, ſed propter ea quæ in illis fiunt. Quemadmodum & nos dicere ſolemus. Moleſtum duxi hunc diem & malum. Quomodo (quæſo) moleſtus eſt. Propter ea quæ in illo contingũt. Quæ vero in illo contigunt bona quidem ſunt apud Deum, mala vero apud homines prauos. Sunt igitur homines eorum malorum patratores, quæ in his temporibus B contingunt, atq; hac ratione tempora praua dicuntur. Ita & nos quoq; tempora praua vocamus. Propterea inquit. *Ne ſitis imprudentes ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei.* Epheſ. 5.

Auguſt. de ſermone Domini in monte, lib. 2.

C QVID enim interſit inter bonum quod appetendum eſt, & neceſſarium quod ſumendum eſt, hac ſententia declarauit, cum ait. *Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis.* Regnum ergo & iuſtitia Dei bonum noſtrum eſt: & hoc appetendum, & ibi finis conſtituẽdus, propter quod omnia facimus quæcumq; facimus. Sed quia in hac vita militamus, vt ad illud regnum peruenire poſsimus, quæ vita ſine his neceſſarijs agi non poteſt. Apponẽtur vobis hæc, inquit: *Sed vos regnum Dei & iuſtitiam eius primum quærite.* Cum enim dicit illud primum, ſignificauit quod hoc poſterius quærendum eſt, non tempore, ſed dignitate. Illud tanquam bonum

bonum noſtrum, hæc tanquam ne ceſſarium noſtrum: neceſſariũ autem propter illud bonum. Neque enim, verbi gratia, ideo debemus Euangelizare, vt mãducemus: ſed ideo manducare, vt Euangelizemus: nam ſi propterea Euangelizamus vt manducemus, vilius habemus Euangelium quam cibum: & erit iam bonum noſtrum in manducando, neceſſarium autem in Euangelizando. Quod etiam Apoſtolus prohibet, cum dicit, licere ſibi quidẽ, & permiſſum eſſe à Domino, vt qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuant: ideſt, de Euangelio habeãt ea quæ huic vitæ ſunt neceſſaria: ſed tamen ſe non eſſe abuſum hac poteſtate. Erant enim multi qui occaſionẽ habere cupiebant acquirendi & vendendi Euangelium, quibus eã volens amputare, Apoſtolus manibus ſuis victum ſuum tollerauit. De his enim alio loco dicit. Vt amputem occaſionẽ, his qui quærunt occaſionem. Quanquam etiã ſi vt cæteri boni Apoſtoli permiſſu Domini de Euangelio viueret, non in eo victu conſtituerit finẽ Euangelizandi, ſed magis ipſius victus ſui finem Euangelio collocaret, ideſt, vt ſuperius dixi, non ideo Euangelizaret, vt peruenire ad cibum, & ſiqua ſunt alia neceſſaria: ſed ideo iſta ſumeret, vt illud impleret, ne non volens, ſed neceſſitate Euangelizaret. Hoc enim improbat, cum dicit: Neſcitis quoniam qui in templo operantur quæ de templo ſunt edunt: & qui altario deſeruiunt, cum altario compartiuntur. Sic & Dominus ordinauit his qui Euangeliũ annuntiant, de Euangelio viuere: ego autem nullius horum vſus ſum: Hic oſtendit permiſſum eſſe, non iuſſum: alioquin cõtra præceptum Domini feciſſe tenebitur.

Qui Euangelizat vt manducet, vilius iudicat Euangelium quam cibum.

1. Cor. 9.

Multi fuerũt qui occaſionem acquirendi aut vendendi Euangeliũ.

2. Cor. 11.

A Deinde ſequitur & dicit Non autem ſcripſi hæc, vt ita fiant in me. Bonum eſt mihi magis mori, quã gloriam meam quiſquis inanem faciat. Hoc dixit, quia iam ſtatuerat propter quoſdam occaſionẽ quærentes manibus ſuis victum tranſigere. Si enim Euangelizauero, inquit, non eſt mihi gloria: ideſt, ſi Euãgelizauero, vt iſta fiant in me: ideſt, ſi propterea Euangelizauero, vt ad illa perueniam, & finem

B Euangelij in cibo & potu & veſtitu collocauero. Sed quare nõ eſt ei gloria? Neceſsitas enim, inquit mihi incumbit, ideſt, vt ideo Euangelizem, quia vnde viuã non habeo, aut vt acquirã temporalẽ fructum de prædicatione æternorum. Sic enim iam neceſsitas erit in Euangelio, non voluntas. Væ enim mihi eſt, inquit, ſi non euãgelizauero. Scilicet quoniam debet euãgelizare ſic, vt in ipſo Euã

C gelio & in regno Dei ponat mercedem: ita enim poteſt non coactus euangelizare, ſed volens. Si enim volẽs, inquit, hoc facio mercedem habeo. Si autem inuitus, hæc diſpenſatio mihi credita eſt: ideſt, ſi coactus inopia earum rerum, quæ temporali vitæ ſunt neceſſaria prædico Euangelium, alij per me habebunt mercedem, qui Euangelium ipſum me prædicante diligunt: ego autem non habe-

D bo, quia non ipſum Euangeliũ diligo, ſed eius pretium in illis temporalibus conſtitutum. Quod nefas eſt fieri, vt non tanquam filius miniſtret quiſq; Euangelium, ſed tãquam ſeruus cui diſpenſatio credita eſt, vt tanquam alienum eroget, nihil inde ipſe accipiat preter cibaria, quæ non de participatione regni, ſed ad ſuſtentaculum miſeræ ſeruitutis dantur extrinſecus. Quã quã alio loco diſpenſatorem ſe dicat, poteſt enim & ſeruus

in

in filiorum numerum adoptatus, eam rem, in qua cohæredis sorte meruit, fideliter dispensare participibus suis. Sed nunc vbi ait, si autem inuitus, hæc dispensatio mihi tunc credita est: talem dispensatorem intelligi voluit, qui alienum dispensat, vnde ille nihil accipit. Ergo quæcumq; res propter aliud aliquid quæritur, sine dubio inferior est, quã id propter quod quæritur: & ideò illud primũ est propter quod istam rem quæris, nõ ista res quam propter aliud quæris. Qua propter si Euangeliũ & regnum Dei propter cibũ quærimus, priorem facimus cibum & posterius Euangelium, ideſt, regnum Dei: ita vt si non desit cibus, non quæramus regnum Dei. Hoc est ergo primum quærere cibum, & Deinde regnum Dei: hoc priore loco ponere, illud posteriore. Si autem ideô quæramus cibum vt habeamus regnum Dei, facimus quod dictum est. *Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Quærentibus enim primum regnum Dei & iustitiam eius, ideſt, hæc præponentibus cæteris rebus, vt propter hæc cætera quæramus, non debet subesse sollicitudo, ne illa desint, quæ huic vitæ propter regnum Dei sunt necessaria. Dixit enim superius: *Scit pater vester quod horum omnium indigetes.* Et ideo cum dixisset. *Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius*: non dicit, Deinde ista quærite, quanuis sint necessaria: sed ait: *Hæc omnia apponentur vobis*, ideſt, consequentur, si illa quæratis, sine vllo vestro impedimento: nec cum ista quæritis illinc auertamini: aut ne duos fines constituatis, vt & regnum Dei propter se appetatis & ista necessaria, sed hæc potius propter illud. Ita vobis non deerunt quia duobus Dominis seruire non potestis. Duobus autem Dominis seruire conatur, qui & regnum Dei pro magno bono appetit, & hæc omnia temporalia. Non poterit autem simplicem habere oculum & vni Domino seruire, nisi quæcumque sunt cætera, si sunt necessaria, propter hoc vnum assumat, ideſt, propter regnum D E I. Sicut autem omnes militantes accipiunt annonam & stipendium, sic omnes Euangelizantes accipiunt victum & tegumentum. Sed non omnes propter salutem rei publicæ militant, sed propter illa quæ accipiunt: sic & non omnes propter salutem Ecclesiæ ministrant D E O, sed propter hæc temporalia, quæ tanquam annonam & stipendia consequantur, aut propter hoc & propter illud. Sed supra iam dictum est. *Non potestis duobus Dominis seruire.* Ergo simplici corde tãtummodo propter regnum Dei debemus operari bonũ ad omnes. Non autem in hac operatione, vel solam, vel cum regno Dei mercedem temporalem cogitare, quorum omnium temporalium nomine crastinum posuit dicens: *Nolite cogitare de crastino.* Non enim dicitur crastinus dies, nisi in tempore, vbi præterito succedit futurum. Ergo cum aliquid boni operamur, non temporalia sed æterna cogitemus, tunc erit illud bonum & perfectum opus. Crastinus enim dies, inquit, sollicitus erit sibi ipsi: ideſt, vt cũ oportuerit sumas cibum vel potum vel indumentum, cum ipsa scilicet necessitas vrgere cæperit. Aderunt enim hæc, quia nouit pater vester quod horum omnium indigeatis. *Sufficit enim*, inquit, *diei malitia sua*, ideſt, sufficit quod sumere vrgebit necessitas ipsa, Quã propterea

Duobus Dominis seruit qui Regnum Dei pro summo bono appetit, & temporalia similiter.

Sicut militantes stipendiũ accipiunt, sic quoque Euangelizãtes, victum & vestitum.

Quando aliquid bonum operamur, nõ tẽporalia sed æterna cogitamus eaque cogitare tenemur.

proterea malitiam nominatam arbitror, quia pœnalis est nobis. Pertinet enim ad hanc fragilitatem & mortalitatem, quam peccando meruimus. Huic ergo pœnæ temporalis necessitatis noli addere aliquid grauius, vt non solum patiaris harum rerum indigentiam, sed etiam propter hanc explendam milites Deo. Hoc autem loco vehementer cauendum est, ne forte cum viderimus aliquem sermonem Dei prouidere, ne ista necessaria desint, vel sibi, vel eis quorum sibi cura commissa est, iudicemus eum contra præceptum Domini facere, & de crastino esse sollicitum. Nam & ipse Dominus, cui ministrabant Angeli, tamen propter exemplum, ne quis postea scandalum pateretur, cum aliquem seruum eius animaduertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignatus est cũ pecunia, vnde vsibus necessarijs quidquid opus fuisset præberetur: quorum loculorum custos & fur, sicut scriptum est, Iudas fuit, qui eum tradidit. Sicut & Apostolus Paulus potest videri de crastino cogitare, cum dicit: *De collectis autem in Sanctos, sicut ordinaui Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite: secundum vnam Sabbathi vnusquisque vestrum apud se ponat thesaurizans, quod ei placuerit: at non cum venero, tunc collectæ fiant. Cum autem aduenero, quoscumq; approbaueritis per Epistolas, hos mittã perferre gratiã vestram in Ieruſalem. Quod si dignum fuerit vt ego eam, mecum ibunt. Veniam autem ad vos, cum Macedoniam trasiero, nam Macedoniam pertransibo: apud vos autem forsitam remanebo, vel etiam hyemabo, vt vos me educatis quocumque iero. Nolo autem vos nunc in transitu videre: spero enim me aliquod temporis manere apud vos, si permiserit Dominus. Permanebo enim Ephesi vsque ad Pentecosten.*

1. Cor. 16.

Item in Actibus Apostolorũ scritum est, ea quæ ad victum sunt necessaria, procurata esse in futurum propter imminentem famem. Sic enim legimus: *In illis diebus descenderunt ab Ierosolymis Prophetæ Antiochiam, eratque magna exultatio. Congregatis autem nobis, surgens vnus ex illis, nomine Agabus, significauit per spiritum famem magnam futuram in vniuerso orbe, quæ facta est sub Claudio Cæsare.* Descendẽtium autem vt quisq; abundabat, statuerunt vnusquisque eorum in ministerium mittere presbyteris habitãtib⁹ in Iudæa fratribus, qui & miserunt per manus Barnabæ & Sauli, & quia nauiganti eidem Apostolo Paulo imposita sunt vtẽ silia, quæ offerebantur, non ad vnum tantum diem videtur victus esse procuratus. Et quod idẽ scripsit, qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis bonum, vt habeat vnde tribuat cui op⁹ est quod bonum est, Male intelligentibus non videtur seruare præceptum Domini, quo ait. *Respicite,* inquit, *volatilia cæli, quoniam non serunt neque metunt: & considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant neque nẽt:* cum istis præcipit vt laborent, operantes manibus suis, ita vt habeant quod etiã alijs possit tribuere: & quod sæpe de se ipso dicit, ꝙ manibus operatus est, ne quẽ grauaret. Et de illo scriptũ, est ꝙ cõiũxerit se Aquilæ propter artis similitudinẽ, vt simul operarẽtur vnde victũ transigerẽt, nõ videtur imitatus aues cæli & lilia agri, his & huiusmodi scripturarũ locis, satis aparet Dominũ nostrum non hoc improbare, si quis humano more ista procuret: sed si quis propter ista Deo militet, vt in operib⁹ suis nõ regnũ Dei, sed istorũ inquisitionẽ intueatur. Ad hãc ergo regulam

Act. 11.

Act. 28.

Ephes. 4.

gulam

gulã hoc totũ præceptũ dirigitur, vt etiam in iſtorum prouiſione regnũ Dei cogitemus, in militia verò regni Dei iſta non cogitemus. Iſta enim etiam ſi aliquãdo defuerint, quod plerunque propter exercitationem noſtram Deus ſinit, nõ ſolum non debilitant propoſitum noſtrum, ſed etiam examinatum probatumque confirmant. *Gloriamur enim*, inquit, *in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem ſpem, ſpes verò non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* In commemoratione autem tribulationum & laborum ſuorum idem Apoſtolus non tantum in carceribus & naufragijs, atq; huiuſmodi moleſtijs, ſed etiã in fame & ſiti, in frigore & nuditate ſe laboraſſe commemorat. Quod cum legimus, non æſtimemus Deum promiſſo titubaſſe, vt famem ac ſitim & nuditatem pateretur Apoſtolus, quærens regnum & iuſtitiam Dei, cum dictum ſit nobis: *Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*: quandoquidem iſta ſicut adiutoria nouit ille medicus, cui ſemel nos totos commiſimus, & à quo habemus promiſsionem vitæ preſentis & futuræ, quando apponat, quando detrahat, ſicut nobis iudicat expedire: quos conſolandos & exercendos in hac vita, & poſt hãc vitam in perpetua requie ſtabilitãdos atque firmandos gubernat ac dirigit. Non enim & homo, cum plerunq; iumento ſuo cibaria detrahit, deſerit illud cura ſua, ac nõ potius curando hæc facit. Et quoniam cum iſta vel procurantur in futurum, vel ſi cauſa non eſt quare illa impendas, reſeruãtur, incertũ eſt quo animo fiant, cum poſsint ſimplici corde fieri & duplici.

Rom 5.

A

Auguſtinus lib. contra Adimantum Manichæi diſcipulum, cap. 24.

Formicarum exemplum.

DE eo quod ſcriptum eſt apud Salamonem, imitare formicam, & intuere diligentiam eius, quia ab æſtatis tempore vſq; ad hyemem colligit ſibi alimonias. Neq; hoc intelligũt Manichæi ſpiritaliter eſſe accipiendum, & putãt præ-

B ceptũ eſſe vt theſaurizemus in terra, vt etiam curemus hæc horrea, quæ ſine vllo præcepto multum homines implere feſtinant. Et ideò illud Adimantus ex Euangelio dicit aduerſum eſſe huic ſententiæ, vbi Dominus ait. *Nolite cogitare de craſtino.* Sed neque hoc intelligunt ad id pertinere, vt temporalia nõ amemus, neque timeamus nè nobis deſint neceſſaria, & propter ipſa conquirenda vel Deo vel hominibus ſeruiamus. Nam ſi hoc ideò

C dictum eſt, vt non ſeruetur panis in craſtinum, magis hoc implent vagi Romanorum, quos paſsiuos appellãt, qui annona quotidiana ſatiato ventre aut donant ſtatim quod reſtat, aut proijciunt: quam vel Domini Diſcipuli, qui etiam cum ipſo Domino cæli & terræ in terra ambulãtes loculos habebãt: vel Paulus Apoſtolus, qui omniũ terrenorum contemptor, ſic tamen gubernauit ea, quæ præſenti

D vitæ erant neceſſaria vt etiam de viduis præceperit dicens. *Si quis fidelis habet viduas, ſufficiẽter tribuat illis, vt nõ grauetur Eccleſia, quo veris viduis ſufficere poſsit.* Sed tamẽ illud de formica ita poſitum eſt, vt quemadmodũ illa in æſtate colligit, vnde in hyeme paſcatur, ſic vnuſquiſquè Chriſtianus in rerũ trãquillitate, quã ſignificat eſtas, colligat verbũ Dei, vt in aduerſitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine ſi-

Prouerb. 6.

1. Timot. 5.

gnificat æſtas, colligat Verbum Dei, vt in aduerſitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine ſignificantur, habeat vnde ſpiritaliter viuat. *Non enim in pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo Dei.* Si autem hoc eos mouet, quod in terra condit formica quod colligit, iraſcantur etiam illi theſauro quem Dominus in agro dicit inuentum.

Deut.8.

Baſilius in regulis contract. quæſt. 272.

Quoniam Domini mandatũ eſt, ne ſolliciti ſimus de craſtino, quomodo mandatũ hoc ſane intelligi debeat. Videmus enim, quam multum ſtudij rebus neceſſarijs impendamus, vt nobis cõparemus quæ ad prolixum aliquod tẽpus ſufficere queant.

QVI doctrinam Domini amplexus eſt, dicentis: *Primũ quærite regnum Dei & iuſtitiam eius*, certo que perſuaſus eſt de promiſsi illius veritate, quod ſubiungit dicens: *Et iſta omnia adijcientur vobis*: non in tẽporarijs curis, quæ verbum Dei ſuffocant, & infrugiferum reddunt, animum ſuum ignauum reddet, ſed per bonum, ad diuinum beneplacitum, certamen, Domino fidẽ habebit dicenti: *Dignus eſt operarius cibo ſuo*: nec quicquam huius gratia curioſe aget. Operabitur autem & & curam habebit nõ propter ſeipſum ſed propter mandatum Domini, iuxta quod Apoſtolus oſtendit ac docuit, dicens: *Omnia oſtendi vobis, quod ſic laborãtes ſuſcipere oporteat infirmos.* Etenim propter ſeipſum ſollicitum eſſe, proprij amoris ac ſtudij vitium; at propter mãdatum Domini ſollicitum eſſe & operari, dilectionis Chriſti & fraternæ dilectionis affectus encomiũ habet.

Lucæ.10.

Actor.20.

Cyprianus ſermo 6. de oratione Dominica.

PRocedente oratione poſtulamus & dicimus. *Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie.* Quod poteſt ſpiritaliter & ſimpliciter intelligi, quia & vterque intellectus vtilitate diuina proficit ad ſalutem. Nam panis vitæ Chriſtus eſt, & panis hic omnium non eſt, ſed noſter eſt, & quomodo dicimus: *Pater noſter*, quia intelligentium & credentium Pater eſt, ſic & panem noſtrum vocamus, quia Chriſtus noſter, qui corpus eius contingimus, panis eſt. Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtia quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abſtenti & non communicãtes à cæleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante & dicente: *Ego ſum panis vitæ qui de cælo deſcendi. Si quis ederit de hoc pane, viuet in æternum. Panem autem quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita.* Quando ergo dicit in æternum viuere, ſi quis ederit de eius pane, vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Euchariſtiam iure communicationis accipiũt: ita contra timendũ eſt & orandum, ne dum quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute, comminante ipſo & dicente: *Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis.* Et ideò panem noſtrum, id eſt, Chriſtum dari nobis quotidie petimus, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à ſanctificatione & corpore eius nõ receda-

Luc.11.

Ioann.6.

Alia interpretatio.

cedamus. Poteſt vero & ſic intelligi, vt qui ſeculo renunciauimus, & diuitias eius & pompas fidei gratia ſpiritualis abiecimus, cibum nobis tantum petamus & victum, quã do inſtruat Dominus & dicat: *Qui nõ renuntiauerit omnibus quæ ſunt eius, non poteſt meus diſcipulus eſſe.* Qui autem Chriſti cæpit eſſe diſcipulus, ſecundum vocem magiſtri ſui renuntians omnibus, diurnum debet cibum petere, nec in longum deſideria petitionis noſtræ extendere, ipſo iterum Domino præſcribente & dicente. *Nolite in craſtinũ cogitare: craſtinus enim dies ipſe cogitabit ſibi, ſufficit diei malitia ſua.* Merito ergò Chriſti diſcipulus victum ſibi indiem poſtulat, qui de craſtino cogitare prohibetur: quia & cõtrarium ſibi fit & repugnãs, vt quęramus in ſeculo diu viuere: qui petimus regnum Dei velociter aduenire. Sic & beatus Apoſtolus monet, formas & corroborans ſpei noſtrę ac fidei firmitatem: *Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum, verum neque auferre quid poſſumus. Habentes itaque exhibitionem & tegumentum his contenti ſimus. Qui autem volũt diuites fiari, incidunt in tentationem & muſcipulas diaboli, & deſideria multa & nocentia quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quã quidem appetentes naufragauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.* Docet nõ tantum contemnendas ſed & periculoſas eſſe diuitias, illic eſſe radicem malorum blandiẽtium, cæcitatem mentis humanæ occulta deceptione fallẽtium. Vnde & diuitem ſtultum ſeculares copias cogitantem, & ſe exuberantiũ fructuum largitate iactantẽ redarguit Deus dicens: *Stulte hac nocte expoſtulatur anima tua, quæ ergò paraſti cuius erunt?* Lætabatur ſtultus in fructibus nocte moriturus, & cui vita iam deerat, victus abundantia cogitabat. Contra autem Dominus perfectum & conſummatum docet fieri, qui omnibus ſuis venditis atque in vſum pauperum diſtributis theſaurum ſibi condat in cælo. Eũ dicit poſſe ſe ſequi, & gloriam Dominicæ paſsionis imitari, qui expeditus & ſuccinctus nullis laqueis rei familiaris inuoluitur, ſed ſolutus ac liber facultates ſuas ad Dominum ante præmiſſas, ipſe quoque comitatur. At quod vt poſsit vnuſquiſq; noſtrum parare ſe, ſic diſcit orare, & de orationis lege qualis eſſe debeat noſcere. Neq; enim deeſſe quotidianus cibus poteſt, cum ſcriptum ſit: *Non occidit Dominus fame animam iuſti.* Et iterum: *Iunior fui & ſenui, & nõ vidi iuſtum derelictum, neque ſemen eius quærens panem:* Item Dominus promittit & dicit: *Nolite cogitare dicentes: Quid edemus aut quid bibemus, aut quid veſtiemur? Hæc enim nationes quærunt. Scit autem pater veſter quia horum omnium indigetis. Quærite primum regnum & iuſtitiam Dei, & hæc omnia apponentur vobis.* Quærentibus regnum & iuſtitiam Dei, omnia promittit apponi. Nam cũ ſint Dei omnia, habenti Dominũ nihil deerit, tantum niſi Deo ipſe deſit. Sic Danieli in leonum lacu iuſſu regis incluſo, prandium diuinitus procuratur, & inter feras eſurientes & rugientes, homo Dei paſcitur. Sic alitur Elias in fuga: & in ſolitudine coruis miniſtrantibus & volucribus cibum ſibi apportantibus in perſecutione nutritur. Atque ò humanæ malitiæ deteſtanda crudelitas: fere parcunt, aues paſcunt, & homines inſidiatur & ſæuiunt.

Luc. 14. Matth. 19. Prou. 10. Pſalm. 36. 1. Timot. 6. Cupiditas malorum radix. Danie. 4. 3. Reg. 17. Luc. 12.

Hilarius in Matt. Cano. 5.

Nolite ergo ſolliciti eſſe de craſtino. Craſtinus enim dies ſollicitus

erit ſibi ipſe ſufficit diei malitia ſua. Cõ mune iudicium eſt, diem eſſe labẽ tium temporum curſum luce ſolis illuminatum, quem nos interiectu diſcriminat, & interuentu ſuo diei diem ſubrogat. Futuri autem temporis ſignificantia continetur; in craſtino ergo de futuro ſolicitos nos eſſe Deus vetuit: in curia autem ſollicitudinis relaxatæ, non negligẽtiæ, ſed fidei eſt. Cur enim ſolliciti ſumus in craſtino, cũ craſtinus dies ſibi ipſe ſollicitus ſit? Ergo anxietatem noſtrã ipſa pro nobis dies ſollicita depellit? Sed ſollicitudo vt arbitror, propius eſt hominis affectus, hanc autem excitat aut curæ, aut metus, aut doloris anxietas. Dies vero curſus eſt temporis, & ſola prouidentia cõſequuta, ſollicitudinis recipiunt affectum. Conſtituetur ergo dies eſſe animal quod & caueat, & proſpiciat, & curet, cui & malitia propria ſufficiat, neque extrinſecus accidenti ſit cumulanda peccato. Sed natura rei non capit diei deputare mentis affectum, ergo & quod ſibi ipſa ſollicita eſt, & quod ei malitia ſua ſufficit, & quod inhibemur ſolliciti eſſe de craſtino, totũ ſubditi cæleſtis ſignificantia continetur. Iubemur igitur non ambigere de futuris, ſatis enim vitæ noſtræ malitia, & dierum quibus viuimus peccata ſufficiunt, vt circa hæc purganda & promerenda omnis vitæ noſtræ meditatio laborẽ verſetur, ne etiam de futurorum diffidentia inexpiabilis irreligioſitas contrahatur. Cum ceſſante cura noſtra, ipſa in officio ſuo quæ ſunt futura, ſollicita ſint, & nobis æternæ claritatis profectus, Dei procurante bonitate iam non ſollicitis præparetur.

Ambroſius de bono mortis, capit. 2.

DEniq́ feſtinabat etiam ſanctus Dauid de hoc loco peregrinationis exire dicens. Aduena ego ſum apud te in terra & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Et ideò tanquam peregrinus ad illam Sanctorum communem omnium patriam feſtinabat, petens pro huius commorationis inquinamẽto remitti ſibi peccata priuſquã diſcederet de vita. Qui enim hic nõ acceperit remiſsionem peccatorum, illic non erit. Nõ erit autem, quia ad vitam æternã non potuerit peruenire, quia vita æterna remiſsio peccatorum eſt. Ideo dicit. *Remitte mihi vt refrigerer priuſquam eam, & amplius non ero.* Quid igitur tantopere vitam iſtam deſideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto maiore oneratur ſarcina peccatorum? Ipſe Dominus ait: *Sufficit diei malitia ſua.* Et Iacob dixit: *Dies annorum vitæ meæ quos habeo, centum triginta minimi & mali,* non quia dies mali, ſed quia nobis acceſſu dierũ malitiæ incrementa cumulãtur. Nullus enim dies ſine noſtro peccato præterit. Vnde egregie Apoſtolus ait: *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum,* aliud ad neceſsitatem vitæ referens, aliud ad mortis vtilitatem. Chriſtus enim nobis viuere cui ſeruimus, cui oportet vt à ſanctis ſuis in Euangelij prædicatione deferatur obſequium.

Vita æterna remiſsio peccatorum eſt.

Geneſ. 47.

Quare dies dicãtur mali.

philip. 1.

Grego. expoſi. Mor. lib. 15. in 21. capit. Iob.

Quæ in oratione poſtulanda ſint & quomodo.

ET quid nobis prodeſt ſi oraue rimus illum? Cũ Deus in oratione non quæritur, citius in oratione

tione animus laſſatur: quia cum illa quiſq; poſtulat, quæ fortaſſe iuxta occultum iudicium Dei tribuere recuſat, ipſe quoque venit in faſtidium, qui non vult dare quod amatur. Sed ſi magis Dominus quã ea quę condidit vult amari, ęterna potius quam terrena poſtulari, ſicut ſcriptum eſt: *Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Qui enim non ait dabuntur, ſed adijcientur: profecto indicat aliud eſſe quod principaliter datur, aliud quod ſuperadditur. Quia enim nobis in intẽtione æternitas, in vſu vero temporalitas eſſe debet, & illud datur: & hoc nimirum ex abundanti ſuperadditur. Et tamen ſæpe homines dum bona temporalia poſtulant: æterna verò præmia non requirunt, petunt quod adijcitur: & illud non deſiderant vbi adijciatur. Nec lucrum ſuæ eſſe petitionis deputant, ſi hic ſint temporaliter pauperes, & illic beatitudine diuites in ęternũ viuant: ſed ſolis, vt dictum eſt, viſibilibus intenti, labore poſtulationis renuunt inuiſibilia mercari. Qui ſi ſuperna quærerent, iam cum fructu laborem exhiberent: quia cum mens in precibus authoris ſui ſpeciem anhelat, diuinis deſiderijs inflammata, ſupernis cõiungitur, ab inferioribus ſeparatur: amore feruoris ſui ſe aperit vt capiat, & capiens inflammat: & ſuperiora amare iam ſurſum ire eſt, dumq; magno deſiderio ad cæleſtia inhiat, miro modo hoc ipſum quod accipere quærit, deguſtat.

Æternitas nobis in tentatione eſſe debet, temporalitas in vſu.

Chryſoſtomus in priori expoſitione in cap. 6. Matthæi, homilia 23.

Quærite autem primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Poſtquam enim animos audiẽtium onere curarum leuauit, tunc eos etiam de cæli regione commonuit. Venit quippe vetera ſoluturus, & ad meliorem, veraq; patriam vocaturus: idcirco igitur cuncta perficit, vt nos à ſuperfluis liberet, atque in terrena eximat paſſione. Propterea etiam gẽtilium meminit dicens: *Quoniã hæc omnia gentes inquirunt*: quorum videlicet erga præſentem vitam ſtudiũ omne conſumitur, quibus prorſus nulla cura eſt futurorum, nec cogitatio aliqua de cælo: nobis autem iſta non ſunt principaliter requirẽda, ſed alia profecto. Neq; propterea creati ſumus, vt ederemus atq; biberemus, veſteq; tegeremur, ſed vt placeremus Deo, & bonis potiremur futuris. Sicut ergò in vſu ipſo hæc tranſitorie ſunt habẽda, ita etiam in oratione trãſitorie poſtulanda. *Quærite autem primũ regnũ Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Non dixit dabuntur, ſed adijcientur: vt ſcilicet diſcretis horum quæ in præſenti dantur, nihil eſſe omninò magnum, ſi futurorũ magnitudini comparentur. Et id circo nec peti illa quidẽ iuſſit, ſed alia quidem ſollicitè poſtulari, illa vero his adijcienda eſſe præſumi. Quære igitur tantum futura, ſic enim etiam optime præſentia conſequeris: noli quærere quæ videntur, & ea abſque ambiguitate percipies. Eſt quippe prorſus indignum, vt ſuper eiuſmodi rebus interpelles Deum. Qui enim omne ſtudiũ, totamq; curam pro illis ineffabilibus gerere debes bonis, ſatis te ipſe deprecias atq; confundis, qui erga cupiditatem rerum mundanarũ inſtar fluentum temetipſum ſemper impendis. Quemadmodum igitur panẽ petere præcepit, ſed addit, *Quotidianum*: & cum dixiſſet, *Da nobis hodie*, ſignanter adiecit, *hodie*: ſic etiam hæc fecit loco. Non enim dixit,

xit,nolite eſſe ſolliciti:ſed nolite, inquit, *ſolliciti eſſe in craſtinũ*. Per q̃ certe & nobis libertatem donauit petendi,&animam noſtram magis neceſſarijs rebus affixit. Nam & illa ideò peti præcepit,nõ quia Deꝰ noſtrarum precum indigeret admonitu ſed vt abſque dubio diſceremus quod cum illius auxilio faciamus bona cuncta quæ facimus, & vt ipſa aſsiduitate poſcendi ei nos proprie dederimus. Conſidera ſti certe quenadmodum etiam per iſta ſuaſerit,quod præſentia quoq; ab ipſo abſque dubitatione percipiãt. Qui enim maiora præſtat,multo magis tribuet & minora. Non enim propterea inquit,dixi:nolite iſta depoſcere,vt vel fame deficiatis,vel nuditate deformes ſitis: ſed vt abunde vobis etiam neceſſaria iſta ſuppeterent:quod certe omniũ maximè idoneum erat,vt illos poſſet attrahere. Nam ſicut in eleemoſyna dehortãs eos ſeſe hominibus oſtentare,hac illis præcipue ratione ſuadebat, qua docebat multo eis maiorem gloriam eſſe tribuendam,ſi eam ipſi vltra nõ quærerẽt. *Pater enim*, inquit, *tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi*:ita hic quoq; abſtrahẽs eos ab inquiſitione præſentium,hoc eis maxime ſuadet, modo quo non requirentibus multo abundantius dandum eſſe promittit. Propterea,inquit,iubeo iſta nõ quæri, nonne accipias,ſed vt abunde accipias. Cumque ea quæ tibi competit vtilitate etiam preſentia conſequaris, ne ſollicitudinibus afflictus,& curarum morſibus ſæpe diſcerptus, non modo iſtis verumetiam ſpiritalibus bonis te facias indignum,ne & ſuperfluam patiaris ęrũnam:& quod eſt amplius, propoſitam tibi amittas coronam. *Nolite ergò ſolliciti eſſe in craſtinũ: craſtinus enim dies ſollicitꝰ erit ſibi ipſi. Sufficit diei malitia ſua*:id eſt miſeria ipſa,atq; contritio. An forte non ſufficit tibi illa ſententia: *In ſudore vultus tui manduc abis panem tuum*: quod alium quoq; addis curarum laborem,qui certe etiam à prioribus eſt ſudoribus liberandus. Malitiã verò hic non malignitatem vocat, abſit hoc enim,ſed miſeriam vel laborẽ. Sicut enim cum alibi dicit. Si eſt malitia in ciuitate,quam Dominus non fecit:non auaritiã ſignificat, ac rapinas,nec eorum quicquam aliud omninò: ſed eas profectò plagas,quæ diuinitus inferuntur, de quibus rurſus loquitur per Prophetam. Qui facio pacẽ. & creo mala. Neq; enim hic malitiam voluit,ſed intelligi peſtilentias profectò & famem,cæteraq́ue huiuſmodi,quæ mala eſſe putantur à plurimis: eſt quippe iſte mos, vt multi hæc mala eſſe pronũtient: ſic enim & quinq; illarum prouintiarum ſacerdotes,atq; diuini, quando arcæ ſubiunxerunt boues,illatas à Deo plagas,& mœrorem illum ac dolorem,quem de earum afflictionibus ſentiebant,malitiam nominabãt. Ita hic quoq; malitiã pro afflictione poſuit, dicens: *Sufficit diei malitia ſua*. Nihil enim perinde animã, vt ſollicitudo & cura eius, excruciat. Sic enim Paulus ad amorẽ virginitatis accedens,conſilium ſubminiſtrat dicens. *Volo autem vos ſine ſollicitudine eſſe*. Quod vero ait, *craſtinus dies ſollicitus erit ſibiipſi*: nõ ipſum prorſus diẽ aliquid curare dixit:ſed quia etiam ad imperfectum vulgus ei ſermo eſt, volens expreſſius eſſe quod protulit, perſonam quandam adſcripſit tempori, iuxta multorum profecto ad illos morẽ locutus. Idipſum autem hic ſuadet cõſilio,quod ad altiora progreſſus ſanxit imperio. *Nolite*, inquit, *poſſidere aurum,neq; argentum, neq; peram in via*. Poſtquam enim hæc ipſa operibus oſtendit, tunc etiam verbis

Geneſ.3.

Miſeriam ſeu laborem malitiam vocat.

Matth.6.

fir-

firmiora præcepta constituit: vnde etiam receptu facilis sermo eius affectus est, quia scilicet operibus eius fuerat ante firmatus. Vbi hoc ergò per opera monstrauit? Audi ipsum loquentem: *Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Neq; hoc tamen solum dixisse contentus est, verũ in Discipulis quoque virtutis huius præstat splendoris documentum. Nã & cum ipsos ad huiusmodi inopiã coarctasset, nullo eos indigere permisit. Considera vero eius admirabilem erga suos prouidentiam, & quemadmodum omnes prorsus patres pietate dilectionis exuperet. Hoc enim, inquit, iubeo ob nihil aliud omninò, nisi vt vos liberem ab inanium afflictione curarum. Si enim & hodie cures de crastino, & rursus crastino ipso cures die, nonne superfluum ac nimio temetipsum deprimes onere curarum? Cur ergo cogis diem plusquam ipse sortitus est afflictionis accipere, & supra proprios eius labores etiam sequentis ei diei pondus imponis: & hoc cũ nihil istius adiectione facis alterius diei leuiora sis onera facturus laborum? Cum igitur eos acrius increparet, ipsum pene tempus anteuauit, & velut afflictum ab omnibus introduxit, quasi quod contra illos de imposita sibi afflictione clamaret. Et reuera accepisti diẽ, vt ea quibus in ipso opus est cogitares: quam igitur ob causam curas ei etiam alterius adiungis. Nunquid enim non habet sufficiens onus sollicitudinem sui? Cur igitur maiore illum opprimis fasce curarum? Quando enim ipse hoc lator legis enunciet, & qui de nostris certe conscientijs iudicabit, considera quam bonas spes ipse nobis alter præsul præsentis iucunditatis ministret: quando vtique ipse testatur, quoniam vita A ista sit misera, atque in ærumnis varijs onusta, vt in afflictionem, cõtrictionemq; nostri vnius quoque diei cura sufficiat. Et tamen cũ tanta nobis dicantur ac talia, nos nihilominus horum sollicitudinẽ gerimus: de cælo autem nihil omnino curamus, sed rerum ordinem per cuncta peruertimus, contraq; præcepta Christi vtrinque pugnamus. Itaque diligenter hæc ipsa cõsidera. Nolite, ait, præsentia ista prorsus inquirere, nos hæc sola etiam absque intermissione sectamur. Quærite, inquit, & semper & sola cælestia. Nos verò ne vnius quidem horæ spacio illa perseuerãmus inquirere: sed quantam in his quæ ad corpus necessaria sunt, curam ostendimus, tantam in spiritualibus habemus incuriam, imò longe etiam, longeque maiorem: sed nequaquam nobis prospere ista prouenient, nec longum impunita huiusmodi licẽtia relinquetur. Ecce enim contemnimus decem diebus. ecce triginta, ecce iam centũ: nonne iam erit prorsus necesse in manus dicentis incidere? Sed habet consolationem quandam ipsa dilatio. Et quænam ista consolatio est? Quotidianis prorsus diebꝰ terribile expectare iudicium. Quod si cupis consolationem aliquam de hac dilatione percipere, correptionem de pœnitentiæ dolore fructifica. Si enim ex dilatione pœnæ aliquod tibi putas esse solacium, multo magis lucrum est nunquam in illud supplicium deuenire. Quod igitur est longe longeque præstãtius, futuri hac dilatione iudicij ad euitationem maioris pœnæ imminentis vtamur. Neq; enim aut onerosum aliquid, aut molestũ est imperatum, sed sic facilia cuncta prorsus, ac leuia, vt si afferamus promptam solummodo voluntatem, omnia efficere possimus, etiam si pec-

catis pleni fuerimus innumeris. Nam & Manasses scelera multa commiserat, quippe qui etiam in Sãctos manus suæ crudelitatis extendit, & abominanda in templo Dei simulachra constituit, & ciuitatem homicidijs impleuit, multaque alia perpetrauit, maiora prorsus quam vt videretur venia posse donari. Veruntamen post tot ille, tantaque flagitia ab omnibus est mundatus ac ablutus. Quo autem istud efficit modo? Pœnitentiæ profecto fletu, & studio volũtatis. Nõ est quippe, non est aliquod omnino peccatum, quod non cedat pœnitentiæ virtuti, imo gratiæ Dei, qui cum ad meliora conuertimur, continuò nobis cooperator efficitur. Si enim bonus esse malueris, qui prohibeat nullus omninò est: imo est quidẽ diabolus prohibens, sed profecto nihil poterit te eligẽte meliora, magis autem hoc Deo tibi in adiutoriũ copulante. Quod si tu certe nolueris retroque recesseris, quis nam ille te tutabitur? Non enim necessitate ac violentia, sed cum tua te vult voluntate saluare. Si enim tu seruum habens odientem te, ac semper horrentem, sæpe etiam recedentem à te, atque fugientem, nequaquam iam illum cõprehendis ac retines, & certe cum obsequio eius indigeas: nullo magis Deus, qui non propter suam aliquam necessitatem, sed omnia propter nostram facit salutẽ, non vult te violenter astringere: quenadmodum è regione si solam ad placẽdum ei ostenderis voluntatem, nunquã te ille destituet, quantalibet aduersus te diabolus moliatur. Nos ergò nos ipsi causa nostræ perditionis existimus: non enim instanter ad eum accedimus, nõ interpellamus assidue, non rogamus quenadmodum pro tanta est dignum causa rogare: sed & si eum

Perditionis nostræ causa nos sumus.

A adeamus, aliquando ita facimus hoc, quasi non desideremus accipere: nec cũ ea fide qua congruit deprecantes: sed oscitantes prorsus, ac tota mente torpentes, ea quę videmur postulare negligimus. Et certe vult se à nobis exigi Deus, hæc quippe illi omninò vis grata est: nam si vehementius instare viderit exigentes, etiam illa quæ nõ petimus largietur. Nunc autem liberalitatem suam differt, non quia præstare nolit, sed quia nostra illum delectat exatio. Et pro-

Deus liberalitatem suam differt, quia nostra illum delectat exatio.

B pterea tibi aliud quoque posuit exemplum. Nunc illius amici, qui noctu instabat petendo: nunc iudicis neque Deum timentis, neque hominem omnino reuerẽtis. Nec vero tantummodo vsque ad exempla peruenit, sed ipsis quoque operibus ostendit, cum scilicet Chananæam illam mulierem magno certe dono impletam remisit. In hac vero euidenter ostendit, quoniam Deus etiam illa quę vobis parata non sunt, dare possit si vehe-

Luc. 11.

Matth. 15.

C mentius postulentur. *Non* inquit, *est bonum tollere panem filiorum & dare canibus*: & tamen dedit, quia illa etiam vehementer exegit. Iudæis verò è regione mõstrauit, quia desidiosis nec illa quidẽ tribuat, quæ eis fuerant præparata. Denique illi acceperunt nihil, imo etiam propria perdiderunt. Et ideò quia minime quæsierunt, nec sua acceperunt quidem: illa verò quia violen-

D ter incubuit vendicare, & rẽ filiorum accepit canis: tantum quippe bonum est fides sedula, & deprecatio perseuerans. Noli ergò dicere quia tibi sit inimicus Deus, teque omninò nolit audire. Cito tibi respõdebit, si assidue illum, & (vt ita dixerim) molestè interpellare non desinas, etsi enim nõ ob amicitiã, at propter sedulitatẽ istud efficiet: neque inimicitiarum importunitates,

tates, neque vllum patietur impedimentum omninò. Nec dicas, non ſum dignus audiri, & idcirco non oro: nam & Chananæa illa etiam talis fuit, ſed nihilominus impetrauit. Nec dicas: Et multum peccaui, & non poſſum ad me iratum vocare: non enim meritum tuum Deus, ſed ſolam interim conſiderat voluntatem. Si enim iudicem non timentem Deum, neque homines erubeſcentem vidua inflexit, multo magis bonum iudicem interpellatio aſsidua. Et ſi igitur non fueris amicus, & ſi non ea quæ tibi cõ petere videntur, expoſtules, & ſi bona patris luxurioſus aſſumpſeris, longumque temporis à facie eius abfueris: & ſi degener, atque omnium prorſus extremus, & indignantem illum iratumque conuenias, incipit tantummodo orare, atque ad ipſum redire, & recipies profecto cuncta, & confeſtim omnem iram, pænamque reſtinges. Sed ecce, inquis, oro & nihil amplius ſequitur: non enim ita poſtulas, quemadmodum illos legimus poſtulaſſe. Chananæam dico, & amicum nocte pulſantem, & viduam iudici frequenter moleſtam, & filium qui patris cuncta decoxerat: ſi enim ſic oraſſes, proculdubio celeriter impetraſſes. Nam etſi à te accepit iniuriam, tamen pater eſt: & ſi iratus eſt, tamen amantiſſimus filiorum eſt. & vnum eſt tantummodo quod requirit. Non exigere de iniurijs vltionem, ſed te videre ad meliora conuerſum, ſibiq; iugiter ſupplicantem. Vtinam nos ita erga illum ſeruaremus affectũ, vt illius viſcera noſtra claritate flãmentur. Sed tantummodo occaſionem Deus iſtius ignis inquirit, & ſi modicam ſcintillam ipſe præbueris, ingentem omninò flammã beneficiorum in te eius accendes: Non enim quia iniuriam accepit iraſcitur, ſed quia tu es author iniuriæ, per quam etiam, velut ebrius deſipis. Si enim nos cum ſimus mali gni, iniuriam accipientes à filijs, tamẽ pro illis dolemus: multo magis qui nullam omnino ſentit iniuriam, pro tuo tantum commodo qui illam facere auſus es, iraſcitur. Nam ſi nos, qui ſecundum naturã diligimus filios, ſatis tamen profecto eos diligimus: multo magis ille diligit, qui diligit vltra naturã. Sed etſi obliuiſcatur mulier infantem, inquit, vteri ſui, ego tamen non obliuiſcar tui, dicit Dominus omnipotens. Accedamus igitur ad eum, atque dicamus: *Etiam Domine, nam & canes edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorũ.* Accedamus, inquam, importune, imo hoc nunquam eſt importune accedere. Sicut enim reſpirare importune omninò nunquam eſt, ita etiam non quidem petere, ſed non petere potius importunum eſt. Sicut enim reſpirare hoc iugiter indigemus, ita etiam eo quod à Deo præſtatur auxilium. Quod ſi voluerimus, facile illum ad nos poterimus inflectere. Et hoc profecto declarans, atque oſtendens Deum promptum eſſe ſemper ad beneficia largienda dicebat, ſicut diluculum paratum inueniemus eũ. Quotieſcunq; enim venire, & ad illum voluerimus accedere, expectatas ab illo eſſe preces noſtras continuò ſentiem⁹. Si vero nihil de redundãte illo fonte bonitatis haurimus, noſtra eſt omnis culpa, non fontis. Hoc etiam Iudæis imputãdo dicebant: *Miſericordia vt nubes matutina, & ſicut ros diluculo cadens.* Quod verò dicit huiuſmodi eſt: Ego quidem, quæ à me petenda erant, cuncta largitus ſum, vos vero quaſi quidam ventus vrens aduerſus nebulam, roremque contenditis, & idcirco retrahitur à vobis:

In oratione quos immitari tenemur.

Si modicam amoris ſcintillã Deo deferos, in gentem beneficiorum flammã accendes tibi.

Eſai. 49.

Matt. 15.

Oſee. 6.

vobis: ita præ nimia malignitate noſtra facitis immenſæ liberalitatis Dei dona cohiberi, quod tamẽ ipſum diſpenſatio prouidentię eſt. Cum enim nos viderit non mereri, digniſsime proculdubio beneficia ſua continet, ne nos vtiq; deſides faciat, non digne inquirentibus largiendo. Si vero paululum in meliora mutemur, & vel tantulum quidem, vt nos ſaltem peccaſſe doleamus, ſupra quam omnes fontes ſubito ebullit copioſi⁹, quã omne prorſus pelagus effunditur. Quantoque amplius acceperis, tanto ille plus gaudet, & hoc ipſo ad dandum plura conſurget: diuitias enim ſuas noſtram eſſe ducit ſalutem, & ipſam dandi petentibus largitatem: quod certe dicebat Paulus. *Qui diues eſt in omnibus qui inuocant illum* : non enim niſi quando nõ poſtulamus iraſcitur, tunc etiã nos ſolum quando non poſſumus auerſatur. Propterea enim & pauper factus eſt, vt nos diuites faceret: & illa omnia ſuſtinuit, vt nos ad petendũ plenius incitaret. Nequaquam igitur deſperemus, ſed habentes tot occaſiones ſalutis, ſpeſque meliores, etiã ſi quotidie peccemus, accedamus tamen rogantes, proque delictis aſsidue veniã deprecemur. Sic enim & ad peccãdum efficiemur abſque dubio tardiores, & diabolum repellemus, & Dei in nobis miſericordiam prouocabimus, & bona conſequemur futura, gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Rom. 10.

2. Cor. 8.

Hieronymus in Matth. capit. 6.

A

Sufficit diei malitia ſua. Hic malitiam non contrariam virtuti poſuit, ſed laborem & afflictionem, & anguſtias ſeculi: quomodo & Sara afflixit Agar ancillam ſuam: quod ſignificanter Græcè dicitur *Ekhachoſen aftim*: ſufficit ergo nobis præſentis temporis cogitatio, futurorum curam quæ incerta eſt, relinquamus.

Geneſ. 16.

Hieronymus Amando.

B

BReuis epiſtola longas non valet explanare quęſtiones, & in arctum multa concludens, ſtringere verbis, quod ſenſibus dilatatum eſt. Interrogas, quid ſignificet illud in Euangelio iuxta Matthæũ: *Nolite ſolliciti eſſe de craſtino? Sufficit enim diei malitia ſua?* Craſtinum in ſcripturis ſanctis, futurum tempus ſignificat: ſicut & Iacob in Geneſi loquitur: *Exaudiet me cras iuſtitia mea*. Et vbi altare extruitur à duabus tribubus Ruben, & Gad: & dimidia tribu Manaſſe, & à cuncto Iſrael adeas legatio mittitur, cum

C

Phinees Pontifici reſpondiſſent: idcirco ſe altare feciſſe, ne cras filijs ſuis colendi Deũ poſſeſsio denegaretur. Et multa iſtiuſmodi in veteri reperies teſtamento. Qui ergo de futuris nos cogitare prohibuit, conceſsit de præſentibus, propter humanæ vitæ fragilitatem. Quod autem adijcit, *ſufficit diei malitia ſua*: hoc modo intellige. Sufficit nobis de præſentibus huius ſeculi cogitare anguſtijs. Quid neceſſe eſt ſenſum ad incerta & futura extendere: quæ aut conſequi nõ poſſumus, aut forſitan cito inuenta perdamus *Cacia* enim quam Latinus vertit in malitiam, apud Græcos duo ſignificat, & malitiam & afflictionem, quam *Cacoſin* Græci dicũt; & hic magis pro malitia trãſferri debuit, afflictio. Quod ſi contentioſe quis ducitur nolęs *Cacian* afflictionem ſonare & anguſtias, ſed malitiam: illo ſenſu explanandum

D

Craſtinum totum futurum tẽpus in ſcriptura denotat. Geneſ. 30.

dum eſt, quo mundus in maligno, hoc eſt, in malo poſitus ſit: & in Dominica oratione dicimus: *Libera nos à malo*: vt ſufficiat nobis contra malitiam huius ſeculi præſens habere certamen.

Ambroſius lib. 7. in Lucam, capit. 12.

Quærite regnum Dei & hæc omnia adijcietur vobis. Nec ad præſens, nec in reliquum fidelibus oſtendit gratiam defuturam, ſi modo qui diuina deſiderant, terrena non quærant. Indecorum quippe eſt homines curare de cibo qui militant re

A gno: Nouit rex quemadmodum familiam ſuam paſcat, alat, veſtiat, *eſdem. 54.* & ideo dixit: *Iacta in Domino cogitatum tuum, & ipſe te enutriet.*

Theophylactus in Matth. capit. 7.

MAlitiam diei, afflictionem, & calamitatem vocat, ſufficit enim tibi, quod hodierna affli B ctione obrueris, quod ſi & pro craſtino ſollicitus fueris, quando vacabis Deo, ſemper temetipſum crucians pro corporalibus.

(2)

DOMI-

(2)

DOMINICA DECIMA QVINTA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Lucæ. 7.

TEXTVS.

IBAT Ieſus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo Diſcipuli eius, & turba copioſa. Cũ autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuæ. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.

Auguſt. in Pſalm. 97.

CAntate Domino canticum nouum. Nouus homo nouit, vetus nõ nouit. Vetus homo eſt vetus vita, & nouus homo eſt noua vita. Vetus vita ex Adam trahitur, noua vita in Chriſto formatur. Dicitur autem in hoc Pſalmo vniuerſo orbi terrarũ vt cãtet canticum nouum. Nã apertius alibi ſic dicitur: *Cantate Domino canticũ nouũ, cantate Domino omnis terra*: vt intelligãt qui ſe præcidunt à cõmunione orbis terrarũ, nõ ſe poſſe cãtare cãticũ nouũ; quia canticũ nouum in toto orbe, nõ in parte cãtatur. Et hic attẽdite & videte hoc dici. Et cũ dicitur vniuerſo orbi terrarũ, vt cãtet canticũ nouũ, hoc intelligitur, quia pax cantat canticũ nouum: *Cantate Domino canticũ nouũ. Quia mirabilia fecit Dominus.* Quę mirabilia? Ecce modo legebatur Euãgeliũ. Et audiuimus mirabilia Domini. Efferebatur mortuus vnicus filiꝰ matris ſuæ, quæ erat vidua, miſertus Dominus fecit illos ſtare, depoſuerunt illum, & dixit: *Iuuenis, dico tibi; Surge.* & *ſedit ille mortuus & cæpit loqui, & reddidit illum matri ſuæ.* Ecce mirabilia fecit Dominus: ſed multo maiora mirabilia ſunt, quòd totum orbem terrarũ à morte ſempiterna erexit, quã quòd vnicũ filiũ matris viduę reſuſcitauit. *Cantate ergo Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit Dominus.* Quæ mirabilia? Audi. *Sanauit ei dextra eius, & brachium ſanctum eius.* Quod eſt brachium ſanctum Domini? Dominus noſter IESVS Chriſtus: audi

Pſalm. 95.

audi Eſaiam: *Quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt.* Brachium ergò ſanctum & dextera ipſius, idem ipſe eſt. Ergo Dominus noſter Ieſus Chriſtus brachium Dei, & dextera Dei, propterea ſanauit ei. Non dictum eſt tantum orbem terrarum ſanauit dextera eius, ſed ſanauit ei. Multi enim ſanantur ſibi, non ei. Ecce quam multi cupiunt ſanitatem iſtam corporalem, & ab illo accipiunt, & ab illo ſanantur, & non illi ſanantur? Quomodo ab illo ſanantur, & non illi ſanantur? Accepta ſanitate laſciuiunt: qui ęgroti iſti erant, ſanati ad alteri fiunt: qui cum ægrotarent neminem lædebant, receptis viribus inuadunt & opprimunt innocentes: ſanati ſunt ſed non ei. Quis eſt qui ſanatur ei? Qui intus ſanatur. Quis eſt qui intus ſanatur? Qui credit in eum, & cũ interius fuerit ſanatus, in nouum hominem reformatur, poſtea & hoc quod languet ad tempus caro iſta mortalis, recipiet in finem & ipſa ſuam perfectiſsimã ſanitatem. Sanemur ergò ei. Vt autẽ ſanemur ei, credamus in dextera eius. *Quia ſanauit ei dextera eius & brachium ſanctum eius.*

TEXTVS.

QVAM quum vidiſſet Dominus, miſericordia motus, ſuper eam, dixit illi. Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculũ. Hi autem qui portabant, ſteterunt. Et ait: Adoleſcẽs tibi dico, Surge.

Ambroſius in oratione de fide reſurrectionis.

RESuſcitauit adoleſcentem fletu viduæ matris inflexus, quãdo acceſſit & tetigit locum dicẽs: Matth. 9. *Adoleſcens tibi dico, Surge, & reſedit qui erat mortuus, & cæpit loqui.* Statim vt audiuit, ſtatim reſedit, ſtatim locutus eſt. Alia enim virtutis gratia, alius odor naturæ. Nam quid de Archiſynagogæ filia loquar, in cuius obitu flebant turbę, tibicines perſonabant? Etenim ad finem mortis, pompa funeris exhibetur. Quam cito ad vocem Domini conuertitur ſpiritus, rediuiuunt, corpus erigitur, cibus ſumitur, & vitæ teſtimonium crederetur. Et quid miremur ad vocem 3. Reg. 17. Dei refundi animam, redire oſsibus viſcera, cũ meminerimus prophetici tactu corporis, mortuum ſuſcitatum. Elias orauit, & defunctum ſuſcitauit infantem. Petrus in nomine Chriſti Thabitam ſurgere, atquè ambulare præcepit, & redditam ſibi pauperes gratulati crediderunt pro alimentis, & nos adhuc pro ſalute non credimus?

Iuſtinus Philoſo. & Martyr, ad orthodoxos, quæſt. 28.

SI Phariſæorum fictam religionem arguens Dominus, dixit Matth. 23. eos eſſe ſepulchra dealbata, oſsibus mortuorum plena, & omni immunditiæ, & in lege, qui mortuũ tangebat, impurus iudicabatur, Nume. 19. quaſi aliquid illicitum faciens: & nos mortuos & eorum ſepulchra abhorremus, cum mortuus & in veteri

teri & in nouo teſtamento impurus appelletur: nonne Chriſtus cõtra vtrunque fecit, qui viduæ filiũ reſuſcitans, tetigerit feretrum, & Iairi filiam manu apprehenderit? Nam etiam ſi ambo tandem reuixerunt, tamen mortua erant corpora cum tacta ſunt.

RESPONSIO.

CORporum cadauera & eorum ſepulchra abhorrentur propter fœtorem quem exhalant, non propter mortem. Si enim tantum propter mortem abhorreretur, nõ liceret mortuorum corporum animalium partibus vti ad vſum viuentium, vt corijs, & cornibus, & pilis, & bile, & adipibus, & carnibus quæ quin mortua ſint, nulla ratione negari poteſt. Quod ſi mortua ſunt, & tamen propter vtilitatem, quæ inde percipitur, non abhorrentur, abſurdiſsimum eſt ea pura exiſtimari propter vtilitatẽ, quam afferunt: Sanctorũ verò Martyrum corpora & ſepulchra à gentilibus abhorreri, cum ea tueãtur homines ab inſidijs dæmonũ, morboſque curent, arte medica incurabiles. Comparauit autem Dominus fictam Phariſæorũ religionem cũ dealbatis ſepulchris, quoniam quemadmodum viuentiũ iudicio abominabilis eſt mortuorũ corporum fœtor & impuritas, ſic & illorum improbitas abominabilis eſt iudicio piorũ, quippe quæ quẽadmodum ſit animę eorum mors, & fœtor ac impuritas. Vt enim anima à corpore ſeparata, mortuũ fœtidumq; & impurum corpus eſt: ita ſeparato Dei metu, anima mortua eſt, & fœtida ac impura. Neq; vero quicquam fecit Dominus quod vel veteri vel nouo Teſtamento eſſet contrariũ: nec enim ſub lege erat, cũ mortuos illos, de quibus in quæſtione dictũ eſt, ſuſcitauit. Nam à baptiſmate exorſus eſt Dominus regimen Euãgelium, quod erat extra legis obſeruationẽ, ideoq; non eſt contaminatus tangendo mortuum, ſecundum nouum Teſtamẽtum verò ea ſola polluũt hominẽ, quę mala ex corde prodeũt: at mortuum tangere, nõ polluit hominẽ.

Cyrillus ad Reginas de recta fide.

SVſcitauit Lazarũ Chriſtus, Archiſynagogi filiam, & viduę filium. Iam quo pacto non vita ſecũdum naturam eſt, qui non ſolũ ſermone repellere morte potuit, ſed etiam tactu manus? Erat enim conſequens ac neceſſarium, viuificum eſſe corpus, quod erat propriũ vitę. Ioann. 11. Marc. 5. Luc. 7.

Cyrillus contra Iulianum, lib. 10.

CÆterum profecto, inquit, fugienda vobis ſunt ſepulchra, quæ & ipſe Chriſtus immũdicia dicit eſſe plena, ſciebatq; mortuum tã abominabilem, vt neq; diſcipulo permitteret ſepelire patrem. At nos in hoc potiſsimũ & facillime videbimus, quod vim verborum Chriſti omninò ille ignorauit. Nõ enim à ſepulchris recedere iuſsit, quanuis ſcire illa oſsibus mortuorũ & omni immundicia plena: ſed viſum eſt illi: vt irriſorum & hypocritam Phariſæorum populũ dealbatis ſepulchris aſsimularet, eò quod ſuffurabãtur iuſtitiæ opinionem apud populum, quanuis omni improbitate & omni ſpirituali immũdicia plenum haberent cor. Diſcipulũ autẽ magis voluit ſe ſequi, & alijs dimittere mortuos vt ſepelirent. Decet enim vt res noſtras non preferamus charitati in Deũ, quia Diuina etiam reuerẽtia erga parentes maiora ſunt. Deus enim natiuitatis omniũ author & factor. Matt 8.

Quod

Quod autẽ ſepulchra, hoc eſt, mortuos hominum animabus nullã inquinationem afferre poſſe cognouerit, manifeſte oſtendit ipſe mortuos accedere dignatus, & ad ipſa monumenta, cum præciperet Lazarum etiam fætentem rediuiuũ reſurgere, ita mire reſuſcitauit Archiſynagogi puellam, tetigit enim manum eius, dicens: *Puella ſurge.* Inſuper & in Naim, quæ Iudeæ ciuitas eſt, viduæ ſuſcitauit filiũ, tacto loculo acclamans: *Adoleſcens tibi dico ſurge.* Quomodo igitur reliquiæ mortui viri mẽtes noſtras coinquinarent? Nunquid polluit mentem quæ in nobis eſt, vel nũ cogit ad ea quæ non licent, ſenſibilis fætor? & quomodo ſermo ille non eſt refertus ſtultitia? Cæterũ defunctorum reliquias viderit quiſpiã nõ nudas, & negligẽter in terram proiectas, ſed bene cõpoſitas. Occultę enim quodammodo ſunt in ſinu matris in profundis terrę. Diceret quãdoquidẽ cum nullus velit loqui cum mortuis, abominabilia non cẽſenda ſepulchra & mortui? Quare? quid damni prope accedentibus immittet vel corpus, vel ſepulchrum? Nũ quid iuſtitiæ amatorem efficient iniuſtum? & continentem ac caſtũ intemperatum & petulantem? vel liberalem pecunię cupidum, & affabilem, & blandum crudelem, & inhumanum? & amatorem Dei impiũ? Minimè. Non enim defunctorum reliquiæ, animæ bona offendent, ſed voluntatis ad peſsima propẽſiones. Vides leges ipſas, quibus res humanæ bene diriguntur? illæ puniunt iniuſtos, adulteros, raptores, & ſimilibus implicitos crimini bus, neque vllum qui ad ſepulchra abit vel inuiſit mortuos, videntur dicere ſupplicio dignum.

Ioann. 11.

Marci 5.

TEXTVS.

ET reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes. Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitauit plebem ſuam.

Auguſt. de mirabilibus ſacræ Scripturæ, lib 3. cap. 11.

De Lazaro & cæteris mortuis reſuſcitatis.

DE Lazaro & cęteris mortuis. Immobili ergo voluntate Deus vniuerſorũ vitas certo fini & termino præordinauit: quorundã igitur vita non vt moriãtur morte interfici videtur, ſed vt per hoc qui reſuſcitãtur clariores vt pote Deo cũ hominibus etiam habeãtur. Vnde de ipſo Lazaro diſcipulis à Domino dicitur. *Hæc infirmitas non eſt ad mortẽ, ſed vt Filius hominis per eã clarificetur.* Quarto die reſuſcitatur, quod non ſpaciũ vitæ eius poſuit, ſed quod ſine mutatione Dominus diſpoſuit facere, ſæpe retrahere ſimulat, vt partũ vxoribus Abrahã & Iſaac diſtulit vt gratius foret. Et Dñs occaſiones præſtat, vt quod ipſe aliter donare cupit, indulgere rogetur. Si etenim ea quæ non diſpoſuit aliquis ſanctorũ rogauerit, nullo modo fieri permittit, vt quod Moyſes terrã repromiſsionis ingrederetur, & Paulus vt ab eo angelus Satanæ recederet, & petẽtes nõ impetrauerunt. De omnibus ergõ generaliter mortuis tale quid ſentitur, quod de prima viæ moriũtur, vt per illos digni clarificẽtur.

Ioann. 11.

In

Octo mortuos Scriptura diuina commemorat ſuſcitatos.

In his octo mortuis, quos diuina Scriptura veteris & noui Teſtamẽti reſuscitatos commemorat, hoc conſiderandũ eſt, quod de eorũ primo, id eſt, filio viduæ, quẽ Elias reſuscitauerat ita refertur: *Reuertatur obſecro anima pueri.* De nouiſsimo, id eſt, de Euthyco in Actibus Apoſtolorum: Et ſublatus repertus eſt mortuus, Ad quem cum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum, & complexus dixit: *Nolite turbari anima enim in eo eſt.* Cautè vtrunq; intelligendũ eſt, quod viduę filiꝰ mortuus eſt, atq; anima eius reuerti à Propheta poſtulatur: alter vero mortuus, & in eo eius eſſe animam Paulus dicit. In vtroq; nanq; Scriptura vera eſt, quia mentiri non poteſt. Sed qua ratione percipi poteſt, vbi in mẽbris occultari corporis poſſet mortui anima? Niſi forte anima quæ incorporalis corpori ineſſe occulte creditur. Sed quidã intelligẽdi laborẽ vitantes, dicũt de Euthyco, quod emittens animã ita mortua eſt: & poſt modicum in teruallũ anima reuertente Paulũ dixiſſe putant: *Anima illius in eo eſt.* Sed tamen ſcriptura tacet, ſi egreſſa eſt aut reuerſa anima. Cęteri verò ſex mortui, quibus nec egreſſæ animæ, nec reuerſæ nuntiantur, ſine vlla hic ambiguitate præſtant quod mortui ſint, & diuina operatione reſuſcitati ſint.

3. Reg. 17.

Act. 20.

Iuſtin. Philoſoph. & Mart. in quæſt. ad Orthodoxeos, quæſt. 85.

SI tunc eſt perfecta reſurrectio, cum perfectus reſurgit homo, qui fit vt dicat poſt Dominicã Paſſionẽ Scriptura. *Quod multa corpora Sanctorũ, qui obdormierãt, reſurrexerunt?* quod quidẽ non dixit de alijs, quos Dominus ſuſcitauit, vt Lazarũ, & viduę filium, & Iairi filiã, ſed abſolutè dicit quod hunc aut hanc ſuſcitauerit. Qui fit ergò vt in his ſolis meminerit reſurrectioniscorporũ, & addat quod multis apparuerint? id quod maximę parti ſuſpitionem prębet. Et ante ipſa in anima reſurrexerint corpora, & an poſtea vixerint, an ſtatim deceſſerint, an immortalia maneãt, & vbi, & quænam ad poſteros ex illa re vtilitas afferatur, doceto. RESP. Si perfectã reſurrectionem reſurgentium hominũ vocamus, cũ animę remigrant, in eorũ corpora, nõ dubium eſt, quin omnes & qui reſurrexerunt, & qui ſuſcitandi ſunt, à Domino perfecti reſurrexerint: fieri enim non poteſt mortuorũ reſurrectio, quin anima migret in ſuum corpus. Siue igitur dicant diuinæ literę, aliquem reſurrexiſſe ex mortuis, ſine corpora reſurrexiſſe ex mortuis, oportet nos vtraq; locutione perfectã reſurrectionem intelligere, quæ fit dũ corpori redditur anima. Ac quẽadmodum dũ dicunt diuinæ literæ: *Qui ſuſcitauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex mortuis, viuificabit animas & corpora noſtra,* nec imperfectam dicunt reſurrectionem, nec ſpecti ſuſpicionem prębent, ſed perfectam reſurrectionis fidem, ſic & cum dicunt: *Surrexerunt ex mortuis multa corpora ſanctorũ qui obdormiuerant,* perfectam dicunt reſurrectionem. Fuit autem horũ ſanctorum reſurrectio, demonſtratio eſſe Chriſti mortem hominũ, ijs qui in præſenti omnibus quæ apud inferos erant animabus. Quã ob cauſam neque rurſus obierunt, ſed manent in immortalitate, ſicut Enoch & Elias, ſuntque cũ eis in Paradiſo expectãtes æternã vitã, quę virtute reſurrectionis Chriſti fiet immutatione, qua vt ait diuinꝰ Apoſtolus, *Omnes immutabimur.* Nam in immortalẽ & incorruptibilẽ vitam nullius adhuc facta eſt reſurre-

Roma. 8.

Matth. 27.

1. Cor. 15.

Matth. 27. Ioann. 11. Luc. 7. Marc. 5.

resurrectio, præter quam Christi Seruatoris, ideoque primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium nuncupatus est.

Rabanus de vniuersis, lib. 4.

Luc. 7. Viduæ filius suscitatus à Domino quid significet.

IVVENIS filius viduæ, quem Dominus mortuum extra portas vrbis suscitauit, significat eum qui palam quodlibet mortiferum crimen admittit. Et audito verbo Domini à morte peccati resurgit, & per pœnitẽtiam in Christo viuere incipit. *Redditurque viduæ matri suæ*, ideſt communioni Ecclesiæ.

APPENDIX AD hoc Euangelium.

Ambrosius libr. 5. in Lucam capit. 7.

ET hic locus ad vtramque redundat gratiam, vt & cito flecti Diuinam misericordiam matris viduæ lamentatione credamus, eius præcipue, quæ vnici filij vel labore, vel morte frangatur, cui tamen viduæ grauitatis meritum exequarum turba conciliet: & hanc viduam populorum turba septam, plus videri esse, quã fæminam, quæ resurrectionem vnici adolescentis filij suis lachrymis meruerit impetrare, eo quod sancta Ecclesia populum iuniorem à pompa funeris, atque à supremis sepulchri, suarum reuocet ad vitã contemplatione lachrymarũ, quæ flere prohibetur eum, cui resurrectio debeatur. Qui quidem mortuus in loculo materialibus quatuor ad sepulchrum ferebatur elementis. Sed spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno.

Vidua flere prohibetur cui resurrectio debetur, eo quod ferebatur in ligno.

A Quod & si nobis ante non proderat, tamen posteaquam IESVS id tetigit, proficere cæpit ad vitã, vt esset inditio salutẽ populo per crucis patibulum refundendam.

Audito igitur DEI verbo, stetere runt acerbi illi funeris portitores, qui corpus humanũ letali fluxu naturæ materialis vrgebant. Quid enim aliud, nisi quasi in quodam feretro, hoc est, supremi funeris instrumento iacemus exanimes, cum vel ignis immodicæ cupiditatis exæstuat, vel frigidus humor exundat, vel pigra quadam corporis habitudine vigor, hebetatur animorum, vel concreta nostri spiritus labe, puræ lucis vacuus alit mentem? Hi sunt nostri funeris portitores. Sed quanuis suprema mortis spem vitæ omnis aboleuerint, & tumulo proxima corpora iaceant defunctorũ. Verbo tamen DEI iam moritura resurgunt cadauera, vox redit, reddi tur filius matri, reuocatur à tumulo, eripitur â sepulchro. Quis iste est tumulus tuus, nisi mali mores? Tumulus tuus perfidia est, sepulchrum tuum guttur est. Sepulchrũ enim patens est guttur eorũ, vnde verba mortua proferũtur. Ab hoc sepulchro te liberat CHRISTVS, ab hoc tumulo resurges, si audias Verbum DEI. Et si graue peccatum est, quod pœnitentiæ lachrymis ipse lauare non possis, fleat pro te mater Ecclesia, quæ pro singulis, tanquam pro vincis filijs vidua mater interuenit. Cõpatitur enim quodam spiritali dolore naturæ, cum suos liberos letalibus vitijs ad mortẽ cernit geri. Viscera sumus de visceribus eius. Sũt enim & spiritalia viscera, quę habet Paulus dicens: *Ita frater ego te fruar in Domino, refice viscera mea in Christo.* Nos ergo viscera sumus Ecclesię, quoniam membra sumus

Postquam Iesus lignum tetigi., proficere cæpit ad vitam.

Tumulus noster mali mores sunt. Psalm. 5.

corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Doleat igitur pia mater, assistat & turba, non solũ turba, sed etiam multa, compatiatur bonæ parenti, iam resurges in funere, iam liberaberis à sepulchro. Stabunt illi ministri tui funeris, incipies vitalia loqui, timebunt omnes. Vnius enim exemplo plurimi corriguntur. Laudabunt etiam Deum, qui tanta nobis remedia vitandæ mortis indulserit.

Ad Philimõ. Ephes. 5.

Theophylactus in 7. capit. Lucæ.

POSTQVAM Centurionis seruum, etiam absens sanauit, aliud rarius facit miraculũ, vt ne quis dicat: Et quid noui in hoc seruo contigit? Fortassis alio qui nõ fuisset mortuus, propterea mortuum illum qui efferebatur, suscitat. Non solum autem verbo facit miraculum, sed & loculũ tangit, vt discamus, quod corpus eius corpus viuificum sit. Quoniam enim caro eius facta est propria verbi omnia viuificantis, propterea viuifica est, & ipsa tollit mortem, & corruptionem. Porrò resedit mortuus & cæpit loqui, vt ne apparenter tantum quibusdam suscitatus videatur. Nam vere resurrectionis signum fuit, residere & loqui. Inanimatum autem corpus neque residere, neque loqui potest. Viduam autem intelligas & animam, quæ virum suum, verbũ Dei, qui bonum seminat semen, amisit. Filius vero eius, mens mortua est, & effertur extra supernã ciuitatẽ Ieruſalem, regio enim viuentium illa est. Proinde Dominus miseri cordia motus tangit loculum, loculus mẽtis est corpus. Sepulchrũ enim & loculus corpus est. Vnde & Græci corpus: *Soma* vocãt: quasi *Sima*, hoc est sepulchrum. Tacto autem corpore, Dominus suscitat mentem, iuuenem & fortem illam faciens, quæ residet & vt suscitata fuerit à sepulchro peccati, incipit loqui, hoc est, docere alios. Quãdiu enim in peccato detinetur, nõ audet docere & loqui, quis enim ei crederet?

Caro Christi viuifica.

Matth. 21.

Gregorius in 5. Psalm. pœnitentialem.

ARESCENTE corde propter panis & vini inopiam & obliuionẽ, vox gemitus emittitur, quia vbi desiderio vitæ æternæ defecerit intentio, consequenter de corde procedit malarum cogitationum vociferatio, in qua nimirum os adhæret carni, si ratio subigitur delectationi. Quæ nimirum vox gemitus dicitur, quia per eam ad tristitiam peruenitur. Aut enim in hac vita generat doloré pœnitentiæ, aut in futuro crucitatum parit vindictæ. Possumus quoquè per vocem gemitus vocem serpentis accipere, qua primis hominibus vt interdicto gustarent persuasit, eosq; Deos futuros fraudis suæ dolositate promisit. Illa est enim vox gemitus, per quam omnes peccauimus, per quam mortales & passibiles facti sumus. Vox, per quam à cælestibus gaudijs cecidimus, & in valle lachrymarum exulamus. Per hanc vocem os carni adhæsit, quia Adam Euæ cõsensit. Habet in se vnusquisquè Adam & Euam. Sicut enim in illa prima hominis transgressione suggessit serpens, delectata est Eua, consensit Adam: sic & quotidie fieri videmus, dum suggerit diabolus, delectatur caro, cõsentit spiritus. Nos quippe cum tentamur, plerunq; in delectationem, aut etiam in consensum

Adã & Eua vnusquisque habet.

Quomodo mo-ritur anima peccato consentiēs. Quia à vita sua quod Deus est, separatur.

sensum labimur. Sicut autem peccatum illud subsecuta est mors, sic & peccato consentiens moritur anima, quia à vita sua, quæ Deus est, separatur. Mortui enim sumus, quando implemur ossibus mortuorum. Mortuus est sermo malus, qui ex ore nostro procedit. Scriptum namq; est: *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Habemus autem portas, per quas mortui efferimur, corporis videlicet sensus, de quibus ait Propheta: *Qui exaltas me de portis mortis.* Hę sunt enim portę, per quas mors ingreditur, & per quas mortuus effertur. Nam quod per illas mors ingreditur, testatur alius Propheta, qui ait: *Intrauit mors, per fenestras nostras.* Qui enim vidit mulierem ad concupiscendam eam, mortem per oculorum fenestras admittit. Qui verò seminat inter fratres discordias, & iniquitatem in excelso loquitur, per oris portam mortuus effertur. Et quidem mihi hoc significare videtur iuuenis extra ciuitatis portam delatus, quem suscitauit Iesus. Significat enim hominem delectatione mortuum, & per praui operis iudicia iam extra portas perlarum. Obsecro Domine Iesu vt cūctas meæ ciuitatis portas iustitiæ, facias, vt ingressus in eas, confitear nomini tuo tuæque maiestati, cum iustis per eas intrātibus, vt mors ibi aditus ingressum non habeat, passio non dominetur, sed occupet salus muros eius, & portas illius laudatio.

Psalm. 5. Psalm. 9. Portæ mortis sensus nostri sunt.

Ierem. 9. Matth. 5.

PPP 2 DOMI-

DOMINICA DECIMA SEXTA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Lucæ 14.

TEXTVS.

ET factum est: cum introisset Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum Sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad legis peritos & Pharisæos dicens: Si licet Sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum, sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos: dixit, Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: & non continuò extrahit illum die Sabbathi? Et non poterant ad hæc respondere illi.

Theophylactus in capit. 14. Luca.

DOMINVS satis sciés Pharisæorum morositatem ingreditur in eorũ domus. Curæ enim ei erat animarum vtilitas, & propterea ingressus est. Potuissent enim vel ex doctrina, vel ex sermone, vel ex ostensione, miraculorũ vtilitatem percepisse, si quidẽ voluissent. Porrò quum in medium venisset hydropicus: non hoc considerauit Dominus, quomodo non offenderet multos, sed quomodo sanaret eos, qui cura sua indigebant. Oportet enim nos vbi magna prospectat vtilitas, non curare insipientes qui scandalizantur. Arguit autem insipientiam eorũ qui reprehensuri erãt, ideoq; interrogat: *Licet ne Sabbatho sanare?* Non ne manifeste irridet eos vt insipiẽtes? Si quidem cum Deus Sabbathum benedixerit, ipsi benefacere prohibent in eo, & per hoc faciunt omnino maledictum. Non enim benedictus est dies, in quo nihil boni fieri solet, At cum hi sciẽtes quò tenderet interrogatio, silerẽt, Iesus quod suum erat facit, & contactu sanat hominẽ: Deinde etiã Pharisæos admonet, quasi talia diceret

Scãdalũ in ſipientium vtilitatem poſt habendum.

ceret eis: Si prohibuisset lex mise A reri in Sabbatho, non curæ tibi fuisset, si filius tuus periclitatus fuisset in Sabbatho? Et quid dico filius? Neque bouem reliquisses absque adiutorio, si periclitantem vidisses. Quomodo igitur non stultum fuerit quod obseruatis sanationem hydropici in Sabbatho? Hydropicus est omnis qui per dissolutam vitam & lubricam anima sua grauiter ægrotat, qui & Christo indiget: & sanabitur B plane, si ante Christum fuerit. Nã qui ante Christum fuerit, cogitãs semper quomodo ab ipso videatur, minime peccabit.

Quis vere hydropicus est.

Cirillus in Ioan. libr. 2. cap. 132.

PROPTEREA persequebantur Iudęi Iesum, quia hęc faciebat in Sabbatho. Non simpliciter quia cum persequerẽtur, narratio hæc ostendit: sed vt impudẽtia Hebrẽorum non lateat, causa etiam additur, quia ista faciebat in Sabbatho. Quasi enim non liceret in Sabbatho benefacere, quasi eo die misereri alicuius lex prohiberet, quasi nihil ex charitate fieri iuberet, & humanitatis laudem atq; gratiam in illo die exterminaret. Ita Iesum persequuntur, vt non solum impij, verum etiam imperitissimi fuisse videãtur: multis enim atque varijs rationibus voluntatem legis ignorasse arguũtur. Nã, vt ipse Christus dixit, boues oues q; suas die Sabbathi potũ ducebant: circuncidebantur etiã in Sabbatho. Deinde turbãtur, cũ alonga ægrotatione in sanitatem eo die homo reductus sit. Tanta enim iniquitate tenebãtur, vt hominem qui ad imaginem Dei factus est, pecoribus nõ preponerẽt. Sed illa quidẽ absque culpa, à fame ac sitipotẽsse liberare credebãt. Omnibus vero supplicijs cruciandũ putabant, si quis proximo prodesset in Sabbatho. Iure de illis scriptũ est: Erratis nescientes scripturas, à quibus figurate Iesus describitur indifferens de Sabbatho futurus fuisse. Mose nanq; vita perfuncto, ac in superiores translato mãsiones, iudicio, ac sentẽtia Dei Iosue gubernationẽ populi sortitus fuit. Qui quum in numeris militibus Iericho vrbẽ circũdedisset, arcã Dei integris sex diebus per Leuitas circũduxit: in septima vero, idest in Sabbatho vniuersam multitudinẽ summos clamores ad clãgorẽ tubarũ ędere iussit, & sic mœnia concussa decidẽrũt & ingressi Iudæi vrbẽ cæperunt. Nec propter legẽ, quę de Sabbatho est, victoriã amisẽrũt, nec ductoris sui Iesu Naue Imperia recusarunt: sed principatũ eius omni laude semper prosequuti sunt, hęc quidem figura fuit. C Venit Deinde veritas, idest Christus, aduersus naturam hominis fabricata à diabolo, mœnia depositurus. Cumque aduersus morbos nostros in Sabbatho militet, iam diu figurã (vt diximus) soluto, ferre imperiti nõ possunt. Ita quoniam, Iesum sanãtẽ homines persequũtur, ipsã etiã naturã, quę id plerunq; facit in Sabbatho, accurare videtur.

Iudeorum impudentia.

Matth. 22.

Iosue. 6.

Luca. 13. Ioan. 7.

Irenæus aduersus Hæreses lib. 4. cap. 19.

D

Quoniam Dominus Sabbatho curam secundum legem faciebat.

VIndicabat enim semen eius Dominus, solues à vinculis, & aduocans ad salutẽ, quemadmodũ fecit in muliere quæ ab eo curata est, manifeste dicens his, qui nõ similẽ Abrahæ habebãt fidẽ Hypochritæ vnusquisq; vestrũ die Sab-

bathorũ bouẽ ſuum vel aſinum nõ
Luce.13. ſoluit,& ducit aquatũ? *Hanc autẽ cũ*
ſit filia Abrahæ,quã alligauerat Satanas
Luc.dicit. XVIII. *annis, non oportuerat ſoluere*
Sabbatho *ab hoc vinculoin die Sabbathorũ?* Mani
multa frebat feſtũ eſtgitur,quoniã eos, qui ſimi
in lege. liter vt Abrahã credebãt ei, ſoluit
& viuificat,nihil extra legẽ faciẽs,
curãs in die Sabbathorum. Nõ e-
enim prohibebat lex curare homi
nes Sabbathis,quę & circũcidebat
eos in hac die,& pro populo iube-
bat miniſteria Sacerdotibus perfi
cere.ſed & mutorũ animaliũ cura-
tionẽ non prohibebat,& Siloa e-
tiã ſæpe Sabbathis curauit,& pro-
pter hoc aſsidebant ei multi die
Sabbathorũ. Cõtinere ſe enim iu
Exod.20. bebat lex ab omni opere ſeruili,
ideſt,ab omni auaritia,quę per ne-
gotiationẽ & reliquo terreno actu
agitatur. Animæ autem opera quæ
fiunt per ſententiã & ſermones bo
nos in auxiliũ eorum qui proximi
ſunt,ad hortabatur fieri, & pro-
pter hoc arguebat eos, qui iniuſte
exprobrabant ei,quia Sabbathis,
curabat. Non enim ſoluebat, ſed
adimplebat legẽ, ſummi Sacerdo-
tis operã perficiens, propiciãs pro
hominibus Deum,& emundans le
proſos,infirmos curans,& ipſe mo
riẽs,vti exiliatus homo exiret de
condemnatione, & reuerteretur
intrepide ad ſuam hæreditatem.

Auguſt. quæſt. Euangeliorũ, lib.2.quæſt.29.

CVM diceret Diſcipulis non
debere haberi ſollicitudinẽ
decibis,ait,& nolite in ſublime ex
tolli,Primo enim hæc ad neceſsi-
tatẽ implẽdam homo quęrit. Cum
autẽ hæc abundauerit, incipiet ſu-
perbire de talibus. Tale eſt hoc,ac
ſi ſe vulneratũ quis iactet,quia ha-
beat multa emplaſtra in domo,cũ
hoc illi bonũ eſſet vt vulnera non
haberet,ne vno quidem indigeret
emplaſtro. Cõgruẽter hydropicũ
animali quod cecidit in puteũ cõ-
parauit, tumore enim laborabat
ſicut illã mulierem quam decẽ &
octo annis alligatã dixerat,& ab
eadẽ alligatione ſoluebat,cõpara-
bat iumẽto quod ſoluitur vt ad a-
quam ducatu. Hydropicũ autẽ re-
ctẽ cõparamus diuiti auaro. Sicut *Hydropicus, diu quærus eſt.*
enim ille quãto magis abundat hu
more in ordinato, tanto amplius
ſitit:ſic iſte quãto eſt copioſior di-
uitijs,quibus nõ vene vtitur, tãto
ardẽtius talia cõcupiſcit. Illã vero
ita morbo incuruatã,vt ſe erigere
nõ poſsit,animæ terrenis opinio-
nibus vel operibus debilitatæ vel
oppreſſæ, ita vt Diuina cogitare
non valeat.

Hieronimus lib.2.in Math. capit.12.

SIC ſoluit propoſitã quæſtio-
nẽ,vt interrogantes auaritiæ
cõdemnaret. Si vos,inquit,in Sab
batho ouẽ & aliud quodlibet ani-
mal in foueam decidens eripere feſ
tinatis:nõ animali,ſed veſtræ ava-
ritiæ conſulentes : quanto magis
ego hominem, qui multo melior
eſt oue,debeo liberare?

Chryſoſt.in priori expoſi. in 12.cap.Matth.homil.41.

QVIS *erit homo*, inquit, *ex vobis*
qui habet ouẽ vnã, & ſi Sabbathis
in foueã hæc ceciderit, nonne tenebit &
leuabit eã? Quanto melior eſt homo
oue? Itaq; licet Sabbathis benefa-
cere. Nã ne rurſus impudenter in-
uehantur,nec transgreſsionis cri-
mine iterũ incuſent. Hac ſimilitu
dine prius ad eos ratiocinatur. Tu
vero diligẽter perpẽde qualiter va
rijs modis, vbiq; conueniẽter ac
conſequẽter ſatisfactionis de Sab
bathi

bathi ſolutione intulit. Et quanuis pariter cæci miraculum, quando lutum fecit ab eis reprehenderetur, tamen tacuit tunc, quoniam res ipſa Dominum legis per ſe predicabat. At vero in paralytico qui lectulum portauit, modo vt Deus, modo vt homo reſpon A dere voluit. Vt homo quidem cũ dicat, circumciſionem ſumit homo in Sabbatho, nec lex Moſaica ſoluitur: mihi quoniam hominem ſaluum feci, iraſcimini: vt Deus autem, quoniam dicit: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.* Ioan. 5.

TEXTVS.

Licet ne Sabbatho curare.

Tertulianus aduerſus Marcionem lib. 4.

DE Sabbatho quoq; illud prę mitto, nec hanc quæſtionẽ conſiſtere potuiſſes, ſi non Deum Sabbathi circumferret Chriſtus. Nec enim diſceptaretur cur deſtrueret Sabbatum, ſi deſtruere deberet: Porrò deſtruere deberet, ſi alterius Dei eſſet: nec quiſquam miraretur facientem quod illi cõ C gruebat. Mirabantur ergo, quia non congruebat illi Deum Creatorem circumferre, & Sabbatum eius impugnare. Et vt prima quęq; decidamus, ne eadem vbique nouemus ad omnem argumentationem aduerſarij ex aliqua noua Chriſti inſtitutione nitentem: hæc iam definitio ſtabit, ideò de nouitate inſtitutionis cuiuſq; diſceptatum, quia de nouitate Diuinitatis nihil erat vſque adhuc edi D tum, ſicuti nec diſceptatum: nec poſſe retorqueri ex ipſa nouitate inſtitutionis cuiuſque ſatis aliam à Chriſto demonſtratam Diuinitatem, quando & ipſam nouitatem pronuntiatam à Creatore cõ ſtiterit, in Chriſto non eſſe mirandam. Et oportuerit vtiq; prius alium Deum exponi, poſtea diſciplinam eius induci: quia Deus B authoritatem preſtet diſciplinæ, non Deo diſciplina: niſi ſi & Marcion plane tam peruerſas non per magiſtrum literas didicit, ſed per literas magiſtrum. Cætera de Sabbatho ita dirigo: Si Sabbatũ Chriſtus interuertit, ſecundum exemplum fecit Creatoris. Si quidem in obſidione ciuitatis Ierichõtis circumlata per muros arca teſtamẽti octo diebus, etiã Sabbatho, exprecepto Creatoris Sabbatum operatione deſtruxit: vt putant qui hoc & de Chriſto exiſtimant, ignorantes neque Chriſtum Sabbatum deſtruxiſſe, neque Creatorem, vt mox docebimus. Et tamen per Ieſum tunc quoque concuſſum eſt Sabbatum, vt & hoc in Chriſtum renuntiaretur: etiam ſi odio inſecutus eſt ſolenniſsimum Iudæorum diem, vt Chriſtus non Iudæorum. De odio quoq; Sabbathi profeſſus, Creatorem, vt Chriſtus ipſius ſequebatur, exclamantem ore Eſaiæ: *Neomenias & Sabbatha veſtra odiuit anima mea* Sed & hęc quoque modo dicta ſint, ſcimus, adhibendam tamen in hac ſpecie etiã abruptam defenſionem aduerſus abruptam prouocationem. Nunc & ad ipſam materiam diſceptabo, in qua viſa eſt deſtruere Sabbatũ Chriſti diſciplina. Eſurierant Diſcipuli, ea die ſpicas decerptas manibus Ioſue. 6. Eſai. 1. Matth. 12.

nibus efflixerant, cibum operati, ferias ruperāt, Excusat illos Christus, & reus est Sabbathi lęsi, accusant Pharisæi. Marcion captat status controuersiæ, quasi, vt aliquid eludam. Cum mei Domini veritate scripti & volūtatis: de scriptura enim sumitur creatoris & de Christi volūtate color, quasi de exēplo Dauid intragressi Sabbathis tēplum, & operati cibum, audenter fractis panibus propositionis. Meminerat enim & ille hoc priuilegium donatū Sabbatho à primordio, quo die ipse compertus est veniam, ieiunij dico. Cum enim prohibuisset creator in biduum legi manna, solummodo permisit in parasceue, vt Sabbathi sequentis ferias pridiana pabuli paratura ieiunio liberaret. Bene igitur quod & causam eandem secutus est Dominus in Sabbathi, si ita volunt, diei destructione · bene quod & affectū creatoris expressit in Sabbathi non ieiunandi honore. Denique tunc demum Sabbatum destruxisset, etiam ipsum creatorem, si Discipulos Sabbatho ieiunare mandasset aduersus statum scripti & voluntatis creatoris. Sed quoniam Discipulos non constanter tuebatur, sed excusat: quoniam humanam opponit necessitatē, quasi deprecatricem: quoniam potiorē honorem Sabbathi seruat non cōtristandi quam vocandi: quoniam Dauid comitesque eius cum Discipulis suis æquat in culpa & in venia: quoniam placet illi quia Creator indulsit: quoniam de exemplo eius, & ipse tam bonus est, ideo alienus est à creatore. Ex inde obseruāt Pharisæi, si medicinas Sabbathis ageret, vt accusarent eum, certe qua Sabbathi destructorem, non qua noui Dei professorem: fortasse enim solum articulum vtique ingeram, alium Christum nus

1. Reg. 21. Cōpertus est veniam, hoc est inuenit veniam.

Forte notādi.

A quam prædicatum. In totum autē errabant Pharisæi circa Sabbathi legem, non animaduertentes conditionaliter eum indicentem ferias operum sub certa specie eorū. Nam cum de die Sabbathi dicit. *Omne opus tuum non facies in ea*, dicēdo tuū, de humano opere definijt, quod quisq; ex artificio vel negotio suo exequitur, non de Diuino. Opus autem salutis & incolumitatis non est hominis, sed Dei proprium, sicut & rursus in lege: *Non facies*, inquit, *omne opus in ea*, nisi quod fiet omni anim, idest, in causa animæ liberandæ. Quia opus Dei etiam per hominem fieri potest in salutem animæ, à Deo tamen: quod facturus fuerat & Christus homo, quia & Deus. In hunc ergo sensum legis inducere volēs illos pro manus arefactæ restitutionem, interrogat, *Licet ne Sabbathis benefacere, an non?* Animam liberare, an perdere? Vt id operis promittens quod pro anima facturus esset, admoneret eos, quæ opera Sabbathi lex prohiberet, humana scilicet: & quæ pręciperet, Diuina scilicet, quæ fierent animæ omnia, Dominus Sabbathi dictus, quia Sabbatum vt rem suam tuebatur. Quod etiam si destruxisset, merito, qua Dominus magis ille qui instituit. Sed non omnino destruxit qua Dominus: vt hinc iam apparere possit, ne tum quidem in arcæ circumlatione apud Ierichōtem Sabbatum à Creatore destructum. Nam & illud opus Dei erat, quod ipse pręceperat, & quod propter animas disposuerat hominū suorum, in discrimine belli constitutas. Sed & si odium alicubi Sabbatorum professus est, vestra Sabbatha dicendo, hominum ea deputans non sua, quæ sine Dei timore celebrat populus plenus delictis, labijs Deum diligens, non corde: suis

Exod. 20.

suis Sabbathis, ideſt quæcumque diſciplina eius agerentur, aliũ ſtatum fecit, quę per eundem poſtea Prophetã tenuerat delicta, & non prophananda pronuntiat. Ita nec Chriſtus omnino Sabbatum reſcindit, cuius legẽ tenuit, & ſupra in cauſa Diſcipulorum pro anima operatus. Eſurientibus enim ſolatium cibi indulſit: & nunc manũ aridam curans: factis vbique ingerens. Non veni diſſoluere legem, ſed adimplere, ſi Marcion hæc voce os ei obſtruxit. Adimpleuit enim & hic legem, dum conditionem interpretatur eius, dum operum differentiam illuminat, dum facit, quæ lex de Sabbathi fitijs ex cipit, dum ipſum Sabbathi diem benedictione Patris à primordio ſanatum, benedictione ſua effecit ſanctiorem, in quo ſcilicet, Diuina præſidia miniſtrabat, quod aduerſarius alijs diebus præſtitiſſet, ne Sabbatum Creatoris ornaret, ne opera debita Sabbatho redderet. In quo die ſi & Eliſæus Propheta Sunamitatis filium mortuũ reſtituit in vitam, vides Phariſæe, tuque Marcion, olim Creatoris eſſe Sabbathis benefacere: animã liberare, non perdere: nihil Chriſtum noui intuliſſe, quod non ſit ex forma, ex lenitate, ex miſericordia, ex prædicatione quoque Creatoris?

Hæc ſententia ſic mihi videtur reſtituẽda.

Marci. 3.

Matth. 9.

4. Reg. 4.

TEXTVS.

DICEBAT autem & ad inuitatos parabolam, intendens, quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo; & veniens is, qui te & illũ vocauit, dicat tibi, Da huic locũ: & tũc incipias cũrubore nouiſsimũ locum tenere. Sed cũ vocatus fueris, vade, recũbe in nouiſsimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.

Theophylactus in capit. 14. Lucæ.

VIDES cænas Chriſti quales ſint, nempe in vtilitatem animę, & non in ſatietatem ventris vertuntur. Ecce enim ſanauit hydropicũ: docuit Phariſęos, quod bonum ſit in Sabbatho benefacere. Et poſtea videns eos de primo accubitu tumultuari, ſanat & hanc affectionem, quę nõ à parua, ſed magna & vix effugabili cauſa incipit, inani inquam gloria. Et ne quis exiſtimet, hoc docere, minus & indignum eſſe magnificentia verbi Dei, imo maxime: quia medicus qui pollicetur ſanare podagram, omneſque morbos

memoratu dignos, neq; digitorũ attritiones, vel dentis dolorem sanare detractat: Deinde quomodo paruus inanis gloriæ morbus, quo omnino turbantur qui primos accubitus quærunt? Oportebat igitur humilitatis Doctorem & Principem, & consummatorem Christum omnes ramos inanis gloriæ amputare. Et hoc quoq; expende, si non fuisset tempus mensæ, & de hoc differuisset Dominus relicto de alijs rebus sermone, esset forte reprehensioni locus: nunc autem quia hora cænę & ambitionis morbus ante oculos Saluatoris versabatur, tempus erat admonitionis. Vide enim & aliter, quomodo à culpa hominẽ liberet, & quomodo ipsum ciuilẽ faciat. Quanta enim confusione plenus, cum requisieris locum te indignum, & Deinde cum superuenerit dignior, is qui te vocauit, dicat. *Da huic locum*, idq; sæpe? Descendes enim tu, illi autem primum locum occupabunt. Contra, quanta laude dignus, quã do prima sella dignus, principio sedet in humili loco, & postea prælijs sedere comperitur. Nũ igitur parua tibi videtur illa admonitio Domini, quæ maximam virtutum

A humilitatem docet, & in auditorẽ animabus collocat, & ad honestã vitæ, obseruationẽ ducit, id quod Christi Discipulus Paulus postea dixit: Omnia honeste, & secundũ ordinẽ, inquit, fiãt. Quo pacto igi tur hoc fiet. Null⁹ quęrat quod suũ est, sed vnusquisq; quod alterius. Vides Discipulum eadem loqui, quæ magister eius? *Omnis autem qui se ipsum exaltat, humiliabitur*, quo pa-

B cto intelligam? Etenim multi in vita hac se exaltãtes, honore fruũtur. Igitur hoc quidem humiliari, quando quis fruitur magno honore in mundo, miserque & humilis fit apud Deum. In super non vsque ad finem, neq; apud omnes in tali honore est, sed quantum à quibusdam obseruatur, tum ab alijs irridetur, & nonnunquã ab his à quibus honoratur. Vera igitur est sententia. Et omnis indignus hãc sibi sublimitatem vendicans, humiliabitur: & apud Deum quidem, quando vltimum iudicium, in vita vero hac maxime. Natura enim omnis homo indignus sublimitate. Nullus igitur extollatur, vt ne extreme humilietur.

1. Cor. 13.

Humiliari quid sit.

(?)

DOMI-

DOMINICA DECIMA SEPTIMA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Matth. 22.

TEXTVS.

PHARISAEI autem audientes quod Ieſus ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, cõuenerunt in vnum: Et interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor, tentans eum. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secũdum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & Prophetæ.

Dominus Paulus Burgenſis in ſcrutin. prima parte diſt. 8. cap. 8.

IN hoc Euangelio oſtenditur quod in duob? præceptis de dilectione tota lex pendet & Prophetæ ſecundum ſententiam Saluatoris.

Saulus dubitat dicens? Dicta magiſtri tui pernte nunc allegata videtur rationabiliter impugnanda, & primo primum. Secundo ſecundum. Primum enim manifeſte diſcordat, cum toto proceſſu, præceptorum in lege & in Prophetis contentorum: in quo quidem proceſſu non ponitur aliqua pendentia vnius præcepti ad alterum, ſed quodlibet illorum ponitur tanquam adeò præceptum per ſe, ſine aliqua pendentia ad alterum. Dicere ergo quod in duobus præceptis de dilectione, ſcilicet Dei & proximi, tota lex pendeat, & Prophetæ, eſt omnino ſacræ Scripturæ inconſonum. Item illud præceptũ de dilectione non ponitur inter præcepta

Quæritur quomodo ex duobus charitatis præceptis tota lex pendeat, cùm vnum præceptum non pendeat ex alio.

Præceptũ dilectione nõ inde decalogo.

præcepta de calogi, nec de eo videtur in decalogo facta fuiſſe mẽtio: Similiter, nec legitur fuiſſe datum ante dationẽ legis. Dicere ergo, quòd præcepta de calogi referuntur ad preceptũ dedilectione quod non fuit datum antequam de calogus daretur, & quod decalogus ſe haberet ad præceptum dedilectione, ſicut cõcluſiones ad principia communia, nullam videtur continere rationem, & ſic illud dictum magiſtri tui in quo dicit quod in illis duobus preceptis dedilectione Dei & proximi tota lex pẽdet, & Prophetæ remanet vacuum, & in nane.

Dupliciter pendent cætera Diuinæ legis præcepta à dilectione, primo ex veritate.

Paulus. Ad primum quod obijcis contra doctrinã magiſtri mei, dicenti quod in duobus præceptis, ſcilicet de dilectione Dei & proximi tota ſeu vniuerſalex pendet & Prophetę tibi reſpõdeo, quod hoc dictum eſt veriſsimum, ſicut & cætera alia quæ in mei magiſtri & Saluatoris doctrina habentur nã in duobus præceptis dedilectione ſupra dictis, cætera precepta Diuina pendent dupliciter: vnomodo ex veritate, ſicut concluſiones in ſuis Principijs. Nam ſicut in ſpeculatiuis veritas concluſionũ dependet ex veritate ſuorum principiorũ, ſic & in praticis ratio particularium agendorum pendet ex ratione ſuorum principiorum. Ex hoc enim quod Deus eſt ſuper omnia diligendus, ſequitur quod non eſt alius Deus colendus, nec eius nomẽ in vanum ſumendum, & ſic de alijs præceptis in Deum ordinãtibus. & ſic patet, quod precepta in Deum ordinantia manifeſte pendent expræcepto dedilectione Dei modo prædicto. Idem eſt dicendũ de præceptis ordinantibus in proximum, vt cum dicitur: Nõ occides: Non mæchaberis &c. Scilicet quod omnia illa dependet

Ex hoc quòd Deus ſit ſuper omnia diligendus ſequitur quod non ſit alius Deus colendus, & ſic de reliquis mandatis.

Præcepto, quæ ordinant ad proximũ pendent à dilectione proximi.

A ex ratione iſtius præcepti. *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Sicut ratio concluſionum pendet ex ratione ſuorum principiorum. Alio modo præcepta Diuina in ſacris eloquijs contenta pendent ex ratione ſuorum principiorũ, induobus præceptis dedilectione ſupra dictis, ſcilicet in præmio debito facientibus illa præcepta. Nullum enim præmium debetur cuſtodictibus Diuina præcepta niſi in dile

B ctione Dei fundentur, ſeu radicẽtur: quod patet ſic. Nam Exod. 20. in prohibitione Idolatriæ Deus promitens pœnas transgreſſoribus: & præmia obſeruantibus ſubdit. *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatẽ patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. & faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me & cuſtodiũt præcepta mea.* Ex quo patet manifeſte quod Deus præ-

C miat per ſuam miſericordiam cuſtodientes ſua præcepta, ſi tamẽ diligunt eum, & oppoſitum de tranſgreſſoribus. Et ſic habes quod præmia debita cuſtodientibus præcepta Diuina pendent ex dilectione Dei, quam qui non habet per cuſtodiam aliorum preceptorũ nullum premium conſequetur: & ſic tota lex quãtũ ad rationẽ præmij, & per conſequens meriti depẽdet induobus præceptis dedilectione

D ſupra dictis. Et per hoc patet reſpõſio ad ſecundum obiectum tuũ in quo dicit quod præcepta de calogi non referuntur ad præceptũ dedilectione, eo quod non fuit datum, antequam de calogus daretur nec in decalogo fit mentio de huiuſmodi præcepto. Nam manifeſtum eſt per authoritatem prædictam quod in decalogo fit mentio de huiuſmodi preceptis, ſcilicet dedilectione Dei, quærequiritur ad conſequendam Dei miſericordiam

Secundo modo.

Obſeruatio mandatorum ſine dilectione fiat præmium non meretur.

Exod. 20.

Corollariũ reſponſium ad primum argumentum.

Reſponſio ad ſecundum.

Præceptũ de dilectione Dei nõ ponitur expreſſe in decalogo, quia præſuponitur.

diam in cuſtodiẽtibus præcepta Diuina. Vnde dicit: *Faciens miſericordiam cum ijs, diligunt me & cuſtodiunt præcepta mea,* & ſic habetur ex preſſa mentio de dilectione Dei neceſſaria ad præmia conſequenda: non tamen ponitur dilectio Dei per modum præcepti, in Decalogo, ſed præſuponitur, tamquã per ſe notum per naturam, vel per fidem, vt dictum eſt, ponitur tamẽ dilectio per modũ præcepti. Deut. 6. vbi hoc præceptum explicitè & perfectè traditur. Similiter & præceptum de dilectione proximi Leuit. Expreſſus ponitur.

Deut. 6.

Leuit. 19.

Theologia naturalis Magiſtri Raymundi, titul. XC. Quod ſola amoris retributio eſt conueniẽtiſsima retributio & magis acceptabilis Deo.

QVoniam autem declaratũ eſt iam in præcedentibus, quod ex parte dantis (ſcilicet Dei) duo proceſſerunt (ſcilicet) amor & dona eius exteriora & manifeſta, & quod amor Dei præceſsit omnia dona, quia niſi præceſsiſſet, nihil datum fuiſſet à Deo, & ſic nihil ab homine acceptum fuiſſet. Primũ ergo quod dedit Deus homini, eſt amor ſuus, & exinde per amorem omnia data ſunt & accepta, omnia ergo ſunt data per amorem. Et quia amor requirit amorẽ, & amari de ſua natura, nec aliter ſatisfit amori niſi per amorem: immo cõqueritur niſi ſibi reddatur amor pro amore: ideo reddendus eſt amor. Quia etiam primum donum Dei eſt amor eius, & eſt primũ fundamentum & radix omnia dandi, ſequitur exinde quod illud quod prius ante omnia eſt conuenientius debet retribui & reddi ex parte hominis ipſi Deo primo amanti: vt amor retribuatur pro amore: & homo debet primæ radici & fundamento & cauſæ omniũ donorum correſpõdere (ſcilicet) amori ipſius Dei: vt ſicut Deus primo dilexit hominem antequã aliquid daretur ei: & exinde per amorẽ dedit omnia quæ dedit: ita homo debet primo ante omnia ipſum amare, & dare ſibi ſuum amorem: & exinde per amorem dare omnia alia, vt correſpondeat Deo proportionabiliter & conuenienter; aliter nõ eſſet proportio, neq; ordinata retributio, nec per conſequens Deo placens; quia nihil inordinatũ placet Deo. Itẽ etiam quia ſicut amor Dei eſt liberaliſsimus & pretioſiſsimus ſine comparatione, quam omnia alia dona exteriora, & excellit ea in infinitum, ita quoque proportionabiliter amor liberalis ipſius hominis ſine comparatione eſt nobilior pretioſior & amabilior quam omnia quæ poſſet dare & omnia alia ſine comparatione excellit: ergo primum quod debet homo reddere pro ſuo amore Deo eſt amor liberalis, ſicut amor Dei eſt liberalis. Poſtquam homo habet fundamentum & radicem, quare ipſum debeat amare, & quia Deus eũ primo amauit: ſi aliter eum amaret, nõ eſſet conueniens cauſa, neque retributio: nec correſpondentia: neq; acceptabilis Deo. Præterea ad confirmationem. Nã amor per ſe ſine omnibus alijs placet: & eſt amabilis perſe, & perſe acceptabilis: per ſe iocundus: per ſe dulcis, ſed nulla alia per ſe placẽt ſine amore: nihil amabile, nihil acceptabile, nihil iocundum vel dulce ſine amore. Timor enim ſine amore non acceptatur, nec honor, nec alia dona. Amor enim ſemper

Amor debet retribui Deo amanti.

Amor ſemper placet.

ſemper eſt acceptabilis, nunquam refutatur, nunquam diſplicet. Et ideo quantumcunque ſit aliquis potẽs, diues & plenus omni bono, ſemper vult amari, & ſemper vult habere amorem. Nunquam enim refutat amorem. Et ideo ſequitur quod quanuis ipſe Deus ſit potentiſsimus & ditiſsimus & pleniſsimus omni bono, & tamen amari vult ſemper, nunquam refutat amorẽ. Magna immo maxima res eſt amor, qui ſolus per ſe eſt amabilis, per ſe acceptabilis & nunquã refutabilis. Debet igitur talem rẽ pretioſiſsimam & acceptabiliſsimam retribuere & dare Deo poſtquã habet in ſe, & obligatur Deo dare quicquid melius & dulcius ac nobilius habet. Concluditur igitur quod ſola amoris retributio eſt conueniens & acceptabile donum Dei.

Deus ſemper vult amari.

Idem Raymundi. Quod ſolus amor eſt in quo poteſt homo correſpondere creatori & deſimili rependere vicem. titulo CXI.

EST autẽ magna amoris dignitas, pretioſitas, & excellentia, quia ſolus amor eſt in quo, & ex quo homo poteſt correſpondere ſuo creatori, quanuis non ex æquo nec æqualiter vel deſimili rependere vicẽ. Vnde ſi Deus iraſcitur homini, homo iraſcitur Deo, ſed ex paueſcitſi Deus redarguit hominẽ, homo nõ redarguit Deũ, ſi etiam iudicat hominem, non reiudicatur ab homine, & ſic de alijs. Sed videamus de amore. Vnde cum Deus amat hominem, nõ vult aliud quam amari iterũ. Vult ergo hominem ſibi correſpondere in amore, & deſimili rependere vicem; in quo oſtenditur maxima amoris pretioſitas, quanuis homo non poſsit ex æquo correſpondere, nec tantum amare quantum amatur à Deo, eo quia minor eſt & creatura, & ideo minus diligit, immo ſi homo ſe totum conuertat in amorem, nihil adhuc erit in comparatione amoris Dei erga hominem, quia amor Dei in infinitum ſuperat & vincit amorem hominis, quantumcunque magnum. At tamen debet homo ex ſe ipſo toto, ex totam ẽte & ex tota virtute & ex toto corde correſpondere amori creatoris ſui, vt ipſum amet quantum poterit, vt ex toto ſe ipſo amet, & meliori & priori modo quo poterit, quia Deus principaliter vult amorem ſibi retribui pro ſuo amore & pro ſuis beneficijs. Ideo vult illum mundiſsimum, caſtiſsimum, puriſsimum, ſinceriſsimum & ſanctiſsimum eſſe, ſicut amor ſuus erga hominem eſt puriſſimus, mundiſsimus, & ſic de alijs. Aliter non eſſet correſpondẽtia, nec ſimilitudo, quia eſſet valde inconueniens & turpe reddere Deo pro amore ſuo puriſsimo & ſinceriſsimo, immundum & corruptũ amorem, ſed debet reddere amorẽ pro amore poſtquam habet, & ſimilem pro ſimili inquantum poteſt. Patet ergo quomodo homo per amorem poteſt Deo correſpõdere, & ei aſsimilari, quod nulla creatura Dei habet alia. Maxima ergo eſt, digniſsima res eſt amor, quia facit hominem Deo ſimilem.

Homo ex ſe toto debet Deũ amare.

Chryſoſtomus in priori expoſitione in cap. 22. Matth. homil. 72.

RVRSVS cauſam Euangeliſta poſuit, quam ob rem file re debuiſſent, & vt facilius temeritatem

tatem eorum oſtẽdat: Quo pacto? Quia illis confuſis iſti rurſus agrediuntur, cumq; quieſcere oporteret, decertare voluerunt & legis peritiam profitentem præmittunt nõ diſcere ſed tentare cupientes, ac ita interrogant. *Quodnam proximum mandatum in lege ſit.* Nam cum primum illud ſit. *Diliges dominũ Deũ tuum*, putantes cauſas ſibi allaturum, quoniam Deum ſe faciebat, hoc modo interrogant. Quid igitur Chriſtus? Vt oſtendat id circo ad hæc eos deueniſſe, quia nulla in eis eſſet charitas, ſed inuidiæ liuore tabeſcerent (*Diliges*, inquit, *Dominum Deum: hoc primum & magnum mandatum eſt. Secundum autem ſimile huic, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.*) Quam autem ob rem ſimile eſt huic? Quoniam hoc illud inducit, & ab illo rurſus munitur: *Quicunq; enim male agit odio habet lucem, & non venit ad lucem*, & rurſus: *Dixit inſipiens in corde ſuo, Nõ eſt Deus*, Deinde ſequitur: *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt* & iterum: *Radix omnium malorum auaritia eſt: quam quidem appetentes, errauerunt à fide &*, *Qui diligit me, mandata mea ſeruabit*: quorum caput & radix eſt: *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Si ergo diligere Deum, diligere proximum eſt. *Nam ſi diligis me ò Petre*, inquit, *paſce oues meas.* Si etiam dilectio proximi facit, vt mandata cuſtodias, merito ait in hoc totam legem, & Prophætas pendere. Et quemadmodum in ſuperioribus cum de reſurrectione interrogaretur, plus docuit quam tentãtes petebant: ſic in hoc loco de primo interrogatus mandato, ſecundum etiam non valde quam primum inferius ſponte attulit. Secundum enim eſt primo ſimile. Ita occultius inſinuauit, odio illos ad quærẽdũ incitari. Charitas enim, inquit, nõ zelatur. Sed cuius rei gratia? Matthæus quidem aperte ait, tentando illum quæſiſſe. Marcus autem è contra. Sciens, inquit, Ieſus quia ſapienter reſpondit, dixit ei: *Non longe es à regno Dei.* Nulla certe inter Euangeliſtas Diſcrepantia eſt, ſed magna etiam conſonantia: tentando enim incepit, ſed cũ à reſponſione CHRISTI non nihil vtilitatis perceperit, iure laudatur. Non enim incipiens ſtatim laudes audiuit: ſed quando dixit maius eſſe diligere proximũ, quã holocauſta offerre, tũc ei dicitur: *Non es procul à regno DEI.* Humilia enim & abiecta deſpiciens, initiũ virtutis percipit, cuius cauſa & Sabbatha, & reliqua huiuſmodi omnia inuenta ſunt, nec tamen conſummata ipſum laude honorauit, ſed nonnihil ei deeſſe oſtẽdit. Nam ſi non procul abeſt, abeſt tamen, quare defectus ſibi erat ſupplendus. Noli autem mirari, ſi eũ vnum eſſe DEVM dixit, & præter eum alium non eſſe, laudatus eſt: ſed hinc etiam perdiſce ad mẽtem accedentium ſolere ipſum plerunq; reſpondere: nam & ſi mille in digna gloriæ Chriſti afferant, illud tamen dicere non audent, quia omnino DEVS non ſit. Quam ob rem autem illum laudauit, qui præter patrem nõ eſſe aliũ Deum dixerit? Non certe, quia nõ eſſe ſe Deum voluit ſignificare, abſit hoc enim: ſed quia non dum tẽpus aderat ſuæ deitatis reuelandę, id circo in priore dogmate illum permanere dimittit, ceuq; probe vetera tenentem laudauit, vt idoneam ad noui teſtamenti doctrinam faceret, quam oportuno tempore manifeſtius erat introducturus, quãuis etiam quãdo in Scriptura ſiue veteri, ſiue noua dicitur vnum eſſe Deum, & præter eum alium non eſſe, non ad diſtinctionẽ Filij, ſed excluſionem dictum

1. Cor. 13.

Ioan. 3.

Pſalm. 13.

1. Time. 6.

Ioan. 21.

ſit

ſit idolorum. Quare hac ſententia voluntatem iſtius laudatam exiſtimato.

Chryſoſtomus in poſteriori expoſitione in c. 22. Matthæi homilia, 42.

PHariſæi autem audientes, quod ſilẽtium impoſuiſſet Sadducæis, conuẽnerunt in vnum. Frequenter Iudæi diuerſis interrogationibus Chriſtum tentantes, ſibi quidem acquiſierunt interitum, nobis autẽ prouiderunt ſalutem. Nã verba Chriſti illis profecerunt ad confuſionem, nobis autem ad ædificationem: quoniam reſponſis eius vincebantur, & non placabantur. Nã malitia frequenter quidem vincitur, nunquam autem placatur. Pharifæi ſunt omnes, qui contra veritatem contendunt: quia non veritatem defendere cupiẽtes certant, ſed ſubuertere feſtinantes. Qui enim pro veritate cõtendũt, & cognita veritate conſentiunt veritati: manifeſtum eſt, quoniam prius non cõtra veritatem, ſed pro veritate certabant. Audi ergo homo fidelis, qui contra hæreticum libenter contendis, ſi Phariſæi victi placati non ſunt, & tu certãdo contra hæreticum potes eum placere, cum vicerís? Num quid fortior Chriſto es, vt quos ille non placauit tu placabis? Debuerunt quidem timere Sadducæorum exẽplum, vt non ſimiliter interrogantes confundantur, ſed ardens malitia dum ſociare feſtinat, nõ aſpicit exitũ rei, vt tantummodo alteri noceat, nec ſibi penitus. Si neminem ante eos viciſſet, forſitan iuſta ratione ſperaſſent poſſe eum vincere, à quo nullus eſt victus: nũc autem videntes, quoniã quot quot interrogare eum auſi ſunt omnes victi receſſerunt, quid æſtimandi ſunt iſti? Nunquid fortiores quam cæteri, qui victis omnibus vincere ſperauerunt? Sed impudentiores, quam omnes qui confuſis omnibus ante ſe, ſimiliter erubeſcere non timuerunt. *Conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor, tentans eum.* Conuenerunt in vnum, vt multitudine vincerent, quẽ ratione vincere non poterant: à veritate nudos ſe eſſe profeſſi ſunt, qui multitudine ſe armauerunt. Dicebant enim apud ſe: Vnus loquatur pro omnibus, & omnes loquamur per vnum, vt ſi quidem vicerit, omnes videamur victores: ſi autẽ victus fuerit, vel ſolus videatur cõfuſus. O Phariſæi, qui omnia propter homines cogitatis & facitis. Primũ quidem venientes cum vno, vincẽ dieſtis per vnum: tamẽ pone quia vno victo homines non intelligunt omnes vos eſſe victos: nunquid conſcientiæ veſtræ conſentiunt ſe eſſe confuſas? Leuis enim eſt conſolatio, vt qui in ſe ipſo cõfuſus eſt, quod ab alijs ignoratur. (*Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege?*) Magiſtrum vocat, cuius non vult eſſe Diſcipulus. Simpliciſsimus interrogatur, & malignãtiſsimus inſidiator. De magno mãdato interrogat, qui nec minimũ obſeruat. Ille enim debet interrogare de maiori iuſtitia, qui iã minorem compleuit. Dominus autẽ ſic ei reſpõdit, vt interrogationis eius fictam conſcientiã primo reſponſo percuteret, dicens: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Id eſt, non ſicut tu, quid deuotionem oſtendis in ore, & fraudem meditaris in corde. Magnum autem & minimum mandatum dicimus quantum ad dignitatem mandatorum, non quantum ad vtilitatem. Alioquin vtilitas omnium

manda-

mãdatorum vna est,& omnia mãdata quasi vnum videntur esse mãdatum:quia ita sibi cohærent, vt alterum sine altero esse nõ possit. Vt puta, interrogat te aliquis in ædificatione domus, quæ pars est melior,dicis,fundamentum. Sed quemadmodum ædificatio nõ potest esse nisi fuerit fundamentum: ita nec fundamentum esse potest, nisi ædificatio fuerit subsecuta. Nec dicitur fundamentũ, nisi sit ædificatio cuius fuudamentum dicatur:Ergo fundamentum in ædificatione dignus est,non vtilius. Sic & caput dignius est quam mẽbra,cum nec membra sine capite nec caput sine mẽbris esse potest. Sic digniores sunt Sacerdotes, quam populus, non tamen vtiliores·quia nec populus sine Sacerdotibus,nec Sacerdotes sine populis esse possunt. Ita & dignius est hoc mandatum. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: Quam illud. Matth.5. *Non occides,non concupisces*: tamen vtilitas vna est, nam qui diligit Deum,ille non occidit, nec concupiscit:qui autem occidit,aut cõcupiscit,ille non diligit Dominũ Deum suum. Esse autem minora mandata Dominus manifestat, dicens: Matth.5. *Si quis vnum ex minimis mandatis istis soluerit, & docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* Diliges,inquit, nõ dicit timebis: quia diligere maius est quam timere. Inchoatio enim culturæ Dei habet timorem, perfectio autem 1.Ioan.4. dilectionem,dicente Ioanne: *Perfecta dilectio foras mittit timorem.* Donec enim homo timet Deum,non eum diligit: cum autem diligere cæperit, iam non eum tantummodo timet, sed etiam amplius diligit. Timere enim seruorum est, diligere autem filiorũ: timor sub necessitate est,dilectio in libertate. Qui in timore seruit Deo, pœ-

A nam quidem euadit,mercedem autem iustitiæ non habet:quia inuitus facit bonum propter timorem. Nõ vult ergo Deus, vt timeatur ab hominibus, quasi Dominus, sed vt diligatur quasi pater, qui adoptionis spiritum donauit hominibus. Nam si consideramus ab initio creati hominis causam, intelligimus quia Deus magis se patrem voluit esse hominum, quã Dominum. Non enim dixit tan- Geneſ.1.
B tummodo. Faciamus hominem, sed faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram. Similare autem filijs conuenit, ad Patres non enim seruis ad dominos suos. Quid est diligere Deum ex toto corde? Idest,vt cor tuum non sit inclinatũ ad vllius rei dilectionem amplius quã ad Dei, nec delecteris in aliqua specie mundi amplius quã in Deo, non in honoribus, non in auro,
C vel in argẽto,nõ in possessionibus aut vineis, nõ in animalibus aut mancipijs,non in ornamentis aut vestibus,non in filijs aut parentibus,aut amicis,sed hæc omnia existimes tibi esse in Deo, vt præ his omnibus Deum ames. Si autem in aliquo horum amor tui cordis fuerit occupatus,iam ex toto corde non amas Deum,pro quanta enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem amandam inclinatum,
D pro tanta parte minus est ad Deũ. Ecce si vir habeat vxorem,quomodo cognoscitur vxoris plena dilectio? Vxor neminem debet sapiẽtiorem reputare, quam virum suũ: & si sit alter sapientior,tamen illa sapientiorem alterum intelligere nõ debet. Vxor neminem formosiorem debet putare quam virum suum,& si sit alter formosior,tamẽ coram oculis eius alter formosior non debet apparere. Perfectum enim odium & perfectus amor iudi-

cium rerum non cognoſcit: vt puta, ſi perfecte odias aliquem qualiter cunq; fuerint apud illum, omnia tibi diſplicent, ſiue quæ dicit, ſiue quæ agit, & ſi vere bona ſunt, tamen tibi mala videntur. Sic & perfecte aliquem amas, quæcunq; ſunt apud eum placẽt tibi, ſiue quę loquitur, ſiue quæ agit; & ſi mala ſunt tamen tibi bona videntur. Ergo & vxor ſi videns aliquem, dixerit quam ſapiens vir, vtinam vir meus talis eſſet, iam amor eius minus habet de perfecto amore, & pro quanta parte amplius aliquid laudauerit in altero viro quam in ſuo, tanto dilectio eius minor eſt ad virum ſuum. Sic ergo & omnis anima Chriſtiana, quæ ſponſa eſt Chriſti, ita diligere debet Deum, vt nihil ſit in mũdo, quod amplius amet quam Deum, aut in tantum. Pro quanta autem parte plus amauerit, pro tanta parte minus amat Deum. Quid eſt in tota anima diligere Deum? Ideſt, certiſsimum animum habere in veritate, & firmum eſſe in fide. Alius eſt enim amor cordis, & alius eſt amor animæ. Amor cordis quodammodo carnalis eſt, vt etiam carnaliter Deum amemus, quod facere non poſsimus, niſi receſſerimus ab amore mundalium rerum. Sicut enim mulier, quæ virum ſuũ amat, nullum amat alium, ſi autem alterum amauerit, iam non amat virum ſuum. Ita & homo, ſi Deum amat, mundum non amat; ſi autẽ mundum amauerit, iam Deum ex toto corde non amat. Ergo cordis amor non intelligitur, ſed ſentitur in corde, quia quodammodo carnalis eſt. Amor autem animæ non ſentitur in corde, ſed intelligitur, qui amor animæ iudicium eius eſt. Puta ſi didiciſti vnum Deum ex quo omnia, & vnũ Deũ per quem omnia: ſi iterum intellectus tuus per alicuius doctrinæ ſeductionem percuſſus, cæperit dubitare de ſubſtantia Dei, in tota anima non diligis Deum. Item qui putat in cantationes aliquid poſſe, aut auguria aliquos intelligere, aut diuinationes aliquid nũciare, non ille in tota anima diligit Deum. Quis autẽ diligit Deũ? Qui omne bonũ credit apud Deũ, & omne bonũ credit eſſe Deum, & extra Deum non credit eſſe bonum. Qui omnem virtutem & ſapientiam credit eſſe Deum, & extra Deum non credit eſſe aliquam ſapientiam, neq; virtutẽ. Qui credit Deũ omnia facere, & ſine Deo nihil fieri poſſe, ille tota anima diligit Deum. Quid eſt, in tota mente diligere Deum? Ideſt, vt omnes ſenſus tui qui pertinent ad te, Deo vacent, cuius intellectus Deo miniſtrat, cuius ſapientia circa Deũ eſt, cuius cogitatio ea quæ ſunt Dei tractat, cuius memoria quæ ſunt bona, recordatur, tota mente diligit Deum, ſicut ait Apoſtolus: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Cuius autem intellectus quæ ſunt Dei non intelligit, aut non ſecundum Deum ſapit, aut ſciẽtia illius vana eſt & ſecularis: ſingularis autem recordatio eius nõ eſt bona, aut cogitatio diſplicens Deo, ille non tota mente diligit Deum. (*Hoc eſt primum & maximum mandatum. ſecundum autem ſimile huic. Diliges proximum tuum ſicut teipſum.*) Videtur Chriſtus non ad interrogationem reſpondere. Ille enim interrogat quid eſt mandatum? Puta dixit, Diliges Dominum. Si voluit & alterum mandatum inducere, debuit minimum dicere, non ſecundum. Nam contra magnum minimum eſt, non ſecundum. Secundum autem ad primum reſpicit. Sed vide quid voluit oſtendere. Diliges Dominum, & magnũ eſt:

A B C D

1. Cor. 14.

est: diliges autem & proximum, magnum quidem est, primum autem nõ est: & ideo dixit: *Simile est.* Considera ergo mysterium. Quis est proximus noster. Christus qui suscipiens carnem nostram factus est proximus nobis, sicut in parabola illa Christus ostendit, cum interrogat Pharisæus: *Et quis est meus proximus?* Introducit hominẽ vulneratum à latronibus, & à Sacerdotibus despectum, à Samaritanis autem receptum, qui est ipse Christus. Ergo primum mandatũ est magnum, Deum Patrem diligere: secundum autem ei simile est. Dei filium deligere, idest, cognoscere: ergo filius Dei magnus est, sicut pater. Quicquid enim pater potest, & filius potest. Pater enim diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Sed quia omnia filius dante patre potest sicut pater magnus Deus & primus. Filius autem magnus Deus quidem, non tamen primus, sicut ait Apostolus: *Expectantes aduentum magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.* Vt autem simpliciter intelligamus proximum nostrum omnem hominem esse fidelem, qui hominem amat fidelem, simile est sicut qui amat Deũ, quia imago Dei est homo. Sicut in imagine sua rex honoratur vel contẽnitur, sic & Deus in homine vel diligitur, vel oditur. Non potest hominem odire, qui Deum amat: nõ potest Deum amare, qui hominẽ odit, sicut ait Ioannes Apostolus: *Qui dicit se Deum diligere, fratrem aũtem non diligit, mentitur. Si enim fratrem quem vides non diligis, Deum quẽ non vides quomodo potes diligere?* Quis honorat regem, & contemnit imaginem eius? Aut quis honorat imaginem, & authorem contemnit imaginis? Aut ita: quoniam Pharisæi quidem sciebant quod e magnum mandatum in lege, & tentantes interrogabant, volens eis ostẽdere, quia nõ sufficiebat eis solius Dei patris agnitio ad salutẽ; ideo non solum dixit: *Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua:* Sed addidit: *Diliges proximum tuum sicut teipsum:* Qui erat ipse. Alioqui si ad solam interrogationem eorum respondisset, sufficeret dicere: *Diliges Dominum Deum* & non adderet: *Et proximum tuum sicut teipsum,* secundum quod & alibi dicitur: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum & quem misisti Iesum Christum.* Et vide quia non dixit, Cognosces Dominum Deum tuum: sed diliges: quoniam cognoscere vnum Deum, propriũ est humanæ naturæ; diligere autẽ Deum, religiosi cordis, & recti. Et quicunq; dilexerit Deum ex toto corde, non est possibile vt nõ perueniat ad filij eius agnitionem, id est, proximi. Ipsa enim dilectio Dei, quæ in eo habetur, illuminãs eum, præstat ei ducatum, vt post Patrem cognoscat & Filium. *In his duobus mandatis vniuersa lex pẽdet & Prophetæ.* Qui proximum suum diligit, nec falsum testimonium dicit de eo quem diligit, nec occidit, nec mẽtitur illi quem diligit, nec concupiscit rem illius quem diligit, nec mulierem eius inuadit. Sicut odium omne malũ suggerit, sic dilectio omne bonum. Vndè ait Apostolus. *Est fides quæ per charitatem operatur,* Aut ita: Quoniam de Patre & Filio omnis Prophetarum & legis prædicatio existebat, perquos Prophetas agnoscens quis proximum suum, hoc est Filium Dei, ad primum vel maximum mandatum perueniebat, vt diligeret Dominum Deum, melius cosnocens eum per ipsum.

(?)

Proximus noster quis.

Lucæ.10.

Ad tit.2.

1.Ioan.4.

Ioan.17.

Gal.5.

Origenes tractatu 23. in 22. capit. Matth.

CVM Dominus ad interrogationem Sadducæorũ eſſe reſurrectionem audire nolẽtibus demõſtraſſet legis exemplo (ſicut dixit Matthæus.) *Silentium Sadducæis impoſuit Ieſus*: volens oſtendere, quoniam amaram & nociuam mendacij vocem obmuteſcere fecit claritas veritatis. Sicut ergo Saluator verbo doctrinæ ſuæ ſilẽtium impoſuit Sadducæis, & falſum dogma, quod apud illos veritas putabatur conuicit fiducialiter: ſic facient & Chriſti imitatores exemplis Scripturarũ, quibus oportet ſecundum ſuam doctrinã omnem vocem obmuteſcere Pharaonis in qua glorians dicit, Mea ſunt flumina, & ego feci ea, ſicut ſcriptum eſt apud Ezechielem. Sadducæi ergo, qui dicunt reſurrectionẽ nõ eſſe, interrogauerunt Saluatorem ea quæ ſcripta ſunt, exiſtimantes ſilentiũ impnere ei. Sed nec Ieſus, nec dilecti Diſcipuli eius aliquando obſtruuntur ab impijs. Proprium eſt enim vt Sadducæis ſilentiũ imponatur à Chriſto. Iuſtus enim tacet quidẽ ſciens tempus tacendi, & tempus loquendi, non autẽ obmuteſcit. Et ſicut proprium eſt Iuſti tacere, non autem obmuteſcere: ſic proprium eſt Sadducæorum vel omnium qui mendacij ſunt Doctores, obmuteſcere quidem, non autem tacere. Nam & ſi obmuteſcunt quantũ ad rem, non tamen tacent. Ideo & Dominus non homini dixit, ſed mari: tace & obmuteſce, increpãs illud cum turbaretur. Tamẽ Phariſæi qui reſurrectionem conſentiunt audientes quòd ſilentium impoſuit Sadducæis, conuenerũt in vnum, videlicet reſurrectionis dogmate præualente, & congregati ſunt qui non congregabantur quandiu Sadducæis ſilentium nõ imponeretur. Nihilominus tamẽ & ſi congregati fuerint, propterea quod tenuit reſurrectionis probatio, tamen vnus ex eis interrogauit, non quaſi volens ab eo diſcere quæ interrogabat, *Sed tentans Dominum Deum.* Omnem ergo hominẽ qui non diſcendi gratia, ſed tentãdi cauſa, neq; ex affectu ſimplici interrogat aliquem Doctorum de qualicunque capitulo, exiſtimare debemus fratrem Phariſæi illius qui Saluatorem interrogatione ſua tentabat. Omnia enim quæ fiunt in Sanctos Chriſti, ſiue ab inſidiatoribus, ſiue à diligẽtibus, in ſe ſuſcipit vniuerſa. Secundum ea enim quæ ſcripta ſunt, tractare debemus & ea quę ſcripta nõ ſunt. Scriptum eſt enim propter eſurientes, & ſitientes eum dixiſſe. Eſurij & ſitij: & propter nudos, & peregrinos, & ægrotantes, & in carcere poſitos, Nudus fui, & hoſpes fui, & in carcere fui, & infirmus fui. Secundum conſequentiam ſimilitudinis addamus & nos: Iniurias paſſus ſum, cæſus ſum, & tẽtatus ſum, & omnia. Et ſicut in illis, quę ſcripta ſunt, verus eſt ſermo Domini dicentis. *Quãdiu vni ex minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis*: Sic cum iniuriã paſſus fuerit iuſtus, vel blaſphematus, vel aliquid tale paſſus, pone Chriſtum in eos qui fecerunt dicẽtem eis. Quando vni ex minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis iniuriã, me tẽtaſtis, me blaſphemaſtis. Videamus nunc propoſitionem tentatis. Magiſter (inquit.) *Quod eſt mãdatum maius in lege?* Tentans dicebat. *Magiſter*, quoniam non quaſi Diſcipul⁹ Chriſti proferebat hãc vocem. Hoc autem manifeſtius erit ab exemplo quod dicimus. Puta, Pater filij ſui pater eſt, & nemo

Sapiæ. 3.

Lucæ. 8.

Matth. 25.

mo cum proprie potest dicere Patrem nisi filius eius: & mater filiæ suæ mater est, & nulla eam potest dicere matrem, nisi sola filia eius. Sic & magister Discipuli sui magister est, & Discipul⁹ magistri sui Discipulus est. Propterea nemo potest dicere bene, magister, nisi Discipulus. Et vide nisi propter hoc, quia non omnes qui dicũt eum magistrum bene dicunt, sed hi soli qui habent discendi voluntatem ab eo, dicebat ad Discipulos suos. *Vos vocatis me magistrum, & Dominũ, & benedicitis: sum etenim.* Bene ergo Discipuli Christi vocant eum magistrum, & seruiẽtes verbo ipsius bene illum Dominũ vocant. Vnde bene dicebãt Apostolus. Nobis autem vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et illud considera quod ait. Satis est Discipulo vt fiat, non simpliciter sicut magister, sed sicut magister eius. Si quis ergo aliquis non discit à verbo, nec tradit se ex toto animũ suo, vt fiat dilecta plantatio eius, dicit autem ei. *Magister*, frater est Pharisæi tentantis Christum, & dicentis ei, *magister*. Sic & omnis qui dicit: Pater noster qui es in cęlis, non debet habere spiritum seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis filiorum. Qui autem non spiritum adoptionis filiorum habet, & dicit, Pater noster qui es in cælis, mentitur, cum non sit filius Dei, Deum Patrẽ suum appellans. Interrogatio autem ipsa est talis. Quod est magnum mandatum in lege. In quo dignum est demandatorum differentia aliquid exponamus. Quædam enim mãdata sunt magna, quædam autem subsequentia: & sic per ordinem vsque ad omnia mandata est requirendum. Si enim tentanti Pharisæo & dicenti. *Quod est maius mandatum in lege?* non respondisset, consequenter existimabamus non esse mandatũ maius altero mandato. Nunc autem cum respondens dicat: *Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & ex tota mente tua, hoc est magnum mandatum & primum*, necessariam discimus sententiam de mãdatis, quoniam & sunt magna, & sunt inferiora, vsque ad minima. Adhuc autem & illud attende, quod Pharisæus interrogauit, quod est magnum mandatum in lege? Dominus autem respondens ei docet nos, quia non solum magnum est mandatum diligere DOMINVM, sed etiã primũ primũ autem non ordine scripturæ, sed dignitate virtutis. Et hoc quasi conueniens huic loco est attendendum, quia quasi multis mãdatis constitutis, ita nunc magnũ hoc, & primum dixit mandatum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Secundum & simile est priori, & propter similitudinẽ magnum. *Diliges proximum tuũ sicut teipsum*, vt secundum hoc intelligamus & aliud esse quod fit magnitudine & ordine tertium, aliud vero quartum, & sic per ordinem dinumerans legis mandata, accipiens à Deo sapientiam, ordinet ea quis vsq; ad minimum. Quod opus nullius alterius est, nisi Christi solius qui est Dei virtus, & Dei sapientia. A temporibus igitur Moysi vsq; ad Saluatoris aduentum cum legeretur lex, forsitan quærebatur quod esset magnum mandatum in ea? Nec enim intergogasset hoc Pharisæus, nisi diu apud illos de hoc quæsitum fuisset, & non inuentum, donec veniens Iesus docuit non solum quod esset magnũ, sed etiam primum, & quod esset secundum simile priori. Ipsius ergo est opus inuenire & tertium, & quar-

Ioan. 13.

Rom. 11.

Matth. 6.

1. Cor. 12.

tum, & reliqua. Quærens autem si est aliquod mandatum non habens vtrunque, idest, vt & primum sit & magnum, sed vnum ex eis. Et puto tale aliquid dicit Apostolus ad Ephesios. *Honora Patrem tuum & matrem, quod est mandatum primum in promissione, vt bene sit tibi, & eris longæuus super terram.* Ergo primum quidem, non autem & magnum. Honora Patrem tuum, & matrem, & si est aliquod magnum quidem non autem primum, quærens differentiam magnitudinis mandatorum. Et quia ad comparationem quidem mandatorum sunt alia minima, vtile est ad exéplum proferre quod ipse Dominus ait: *Si quis soluerit vnum demandatis his pusillis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno Dei.* Et Saluator quidem trandens quod esset magnum mandatum, & primũ, ad interrogationem Pharisæi tentantis: adiiciens autem & secundum simile priori, quod erat. *Diliges proximum tuum sicut teipsum* addit dicens. *In his duobus mandatis, omnis lex & Prophetæ pendent.* Apostolus autem ad Romanos dicit. *Non Mœchaberis, non occides, non furtum facies, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo recapitulatur. Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Videamus ergo vtrum aliud est pendere omnem legem & Prophetas in his duobus mandatis de dilectione Dei & proximi: aliud autem recapitulari omne mandatum in hoc mandato. *Diliges proximum tunm sic teipsum* aut omnia mandata & pendent & recapitulantur in vtroque mandato. Dicet ergo aliquis pendere à mandatis mandata: & à primo quidem & magno pendere secundum, & simile primo, à secũdo autem tertium, & sic de inceps omnia quæ sunt post secundum, pendere à præcedentibus: Et Apostolum quidem, secundum considerationem rei dixisse, pendere omne mandatum à mandato: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*: Saluatorem autem docuisse, quoniam dominationem habent omnium mandatorum hæc duo mandata. Alter autem discutiens quæret, quomodo dictum est illud. *Non Mœchaberis, non occides, non furtum facies, & sic quod aliud est mandatum in lege, in hoc verbo recapitulatur, Diliges proximum sicut teipsum.* Dicit ergo: & illud mandatum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex tota mente tua*, recapitulatur in eo mandato. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Quomodo autem verum sit, quod ait, Et si quod aliud mandatum est in hoc verbo recapitulatur, nisi & mandatum quod positum est de dilectione Dei: recapitulatur in secundo, & simili priori? Et si primũ mandatum recapitulatur in secundo, necesse est maius esse secundum priore. Recapitulatur ergo omne mandatum, sed & primum illud & magnum in hoc secundo, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*: Quoniam diligẽtes nos metipsos si quid fecerimus, & ipsum diligimus Deum, qui factus est author dilectionis nostræ, vt alterutrum diligamus, & diligamur ab inuicẽ. Gratias enim agentes in eo, quod rationabiles sumus, & vocati sumus ad Dei agnitionem, & consequimur beneficia eius, & gratiam, recapitulamus Dei dilectionem in secundo, & simili priori. Magnum ergo & primum mandatum in lege est hoc. *Diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima tua & ex tota mente.* Et forsitan omnes qui diligunt DEVM, & Dominum suum, nisi & sequentes partes impleuerint, & ex toto corde dilegerint, & ex tota anima, &

ex

Ephes. 6.

Matth. 5.

Rom. 13.

Galat. 5.

A B C D

ex tota mente, ex parte ſeruant mã datum: Hi autem ſoli magnitudinem eius in ſe ſuſcipiunt & primatum, qui non ſolum diligunt Dominum Deum ſuum, ſed etiã tria illa ſuſceperint, ideſt, vt ex toto corde ſuo apud ſe illam totam recõdant, & operationes eius, & cognitiones eius: & ex tota anima ſua, ideſt, vt parati ſint ponere eam pro pietate Dei, qui vniuerſa creauit, quando vtilitas exegerit verbi: ex eo quod ex tota anima diligit Deum, ita vt nulla pars animę euellatur ad aliquam rem quæ à fide eſt aliena: & in tota mente noſtra nihil aliud cogitantes vel proferentes, niſi ea quæ Dei ſunt. Et vide ſi potes cor quidem accipere pro intellectu, qui eſt in intelligibilibus ſpeculans, & oſtẽdens fontem & principium eorum quod eſt Deus: mentem autem ad proferendas res. Mente enim proferimus ſingulas res, & per vnumquodque ſignificatum quaſi mente noſtra inambulamus atq; proferimus. Et ſi quis ingenioſe intelligat mandatum, quod de dilectione poſitum eſt in omnibus illis tribus quæ ſunt nominata, & conſideraverit in ſingulis quibuſq; fidelibus Dei dilectionẽ, inueniet forſitan totũ mãdatũ aut apud vnũ forſitã, vel ſecũdũ, vel tertiũ, & hoc ſi fuerit datũ in omnibus, aut Dei dilectionẽ minus habentem, vel modicũ, vel amplius, aut ex eò quod dicit, *ex toto corde*: aut ex eo quod ait, *ex tota anima, aut ex tota mente*. Simile eſt & ſecundum mandatum priori, quoniam eſt dilectio hominis, qui factus eſt ſecundum imaginẽ DEI, forſitan & ſecundũ ſimilitudinẽ. In expoſitione autẽ mãdati, quod eſt de dilectione proximi poſitũ, etiam hæc ſunt diſcenda. Quoniã ſecundum quod dictum eſt in decimo Pſalmo, *Qui diligit iniquitatem* Pſalm. 10.

A *odit animam ſuam*: Et ſecundũ quod in prouerbijs dicitur. Qui repellit diſciplinam odit ſeipſum: manifeſtum eſt quoniam nemo diligens iniquitatem diligit proximũ ſuũ ſicut ſeipſum, cum nec ſeipſum diligat: & nemo repellẽs diſciplinã, diligit proximum ſuum ſicut ſeipſum, quippequi nec ipſum ſe diligit: Et ita fit, vt qui diligit iniquitatem, & odit animam ſuam, nec poſsit ſeruare ſecundum mandatum. Similiter & qui repellit diſci Prou. 8.

B plinam, peccatum diligit: ideo & qui repellit aliquod verbum diſciplinæ Dei, odit animam ſuã, poſt hæc quæres quomodo omnis lex & Prophetæ pendent in duobus iſtis mandatis. Videtur enim textus oſtendere q̃ omnia quæcũq; ſunt ſcripta, vel in Exodo, vel in Leuitico, vel in Numeris, vel in Deuteronomio, pẽdent in his duobus mandatis. Quomodo autẽ lex quæ poſita eſt de leproſis, vel de fluxu

C ſanguinis patientibus vel de menſtruatis mulieribus, pendeant in iſtis mandatis; adhuc autem quomodo & prophetia quę de Ieruſalem captanda poſita eſt, vel viſio Ægypti apud Eſaiam cęteros Prophetaſq;, quomodo & viſio Tyri, vel quæcunq; Prophetãtur de Tyro, vel de Principe Tyri, quomodo etiam viſio quadrupedum inde ſerto apud Eſaiam pendeãt in duobus iſtis mãdatis? Quod autẽ videtur mihi in hoc loco: huiuſmodi

D eſt, Qui omnia adimpleuit quę ſcripta ſunt de Dei dilectione & proximi, dignus eſt maximas gratias à DEO percipere, quibus præpoſitus eſt ſapiẽtiæ ſermo per Spiritũ ſanctum, perquem ſermo ſcientiæ qui ſecundum Spiritum eſt. Dignus autem conſtitutus his omnibus donis exultat in ſapiẽtia Dei, plenum habẽs cor de Dei dilectione, & totam animam, lumine ſciẽ-

tiæ illuſtratã,& totam mentẽ verbo Dei. Conſecutus autem huiuſmodi dona ex Deo,profecto intelligit omnem legem & Prophetas partem aliquã eſſe ex omni ſapientia & ſcientia Dei:& intelligit omnẽ legem & Prophetas pendere, & adhærere à principio dilectionis Domini Dei,& proximi, Et quoniam perfectio pietatis in dilectione conſiſtit,ſufficientia quidẽ ſunt & iſta quæ diximus:tamen ad demõſtrationem magnitudinis eius nihilominus conuenit & iſta ſubiungere. *Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas nõ inflatur, nõ agit perperã,nõ eſt ambitioſa,nõ irritatur, non cogit malũ,nõ gaudet ſuper iniquitatem, congaudet autẽ veritati,omnia ſuſtinet, Omnia credit,omnia ſperat:charitas nũquam excidit.* Nemo enim puſillanimis conſtitutus charitatem habet,nec contrariũ aliquid faciens benignitati,neq; zelans zelũ quem habuerũt Patriarchę aduerſus Ioſeph, vel Aaron & Maria contra Moyſen. Et nemo inflatus habet dilectionem,nequè perperam aliquid agens,nec qui in iracudiã excitatur. Item nemo cogitans malum, charitatem habet in corde coinquinatus. Qui charitatem habet, nunquam de aliqua re iniuſta gaudet,ſed ſemper veritati cõgaudet. Qui charitatem habet, omnia accidentia ſuſtinet mala, & non pro parte credit, ſed omnia credit,& non ex parte ſperat,ſed omnia ſperat,nec eſt quod non ſuſtinet dilectio,ſed omnia ſuſtinet. Et quoniam charitas nunquam excidit,confidens Apoſtolus totam eam ſe ſuſcepiſſe,dicebat, *Quis nos ſeparabit à charitate Dei? Tribulatio,an anguſtia,& fames,an nuditas, an periculum? an gladius? Sicut ſcriptum eſt. Quoniam propter te mortificamur tota die,exiſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* Propter dilectionem enim dicebat, *Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos.* Ex charitate enim nũquã excidẽtę erant illę voces dicentis, *Confido enim quia neq; mors,neq; vita,neq; Angeli,neq; principatꝰ neq; præſentia,neq; futura,neq; virtutes, neq; altitudo,neq; profundũ, neq; alia aliqua creatura poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Et quoniã habebat duo Apoſtolus dilectionis mandata, Dei, & proximi, ideo habebat in ſe totius legis & Prophetarum manifeſta myſteria, vt intelligens ea diceret, *Quoniam omnis lex & Prophetæ in his duobus mandatis pendent.*

Rom.8. Pſalm.43.

Cyprianus tracta. 3. de ſimplicitate prælatorum.

DOMINVS in Euangelio,cum ſpei & fidei noſtræ viam compendio breuiante dirigeret: *Dominus Deus tuus,* inquit, *vnus eſt: Et diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo,& de tota anima tua, & de tota virtute tua.* Hoc primum & ſecundum ſimile huic: *Diliges proximum tuum tanquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ.* Vnitatem ſimul & dilectionẽ magiſterio ſuo docuit, Prophetas omnes & legem præceptis duobus incluſit. Quam vero vnitatem ſeruat, quam dilectionem cuſtodit, aut cogitat, qui diſcordiæ furore veſanus Eccleſiam ſcindit, fidem deſtruit,pacem turbat, charitatem diſſipat,Sacramentum prophanat?

Deut.6.

(?)

Apponius

Apponius in Cantica. libr. 1.

VIDE itaque ordinẽ huius carminis, quod vt nubunt spõsæ, cecinit Spiritus sanctus. In quo sacramento docemur, nõ nobis hoc tantum sufficere ad vitam æternam obtinendam, quod Baptismate à sordibus præuijs peccatorum deloti, quod oſculum Christi per corporis eius & sanguinis gustũ anima nostra susceperit, quod in cellaria notitiæ Scripturæ Diuinæ introducta est, quod directionem fidei, vt Apostoli tradiderũt, retinet inconcussam, nisi semper ea quæ operata est bona, postponat, & inhiando ad ea quæ nec dũ perfecta sunt petendo, quærendo, pulsando, totis viribus extendatur. Non enim vult alium quenquam socium amoris Deus in anima hominis: Sed in tota virtute eius, in toto corde, & in totis visceribus eius, solus obtinere deberat principatum. Et in trino opere eius, cogitatione, verbo, facto q; solus discurrere delectatur: Sicut trino mysterio se in decalogo diligi iussit. Dicẽdo enim: *Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo*, cogitationem sibi hominis, velut palatium intitulauit. Dicendo: *Et in tota anima tua*, sermonis sibi eius singularem laudem sacrauit. De qua dicitur in Propheta: Ego Dominus, laudem meam alteri nõ dabo: & nec laudẽ meã sculptilibus, quę sola vtiquè sermonis abstinet potestatẽ. Dicẽdo vero: *In tota virtute*, quis ignoret operam hominis nominasse: quã pro sua volũtate sibi vult semper totã impendi, sicut ipse ait in Euangelio: *Operamini cibum qui non perit*. De quo itidem Apostolus commonuit: *Quicquid agitis*, inquit, *siue manducetis, siue bibatis, siue aliud quid faciatis, omnia in nomine Domini facite.*

Esai 42.

Ioann. 6.

1. Cor. 10.

Theophylactus in Matthæũ capit. 22.

EX immodica inuidia accedit tentans, quia enim viderant Sadducæos confusos, & laudatum Dominum, ob sapientiam, accedunt tentantes, si apponat aliquid mandato primo, quasi legem corrigens, vt inueniant contra ipsum ansam. Dominus autem inuulgãs illius malitiam, quod non ad discendum venisset, sed vacuus charitate inuideat, & æmuletur, ostẽdit charitatẽ inter mãdata præcellere, docet quod non ex parte oportet diligere Deum, sed nos totos dare Deo. Tres enim tales in anima discimus esse vires, plantatiuam, animalem, & rationalem. Secundum quod crescit & nutritur, & simile generat, plantis assimulatur: secundum quod irascitur & concupiscit, brutis comparatur: secundũ quod intelligit, rationalis dicitur. Vide igitur hoc loco, quid illa tria significent. *Diliges Deum tuum in toto corde tuo*, hæc est brutalis animæ pars *& in tota anima tua*, hæc est plãtiua virtus, animatæ enim sunt plantæ: *& in tota mente tua*, hæc est vis rationalis. Et sic oportet Deũ diligere tota anima, hoc est, omnibus partibus & virtutibus animæ rei adhærere. Hoc est primum & magnum mandatum, ad pietatem nos exercens. Secundum autem simile est illi, quod nos excitat ad faciendum quę sunt iusta homini. Duo enim nos in interitũ ducũt, mala doctrina, & corrupta vita. Vt igitur nõ incidamus in impia dogmata, diligendus est Deus: ne autem sit vita peruersa diligendus est proximus. Qui enim diligit proximum, omnia mandata implet, & qui implet, mandata, diligit Deum, atq; ita duo illa mandata

Tres in anima vires sunt, quibus Deum diligere oportet.

Interitus nostri causæ duæ, mala doctrina & corrupta vita.

inter ſe coherent & copulantur, & continent omnia alia mandata. Quis enim diligens Deum & proximum, vel furatur, vel vindictæ auidus eſt, vel adulterium commit tit, vel ſcortatur, vel occidit? Hic autem legiſperitus principio quidem venit tentans: Deinde reſpõſo Chriſti emendatior factus, & laudatus eſt ſicut Marcus inquit: Quod ſpectans eum amplexatus ſit illum, & dixit ei: *Non longe es à regno Dei.* Marci. 12.

Auguſt. de doctrina Chriſtiana, lib. 1. cap. 26.

ERGO quoniã præcepto non eſt opus, vt ſe quiſq; & corpus ſuu diligat, ideſt, quoniã id quod ſumus, & id quod infra nos eſt, ad nos tamẽ pertinet, inconcuſſa naturæ lege diligimus, quę in beſtias etiam promulgata eſt: nam & beſtiæ ſe atq; corpora ſua diliguntire ſtabat vt & de illo quod ſupra nos eſt, & de illo q̃ iuxta nos eſt, pręcepta ſumeremus, *Diliges*, inquit, *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua, & ex tota mente tua & diliges proximum tuum tãquã teipſum. In his duobus præceptis vniuerſa lex pendet & Prophetæ.* Finis itaq; pręcepti eſt delictio, & ea gemina, ideſt, Dei & proximi. Quod ſi te totũ intelligis, ideſt, animã & corpus tuũ, & proximũ totum, ideſt, animã & corpus eius: homo enim & anima conſtat & corpore, nullum rerum diligẽdarum genus in his duobus præceptis prætermiſſum eſt. Cum enim præcurrat dilectio Dei, eiuſque dilectionis modus præſcriptus appareat, ita vt cætera in illo confluant, de dilectione tua nihil dictũ videtur. Sed cum dictũ eſt, *Diliges proximũ tuũ tanquam teipſum*, ſimul & tui ab ſte dilectio non pręterminſſa.

A

Ambroſius libro de dignitate humanæ conditionis. c. 2.

QVÆ imago diligẽtius ex interioris hominis nobilitate eſt conſideranda. Primo quidem quod ſicuti Deus vnus ſemper vbique totus eſt, omnia viuificãs, mouens & gubernans, ſicut Apoſtolus confirmat, quod meo viuimus mouemur & ſumus: Sic anima in ſuo corpore vbiq; tota viget, viuificãs illud, mouens & gubernans. Nec enim in maioribus corporis ſui membris maior, & in minoribus minor, ſed in minimis tota, & in maximis tota. Et hæc eſt imago vnitatis omnipotentis Dei quam anima habet in ſe. Quæ quoq; quãdam Sanctæ Trinitatis habet imaginẽ. Primo in eo, quia ſicut Deus eſt, viuit & ſapit: ita anima ſecundũ ſuum modũ eſt, viuit & ſapit. Eſt quoque & alia Trinitas in ea quæ ad imaginem ſui conditoris perfectæ quidem & ſummæ Trinitatis, quæ ex Patre & Filio & Spirituſancto, condita eſt. Et licet vnius illa naturæ, tres tamen in ſe dignitates habet, ideſt, intellectũ, voluntatem & memoriam, Quod idẽ licet alijs verbis in Euangelio deſignatur cum dicitur: *Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & ex tota mente tua, id eſt, ex toto intellectu & ex tota voluntate, & ex tota memoria.* Nam ſicut ex Patre generatur Filius, & ex Patre filioq; procedit Spiritusſanctus, ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria, ſicut facile à ſapiente quolibet intelligi poteſt. Nec enim anima perfecta poteſt eſſe ſine his tribus, nec horum trium vnum aliquod quantum ad ſuam pertinet beatitudinem, ſine alijs duobus integrũ conſtat. Et ſicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Act. 17.

B

C

D

Spiriusſanctus eſt, nõ tamen tres Dij ſunt, ſed vnus Deus tres habens perſonas, ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria: non tamen tres animæ in vno corpore, ſed vna anima tres habens dignitates: atq; in his tribus eius imaginem mirabiliter gerit in ſua natura noſter interior homo, ex quibus quaſi excellentioribus animæ dignitatibus iubemur diligere conditorem, vt in quantum intelligituri, diligatur; & quantum diligitur ſemper in memoria habeatur. Nec ſolus ſufficit de eo intellectus, ni fiat in amore eius voluntas, imo nec hæc duo ſufficiunt, niſi memoria adda tur, qua ſemper in mente intelligentis & diligentis maneat Deus, vt ſicut non poteſt eſſe momentũ, quo homo non vtatur vel fruatur Dei bonitate & miſericordia, ita nullum debeat eſſe momentũ, quo præſentem eum non habeat memoria. Et ideo dilectiſsime fili, iuſte mihi videtur dictum interiorẽ hominem imaginẽ eſſe Dei. Anima enim nominatur totus interior homo, qua viuificatur, regitur, continetur lutea illa maſſa humectata ſuccis, ne arefacta diſſoluatur. Deus dicitur vis illa ineffabiliter magna, & innumerabiliter ſapiens, vt ſcriptum eſt: *Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus*, & incomparabiliter ſuauis, vt alibi dicit: *Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Ex qua, & per quam, & in qua ſunt omnia quæ ſunt, reguntur omnia quæ ſunt, continentur omnia quę ſunt. Omnia dico ipſam vniuerſitatem, quę eſt totũ, quod aliud eſt quam ipſe qui fecit, & non eſt factus, ſed ipſe eſt, ex quo, & qui ex eo, & quo. Quod ipſe Deus ex quo eſt, Pater dicitur à nobis pauperi bus ſenſu, pauperioribus verbis; Quod qui ex eo filius dicitur; quod quo, Spiritusſanctus. Ideo autẽ dicitur DEVS Pater, quia ipſe eſt ex quo, & ſapientia eſt qua ordinantur omnia, & dilectio qua ſe volunt omnia ita menere vt ordinata ſunt. Ex quo ergo, & qui ex eo, & quo, ſe diligunt, ipſa duo tria ſunt, & illa tria ideo vnũ, quia ſic ſunt ex vno illa duo, vt tamen ab ipſo non ſint ſeperata, ſed ex ipſo ſunt, quia non à ſe, & in ipſo, quia non ſeparata, & ipſum ipſa quod ipſe, & ipſum ipſe quod ipſa, & non ipſum ipſa qui ipſe, & nõ ipſa ipſe quæ ipſa. Vis iſta Deus eſt, & ipſe Deus tria eſt, & vnun quodq; horum trium Deus eſt, & omnia tria illa non Dij ſed Deus eſt. Ad imaginem ergo ſuam condiotr, vt dictum eſt, fecit animam hominis, quę tota dicitur anima. Non autem aliud ſignifico hominis quam animam, cum mentẽ dico, ſed propter aliud animã, & propter aliud mentem. Nam totum quod viuit, hominis anima eſt. Cũ autem anima in ſe agit ſe, & ex ſe, & per ſe ſola, mens dici ſolet, ſenſus vero ad ſua miniſteria implens conſuetius anima dicitur. Mens ergo ſcire gignit, & amat ſcire quod ſcit. Non illud ſcire dico, quod repente ſcitur res aliqua, quę ante neſciri putabatur, ſed illud vnde & aliquid & omne quicquid ſcitur vel neſcitur ſciri poteſt, illud ergo ſcire mens gignit, & cum genitum eſt ſcientia poteſt dici. Sunt ergo iam duo: mens, & quod ipſa mens ſcit, Reſtat tertium vtriſquè commune. Omnis mens quid quid ſcit, amat ſcire. Amor non minus quam inter duo eſt, amantem, & quod amatur. Vnus eſt ergo amborũ amor, qui & tertius. Non autem poteſt negari hoc totum vnam eſſe animã, &

Pſalm. 146.

Pſalm. 144.

vnam

vnam animam hæc tria eſſe. Sicut enim hæc tria vere vna anima ſunt, ſic non minus vere vna anima eſt, hoc vnum, & hoc alterum, & hoc tertium. Comparet igitur ſe hæc creatura tam eminens creatori ſuo ſuper eminenti ſibi, excepto hoc, & multum ſupra ſe amoto, quod omnis bonitas, & omne bonum, & omnis bonitatis & boni dulcedo creatoris à ſe ipſo eſt. Creatura vero non ſolũ quod eſt, ſed etiã quod talis eſt, ab alio eſt, nõ à ſe, & ipſa quod eſt ſemper eſt, licet & ipſa anima quodammodo ſuo incommutabilis eſt. Nam ſemper anima eſt poſtquam eſſe cæperit, & ſcit, & ſcire vult. Comparet ergo vt dixi, ſe anima eo modo quo poteſt creatori ſuo, vt dicatur mens Pater, quia gignit ſcire dicatur ſcire filius, quia ex alio eſt, & non eſt aliud quam ipſum quod ipſe eſt ex quo eſt; dicatur amor Spiritusſanctus, quia amborum eſt eorum qui ſe amant. Vnde in noſtris ſcripturis ſæpius amor, ideſt charitas, quæ in Deo eſt, erga nos, & quæ à nobis in Deum, ſpiritus ipſe appellatur. Et hæc de imagine ò dilectiſsime fili habeto.

Hieronimus in 22. capit. Matthæi.

QVOD de Herode & Pontio Pilato legimus in Domini nece eos feciſſe concordiam: hoc etiam nunc de Phariſæis cernimus & Sadducæis, qui inter ſe contrarij ſunt: ſed ad tentandum Ieſum pari mente conſentiunt. Qui vero iam ſupra in oſtenſione denarij fuerant confutati, & aduerſæ partis factionem viderant ſubrutam, debuerant exemplo moneri ne vltra molirentur inſidias: ſed male volentia & liuor nutrit impudentiam. Interrogat vnus ex Legis Doctoribus, non ſcire deſiderãs, ſed tentans, an interrogatus noſſet quod interrogabatur: *Quod ſit maius mandatum?* Non de mandatis interrogans: *Sed quod ſit primũ magnumq; mandatum*: Vt cum omnia quæ Deus mãdauerit magna ſint: quicquid ille reſponderit, occaſionem habeat calumniandi: aliud aſſerens magnum eſſe de pluribus. Quicunq; igitur nouit & interrogat non voto diſcendi, ſed ſtudio cognoſcendi, an nouerit ille qui reſpõſurus eſt: in ſimilitudinem Phariſæorum non quaſi Diſcipulus: ſed quaſi tentator accedit.

Gregorius lib. 40. Homiliarum homilia. 38.

DILIGES *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & ex tota virtute tua, & proximum tuum ſicut teipſum.* Qua in re notandum eſt, quia in dilectione proximi menſura amoris ponitur, cum dicitur: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Dei autem dilectio nulla menſura conſtringitur, cum dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.* Non enim iubetur quiſq; quantum diligat: ſed ex quanto: cum dicitur ex toto, quia ille veraciter Deum diligit, qui ſibi de ſe nihil relinquit. Duo ergo hæc neceſſe eſt vt charitatis præcepta cuſtodiat, quiſq; habere in nuptijs veſtem nuptialem curat.

TEXTVS.

TEXTVS.

CONGREGATIS autem Phariſæis interrogauit eos Ieſus, dicens; Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filius eſt? Dicunt ei, Dauid. Ait illis; Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo; ſede adextris meis; Donec ponam inimicos tuos, ſubſellium pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpõdere verbum, neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

Origines tractatu in Math. 23 capit. 22.

VERBA quidem ipſa poſita ſunt in Pſalmo centeſimo
Pſalm. 109. nono. *Dixit Dominus Domino meo ſede adextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Quaſi confitentibus autem Phariſæis, quoniam qui dixit quidem eſt Dominus Deus, ad quem autem dixit ſecundum Dominus Chriſtus, interrogat eos Saluator dicẽs, *Quid vobis videtur de Chriſto, cuius eſt filius?* Et ad reſponſionem eorum qui dixerunt Dauid, addit dicens *Si Dauid Dominum eum vocat, quomodo filius eius eſt?* Digna eſt ergo res vt videamus quid volens proponat Saluator Phariſæis quæſtionẽ de Chriſto, vt reſponderent quid eis videretur, & quæ fuit cauſa vt non poſſint ei dare reſponſum. Et ſimplicior aliquis ex diſcutientibus iſta dicet, quia volũtas Saluatoris fuit hæc, vt compeſceret Phariſeorum audaciam, multas propoſitiones proponentium ei: Similiter & Sadducæorum, qui propoſuerant ei de ſeptem fratribus, & vna vxore eorum. Quoniam ergo multa proponentes Phariſæi & Sadducæi aliA quid dicere videbantur, & hoc facientes non quaſi Diſcipuli diſcere cupiebant, ſed tentabant Chriſtum, & ſic videbãtur legis eſſe Doctores, cum non eſſent: ideo fuit & Dominum interrogationẽ proponere eis neceſſarium profitentibus legis habere ſe ſcientiam, vt coram populo argueret eos, cum reſponſum ad interrogata non deberint, ipſe ad omnia reſpondens:
B quoniam ipſe quidẽ idoneus erat ſecundum profeſsionem Doctoribus condocentem manifeſtare & tradere doctrinã Diuinã: illi autẽ nec ipſum Prophetam, qui erat faſtigium Prophetarum ſciebant. Adhuc autem cui hæc expoſitio placet, adijciens dicit. Propterea & ſic adijcit Scriptura Euangelij, dicens. *Et nemo poterat reſpondere ei verbũ, nec auſus eſt quiſquã ex illa hora interrogare eum verbum.* Cauſa autẽ
C vt non eſſent auſi interrogare eũ poſtmodũ verbum, hęc fuit: Quia interrogati reſpondere ei non potuerunt. Si enim interrogatio eorum fuiſſet ex voluntate diſcendi, nunquam talia eis propoſuiſſet, vt poſtmodum non eſſent auſi interrogare. Sed tentantes interrogabant, ideo obſtruere eos voluit interrogatione ſua, vt erubeſcentes quieſcant

quieſcant ab audacia ſua, & poſtmodum nihil interrogent eum. Hæc ſecundum intellectum ſimplicis interpretatoris ſumus locuti. Nos autem dicimus, quoniam cognoſcebat ſeipſum Saluator & Dominus noſter, factum quidem ex ſemine Dauid ſecundum carnem, prædeſtinatum autem Filium Dei in virtute: & quoniam hæc omnia erãt quæ ipſe de ſe dicẽs dicebat, Ego ſum via, veritas, & vita, ego ſum ianua, ego ſum reſurrectio, ego ſum panis viuus quide cælo deſcendi, & ſciens eſſe ſe ante natiuitatem etiam ipſius Abrahæ propter quod & dicebat, Ante Abraham ego ſum: & ſciens quoniam Sapientia erat, & verbum viuum: Sapientia quidem quam DEVS creauit, tprincipiũ viarum ſuarum in opera ſua: Verbum autem quod erat in principio apud DEVM, Deus Verbum: hæc omnia de ſe ipſo cognoſcens, & videns Phariſæos, quia illud quidem quod ſecundum diſpenſationem humanam & propter homines era vt capere poſsint, ſciebant ex Diuinis Scripturis, quoniam de ſemine erat Dauid ſecundum carnem, forſitam autem quoniam & omnino eum arbitrabantur filium eſſe Dauid: videns autẽ longe eos eſſe ab intellectu diuinitatis ſuæ ſecundum quod principium erat vniuerſæ creaturæ nullius filius cõſtitutus niſi DEI qui ſuper omnia eſt, arguere tirubantem: exiſtimationem eorum de ſe, & prouocare eos ſermonibus ſuis, vt velint, aſcendere verbo, & videre ſecundum quod DEVS Verbũ erat qui erat in principio apud DEVM, in primis quidẽ dixit, *Quid vobis videtur de Chriſto cuius eſt filius?* Ita reſpondentibus & dicentibus *Dauid* iterum eis reſpondit, manifeſtans ſublimitatẽ diuinitatis ſuæ quę demõſtrabatur in ipſo principio Pſalmi dicens, *Dixit Dominus Domino meo, ſede adextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*: vt & ſi tunc ei reſpondere non poſſent, tamen occaſionem acciperent ex verbis ipſius, vt totum Pſalmum conſiderantes, aliquid amplius ſentirent de Chriſto, qui non ſolum excedens erat humanam naturam, ſed etiam cæteros genitos, ſecundum quod ait: *In ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genuite.* Non enim ſpecialiter deſignauit in ſplendoribus aliquorum Sanctorum, ſed generaliter de omnibus ſanctis, id eſt, non ſolum hominum, ſed etiã Angelorum, dicens. *In ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genuite.* Et ſi quidem ſapienter conſiderãſſent & illud *Iurauit DOMINVS, nec eum pœniteuit tu es Sacerdos in æternum*, ſecundum ordinem Melchiſedech, ſubiecíſſent vtique ſe ſicut Diſcipuli tali SALVATORI noſtro qui à DEO erat tranſmiſſus magiſter, atque Sacerdos. Sed cauſa fuit propter quam Phariſæi non potuerunt reſpondere ſermonibus CHRISTI iſta, quoniam nihil magnum de Chriſto in ſanctis Scripturis poſitum ſentiebãt, ſed tantummodo de diſpenſatione eius humana, ſed nec ipſam digne Diuina diſpenſatione. Puto enim quod nec illud ſciebant quod dixit, *Ecce virgo in vtero concipiet, & vocabitur nomẽ eius Emanuel*: nec illud, *Ecce oritur ſtella ex Iacob* de natiuitate videlicet Chriſti. Hoc autem ipſum quod dicit in Pſalmo, *Dixit Dominus Domino meo, ſede adextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*, opportunus quidem exponet, quis, cum ipſum ſibi exponere propoſuerit Pſalmum. Et nunc tamen ſenſum eius leuiter deguſte-

Rom. 1.

Ioan. 14. Ioan. 10. Ioan. 11. Ioan. 6.

Pſalm. 109

Eſai. 7.

Num. 24.

degustemus. Nec tibi describas sensibiles sessiones, & duas Cathedras, & sedētes super eas humano schemate Patrem & filium: sed intellige hæc moraliter dici de regno Dei, & de regno filij, quod â Patre est stabelitum, & est semper ad dexteram Patris. Si quis autem hæc moraliter intelligi non vult, exponat quomodo & hoc sit verum quod ait, *Dixit Dominus Domino meo Sede adextris meis*: & illud quod alibi dicit, *Sedere autem ad dexteram meã, & ad siniſtram non eſt meũ dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo*. Matth.20. Cogendus est ergo dicere qui non vult hæc intelligere digne, secundum magnitudinem sensus CHRISTI, quoniam aliquando quidem ad dexteram sedet Patris, aliquando autem dignitatem huiusmodi derelinquens sedendi ad dexteram Patris, priuatim, sed & cum eis, quibus parauit Pater vt sedeant ad dexteram vel ad siniſtram. Item adhuc cogendus est dicere, quoniam ad dexteram quidem sedens Patris. Adhuc inimicos habet. Tandiu enim sedet iuxta eum donec ponantur à Patre scabellum pedum Christi. Cum vero desierit sedere ad dexteram Patris, tunc iam non habebit inimicos, cum sedere ad dexteram eius vel siniſtram cæperint secũdum ordinationem Patris, qui prius fuerant scabellum pedum ipsius. Et ita fit vt sedentium aliqui in loco priori sedeant Patris. His autem quid magis rediculum potest esse? Deinde corporalem volens intelligere sessionem, inuenies in eodem Psalmo, quoniã & Filius ad dexterã sedet Patris, secundum quod ait, *Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis*: & Pater sedet ad dexterã Filij, secundũ quod in sequẽtibus declaratur, dicens: *Dominus à dextris eſt tuis, confringet in die iræ ſuæ reges*. Nos autem dicimus non esse necesse corporalẽ considerationem introducere in his quæ spiritaliter sunt intelligẽda. Nam moraliter & Filius ad dexteram Patris est: & Pater ad dexteram Filij semper. Quomodo & inimici Saluatoris ponuntur à Patre scabellum pedum eius, congruum est videre digne, secundum benignitatem Dei ponentis inimicos eius scabellum pedũ ipsius. Nec enim est extimandum similiter ponere Deum inimicos Christi scabellum pedum eius, quenadmodum ponuntur inimici sub pedibus regũ terrenorũ exterminantium proprios inimicos. Nonne illi sine misericordia cõculcant aduersarios proprios? Deus autẽ nõ ad perditionem ponit inimicos Christi scabellũ pedũ eius, sed ad salutem ipsorũ, sicut proferemus scripturarum sanctarum exempla idipsum significantia. Scriptũ est enim in lamẽtationibus Ieremiæ in secundo Aleph, Quomodo contẽnebricauit Dominus in ira sua filiam Sion, deiecit de cælo in terram gloriam Israel, & non fuit memor scabelli pedũ suorum. Et vide quoniam quandoquidẽ erat Israel scabellum pedũ Dei, in cælo erat gloriosus: postquam autẽ est deiectus vt nõ sit scabellum pedũ eius, desijt esse in cælo. Attende enim diligenter quod ait, Deiecit de cælo in terram gloriam Israel, & nõ fuit memor scabelli pedũ suorum. Thren.2. Item & illud: *Cælum mihi ſedes, terra autem ſcabellum pedum meorum*, non ignominiã, sed gloriam significat terre, que de Deo modicam aliquã & nouissimam intelligit partem: quæ moraliter appellatur pedes eius. Sic & Ecclesia super terrã in initiis quidẽ culturæ Dei & notitiæ Dei scabellum pedum eius: sicut & pœnitentiam agens mulier Esai.66.

illa

illa peccatrix ad pedes erat Iesu in principijs pœnitentiæ suæ: nec enim poterat vnguentum odoris actuum suorum bonorum effundere super caput Christi. Optabile enim erat velut secus pedes Domini stare & vngere. Et vnusquisque nostrum se intelligēs esse quod dicit Apostolus. Eramus & nos aliquādo sine intellectu, increduli, errātes & seruientes desiderijs, & voluptatibus varijs, videbit quomodo quandoquidem talis erat, prius quam lauaretur ab alijs, inimicus fuerat Christi, inimicus iustitiæ, veritatis, sapientiæ, pacis. Postquā autē benignitas apparuit Saluatoris nostri Dei, primū factus est scabellū pedum Christi. Et ego cōfitens quoniam iste est sensus Scripturæ, non dubito affirmare quoniā sic dicit Filio Pater, *Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Et Apostolus in prima ad Corinthios talem introducit sensum Scripturæ, vt ad subiectionem intelligamus eorū qui aliquando fuerant inimici, fieri eos scabellum pedū Christi hoc modo dicens. *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium factus est: quoniam quidem per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur.* Vnusquisquæ autē in suo ordine: initio Christus, Deinde qui hi sunt Christi, qui in aduētu eius crediderūt, Deinde finis, cū tradiderit regnū Deo & Patri, cū euacuauerit omnē principatū & potestatē & virtutē. Oportet enim illū regnare donec ponat inimicos eius sub pedibus eius: nouissima autē inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cū autē dicat, quia omnia subiecta sunt ei, manifeste præter eū qui subiecit ei omnia. Cū autē subiecta illi fuerint omnia, tūc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Horū quidē omnium manifestationem fecimus in proprio loco. Vide tamē quomodo in omnibus istis nomē subiectionis ad salutem ponitur subiectorum.

ad tit 3.

1. Cor. 15.

Chrysost in posteriori exposi. in 22. c. Matth. hom. 42.

IVDÆI æstimantes hominē Christū tentabant: nec enim tē tassent eum, Si Filiū Dei credidissent. Volēs ergo eis Christus ostēdere, quia cognoscebat fallaciam cordis eorū: & quia nō erat homo qui tentabatur, sed Deus, quem nemo poterat tētare. Nec dicere poterat manifeste veritatē de se, nec tacere. Dicere enim nō poterat, ne maiorē occasionē blasphemiæ inueniētes Iudei, insanirēt amplius. Tacere autē non poterat veritatē, qui ad hoc venerat vt veritatē annunciaret. Ideo talē interrogationē eis proposuit, vt eo tacēte, ipsa eius interrogatio ostenderet eis, quia nō erat homo, sed Deus, dicēs: Et quomodo Dauid in Spiritu Dominū vocat? Nūquid poterat Dominus eius esse, qui ex eo fuerat nasciturus? Puto hāc interrogationē nō solū contra Pharisēos, sed etiā cōtra Hæreticos posuit. Nā secundū carnē vere erat Dauid, Dominus autē secundū diuinitatē. Si ergo secūdū carnē dixerūt Christū, Dominū Dauid, aut secūdū carnē iussus est sedere ad Patris dexterā, sicut heretici putāt, æqualitatis mēdaciū cōponere festinātes: nūquid Christus Dauid se filiu de negasset, nisi quia post Dauid futurus esset? Nā filius potest nobis esse, qui post nos futurus est. Dominus autem non potest esse, nisi qui aut nobiscum est, aut ante nos est.

eſt. Chriſtus ergo ſecundum carnem poſt Dauid eſt, ſecundum diuinitatem autem ante Dauid. Ergo illum ſignificabat Dominum ſuum illum ſignificabat iubendum ſedere, qui iam tunc erat vnigenitus Dei. *Et nemo poterat reſpondere ei verbum, neque auſus eſt quiſquam ex illa hora eum amplius interrogare.* Confuſio multorum, facta fuerat diſcipli na cunctorum. Nam ſi credimus, quia omnia ſibi ſecundum Dei pro uidentiam agebantur, & dicebantur: intelligimus quoniã non illis deſinẽtibus interrogare, Chriſtus deſijt docere: ſed Chriſtus deſierat eos iã vlterius velle docere, ideo & illi deſierunt auſi eſſe interrogare. Nã qui mari terminum poſuit, ipſe audatiæ diaboli aduerſus ſe agẽtis, quando voluit, tunc finem poſuit.

Chryſoſtomus in priori expoſitione in 22. cap. Matth. homilia 72.

CVm igitur reſponſum dederint, ipſe quoque interrogat. *Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt? dicunt ei, Dauid.* Conſidera diligenter, atque perpende, quia poſt multa miracula & ſigna, poſt multa reſponſa vltro citroq; data, poſt argumenta æqualitatis cum patre complura, poſt doctrinam verbo & opere rutilantem, poſt laudem iſtius qui vnum eſſe Deum aſſeruit, tandem interrogat. Nam ne dicere poſſent, miracula quidem ab eo facta fuiſſe, legi autem cõtrarium extitiſſe, idcirco poſt tot tantaque interrogat: occultius eos inducẽs, vt ſe Deum profiterentur: & diſcipulos quidem primum quid alij de ſe, deinde quid ipſi dicerent interrogauit: iſtos vero non eo pacto, ſeductorem enim profecto & perditum virum docere non dubitaſſent. Quare ſententiam eorum de Chriſto inquirit. Nam quoniam ad paſsionem iam iturus erat, eam Prophetiam in medium adducere voluit, quæ apertiſsime Dominum eſſe ipſum prędicat: non tamẽ principaliter, neque temere, ſed ex cauſa rationabili ad iſtud peruenit. Nam quoniam interrogati primo, non vera de ipſo dicebant, hominem eſſe nudum aſſerentes, ad refutationem erroris ſui Dauid illũ deitatis ſuæ prædicatorẽ citauit. Nam quoniam nudum hominem opinabantur, ideo Dauid eſſe filiũ reſpondebant, quod emẽdans ipſe Prophetam hunc inducit, & quia Dominus ſit, & quia proprie Patris Filius, & quia Patri æqualis cõfirmantem: nec id ſibi ſufficit, verum vt etiam terrerentur, quæ ſequuntur ſubiunxit: *Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum.* Ita omnibus modis ad fidem eos inuitabat, ne autem dicere poſſent adulationis cauſa, & humano conſilio ſic à Propheta ſcriptum fuiſſe: *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Reſpice quemadmodum ſubmiſſe opinionẽ Prophetæ, atque ſententiam de ſe recitauit. Primum cuius eſſe filium arbitrarentur. Deinde poſtquam illi Dauid reſponderunt, non dixit: At qui Dauid ſic de Chriſto prophetauit: ſed rurſus interrogandi ordine. Quomodo igitur Dauid in ſpiritu dixit? Quod facit ne his verbis conturbentur. Ideò nec, quid vobis de me videtur, ſed quid de Chriſto videtur interrogauit. Sic & Apoſtoli remiſsi differebant, dicentes. Licet libere dicere de Patriarcha Dauid, quia mortuus & ſepultus eſt. Similiter igitur & ipſe interrogando, atque ratiocinando dogma hoc de ſe introducit, dicẽs. *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos ſcabellum*

lum pedum tuorum. Si ergò Dauid Dominum ipſum vocat, quomodo filius eius eſt? hoc ratiocinatur, nõ quia velit oſtendere Dauid filium Chriſtum non eſſe (non enim Petrum hæc de cauſa increpaſſet) ſed vt falſam opinionem eorum in melius reducat. Quare quando infert, quomodo igitur filius eius eſt? nõ ſic eſſe filium, vt illi putabant affirmat. Illi enim filium ſolummodo, non autem etiam Dominũ arbitrabantur. Ita poſt recitatum teſtimonium, quiete atque remiſſe infert: *Si ergo Dauid Dominum ipſum vocat, quomodo filius eius eſt?* Hæc illi audientes nihil reſpondebant: nõ enim diſcendi, ſed tentandi cauſa interrogabant. Ideo ipſe intulit, ſed quoniam paruam ei fidem habebant, Prophetam quoque ſecũ accepit, quod maximè conſiderantes, quando remiſſum quid atque humile de ſeipſo dicitur, non ſcandalizabimur: ad multas enim alias cauſas præcipua hæc accedit, quod illos condeſcendens alloquitur. Qua de cauſa interrogando dogmata modo ſanxit, ad dignitatem ſuam occultius oſtendit. Nõ enim æquale videbatur, Dauid & Iudęorum Dominum dicere. Tu autem opportunitatem etiam expende. Cum enim vnum eſſe Dominum dictum ſit, tunc de ſe quoque dixit, quia Dominus eſt: quod non operibus ſolum, ſed Prophetæ authoritate confirmauit, qua demonſtrauit, quia Pater ipſe ſibi propugnat: *Donec enim ponã inimicos tuos,* inquit, *ſcabellum pedum tuorum*: Ita & magnum honorem ſibi à Patre, & ſe Patri concordem eſſe oſtendit. Hic fuit finis diſputationum, atque interrogationum omnium, præclarus quidem atque ſublimis adeò, vt ora eorum facile conſuerit. Conticuerũt enim ex illo tempore, non ſponte, ſed quia ita lethaA li fuerant perfoſsi vulnere, vt non auſi fuerint eum amplius aggredi. *Nullus enim, ait, auſus fuit ab illo die interrogare eum*: hæc res non parũ vulgo conducebat: ac ideò repulſus iam lupis, infidijſque illorum detectis, ad multitudinem orationem conuertit. Nihil enim amplius illi inanis glorię cupidi, & graui hac paſsione ſuperati acquirere poterant.

B

Auguſtinus lib. 1. contra aduerſarium legis & Prophetarum, cap. 20.

QVid vobis videtur de Chriſto, cuius eſt filius? Quid hoc teſtimonio manifeſtius? Quod ſi nimium durus eſt, nunquid etiam ibi negabit interrogaſſe Chriſtum, vbi ſe ipſe interrogare teſtatur, dicens interrogabo vos & ego vnum ſermonẽ, quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua poteſtate hæc facio, Baptiſma Ioannis vnde erat, è cælo an ex hominibus? Vbi nũc ſe abſcondit loquaciſsimus contra Deum, & deſperatiſsimus diſputator? Vbi eſt quod ait, Nemo niſi ignarus interrogat? Ecce Chriſtus ignarus non eſt, & tamen interrogat. His nempe oculis reprehendit Prophetarum Deum, quibus non videt Chriſtum. Sed in talibus interrogationibus apertiſsimè Doctor eſt Chriſtus. In his autem quãdo ait: Vbi poſuiſtis eum? & Quis me tetigit? & ſi quid dixiſſe huiuſmodi legitur, videtur doceri velle quod neſcit, tamen ſcit. Sic ergo & in illis libris Deus tanquã oblitus admonetur, ſed tamen abſit vt quicquam vnquam obliuiſcatur. Quid illud ipſum quod dixit Dominus Diſcipulis ſuis: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis: nonne videtur tanquam ex illo

Matth. 21.

Ioann. 11. Marc. 15.

Luc. 10.

illo arcu qui refulget in nubibus, velut quibuſdam in cælo Deus literis admoneri, niſi hæc pie accipiantur, donec fides impetret vt intelligantur, nonne vt fabuloſa rideantur? Quibus ridentibus niſi inſipientibus, & eo ipſo quo ſapientes ſibi videntur, magis magiſque dementibus? Quis enim cogitat quomodo ad memoriã Dei ſcribantur in cælis, ſequentes Dominũ: derelinquentes autem Dominum ſcribantur in terra, de quibus Prophe-
Ierem. 17. ta Ieremias dicit: Vniuerſi qui derelinquunt te, confundantur recedẽtes à te ſuper terram ſcribantur? Quos bene intelligitur ſignificaſſe Ieſus, quando Iudæi victi atque cõ-
Ioann. 8. fuſi, cum audiſſent. Qui ſine peccato eſt, prior in illã lapidem iaciat, vnus poſt alterũ receſſerunt. Tunc autẽ ille oſtẽdens de quo numero eſſent, digito ſcribebat in terra.

Auguſt. Quæſt. ſuper Geneſim, lib. 1. quæſt. 59.

QVod autem ſcriptum eſt: *Dixit Dominus Domino meo*, ad ipſum qui loquebatur refertur, id eſt, *Dixit Dominus meus Domino meo*, Pater ſcilicet Filio. Et Pluit Dominus à Domino, qui ſcribebat dixit, vt Dominus eius à Domino eius, id eſt, Dominus noſter à Domino noſtro pluiſſe, intelligatur Filius à Patre.

Auguſtinus de conſenſu Euã geliſtarum, lib. 2. cap. 74.

SEquitur Matthæus: Congregatis autem Phariſæis interrogauit eos Ieſus dicens: *Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt? Dicunt ei, Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: Donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid eũ vocat Dominũ, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei verbum reſpondere, neque auſus fuit quiſquam ex illa die eũ amplius interrogare.* Hoc conſequenter & eodem ordine Marcus quoque commemorat. Lucas etiam tãtummodo de illo tacet, qui interrogauit Dominum: *Quod eſt mandatum primum in Lege?* Hoc autem prętermiſſo, eundem etiam ipſe ordinem ſeruat, & hoc de Chriſto, quomodo ſit filius Dauid quæſiſſe à Iudæis Dominum pariter narrat. Nec intereſt ad ſententiam, quod ſecundum Matthæum cum interrogaſſet Ieſus, quid eis videatur de Chriſto, cuius eſſet filius, illi reſponderunt: *Dauid.* Tunc demum intulit, quomodo eum Dauid diceret Dominum. Secundum illos autem duos, Marcum & Lucam, nec interrogati eſſe, nec reſpondiſſe inueniuntur. Intelligere enim debemus poſt eorum reſponſionem ſententiam ipſius Domini à duobus Euangeliſtis inſinuatam, quomodo ab illo dicta ſit; his audientibus quos volebat ſuo magiſterio vtiliter informare, & ab ſcribarum alienare doctrina: qui de Chriſto illud ſolum ſapiebant, quod ſecundum carnem factus erat ex ſemine Dauid, non eum autem intelligebant Deum, propter quod erat Dominus ipſius Dauid. Ideo tanquam de illis errantibus, Dominus ad iſtos ſermonem faciens quos volebat ab illorum errore liberari, ſecũdum hos duos Euangeliſtas commemoratur: vt quod illis dictũ eſt, quomodo dicitis, ſicut Matthæus narrat: ſic accipiatur, non tanquam ad illos, ſed tanquam de illis ad eos potius dictum ſit quos volebat inſtruere.

Marc. 12. Luc. 20.

Augustinus in libro inchoatæ expositionis Epistolæ ad Romanos.

Roma.1. IN scripturis sanctis, quod adiecit *de filio suo qui factus est ex semine Dauid secundum carnem.* Dauid enim certe ex Iudæorum fuit. Oportebat autem vt ex illa gente orirentur Christi prænũtiatores Prophetæ, ex qua gente carnem assum pturus erat quem prænunciabant. Occurrendum autem erat etiam illorum impietati, qui Dominum nostrum Iesum Christum secundum hominem tantummodo quẽ susceptit, accipiunt: diuinitatem in eo non intelligunt ab vniuersæ creaturæ cõmunione discretã: velut ipsi Iudæi, qui Christum filium Dauid tantummodo esse opinabantur, ignorantes excellentiam qua Dominus est ipsius Dauid, secundum id quod est Filius Dei. Vnde illos in Euangelio redarguit per Prophetiã quæ ipsius Dauid ore prolata est. Quærit enim ab eis, quem ipse Dauid Dominũ appellat, quomodo filius eius sit? Cur deberent vtique respondere, quod secundum carnem filius esset Dauid, secundum diuinitatem autem Filius Dei & Dominus ipsius Dauid. Quod Paulus Apostolus quia iam didicerat, posteaquã dixit: *In Euangelium Dei quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid*: addidit, *secundum carnem*, ne hoc solum & totũ in Christo esse arbitrarentur, quod factũ erat secundum carnem. Addendo ergo, secundum carnem seruauit diuinitati dignitatem suam. Quæ non solum semini Dauid, sed nec alicui angelicæ aut cuiusuis excellentissimæ creaturę generationi tribui potest, quandoquidem ipsum est verbum Dei, per quod facta sunt omnia. Quod verbum ex semine Dauid caro factum est, & habitauit in nobis, non mutatum & conuersum in carnem, sed carne vt carnalibus congruenter appareret indutum. Ioann.1.

Augustinus in expositione quorundam propositionũ ex Epistola ad Romanos, propositio.39.

QVod autem dicit: Quorum patres & ex quibus Christus secundum carnem, & adiecit, Qui est super omnia Deus benedictus in secula plenissima fide commendat quòd Deum nostrũ secundum susceptionem carnis filium hominis confitemur, & secundum æternitatem & Verbum in principio Deũ benedictũ super omnes in secula. Huius autem confessionis Iudæi quoniam partem teneuerũt, refelluntur à Domino. Nã cum eos interrogasset, cuius filiũ dicerent esse Christum, Responderunt, *Dauid.* Hoc autem secundum carnem est. De diuinitate vero eius ei⁹ q̃ De⁹ est, nihil responderũt. Ideo Dominus ait eis. *Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum*: Vt intelligerent hoc se confessos esse tantum, quod Christus filius est Dauid: hoc autẽ tacuisse quod est Christus Dominus ipsius Dauid. Illud enim est secundum susceptionem carnis, hoc secundum æternitatem diuinitatis. Roma.9.

August. in Psalm.109.

DIxit Dominus Domino mẽo, *sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum.* Hãc ergo quæstionem Iudęis propositã à Domino in ipso ingressu Psalmi pertractare debem⁹. Si enim quod respon-

reſponderunt Iudæi exigatur à nobis vtrum confiteamur & nos vel abnegemus, abſit vt negemus. Si dicatur nobis Chriſtus filius eſt Dauid, an non eſt? Si dixerimus non, contradicimus Euangelio: nanq; Matthęo ſcribente, ſic incipit Euãgelium: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid.* Euãgeliſta dicit librũ ſe ſcribere generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. Recte ergò Iudæi interrogati à Chriſto, cuius eſſe filium crederent Chriſtum: reſponderũt, *Dauid.* Reſpõſioni eorũ congruit Euangelium. Habet hoc nõ ſolum ſuſpicio Iudęorum, ſed & fides Chriſtianorum. Adhuc alia firmamenta conſpicio: dicit Apoſtolus: *Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem:* dicit etiam ad Timotheum: *Memor eſto Chriſtum Ieſum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangelium meum.* Et de ipſo Euangelio quid dicitur? *In quo laboro vſque ad vincula, tanquam malefaciens, ſed ſermo Dei non eſt alligatus.* Laborabat ergo vſq; ad vincula Apoſtolus pro Euangelio ſuo, ideſt, pro diſpenſatione Euãgelica, quam populis prædicabat, quam populis impendebat, ille qui mane rapuerat, ſed tunc iam eſcas ad veſperum diuidebat. Laborabat ergo vſque ad vincula Apoſtolus pro Euangelio, quo Euãgelio prædicabat Chriſtũ Ieſum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid. Pro hoc Euangelio Apoſtolus laborabat: & tamen de hoc Chriſtus interrogabat, & reſpondentibus Iudæis quod prædicabat Apoſtolus retulit vocem contradictionis & ait: *Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum?* Et interpoſuit teſtimonium de hoc Pſalmo. *Dixit Dominus Domino meo. Si ergo in ſpiritu vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt?* Iudæi ſub hac interrogatione tacuerunt, quid reſponderent deinceps non inuenerunt: nec eũ tamen Dominũ quæſierunt, quia & ipſum eſſe illum filium Dauid non agnouerũt. Nos autẽ fratres credamus & dicamus, *Corde enim creditur ad iuſtitiam ore autem confeſsio fit ad ſalutẽ.* Credamus, inquam, & dicamus filium Dauid & Dominum Dauid. Non erubeſcamus de filio Dauid, ne iratum inueniamus Dominũ Dauid. Hoc enim nomine illum rectiſsimè tranſeuntem appellantes cæci illuminari meruerunt. Tranſibat enim Ieſus, & illo audito ſonitu tranſeũtes turbæ, aure iam illum cognoſcentes quod nondum poterant oculis, acclamauerunt voce magna & dixerunt: *Miſerere noſtri fili Dauid. Turbæ autem illos increpabãt vt tacerent.* Et illi nihilominus lucis deſiderio turbarum contradictionẽ vincentes, in clamando perſeuerauerunt, tranſeuntem tenuerunt, & à tangente illuminari meruerũt. Dicebant enim tranſeunti: *Miſerere noſtri fili Dauid.* Stetit ille, & victo ab eis clamore contradicẽtium, *Quid,* inquit, *vultis vt faciã vobis?* Et illi, Domine vt videamus. Tetigit & aperuit oculos eorum: viderunt preſentem, quem ſenſerant tranſeuntem. Aliquid ergo tranſitorium Dominus fecit: eſt autem aliquid quod ſtat. Aliud eſt, inquã, tranſitorium Domini, aliud ſtabile Domini. Trãſitorium Domini, Virginis partꝰ, Verbi incarnatio, ætatũ gradatio, miraculorum exhibitio, paſsionũ perpeſsio, mors, reſurrectio, aſcẽſio in cælum: hoc totum tranſitorium fuit. Num enim adhuc Chriſtus naſcitur, aut adhuc moritur, aut adhuc reſurget, aut adhuc aſcendit in cælũ? Nonne videtis iſta facta per tẽpora, cucurriſſe per tempora, exhibuiſſe viatoribus quiddam tranſitorium ne in via remanerent, ſed ad patria peruenirent? Deniq; & illi cæci ad viam

Matth. 1.

Roma. 1.
2. Timo. 2.

2. Timo. 2.

Roma. 10.

Matth. 9. & 20.

ſedebant, ibi tranſeuntem ſenſerunt, & clamando tenuerũt. In via ergo ſeculi huius hoc trãſitorium ſui Dominus operatus eſt, & hoc tranſitorium pertinet ad filium Dauid: ideo illi Domino tranſeũti clamauerunt: *Miſerere noſtri fili Dauid*: tanquam dicerent, filium Dauid trãſeuntem cognoſcimus, filium Dauid in tranſitu factum diſcimus. Agnoſcam⁹ ergò & nos, & filium Dauid confiteamur, vt illuminari mereamur. Sentimus enim tranſeuntem filium Dauid, & illuminamur à Domino Dauid. Ecce ergo quia magiſter noſter interrogauit Iudæos, & ideò non reſponderũt, quia Diſcipuli eſſe nolluerunt. Ecce ſi nos interrogaret, quid reſponderemus? Defecerunt in hac interrogatione Iudæi; proficiant Chriſtiani, non perturbentur ſed erudiantur. Non enim Dominus interrogat diſcere volens, ſed tanquam doctor interrogat. Dicerent miſeri Iudæi, tu dic nobis: maluerunt inflata taciturnitate dirumpi, quam humili confeſsione edoceri. Dicat ergò nobis magiſter noſter, & videamus quid interrogati reſpondeamus: *Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius eſt filius?* Reſpõdeamus omninò quod Iudæi, ſed non remaneamus vbi Iudæi. Recolamus Euangelium quod credimus: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid.* Non quia interrogamur excidat nobis Chriſtum eſſe filium Dauid, quod memoriæ commendat Apoſtolus: Ita Chriſtiane: *Memor eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid.* 2. Timo. 2. Ergo interrogemur & reſpondeamus: *Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filius eſt?* Dicant ora concordia Chriſtiana, *Dauid.* Referat & doctor, & reuocet nobis. *Quomodo ergo Dauid in ſpiritu dicit eum Dominum, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſub pedibus tuis?* Quomodo nos dicerem⁹, niſi à te diſceremus? Nunc ergò quia didicimus: In principio erat Verbũ, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum, omnia per te facta ſunt. Ecce Dominus Dauid. Sed nos propter infirmitatem noſtram, quia caro deſperata iacebamus, Verbum caro factus es, vt habitares in nobis. Ecce filius Dauid. Certe tu in forma Dei cum eſſes, non rapinam arbitratus es eſſe æqualis Deo: ideo Dominus Dauid. Sed temetipſum exinaniſti formam ſerui accipiẽs, inde Filius Dauid. Deniq; & in ipſa interrogatione tua dicens, quomodo filius eius eſt, non te filium eius negaſti, ſed modum in quo id fieret inquiſiſti. Dicit eum, inquis, Dauid Dominum, quomodo filius eius eſt? Non nego, ſed dic quomodo? Illi ergo ex literis, quas legebant, & non intelligebant, ſi in iſta interrogatione recolerent modum, non reſponderent quomodo interrogas? *Ecce virgo accipiet in vtero & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel*, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. Accipiet virgo in vtero, virgo ex ſemine Dauid pariet filium, vt ſis filius Dauid. Erant enim Ioſeph, & Maria, de domo & patria Dauid. Peperit ergo virgo illa vt eſſet filius Dauid: ſed ille quem peperit, vocabunt nomen eius Emanuel, nobiſcum Deus: Ecce habes & Dominum Dauid. Aliquid nobis fortaſsis ex hac re, quomodo Chriſtus & filius ſit Dauid, & Dominus ſit Dauid, etiã Pſalmus iſte intimabit. Audiamus ergo & pertractemus eum, pulſemus pietate, & extorqueamus charitate. Dauid ergo ipſe dicit, neque enim Domino contradicere licet, Dauid, inquit, in ſpiritu vocat eũ Dominum.

Ioan. 1. Philip. 2. Iſaiæ. 7.

minum. Ille ergò Dauid de Chri-
sto quid dicit? Nã ipsi Dauid Psal-
mus. Et iste est totus titulus, sim-
plex sine figura quæstionis, sine vl-
lo modo difficultatis. Quid ergò
dicit Dauid? *Dixit Dominus Domino*
meo, sede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Quid est scabellum pedũ tuorum?
Quod est sub pedibus tuis. Scabel-
lum enim pedum sub pedibus est:
Dixit, inquit, *Dominus Domino meo.*
Audiuit hoc Dauid, audiuit in spi-
ritu, vbi nos quando audiuit non
audiuimus, sed loquenti quod au-
diuit, & scribenti credidimus. Au-
diuit ergò prorsus, audiuit in quo-
dam secretario veritatis, in quodã
mysteriorum sanctuario, vbi Pro-
phetæ in occulto audierunt, quod
in aperto prædicauerunt. Ibi audi-
uit Dauid, quod cum fiducia mag-
na dicit: *Dixit Dominus Domino meo,*
sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. No-
uimus Christum sedere ad dexte-
ram Patris post resurrectionem à
mortuis, & in cælis ascensionem.
Factum est iam, nec vidimus, sed
credimus, in libris legimus, præ-
dicatum audiuimus, fide retine-
mus. Vnde & eo ipso quod erat fi-
lius Dauid, Christus factus est Do
minus Dauid. Illud enim quod na
tum est ex semine Dauid, ita ho-
noratum est vt esset & Dominus
Dauid. Ita admiraris hoc, quasi
& in rebus humanis ista non fiãt.
Si enim contingat filium cuiusquam regem fieri Patre priuato, nonne erit Dominus Patris? Admirabilius est quod potest contingere, vt non solum rex factus priuati filius, dominus sit Patris sui, sed & Episcopus factus laici filius, sit pater patris sui. Ergò & eo ipso quod carnẽ accepit Christus, quod in carne mortuus est, quod in eadẽ carne resurrexit, quod in eadẽ car
ne ascendit in cælum, & sedet ad
dexteram Patris, & in eadem ipsa
carne sic honorata, sic clarificata,
sic in cælestẽ habitum cõmutatur, *Philip. 2.*
& Filius est Dauid & Dominus est
Dauid. Secundum hanc enim dis-
pensationem transitus Christi, etiã
illud ab Apostolo dicitur: *Propter*
quod illum exaltauit à mortuis, & donauit illi nomen quod est supra omne nomẽ,
vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.
Donauit, inquit, *ei nomẽ quod est supra*
omne nomen: Christo secundum ho
minem mortuo, Christo secundũ
carnẽ resurgenti, ascendenti, dona
uit nomẽ, quod est super omne no-
men: *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.* Vbi erit Dauid, vt non ei sit
Dominus? In cælo sit, in terra sit,
in inferno sit, Dominus eius erit,
qui est Dominus cælestium, terre-
striũ, & infernorum. Gaudeat ergo
nobiscum & Dauid filij sui natiui-
tate honoratus, Dominatu liberatus, & gaudens dicat, vt à gaudenti
bus audiatur: *Dixit Dominus Domino*
meo, sede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Se
de, non solum in alto, sed & in oc-
culto, excellens vt domineris, la-
tens vt credaris. Quæ enim esset
merces fidei, nisi lateret quod cre-
dimus? Merces autem fidei est vi-
dere quod credimus antequam vi-
deremus. Sicut autẽ scriptura per-
sonat: *Iustus ex fide viuit.* Non ergo *Roma. 1.*
esset iustitia fidei, si non esset abs-
conditum quod prædicatum cre-
deremus & credendo ad videndũ
perueniremus. *Quam enim multa mul* *Psalm. 30.*
titudo dulcedinis tuæ Domine quam abs-
condisti timentibus te? Ergo absco-
disti, & remanserunt? Absit. *Perfe-*
cisti autem sperantibus in te. Mirabile
ergo mysterium Christi sedẽ-
tis in dextera
Dei.

Anticimenon, lib. 2.

INTERROGAT. Cum Angelus in Euangelio de Chriſto exponat, *Dabit illi Deus ſedem Dauid Patris ſui*: Et Chriſtus ipſe in multis ſcripturarum locis Filius eſſe dicatur Dauid: quomodo quaſi è cõtrario Chriſtus ipſe quærit à Iudæis in Euangelio dicens: *Si Filius Dauid Chriſtus eſt, quomodo in ſpiritu vocat eum Dominum?*

Luc. 1.

RESPON. Dictum eſt hoc imperitis, qui quanuis vẽturum Chriſtum ſperarent, ſecundum hominem tamen eum expectarent, non ſecundum quod virtus & Dei ſapientia eſt. Docet ergò ibi fidem veriſsimam & ſynceriſsimam, vt & Dominus ſit regis Dauid ſecundum quod eſt verbum, in principio Deus apud Deum, per quod facta ſunt omnia: & Filius, ſecundũ quod factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Non enim dicit: Non eſt filius Dauid Chriſtus, ſed ſi iam tenetis quod Filius eius ſit, diſcite quomodo ſit Dominus eius: ne teneatis in Chriſto, quod Filius hominis eſt ita enim Filius Dauid eſt: & relinquatis quod Filius Dei eſt, ita enim Dominus eius eſt.

(Imperiti) filium Dei ſecundum hominem expectabant, non ſecundũ Deũ, virtutẽ Dei, & ſapientiã eius.

Ioann. 1.

Rom. 1.

Euſebius de demonſtratione Euangelica, lib. 5. capit. 3.

Pſalm. 109.

DIxit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion, & dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorũ, ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non penitebit, tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinẽ Melchiſedec. Dominus à dextris tuis. Salutorem Dominum noſtrum, ipſum primogenitum omnis creaturæ Dei verbum, ſapiẽtiam quæ eſt ante æuum, initium viarum Dei, primogenitum & vnicum Patris germen, eum qui Chriſti appellatione honoratur, præſens quoque Pſalmus Dominum vocat, docetque eũ eſſe confeſſorem ſimul & Filium ſupremi Dei, rerumque omnium Dominum, æternumque Patris Sacerdotem. Attende igitur quemadmodum hic vnum & eundem ſupremus & omnia ſub ſe habẽs Dominus, voce illa donat: *Sede à dextris meis.* Et illa: *Ante luciferum genui te.* Deinde cum iuriſiurandi confirmatione in concuſſum atque immutabilem in infinitum æuum per manſuri ſacerdotij honorem, ei largitur: *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum tu es ſacerdos in æternum.* At enim quis hic tandem intelligatur? Nempe non vir mortalis vllus, ac ne angelicæ quidem naturæ quiſpiam, qui à Deo quidem ſit factus, in æternum vero Sacerdos conſtitutus, ſed ſolus ille, qui in ijs quæ antea citauimus oraculis, dixit: Creauit me initium viarum ſuarum in opera ſua. Ante ſeculum fundauit me, in principio antequam montes ſtabilirentur, & ante omnes colles gignit me. Adhibe vero animum diligenter, & cogitationem intende tum ad præſentem Pſalmum, tum ad eas quæ ante hac expoſitæ ſunt voces. In hoc enim ingenitus Deus eum qui ab ipſo eſt, & noſter Dominus eſt, ſedere ſecum vna iubet, dicens: *Sede à dextris meis.* In altero vero quẽ ante hunc ipſum expoſuimus, ſedẽ in ſeculum ſeculi manere oraculũ affirmabat, Deum interim illum appellans in illis verbis, vbi ait: *Sedes tua Deus, in ſeculum ſeculi.* Rurſus in eo qui nunc inter manus verſatur,

Proner. 8.

tur, *Virgam*, inquit, *virtutis emittet tibi Dominus ex Sion*, in illo autem, *virga directionis, virga regni tui.* Et rursus hic quidem ait: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; & dominaberis in medio inimicorum tuorum. Ille vero: *Sagittæ tuæ acutæ, O potens in corda inimicorum regis.* Ergo etiam ea quæ ad eius de quo agimus inimicos pertinent, in vtroque sibi ipsa consentiunt. Quis ergo modo suis oculis cernens in medijs vrbibus, in vicis ac regionibus in toto orbe florentes Saluatoris nostri Ecclesias, & eos in quibus dominatur populus, & innumerabili virorum multitudine refertos conuentus, qui illi cõsecrati sunt, quique vndique tum ab ijs, qui inter homines cernũtur, tum ab effugiẽtibus visum nostrũ, & occultis inimicis atque hostibus eius doctrinæ, quæ à Christo tradita est, circumsessi, non admiretur præsens oracullum quod ad eius personam enuntiatum est, de quo hic canitur? illud vtique: *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Deinde quoniam in eo qui intercessit, dictũ est illum vnctum esse oleo exultationis præ participibus suis. Et Sacerdotum id erat proprium apud Hebræos vt vngerentur. merito in eo quem nunc tractamus, iam clarius & certius illum consecrat Sacerdotem, plura etiam de illius doctrina proponens, per quem ipsum solum præ omnibus qui vnquam aut fuerint, aut futuri sint, æternum Sacerdotem esse demonstrat, quod sane nusquam vt vlli naturæ hominis accommodetur, fieri poterit, secundum ordinem Melchisedec Sacerdotem constitui illum ait, vt ab eo differat, qui secundum Mosi constitutionem erat Sacerdos, qui quidem aut Aaron sit accipiendus, aut alius quispiam ex ijs, qui ab vllo oriundi sint, quorum quisque quum prius Sacerdos non esset, posterius aliquãdo per homines vnguẽto quodam artificiose confecto, vngebatur: & sic figurate, vt ita dicam, & per signa quædam, adũbratus quidam, & imaginarius Christus efficiebatur. Prætereà tanquam is, qui mortalis esset, haud ita multo post sacerdotiũ deponebat. Adde quod apud vnum Iudæorum populum sacerdotio fungebatur, non autem apud alias item nationes. Neque vero cum iureiurando Dei, ad talem functionem accedebat, sed iudicio hominum electus. Itaque nonnunquam etiam aliquis ex illis inuentus est tali ministerio non dignus, qualis Eli plane deserti ptus est. Ad hæc, vetus ille Sacerdos, qui à Mose institutus fuerat, ex sola tribu Leui eligi poterat, & oportebat omninò, illum genus quoque trahere de successione ipsius Aaron, sacrificijsque brutorũ animalium, & cruoribus, corporalique adoratione rei diuinæ inseruire. At verò qui Melchisedec est nominatus, quod nomen in nostrã linguam cõuersum, regem iustitiæ significat, & qui fuit Rex Salem, quod ipsum itẽ sit, Rex pacis sine patre, sine matre, sine generis serie, non habens in historia, neq; initiũ dierum, neque vitæ finem, ac ne referens quidem cum Aaron Sacerdotij ritu commune quicquã inuenitur. Nam neque ab hominibus electus fuerat, neque oleo composito vnctus, neque de genere illorum ẽditus, qui nondum existerãt, & quod omniũ maximè admirabile est, ne corpore quidẽ erat circũcisus, & tamen ipsi Abraham bene dicit tanquam is qui illo sit longe præstantior. Adde quod neque sacrificijs, neque libationibus, altissimo Deo operabatur, neque verò

Psalm. 44.

Florẽt Ecclesiæ Christi.

Melchisedec non circũcisus corpore.

in templo quod Ieroſolymis eſſet, ſuum munus obibat. Qui enim in eo, quod nondum erat? & merito ſane, quãdo ne noſtro quidem Saluatori Chriſto, euenturum quicquam erat ipſi Aaron ſimile. Nam neque qui prius non fuiſſet, poſterius eſſe aliquãdo Sacerdos declaratus, neque his qui extitiſſet Sacerdos, ſed qui eſt. Diligenter enim attendendum eſt illud: *Tu es Sacerdos in æternum*. Nec enim, eris, ait, qui olim non fueris; ac ne fuiſti quidem antea, nunc autem non es, ſed ab eo qui dixit: *Ego ſum qui ſum*, tu es, & Sacerdos in ęternũ permanes. Quoniam igitur neque à tempore Sacerdotij initium accepit, neque de tribu Sacerdotum exortus eſt Chriſtus, neque artificioſe inſtructo corporalique oleo inunctus, ne fidem quidem vllum Sacerdotij eſt habiturus, neque item ſolis Iudæis, ſed omnibus gẽtibus conſtituendus. Propter hęc omnia, merito illum à miniſterio Aaron liberat, quod figuram gerebat, & ſecundum ordinem Melchiſedec Sacerdotem futurum affirmat. Et ſane oraculi exitus admirabilis ei qui contẽpletur, quẽadmodum Saluator noſter Ieſus, qui eſt Chriſtus Dei, ipſius Melchiſedec ritu, ea quæ ad Sacerdotium in hominibus gerendum ſpectant, per ſuos miniſtros perficiat. Nam quemadmodum ille qui Sacerdos gentium erat, nuſquam videtur ſacrificijs corporalibus functus, ſed vino ſolo & pane, dum ipſi Abraham benedicit, ita ſane primus ipſe Saluator ac Dominus noſter, deinde qui ab ipſo profecti ſunt, Sacerdotes in omnibus gentibus, ſpirituale ſecundum Eccleſiaſticas ſanctiones Sacerdotij munus obeuntes, vino ac pane, & corporis illius & ſalutaris ſanguinis myſteria repræſentant, quæ ſane myſteria, Melchiſedec tanto ante ſpiritu diuino cognouerat, & rerum futurarum imaginibus vſus fuerat, ſicut etiam Moſi ſcriptura reſtificatur, vt ait: *Et Melchiſedec Rex Salem, protulit panes & vinum. Erat autem Sacerdos Dei altiſſimi, & benedixit Abraham*. Merito igitur & cum iuriſiurandi adiectione, vni ei de quo hic agimus talia promiſſa ſunt. *Iurauit*, inquit, *Dominus Deus, & non pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec*. Audi verò qualia ſint, quæ de ijſdem rebus etiam Apoſtolus dicat: In quo abundantius volens Deus oſtendere hæredibus regni, immutabilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum, vt per duas res immutabiles, in quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad obtinendam propoſitam ſpem, & adiungit: *Et alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere, hic autem eo quod ipſe maneat, ſempiternum habeat Sacerdotium. Ex quo etiam ſeruare in perpetuum poteſt accedentes per ipſum ad Deum, ſemper viuẽs ad intercedendum pro illis. Talis enim decebat nos pontifex, ſanctus, innocẽs, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus*. Deinde adiungit: Caput autem ſuper ijs quæ dicta ſunt. Talem habemus Pontificem, qui ſedet in dextera maieſtatis in excelſis, ſanctorũ miniſter, & tabernaculi veri, quod fixit Deus & non homo. Hæc quidem Apoſtolus. Pſalmus vero inferius progreſſus, etiã ea quæ paſſurus erat is, de quo vaticinatur, aperte ſignificat, dicens: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput*. Torrentem porro, tentationum tempus intelligẽdum alius iudicat Pſalmus, dicẽs: *Torrentem pertranſiuit anima noſtra. Forſitan pertranſijt anima noſtra aquã intolle-*

Exod. 3.

Melchiſedec ſacerdos gentium.

Sacerdotium ſanctio eccleſiaſtica.

Genes. 14.

Ad Heb. 7.

Ad Hebr. 1.

intollerabilem. In torrente igitur bibet, inquit, calicem videlicet, quē ipſe ſub ipſum paſsionis tempus ſignificauit, dicens: *Pater, ſi poſsibile eſt, trāſeat calix iſte à me.* Et rurſus: *Si non poſsibile eſt illum tranſire, niſi illum bibam, fiat voluntas tua.* Cùm igitur hunc calicem bibiſſet, tūc exaltauit caput. Et ſicut ait Apoſtolus: *Quoniam factus eſt obediens Patri vſque ad mortem, mortem autem crucis, idcirco,* inquit, *exaltauit illum Deus ſuſcitās illum à mortuis, & ſedere illum fecit in dextera ſua, ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod dominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Et omnia ſubiecit,* inquit, *ſub pedibus eius,* ſecundum eam quæ ad ipſum facta eſt, promiſsionem, quam in Pſalmo declarat, dicens: *Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Dominare in medio inimicorum tuorum.* Conſtat vero planiſsime, quemadmodum hodie quoq; Saluatoris noſtri virtus, ac doctrinæ illius verbum, in medio inimicorum & hoſtium ſuorū, omnibus quicunque in ipſum credunt, dominatur.

Matth. 26.
Luce. 22.
Epheſ. 1.
Pſalm. 8.

Cyrillus de recta fide ad Reginas.

AVdis quomodo in hoc nititur oſtēdere ſe eſſe Chriſtus, quod licet factus ſit ex ſemine Dauid ſecundum carnem, attamen ſecundum naturam etiam ſic ſit Dominus, vt Filius & Deus. *Si enim,* inquiunt, *filius eſt Dauid, quomodo ipſum Dauid Dominū nominat?* Sed neque eam quæ è ſemine Dauid, ſecundum carnem natiuitatem, in hoc negat, neque inficiatur ſe eſſe Dominū ſecundū naturam. Adeſſe autem dicit vtraque tametſi ex vtriſque vult vnū ſignificari. Vnus igitur Chriſtus & Filius vere.

Cyprianus in Symbolum Apoſtolorum.

AScendit ergo ad cælos, non vbi Verbum Deus ante non fuerat: quippe qui erat ſemper in cælis, & manebat in Patre: Sed vbi Verbum caro factum ante nō ſederat. Deniq; quia nouus iſte ingreſſus portarum cæli ædituis & principibus videbatur, videntes naturam carnis cælorum ſecreta penetrantem, dicunt ad inuicem, ſicut Dauid plenus ſpiritu enuntiat. *Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio:* Quæ vox vtique non propter Diuinitatis potentiam, ſed propter nouitatem carnis aſcendē tis ad dexteram Dei ferebatur. Dicit & alibi idem Dauid. *Aſcendit Deus in iubilatione, Dominus in voce tubæ.* In voce enim tubæ moris victorum eſt redire de prælio. De ipſo quoque & alias dicitur: Qui ædificat in cælo aſcenſum ſuum. Et etiam alibi: *Qui aſcendit ſuper Cherubim & volauit ſuper pennas ventorum.* Sedere quoq; ad dexteram Patris, carnis aſſumptæ myſterium eſt: neque enim incorporeæ illæ naturæ conuenienter iſta abſque aſſumptione carnis adduntur: neque ſedis cæleſtis perfectum diuina natura, ſed humana conquirit. Vnde & dicitur de eo: *Parata ſedes tua Domine ex tunc, à ſeculo tu es.* Parata ergo à ſeculo ſedes eſt, in qua Dominus Ieſus ſeſſurus erat is, in cuius nomine omne genu flectitur, celeſtium, terreſtrium, & infernorum. Et omnis lingua confitebitur ei, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria Dei Patris eſt: de quo & Dauid ita refert: *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: donec ponam inimi-*

Pſalm. 23.
Pſalm. 46.
Pſalm. 103.
Pſalm. 17.
Pſalm. 92.
Pſalm. 109.

cos tuos ſcabellum pedum tuorum. Quæ tamen dicta Dominus in Euangelio diſſerẽs dicebat ad Phariſæos: *Si ergo Dauid in ſpiritu Dominum vocat quomodo filius eius eſt?* Per quod oſtendit ſecundum ſpiritum Dominum, ſecundum carnem filium eſſe Dauid.

Irenæus aduerſus hæreſes, lib. 3. cap. 6.

Oſtenſio quod in ſcripturis nemo alius Deꝰ nominatur, nec Dominus nũcupatur, niſi ſolus verus Deus, Pater omnium & Verbum eius.

NEque igitur Dominus, neq; Spiritusſanctus, neque Apoſtoli eum qui non eſſet Deus definitiue & abſolutè Deum nominaſſent aliquãdo, niſi eſſet verus Deꝰ, neque Dominum appellaſſent aliquem ex ſua perſona, niſi qui dominatur omnium Deum Patrem & Filium eius qui Dominum accepit à Patre ſuo omnis conditionis, quemadmodum habet illud: *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, Quoadusque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Patrẽ enim Filio collocatũ oſtendit, qui & dedit ei hæreditatem Gentium, & ſubiecit ei omnes inimicos. Vere igitur cum Pater ſit Dominus, & Filius vere ſit Dominus, merito, Spiritusſanctus Domini appellatione ſignauit eos. Et iterum in euerſione Sodomitarum Scriptura ait. *Et pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorram ignem, & ſulfur à Domino de cælo.* Filius enim hic ſignificat, qui & Abrahæ conlocutus ſit, à Patre accepiſſe poteſtatem ad iudicandum Sodomitas propter iniquitatem eorum. Similiter habet illud: *Sedes tua Deus in æternum, virga directionis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus, Deus tuus.* Vtroſque enim Dei appellatione ſignificauit Spiritus, & eum qui vngitur Filium, & eum qui vngit, id eſt Patrem. Et iterum. *Deus ſtetit in Synagoga eorum, in medio autem Deos diſcernit*, de Patre & Filio & de his qui adoptionem perceperunt dicit. Hi autem ſunt Eccleſia, hæc enim eſt Synagoga Dei, quam Deus hoc eſt Filius ipſe per ſemetipſum colligit. De quo iterũ dicit: *Deus Deorum Dominus locutus eſt, & vocauit terram.* Quis Deus? de quo dixit: *Deꝰ manifeſte veniet, Deꝰ noſter & non ſilebit.* Hoc eſt Filius qui ſecũdum manifeſtationem hominibus aduenit, qui dicit palam: Apparui his qui me non quærunt. Quorum autem Deorũ? Quibus dicit. *Ego dixi, Dij eſtis, & filij altiſſimi omnes.* Hi ſcilicet qui adoptionis gratiã adepti ſunt, per quam clamamus Abba Pater. Nemo igitur aliꝰ quemadmodum prędixi, Deus nominatur, aut Dominus appellatur, niſi qui eſt omnium Deus & Dominus, qui & Moyſi dixit: *Ego ſum qui ſum, & ſic dices filijs Iſrael, Qui eſt miſit me ad vos*: & huius Filius Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui filio Dei facit credẽtes in nomen ſuũ: Deſcẽdit inquit, eripere populum hunc: Ipſe eſt enim qui deſcendit & aſcendit propter ſaluté hominũ. Per Filium itaque qui eſt in Patre, & habet in ſe Patrem, his quibus manifeſtatus Pater teſtimonium perhibẽte Filio, & Filio annũciãte Patré. Quemadmodũ & Eſaias ait: *Et ego, inquit, teſtis dicit Dominus Deꝰ, & puer quem elegi, vti cognoſcatis & credatis & intelligatis quoniã ego ſum.* Cum autem eos, qui non ſunt Dij nominat, non in totum quemadmodum prædixi, Scriptura oſtendit illos Deos, ſed cum aliquo addita-

Geneſ. 19.

Pſalm. 44.

Pſalm. 81.

Pſalm. 49.

Pſalm. 81.

Rom. 8.

Exod. 3.

Iſai. 43.

ditamento & ſignificatione, per quam oſtenduntur non eſſe Dij.
Pſalm.95. Quemadmodum apud Dauid, Dij gentium idola dæmoniorum, & Deos alienos non ſectabimini. Ex hoc enim quod dicit dij Gentiũ, Gẽtes autem verbum Domini neſciunt, & alienos deos nominans eos, abſtulit quod ſint dij. A ſua autem perſona quod eſt, dicit de ipſis, ſunt enim idola, inquit, dæ-
Iſai.42. moniorum. Et Eſaias: Confundantur omnes qui blaſphemant Deum & ſculpunt inutilia, & ego teſtis dicit Domin⁹, abſtulit quod ſunt Dij, ſolo autem vtitur nomine ad hoc, vt ſciamus de quo dicit.
Iere.10. Hoc autem ipſum & Ieremias, Dij inquit, qui non fecerunt cælum & terram, pereant de terra, quæ eſt ſub cælo. Ex eo enim quod perditionem eorum adiecit, oſtẽdit non eſſe Deos eos. Et Elias autem conuocato vniuerſo Iſrael in
3.Reg.18. Carmelum montem, volens eos ab idolatria auertere ait eis. Quouſque claudicabitis vos in am bobus ſuffraginibus, ſi vn⁹ eſt Dominus Deus, venite poſt eum. Et iterum ſuper holocauſtum ſic ait
Ibidem. idolorum ſacerdotibus. *Vos inuocabitis in nomine Deorum veſtrorum, & ego inuocabo in nomine Domini Dei mei, & Deus qui exaudiet hodie, ipſe eſt Deus.* In eo enim quod hæc dicebat Propheta, qui quidem apud ipſos putabantur dij, arguit Deos non eſſe. Conuertit autem eos ad eum Deũ qui & credebatur ab eo, & qui vere erat Deus, quem & inuocans clamabat: *Domine Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob exaudi me hodie. Et intelligat omnis populus hic, quoniam tu es Deus Iſrael.* Et ego igitur inuoco te Domine Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, qui eſt & Iſrael, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deus qui per multitudinem miſericordiæ tuæ & bene ſenſiſti in nobis, vt te cognoſcamus, qui feciſti cælum & terram & dominaris omnium, qui es ſolus & verus Deus, ſuper quem alius Deus non eſt, præter Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, dominatione quoque dominaris Spiritus ſancti, da omni legenti hanc ſcripturam cognoſcere te, quia ſolus Deus es, & confirmari in te, & abſiſtere ab omni hæretica, & quę eſt ſine Deo, & impia ſententia.
Galat.4. Et Apoſtolus autem Paulus dicẽs: *Si enim his qui non erant dij ſeruiſtis, nunc cognoſcentes Deum, imo cogniti à Deo, ſeparauit eos qui non erant, ab eo qui eſt Deus.* Et iterum de Antichriſto dicens: *Quid aduerſatur & extollit ſe*, inquit, *ſuper omne quod dicitur* Matt.24. *Deus*, vel quod colitur, eos qui ab ignorantibus Deum dij dicuntur, ſignificat, id eſt, idola. Etenim Pater omnium Deus dicitur & eſt, & non ſuper hunc extolletur Antichriſtus, ſed ſuper eos qui dicũtur quidem, non ſunt autem dij. Quoniam autẽ hoc verum eſt, ipſe Paulus ait: *Scimus autem quoniam nihil eſt* 1.Cor.5. *idolum, & quoniã nemo Deus niſi vnus.* Etenim ſi ſunt qui dicuntur dij, ſiue in cęlo, ſiue in terra, nobis vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vn⁹ Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia & nos per ipſum. Dixit enim & ſeparauit eos qui dicuntur quidem, non ſunt autem dij, ab vno Deo Patre, ex quo omnia, & vnum Dominum Ieſum Chriſtũ ex ſua perſona firmiſsime confeſſus eſt. Quod autem ſiue in cælo, ſiue in terra, non quemadmodum exponunt hij, dicere eum mũdi fabricatorem, ſed ſimile eſt ei quod à Moyſe dictum eſt: Non fa- Deut.4. cies tibi omnem ſimilitudinem in Deum quæcunque in cælo ſurſum, & quæcunque in terra deorſum, & quæcunque in aquis, vel ſub terra. Quæ autem in cælo ſunt, quæ ſint ipſę

ipſe exponit. Ne quando, inquit, reſpiciens in cælum, & videns Solem & Lunam & Stellas, & omne ornamentum cæli, errans adores ea, & ſeruias eis. Et ipſe autē Moyſes homo Dei exiſtens, Deus inquit, datus eſt ante Pharaonem, nō autem vere Dominus appellatur, nec Deus vocatur à Prophetis: Exod. 7. ſed fidelis Moyſes famulus & ſeruus Dei dicitur à Spiritu, quod & erat.

Ambroſius lib. 10. in Lucam, capit. 20.

Dixit Dominus Domino meo. Cō-ſummaturus præcepta Dominus etiam præuiam paſsioni fidem ac miſericordiam teſtamenti ſui fine concludit. Fidē in eo, vt Chriſtum, & Dominum, & Deum noſtrum, & ad dexteram Dei ſedere credamus: non quod corporaliter ſedeat, qui vbique eſt. Deniq; ipſe in Patre, quia in ſubſtantia Dei: quia vna virtus, vna maieſtas. Ipſe ergo in Patre, & in ipſo Pater. quia verbum in Deo, Deus in verbo. Ipſe in Patre, quia verbum: ipſe ad dexteram Patris, quia Patri conſors, nulli ſecundus. Ipſe miſſus à Patre, quia deſcendit de cælo, paternū impleturus arbitrium. Tolle hinc perfidiæ quæſtiones, & plena eſt religio. Nec præfertur Filius, qui ad dexteram ſedet: nec iniuriam patitur, quia mittitur. Gradus non quæritur dignitatis, vbi plenitudo eſt diuinitatis. Illud quoque conſiderandum, quia reprehēdit eos, qui Chriſtum Dauid Filiū dicunt. Et quomodo cæcus ille Da- Luc. 18. uid Filium confitendo meruit ſanitatem? Quomodo pueri dicētes: Matth. 21. *O ſanna Filio Dauid*, præcelſæ prædicationis Deo gloriam deferebāt? Sed non reprehenduntur hoc loco, quia Dauid Filium confitētur, ſed quia non credunt Filium Dei: Non enim alterum, ſed alterutrū in fide vera eſt. Nam & ſi principio iudicauim⁹ nos nihil ſcire niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum, nunc tamen vt pote iudicio proximi, crucifixum iam non nouimus Chriſtum, ſed venientē in nubibus operimur. Incredulus vulnera aſpicit, fidelis obuiam Chriſto in aera raptus occurrit. Ergò & Deum Chriſtum & hominem eſſe credamus, vnum in vtroque non alterum, cui à Patre ſubijciuntur inimici: non per infirmitatem poteſtatis ſuæ, ſed per vnitatem naturę, quia in altero alter operatur. Nā & Filius ſubijcit inimicos Patri, qui Patrem clarificat ſuper terram, *Et dedit Pater Filio nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur.* Sed & Filius Patri dicit: *Nomen tuum manifeſtaui hominibus, quos dediſti mihi.* Dando autem nomen quod eſt ſuper omne nomen, non plus dedit quam habuit, ſed totū quod habuit, dedit. Dedit autem hoc nomen, *Vt omnis lingua cōfiteatur Deo: quoniam Dominus Ieſus in gloria eſt Dei Patris.* Vide ergo ſingula. Pater ſubijcit Filio, Filius ſubijcit Patri: Pater ſuſcitat Filium, Filius ipſe ſuſcitat. Vnde ait: *Soluite hoc templum, & in triduo illud reſuſcitabo.* Et Pater Dominus, & Filius Dominus: *Dixit Dominus Domino meo*, ſed non duo Domini, ſed vnus Dominus: quia & Pater Deus, & Filius Deus, ſed vnus Deus: quia Pater in Filio, & Filius in Patre. Vnus Deus quia vna deitas: *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi: virga recta, & virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiā, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus tuus.* Sed vnus Deus, in quo & noui & veteris teſtamēti doctrina concordat. Nam & in veteri Teſtamento ſcriptum eſt: *Diliges Dominum Deum tuum: Et Dominum Deum adorabis,*

1. Cor. 2.

Ad Philip. 2.

Ioann. 17.

Ioann. 2.

Pſalm. 44.

Deut. 6. & 10.

adorabis & ipſi ſoli ſeruies. In nouo: *Vnus Deus, & Pater omnium.* Sic & Pater Dominus, & Filius Dominus, ſed vnus Dominus. Deniq; ſcriptum eſt: *Nolite duobus dominis ſeruire.* Hoc in nouo. In veteri autem ſcriptum eſt: *Audi Iſrael, Dominus tuus Deus vnus eſt.* Vnde admirabiliter Apoſtolus, ne duos Deos diceret, aut duos Dominos nominaret, aut derogaret vel Filio vel Patri, *Vnus*, inquit, *Deus Pater, ex quo omnia: & vnus Dominus Ieſus, per quem omnia.* Nã qui Deus, & Dominus: & qui Dominus Deus. Deniq; ſcriptũ eſt: *Scitote quia Dominus ipſe eſt Deus noſter.* Omnia ergò quę Pater habet, & Filius habet. Deus Pater, ſecundum generationis rationem: Deus Filius, ſecundum imaginis vnitatem: Dominus Filius, quia omnia ſibi, cum poteſtate poſſet, ratione ſubiecit Dominus Pater qui radix eſt Filij. Sic nobis Pater in Filio perſonarum deffinitione diſtinguitur, poteſtatis vnitate connectitur. Itaque alter in altero, & vnum in alterutro. Nam & Patris gloria eſt, ſi non degenerauit in Filio: & Filij gratia, ſi Pater videtur in Chriſto. Ergò non degener, in quo vnitatis ſumma maieſtas: non alienus, in quo proprietas generationis expreſsio veritatis eſt.

Matt. 6.

Deute. 6.

1. Cor. 8.

Pſalm. 99.

Tertullian. aduerſus Marcionem, lib. 5.

TAnto magis enim probababitur carnis reſurrectio, quanto Chriſtum eius Dei oſtendero, apud quem creditur carnis reſurrectio: cum dicit oportet enim regnare eum, donec ponam inimicos eius ſub pedes eius: iam quidem & ex hoc vltorem Deum edicit, atq; exinde ipſum qui hoc Chriſto repromiſerit: *Sede ad dexteram meam,* *donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, & dominabitur in medio inimicorum ſuorum. Tecũ &c.* Sed neceſſe eſt ad meam ſententiam pertinere. Defendam eas ſcripturas, quas & Iudæi nobis auocare conantur. Dicunt deniq; hũc Pſalmum in Ezechiam ceciniſſe, qui ait: Sedet ad dexteram templi, & hoſtes eius auerterit Deus & aſſumpſerit: Propterea igitur & cætera: *Ante luciferum ex vtero generaui te*: in Ezechiam conuenire. Et in Ezechię natiuitatem nos edimus Euangelia (de quorum fide aliquid vtiq; iam in tanto opere iſtos cõfirmaſſe debemus) nocturna natiuitate declarantia Dominum, vt hoc ſit ante luciferum, & ex ſtella Magis intellecta, & ex teſtimonio Angeli, qui nocte paſtoribus annunciauit natum eſſe eum maxime Chriſtum: & ex loco partus: in diuerſorium enim ad noctem conuenitur. Fortaſſe an & myſticæ factum ſit, vt nocte Chriſtus naſceretur, lux veritatis futurus ignorantiæ tenebris. Sed nec generaui te dixiſſet Deus, niſi filio puero. Nã etſi de toto populo ait, filios generaui, ſed non adiecit, *Ex vtero.* Cur autem adiecit *ex vtero*, tam vane, quaſi aliquis hominum ex vtero natus dubitaretur, niſi quia curioſius voluit intelligi in Chriſtum, *Ex vtero generaui te*, ideſt, ex ſolo vtero ſine virili ſemine, carni deputans ex vtero ſpiritus, quod & ipſo hic accedit. *Tu es ſacerdos in æuum.* Nec Sacerdos autẽ Ezechias, nec in æuum, & ſi fuiſſet, Secundum ordinem, inquit, *Melchiſedec*, quid Ezechias ad Melchiſedec altiſſimi Sacerdotem, & quidem non circumciſum, qui Abraham circumciſum iam accepta decimarum oblatione benedixit? At in Chriſto cõuenit ordo Melchiſedec,

A

B

C

D

Pſalm. 109.

Matth. 2. Luc. 2.

Geneſ. 14.

ſedec, quoniam quidem Chriſtus proprius & legitimus Dei antiſtes, præputiati ſacerdotij pontifex, tũ in nationibus cõſtitutus, à quibus magis ſuſcipi habebat, cognituraũ ſe quandoque circunciſionem, & Abrahæ gentem cum vltimo venerit acceptione & bene dignabitur. Eſt & alius Pſalmus ita incipiens: *Deus iudicium tuũ regi da*: id eſt: Chriſto regnaturo, & iuſtitiam tuam filio regis, ideſt, populo Chriſti. Filij enim eius ſunt qui in ipſo renaſcuntur. Sed & hic Pſalmus Salomoni canere dicetur quæ tamẽ ſoli competunt Chriſto, dicere non poterunt etiam cætera non ad Salomonem, ſed ad Chriſtum pertinere. *Deſcendit*, inquit, *tanquam imber ſuper vellus & velut ſtillæ deſtillantes in terram*: Placidum deſcenſum eius & inſenſibilem deſcribens de cælo in carnem. Salomon autem & ſi deſcendit aliunde, non tamen ſicut imber, quia non de cælo. Sed ſimpliciora quæque proponam: *Dominabitur*, inquit, *à mari ad mare, & à flumine vſque ad terminos terræ*. Hoc ſoli datum eſt Chriſto, cæterum Salomon vni & modicæ Iudææ imperauit. *Adorabunt illum omnes reges*, quem omnes, niſi Chriſtum? *Et ſeruient ei omnes nationes* cui omnes niſi Chriſto? *Sit nomen eius in æuum*. Cuius nomen æternum niſi Chriſti? *Ante ſolem manebit nomen eius*. Ante ſolem enim ſermo Dei, id eſt Chriſtus. *Et benedicentur in illo vniuerſæ gẽtes*. In Salomone nulla natio benedicitur: in Chriſto verò omnis. Quid nũc ſi & Deum eum eſſe Pſalmus demonſtrat, & beatum eum dicens. *Quoniam benedictus Dominus Deus Iſraelis, qui facit mirabilia ſolus. Benedictum nomen gloriæ eius & replebitur vniuerſa terra gloria eius.*

Conuerſio Iudæorum ad Chriſtum. Pſalm. 71.

A

Ambroſius de fide, lib. 5. capit. 4.

QVid vobis videtur de Chriſto, cuius Filius eſt? Dicunt ei Dauid. Ait illis Ieſus: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis? Et addidit. *Si ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere verbum.* O quam caute propter Arrianos etiam in hoc teſtimonio Dominus fidei proſpexit. Non enim dixit.

B *Vocat eum ſpiritus Dominũ*, ſed quod Dauid dixit in ſpiritu, vt cui? ſecũ dũ carnẽ Filius eſt, Dauid ſcilicet, eius etiam ſecundum diuinitatem & Dominus & Deus crederetur. Vides igitur quod nomen pietatis & Domini ſecretum eſt. Et bene Dominus ſuum quidem Patrem, cæli autem & terræ Dominum prædicauit, vt tu cum legis & Patrem, & Dominum, intelligas Patrem Filij, & Dominum creaturæ. In a-

C lio prærogatiua naturæ eſt, in alio authoritas poteſtatis. Formã enim ſerui accipiens, eo vtique Dominũ vocat, quo ſeruientẽ ſuſcepit, æqualis in Dei forma, ſeruus in corporis, ſeruitus enim carnis, dominatus autem diuinitatis eſt. Vnde & Apoſtolus ait: *Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater gloriæ*, hoc eſt, Deum aſſumptionis humanæ aſſerens, Patrem autem gloriæ. Nũ enim duos filios habuit Deus, Chriſtũ & gloriam? Minime. Ergo ſi vnus Dei Filius Chriſtus, vtique Chriſtus eſt gloria. Quid autem ei derogas qui Patris gloria eſt? Si ergo & Filius gloria eſt, & Pater gloria: quia Pater gloriæ, non poteſt aliud eſſe quam gloria, nõ diuiſio gloriarũ, ſed vna eſt gloria: Itaque ad proprietatem naturæ gloria refertur, dominatus ad ſuſcepti corporis ſeruitutem. Si enim caro etiã iuſti

1. Cor. 2.

animæ

animę ſubdita eſt, (ſicut ſcriptum eſt:) *Caſtigo corpus meum, & ſeruituti redigo*, quanto magis ſubiecta eſt diuinitati, de qua dicitur: *Quoniam vniuerſa ſeruiunt ei?* Vna autem quæſtione & Sabellianos & Fotinianos & Arrianos Dominus excluſit. Nam cum Dominum eum Domino dicit, Sabellius excluditur: qui eũdem Patrem vult eſſe quem filium. Excluditur Fotinus, qui ſecundum carnem iudicat, quod Dominus Dauid regis non poterat eſſe, niſi qui Deus eſt. Scriptum eſt enim: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Nunquid contra legem Propheta ſentiret, qui ſub lege regnaret? Excluditur Arrius, quod Filium ſedere audit ad dexteram Patris, vt ſi ex vſu argumentetur humano, ipſe ſe perimat, & venenum ſacrilegæ diſputationis ſuæ in ſe refundat, vt dum inæqualitatem Patris & Filij ex conſuetudine hominum interpretatur, in vtroque à vero deuius, eum præferat cui derogat, confeſſurum priorem quem audit ad dexteram. Excluditur etiam Manichæus. Non enim negat eſſe ſe Dauid filium ſecundum carnẽ, vt pote qui clamantibus cęcis: *Ieſu fili Dauid miſerere nobis*, & delectatus eſt fide, & ſtetit & curauit eos: Sed negat nos eſſe æternitatis, ſi Dauid ſolius filius, à perfidis nominetur. Nam filius eſt contra Hebionem. Filius Dauid eſt contra Manichæos. Filius Dei eſt contra Fotinum. Filius Dauid eſt contra Marcionem. Filius Dei eſt contra Paulum Samoſatenum. Filius Dauid eſt contra Valentinum. Filius Dei eſt contra Arrium atque Sabellium gentilis erroris hæredes. Dominus Dauid eſt contra Iudæos. Qui Dei Filiũ in carne cernentes, hominem tantummodo impio furore credebãt.

1 Cor. 9.
Pſalm. 118.
Sabelliani damnãtur, & Fotinus.
Matth. 4.
Arius excluditur.
Manichæus excluditur.
Matth. 20.

A Sed Eccleſiaſtica fide & Dei Patris & Dauid idem vnus atque idem Filius. Quod incarnationis Dei myſterium vniuerſæ ſalus eſt creaturæ, ſecũdum quod ſcriptum eſt: Vt ſine Deo pro omnibus guſtaret mortem: Ideſt, quod creatura omnis ſine paſsione aliqua diuinitatis, Dominici ſanguinis redimenda ſit precio, ſicut habes: *Omnis creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis.* Aliud eſt igitur ſecundum diuinam ſubſtantiam, aliud ſecun B dum ſuſceptionem carnis Filium nominari. Nam & ſecundum generationem diuinam, Deo Patri æqualis eſt Filius, & ſecundũ ſuſceptionem corporis Deo Patri ſeruus eſt. Quod formam ſerui, inquit, accepit, vnus tamen atq; idẽ eſt Filius. Contra autem Sancto Patriarchæ Dauid ſecundum gloriam ſuam Dominus eſt, ſecundum corporalis ſucceſsionis ſeriem filius eſt, non deficiens à ſe, C ſed noſtræ ſibi adoptionis gratia acquirens. Non ſolum ex genere Dauid ſeruus eſt, ſed etiam ex nomine, ſicut habes: *Inueni Dauid ſeruum meum.* Seruus eſt, in quo vn ctus eſt. Seruus eſt, in quo ſanctificatus eſt. Seruus eſt, in quo creatus eſt. Et vt de compendio dicam, ſeruus eſt in quo matrem habet, ſicut ſcriptum eſt: *O Domine ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ.* Nam ſecundum Diuinam genera D tionem, nõ matrem habet, ſed Patrem, nec corporalis eſt ventris fructus, ſed ſempiterna Dei virtus.

Ad Heb. 2.
Rom. 8.
Pſalm. 88. Chriſtus ſeruus ex quo matrem habuit.

Theophilactus in Matthæũ capit. 22.

QNONIAM purum hominem Chriſtum eſſe putabant, ſubuertit eorum opinionem, & do

Pſalm. 115. Phariſæi teſtantur Chri

ſtum purum hominẽ eſſe.

cet veritatem per Dauid Prophetam, diuinitatem ſuam prædicãs. Dicẽtibus, enim Phariſæis, *filius eſt Dauid*, Chriſtus, hoc eſt, homo purus, dicit: *Quomodo igitur Dauid Dominum eum nominat?* Et non ſimpliciter eum nominat Dominum, ſed in ſpiritu, hoc eſt, per ſpiritus gratiam ipſum reuelauit. Non negans autem filium Dauid eſſe hoc dicendo, ſed monſtrat quod non ſit purus homo ex ſolo Dauidico ſemine deſcẽdens. Hæc autem interrogat Dominus, vt ſi dicant ſe neſcire, interrogent, ac diſcant ſi vel dicant veritatem, credadant: vel ſi nihil poſſint dicere confundantur & ſecedant, non audentes vltra interrogare illum.

Idacius Clarus aduerſus Varimadum Arianum.

SI autem tibi obiecerint illud, vbi dictum eſt: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Vel illud Apoſtoloh: Conſtituens illum ad dexteram ſuam. RESP: Filium ad dexteram Patris non alterius iuſſione ſediſſe, ſed propria poteſtate, ex his teſtimonijs diuina authoritate fundatis veritatem agnoſce, Paulo Apoſtolo prædicante: Gerens quoque omnia verbo virtutis ſuæ, purgatione peccatorum à ſe facta, ſedit ad dexteram maieſtatis in excelſis. Et iterum: Non enim in manu fabricæ ſancta introijt Ieſus, quæ eſt allegoria verborũ, ſed in ipſum cælum apparuit à dextris Dei. Et iterum: Curramus ad propoſitum nobis præmium agonis, reſpicientes ad principem fidei perfectorẽ Dominum, qui propoſito gaudio ſuſtinuit crucem, contemnens cõfuſionem crucis in dextra throni ſedet. Et in Apocalypſi: Qui vicerit, dabo illi vt ſedeat mecũ in ſede mea, ſicut ego vici, & ſedi cũ Patre meo in ſede illius. Et in Pſalmo nono: Quoniam feciſti iudicium meum & cauſam meam, ſediſti ſuper thronum qui iudicas æquitatem. Reſpice diligẽter quæ ab Apoſtolo ſuperius dicta ſunt: purgatione à ſe facta ſedit ad dexteram Dei.

Hieronymus lib. 4. in 22. cap. Matthæi.

QVI ad tentandum Ieſum fuerant congregati: & veritatem fraudalenta interrogatione capere nitebãtur: occaſionem præbuerunt confutationis ſuæ. Interrogantur de Chriſto cuius filius ſit? Interrogatio Ieſu nobis proficit vſq; hodie contra Iudæos. Et hi enim qui confitẽtur Chriſtum eſſe venturum, hominem ſimplicem & Sanctum virum aſſerunt de genere Dauid. Interrogemus ergo eos docti à Domino: ſi ſimplex homo eſt, & filius tantum Dauid: quomodo Dauid vocet eum Dominum ſuum: non erroris incerto, nec propria voluntate, ſed in Spiritu ſancto. Teſtimonium autem quod poſuit, de centeſimo nono Pſalmo ſumptum eſt: Dominus igitur Dauid vocatur, nõ ſecundum id quod de eo natus eſt: ſed iuxta id quod natus ex Patre ſemper fuit: præueniens ipſum carnis ſuę Patrem. Iudæi ad deludendam interrogationis veritatem, friuola multa confingunt: vernaculum Abrahæ aſſerentes, cuius fuerit filius Damaſcus Eliezer: & ex ipſius perſona ſcriptum Pſalmum: quod poſt cædem quinque Regum, Dominus Deus Domino ſuo dixerit Abrahæ: *Sede ad dexteram meam donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* *Pſalm. 109.*

rum. Quos interrogemus: quomodo Deus dixerit Abrahæ ea quæ sequuntur. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus Sanctorum, ex vtero ante luciferum geani te.* Et: *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Et respondere cogamus, quomodo Abraham ante luciferum genitus sit: & Sacerdos fuerit secúdum ordinem Melchisedec: pro quo Melchisedec obtulerit panem & vinum: & à quo decimas prædæ acceperit. (*Et nemo A poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*) Pharisæi & saddu cæi quærentes occasionem calumniæ: & verbum aliquod inuenire quod pateret insidijs: quia in sermonibus confutati sunt, vltra nó interrogant, sed apertissime comprehensum, Romanæ tradunt potestati. Ex quo intelligimus venena inuidiæ posse quidem superari, sed difficile conquiescere.

(?)

DOMINICA DECIMA-OCTAVA POST PENTE-COSTEM.

Euangelium, Matthæi 9.

TEXTVS.

ET ascendens in nauiculum, transfretauit; & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Ambrosius, lib. 5. in Lucæ. capit. 5.

NON otiosa huius paralytici, nec angusta medicina est, quando Domin⁹ & orasse præmittitur. Non vtiq; propter suffragium, sed propter exemplum. Imitandi enim speciem dedit, non precandi ambitum requisiuit. Et conuenientibus ex omni Galilęa & Iudæa, & Ierusalē legis doctoribus inter cæterorū remedia debilium, paralytici istius medicina describitur. Primum omnium quod ante diximus, vnusquisq; æger petendæ precatores salutis debet adhibere, per quos nostræ vitæ compago resoluta, actuumq; nostrorum clauda vestigia verbi cælestis remedio reformentur. Sint igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis, quanuis exterioris corporis debilitate torpentem, ad superiora erigant. Quorum rursus adminiculis & attollere & humiliare se facilis ante Iesum locetur, Dominico videri dignus aspectu. Humilitatem enim respicit Dominus, quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

Augustin. de mirabilibus Sacræ Scripturæ lib. 3. cap. 7.

DE paralytico autem à quatuor viris portato, quatuor Diuina opera cernuntur. Dum dimittuntur ei peccata, & præsentis ægritudinis plagis verbo tunc soluitur, in cogitationibus in ore Dei omnia scrutantis respondetur.

Quatuor opera cernuntur in Paralytico.

(?)

Augustinus

Auguſtinus libr.2.quæſtionũ Euangelicarum cap.4.

DE paralytico poteſt intelligi anima diſſoluta mẽbris, hoc eſt, bonis operationibus, Chriſtum quærere, ideſt, voluntatẽ verbi, Dei, Impediri autem turbis, niſi tecta, ideſt, operta Scripturarum aperiat, vt per hęc ad noticiã Chriſti perueniant, hoc eſt, ad eius humilitatem fidei pietate deſcendat. Hi autem à quibus deponitur, bonos in Eccleſia Doctores poſſunt ſignificare. Quod autem cũ lecto deponitur, ſignificat ab homine in iſta carne adhuc cõſtituto Chriſtum debere cognoſci. Quem tamen lectum ſanus poſtea iubetur portare, & ire in domum ſuam: vt remiſsionem peccatorum, conualeſcentibus per ſpem bonam membris animę, hoc opus reſtaurare intelligatur, vt iam non in carnalibus gaudijs tanquam in lecto requieſcat infirmitas animi, ſed magis ipſa contineat affectiones carnales, & tendat ad requiem recretorum cordis ſui.

Auguſtinus de conſenſu Euãgeliſtarum lib.2.cap.25.

HINC ergo ſequitur Matthæus, adhuc temporum ordinem ſeruatis, atq; ita narrationem contexit *Et aſcendens in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam, Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto*, &c. Vſq; ad illud quod ait. *Videntes turbæ timuerunt & glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.* De hoc paralytico dixerunt etiam Marcus & Lucas. Quod ergo Matthæus dicit Dominum dixiſſe, *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*: Lucas autem non dixit, Fili, *Sed homo*, ad ſententiam Domini expreſsius inſinuãdam valet, quia homini dimittebãtur peccata, qui hoc ipſo quod homo erat, non poſſet dicere, Nõ pec cauiſti: ſimul etiam vt ille, qui homini dimittebat, intelligeretur Deus. Marcus aut hoc dixit quod & Matthæus, ſed non dixit, confide. Potuit quidẽ & ita dici. Confide homo, dimittuntur tibi peccata fili; aut, confide fili, dimittuntur tibi peccata homo: aut quolibet verborum ordine congruenti, Illud ſane poteſt mouere, quod de iſto paralytico Matthæus ita narrat. *Et aſcendens in nauiculum transfretauit, & venit inciuitatem ſuam: & ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto*, Marcus autẽ non hoc in eius ciuitate factum dicit, quæ vtique Nazareth vocatur, ſed Capharnaum: quod ita narrat, *Et iterum intrauit in Capharnaum poſt dies. & auditum eſt quod in domo eſſet, & conuenerunt multi: ita vt non caperet neq; ad ianuam. & loquebatur eis verbum. Et venerunt ferentes ad eum paralyticum, qui à quatuor portabatur. Et cum nõ poſſent offerre eum illi præturbã, nudauerunt tectum vbi erat, & patefacientes ſubmiſerunt grabatum, in quo paralyticus iacebat.* Cum vidiſſet autem Ieſus fidẽ illorum, &c. Lucas autem non cõmemorat quo in loco factum ſit, ſed ita dicit: *Et factum eſt in vna dierum & ipſe ſedebat docens. Et erãt Phariſæi ſedentes, & legis Doctores, qui venerant ex omni Caſtello Galileæ & Ieruſalem: & virtus erat Domini ad ſanãdos eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, & quærebãt eum inferre & ponere ante eum. Et non inueniẽtes qua parte illum inferrent præturbã aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas, ſubmiſerunt illum cum lecto in medium ante* Ieſum. Quorum fidem vt vidit, dixit: homo remittuntur *tibi peccata tua*, &c. Remanet igitur

Paralyticus in grabato. Lucæ.5. Marcj.2.

quæſtio inter Marcũ & Matthæũ, quod Matthæus ita ſcribit tanquã in ciuitate Domini factũ ſit. Marcus autem in Capharnaum. Quæ difficilius ſolueretur, ſi Matthæus etiam Nazareht nominaret. Núc vero cum potuerit ipſa Galilaę di ci ciuitas Chriſti, quia in Galilæa erat Nazareht, ſicut vniuerſum regnũ in tot ciuitatibus cõſtitutũ, dicitur Romana ciuitas: cũq; in tot gentibus conſtituta ciuitas ſit, de qua ſcriptum eſt, *Glorioſiſsima dicta ſunt de te ciuitas Dei* · & cum ipſe prior populus D E I in tot ciuitatibus habitans, etiam vna domus dicta ſit domus Iſrael: quis dubitauerit in ciuitate ſua hoc feciſſe Ieſum, cum hoc fecerit in Capharnaũ ciuitate Galilææ? Quô tranſfretando redierat de regione Geraſenorum, vt veniens in Galilęã, recte dicerctur veniſſe in ciuitatẽ ſuam, in quocumq; oppido eſſet Galilææ, præſertim quia & ipſa Capharnaum ita excellebat in Galilæa, vt tanquam Metropolis haberetur. Quod ſi prorſus non liceret accipere ciuitatem Chriſti vel ipſam Galilæam, in qua erat Nazareth, vel ipſam Capharnaũ, quæ ſicut caput Galilææ ciuitatibus eminebat, diceremus Matthæum prætermiſiſſe quæ geſta ſunt, poſt quam venit Ieſus in ciuitatem ſuã, donec veniret Capharnaum, & hoc adiunxiſſe de ſanato paralytico: ſicut in multis ita faciunt præter mittentes media, tãquam hoc continuo ſequatur, quod ſine vlla prætermiſsionis ſuæ ſignificatione ſubiungunt.

Pſalm. 86.

Iuſtinus Philoſophus & martyr ad orthodoxos quæſt. 29.

SI plena domus erat vbi Chriſtus erat, cum paralyticus cu- A randus eſſet, & hanc ob cauſam coacti ſunt qui eum portabant, rũpere tectum, & eò demittere ægrotantem, qui fit vt territi non fuerunt qui in ea domo coiuerant, cũ tectum rumperetur?

Reſponſio.

CVM ſentirent qui domi erant, futurum vt tectum rumperetur, omnino ceſſerunt. Nec enim tam amentes erant qui tectũ B perforabant, vt non clamore monerent eos qui domi erant, vt cederent, ne ferirentur. Nec enim opus erat totũ tectum detegi, ſed quãtum ſatis eſſet ad demittendũ paralyticum.

Cyrillus in Theſauro lib. 12. capit. 14.

DEus pater peccata poteſt demittere: ſed filius quoq; id C poteſt. Filius enim dixit ad quẽdã, *Dimittuntur tibi peccata tua.* Cùm ergo dimittere peccata ſolus Deus poſsit, quomodo audent hæretici creaturam Filium dicere, ſi eadem poteſtate dimittendorum peccatorum fulget, qua Pater?

Chryſoſtomus in priori expoſitione in cap. 9. Matthæi homil. 30.

D

PRopriã hic ciuitatẽ eius Capharnaũ appellauit. Bethleem enim ipſum tulit, Nazareth educauit, ſed Capharnaum perpetuum ipſius erat habitaculum. Paralyticus certe hic nõ eſt ille, de quo Ioãnes fecit mentionem. Nam ille apud piſcinã Ieroſolymis iacebat, hic in Capharnaũ: & ille intriginta & octo annis laborauit, de hoc

Duplex paralyticorũ differentia. Ioan. 5.

veo

vero nihil tale scriptum est: præterea nullos ille habuit ministros, hunc afferri ad Iesum ministris videmus. Ad hęc: *Confide fili, dixit huic, remittuntur tibi peccata tua.* Illum vero interrogauit, *an vellet sanus fieri:* accedit quod in Sabbatho illum curauit, hunc vero non in Sabbatho Nihil enim tale hic accusare Iudæi videntur. Postremo post hoc signum tacuerunt Iudæi, post illud importuni persequebantur. Hæc non ociose dixi, sed nequis vnum eundemq; putans esse dissonantiæ miracula Euangelio afferat. Tu vero quam clemens, quamq; humilis sit Dominus considera. Nam & antea turbas mitiánimo remouit, & à Gerasenis pulsus non restitit, sed recessit: non procul tamen, rursusq; cum etiam posset pedes transire, nauigio se ac Discipulos traiecit. Nõ enim semper signa facere volebat, nẽ humanitatis suæ mysterio derogaret. Matthæus igitur, Attulerũt eum, inquit, alij autẽ per tectum dimissum fuisse descripserunt, ac ita Christo propositum, vt nihil à ministris qui fide aducti, rem totam ei tradiderunt diceretur, Nam & si in principio prædicationionis non tantam ab adeuntibus fidem postulabat. Postea tamen non à laborantibus solum, verum etiam à ministris flagitari fidem nonnũ quam videmus, ac maxime quãdo ægrotantes morbo impediti, non recte sapiunt, sed hic etiam qui paralyticum dimiserunt crediderũt. Videns enim, inquit, fidem eorũ, & paralyticus ipse nisi credidisset, dimittit profecto non voluisset: quoniam ergo tanta ille fide aduenerunt, propterea Dominus quoq; virtutem suam magis ostendit, summa cum potestate à delictorũ vinculis ipsum dissoluens, vt ex omnibus his Patri se demonstraret æqualem: quæ quidem altius mihi repetenda esse videntur. Manifestam igitur fecit potestatem suam, cum ad leprosum dixit, *Volo, mundare*: cum Centurionem, *dic verbo solũ, & sanabitur puer meus,* dicentem magnis laudibus extulit. Cum mari frenum verbis imposuerit, cum dæmones qui iudicij potestatem eum habere confitebantur, quasi Dominus eiecerit: nũc rursus alio quodam, multoq; maiori modo inimicos suos cogit, æqualem se Patri verbis suis confiteri: nam ipse omnem ambitionem fugiens, quoniam magna erat multitudo circumfusa, adeo vt omni obstruso introitu à tecto paralyticum demiserint, noluit statim corpus curare, verum vt ab inimicis sibi occasio traderetur, latentem atq; abditam curam animæ contulit, cum peccata dimisit. Quod quidem & paralytico necessarium erat, & ipsi nimium glotiosum non erat, hæc Iudæi cũ prauitate animi vexati reprehenderunt, maiora videri inuiti omnia perfecerunt. Sapientia enim eius factum est, vt ex inuidia eorũ multo magis signa apparerent. Videamus igitur posteaq; illi turbati dixerunt: *Hic blasphemat, quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus?* Videamus, inquam, quid ipse ait, vtrum opinionem eorum improbauerit, an potius cõprobauerit: nisi enim æqualis esset Patri, dixisset: Certe recte sapitis, procul ego absum à tanta potestate: nunc vero nihil horum dixit, sed contra tam verbo quam signo affirmauit. Matth. 8.

Quãclemens & humilis Christus Gerasenis fuerit.

Paralytici fides, & fides eorum qui paralyticũ gestabant.

Chrysostomus homil. 39. Tomo. 5.

IN illo tempore, ascendens Iesus in naviculam transfretauit, & venit in ciuitatem

uitatem ſuam, Chriſtum in humanis actibus Diuina geſsiſſe myſteria, & in rebus viſibilibus inuiſibilia exercuiſſe negocia, lectio hodierna monſtrauit. *Aſcendit*, inquit, *in nauiculam, & transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam.* Nonne ipſe eſt, qui, fugatis fluctibus, maris profunda nudauit, vt Iſraelyticus populus inter ſtupẽtes vndas ſicco veſtigio velut montium concaua tranſiret? Nonne hic eſt, qui Petri pedibus marinos vertices inclinauit, vt iter liquidum humanis greſſibus, ſolidum præberet obſequiũ? Et quid eſt, quod ipſe ſibi ſic maris denegat ſeruitutem, vt breui laci tranſitum ſub mercede nautica transfretaret? *Aſcendit*, inquit, *in nauiculam & transfretauit.* Et quid mirum, fratres? Chriſtus venit ſuſcipere infirmitates noſtras, & ſua nobis conferre remedia ſanitatis: quia medicus qui non infert ſanitatem curare neſcit: & qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non poteſt conferre ſanitatẽ. Chriſt⁹ ergo ſi in ſuis mãſiſſet virtutibus, cõmune cũ hominibus nihil haberet: & ſi nõ impleſſet carnis ordinẽ carnis in illo eſſet ociosa ſuſceptio. Suſtinuit ergo has neceſsitates, vt homo verus humanis neceſsitatibus probaretur. *Aſcendit in nauiculam Chriſtus*, Eccleſiæ nauem, ſeculi fluctus ſemper mitigaturus aſcendit, vt credentes in ſe cæleſtem patriam tranquilla nauigatione perducat, & municipes ciuitatis ſuæ faciat, quos humanitatis ſuæ fecit eſſe conſortes. Non ergo naui Chriſtus indiget, ſed nauis indiget Chriſto, quia ſine cæleſti gubernatore nauis Eccleſiæ per mundanum pelagus, & per talia, & tanta diſcrimina ad cæleſtem portum non valet peruenire. Hæc diximus fratres, quantum ad intelligentiam ſpiritalem, verum ipſius hiſtoriæ ordinem proſequamur. *Aſcendit*, inquit, *in nauiculam, & transfretauit, & venit in ciuitatem ſuã.* Creator omniũ Deus poſteaquam ſe propter nos noſtra anguſtauit in carne, cæpit habere humanam patriam, cæpit ciuitatis Iudaicæ eſſe ciuis, parentes habere cæpit, parentum omnium ipſe parens, vt inuitaret amor, atraheret charitas, vinceret affectio, ſuaderet humanitas, quos fugarat dominatio, metus diſperſerat, & fecerat ius poteſtatis extorres. *Venit in ciuitatem ſuam, & obtulerunt ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns*, inquit, *Ieſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua.* Audiuit veniam, & tacet paralyticus, nec ad illam reſpondit gratiam: quia plus ad corporis quam animæ tendebat curam, & temporales ærumnas reſoluta corporis compage ſic deflebat, vt eternas pœnas reſolutionis animæ non defleret, gratiorem, ſibi præſentem vitam iudicans, quam futuram. Merito Chriſtus offerentium fidem reſpicit, & vecordiam reſpicit ſic iacentis, vt fidei alienæ ſuffragio, paralytici anima ante curaretur, quam corpus. Reſpiciens inquit, fidem illorum. Cernitis in hoc loco fratres, Deum non quærere inſipientium hominum voluntates, non expectare ignorantium fidem, nec infirmi ſtulta deſideria perſcrutari, ſed ob alterius fidem ſubuenire.

Paralytici anima fide offerẽtiũ prius curata quam corpus.

(?)

Hilarius

Hilarius in Matth. Canone, 8.

IAMQVE in paralytico gentium vniuersitas offertur medẽda, & curationis ipsius verba sunt cõtuenda. Nõ dicitur paralytico: sanus esto non dicitur: surge & ambula, sed dicitur: Cõstans esto fili, *Remissa sunt tibi peccata tua.* In adam vno peccata vniuersis gentibus remmittuntur. Hic itaque Angelis ministrandus offertur. Hic filius nuncupatur, qui primũ Dei opus est. Huic remittuntur animę peccata, & indulgẽtia primę trãsgressionis ex venia est. Nõ enim paralyticum peccasse aliquid accepimus, cum præsertim alio in loco idem Dominus dixerit, cæcitatẽ à Natiuitate non ex peccato, aut proprio aut paterno fuisse contractam. Veritatis Deinde ordo succedit in gestis, quanuis futuri species expleatur in dictis. Monet scribas remissum ab homine peccatum. Hominem enim tantum in Iesu Christo contuebantur, & remissum ab eo, quod lex laxare non poterat. Fides enim sola iustificat. Deinde murmurationem eorum Dominus introspicit, dicitq; facile esse filio hominis in terra peccata dimittere. Verũ enim, nemo potest dimittere peccata nisi solus Deus, ergo qui remittit De⁹ est, quia nemo remittit nisi Deus, Deus in homine manens curationem homini præstabat, & nulla ei agendi, aut loquendi erat difficultas, cui subest totum posse quod loquitur. Porrò autem vt ipse in corpore positus, intelligi posset esse qui & animis peccata dimitteret, & resurrectionem corporibus præstaret, ait: *Vt sciatis quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Surge &*

A *tolle lectum tuum.* Satis fuerat dixisse surge, sed quia omnis erat perficiendi operis ratio explicanda, adiecit: *Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Primum remissionem tribuit peccati, de hinc virtutem resurrectionis ostendit. Tum sublatione lectuli infirmitatem ac dolorem corporibus docuit abfuturum. Postremo reditum in domum propriam, iter in paradisum credentibus esse inhibendum, ex quo Adam parens vniB uersorum peccati labe dissolutus excesserat. *Videntes autem turbæ timuerunt.* Opus istud admiratio potius consequi nõ metus debuit, sed manet etiamnum ordo mysterij vt veritati præsentium futurorum species adiecta sit dictorum & factorum. Domini virtutem turbæ timent. Magni enim timoris res est, non dimissis à Christo peccatis in mortem resolui, quia nullus sit in domum æternam reC ditus, si cui indulta non fuerit venia delictorum. *Et honorificauerunt Deum quod tantam dedit potestatem hominibus.* Concluſa sunt omnia suo ordine, & cessante iam desperationis timore honor Deo redditur, quod tantam dederit hominibus potestatem, sed soli hoc Christo erat debitum, soli de communione paternæ substantiæ hæc agere erat familiare. Non ergo hoc venit in admirationem quod posset D ista (quid enim nõ posse Deus credetur?) alioquin laus de vno homine, non de pluribus extitisset, sed delati Deo honoris hinc causa est quod potestas hominibus hac via data sit per verbum eius & peccatorum remissionem, & corporum resurrectionem, & reuersionem in cælum.

Tria in Paralytico considerando Primũ peccati remissio. Secundum Resurrectionis virtutem Tertium iter in Paradisum.

(?)

Ioan.5.
Luc.5.
Matth.2.
Marc.2.

Theophilactus in capit. Matth.

SVAM ciuitatem, Capernaum dicit. Illic enim habitabat, Bethleem enim ipsum peperit, Nazaret educauit, Capernaum præbuit domicilium. Paralyticus autem iste aliud est, quam is qui apud Ioannem. Ille enim erat in proba tica piscina in Ierusalem, hic autem in Capernaum. Et ille quidé non habuit hominem demittitur, quod à Matthæo prætermissum.

Ioan.5.

Marci.2.

Tertulianus aduersus Marcionem, lib.4.

CVRATVR & paralyticus, & quidem in cætu spectã te populo. Videbit enim inquit, Esaias, populus sublimitatem Domini, & gloriam Dei. Quam sublimitatem & quam gloriam? Conualescite manus dimissæ, & genua dissoluta: hoc erit paralisis. Conualescite, nec timete. Non ociose iterans: conualescite, nec vane subiungens, nec timete: quoniam cum redintegratione membrorũ, viriũ quoq; representationem pollicebatur. *Exurge & tolle grabatum tuum*, simul & animi vigoré. At nõ timendos qui dicturi erant. *Quis dimittit peccata nisi solus Deus?* Habes itaq; & specialis medicinę dispunctam prophetiam, & eorũ quæ medicinam sunt secuta. Pariter & dimissorem delictorum Christũ recognosce apud eundem Prophetam, Quomodo, inquit, in plurimis dimittit delicta eorum: & delicta nostra ipse aufert. Nam & in priore ex ipsius Domini persona: *Et si fuerint delicta vestra tanq; roseũ, velut niuem exalbabo. Et si tanq; coccinum, velut lanam exalbabo.* In roseo, sanguinem ostẽdens prophetarũ: in coccino Domini, vt clarioré. Etiam Michæas de venia delictorum. *Quis Deus quomodo tu? Eximens iniquitates & præteriens iniustitias reliquis hæreditatis tuæ & non tenuit in sempiternum iram suam, quia voluit: & misericordiam auertet, & miserabitur nostri. Dimerget delicta nostra, & demerget in profundum maris peccata nostra.* Sed & si nihil tale in Christũ fuisset prædicatum, haberem huius benignitatis exẽpla in creatore, promittentia mihi & filio Patris affectus. Video Niniuitas scelerũ veniam consecutos à creatore: ne dixerim tunc quoq; à Christo, qui à primordio egit in Patris nomine. Lego & Natham Prophetam agnoscenti Dauid delictum suum in Vriã dixisse. Et Dominus circumduxit delictum tuum, & non morieris: Proinde & Achab regẽ maritum Iezabel, reum idololatriæ & sanguinis Nabulthe, veniã meruisse, pœnitentiæ nomine. Ionathan, filium Saulis, resignati ieiunij culpã deprecatione delesse. Quid de ipso populo retexam totiens delictorum indulgentia restituto ab eo scilicet Deo, qui mauult misericordiam, quam sacrificium: & peccatoris pœnitentiam, quam mortem. Prius est igitur, neges creatorem indulsisse aliquando delicta. Consequens est, vt ostẽdas nec in Christũ suum tale quid eum prædicasse: & ita probabis nouam istam Christi nouí scilicet benignitatem, si probaueris, nec parem creatori, nec prædicatam à creatore, Sed & peccata dimittere, an eius possit esse qui negetur tenere: & an eius sit absoluere, cuius non sit etiam damnare: & an congruat eum ignoscere, in quem nihil sit admissum, alibi iam congressi maluimus admonere quam retractare. De filio hominis duplex

Esai.35.

Esai.1.

Mich.7.

Ione.3.

2.Reg.12.

3 Reg.21.

1.Reg.14.

plex eſt noſtra præſcriptio, neque mentiri poſſe Chriſtum, vt ſe filiũ hominis prænuntiaret, ſi non vere erat: neq; filium hominis conſtituti, qui non ſit natus ex homine, vel Patre, vel matre: atq; ita diſcutiendum, cuius hominis filius accipi debeat, Patris an matris? Si ex Deo Patre eſt, vtique non eſt ex homine. Si non ex homine, ſupereſt vt ex homine ſit matre. Si ex homine, iam apparet, quia ex Virgine. Cui enim homo Pater non datur, nec vir matri eius deputabitur. Porrò cui vir nõ deputabitur, virgo eſt. Cæterum duo iam Patres habebuntur, Deus & homo, ſi non virgo ſit mater. Habebit enim virum vt virgo non ſit, & habendo virum duos Patres faciet, Deum & hominem, ei qui & Dei & hominis eſſet filius. Talem ſi forte Caſtori aut Herculi natiuitatem tradunt fabulæ. Si hæc ita diſtinguntur, ideſt, ſi ex matre filius eſt hominis, quia ex Patre non eſt: ex matre autem Virgine, quia non ex Patre homine: hic erit Chriſtus Eſaiæ, quẽ concepturam Virginem prædicat. Qua igitur ratione admittas filium hominis Marcion, circumſpicere non poſſum: ſi Patris hominis negas Dei filium: ſi & Dei, Herculẽ de fabula facis Chriſtũ: ſi matris tantum hominis, meum concedis: ſi neque Patris hominis, ergo nullius hominis eſt filius, & neceſſe eſt mendacium admiſerit, qui ſe quod non erat, dixit. Vnũ poteſt anguſtijs tuis ſubuenire, ſi audeas; aut Deum tuum Patrem Chriſti hominem quoquè cognominare: quod defecit Valentinus: aut Virginem hominem negare, quod nec Valentinus quidem fecit. Quid nun ſi ipſo titulo filij hominis, cenſetur Chriſtus apud Danielem? Nonne ſufficit ad probationẽ Prophetici Chriſti? Cum enim id ſe appellat quod in Chriſtum prædicabatur creatoris, ſine dubio ipſum ſe præſtat intelligi, in quem prædicabatur. Nominum communio ſimplex ſi forte videri poteſt: & tamen nec Chriſtum, nec Ieſum vocari debuiſſe defendimus, diuerſitatis conditionem tenentes. Appellatio autem quod eſt filius hominis, in quantum ex accidenti obuenit, in tantum difficile eſt vt & ipſa concurrat ſuper nominis communionem. Ex accidenti enim proprio eſt, maxime cum cauſa non conuenit eadem, per quem deueniat in communionem. Atque adeo ſi & Chriſtus Marcionis natus ex homine diceretur, tunc & ipſe caperet appellationis communionem, & eſſent duo filij hominis: ſicut & duo Chriſti, & duo Ieſus. Ergo cum appellatio propria eſt eius, in quo habet cauſam, ſi & alij vendicetur, in quo eſt communio nominis, non etiam appellationis, ſuſpectata iam ſit communio nominis quoque in eo cui vendicatur. In eo ſine cauſa communio appellationis: & ſequitur vt vnus idemquè credatur, qui & nominis & appellationis capacior inuenitur, dum later excluditur, qui non habet appellationis communionem carens cauſa. Nec alius erit capacior vtriuſquè quam qui prior, & nomen ſortitus eſt Chriſti, & appellationem filij hominis, Ieſus ſcilicet creatoris. Hic erat viſus Babylonio regi in fornace cum martyribus ſuis quartus, tanquam filius hominis. Item ipſe Daniel, reuelatus directo filius hominis, veniens cum cæli nubibus iudex, ſicut & Scriptura demonſtrat. Hoc dixi ſufficere potuiſſe de nominatione prophetica circa filium hominis.

Eſai. 7.

Daniel. 3.

Daniel. 7.

Sed

Sed plus mihi Scriptura confert, ipſius ſcilicet Domini interpretatione. Nam cum Iudæi ſolummodo hominem eius intuentes, nec dum & Deum, certi, qua Dei quoque filium, merito retractarent, non poſſe hominem delicta dimittere, ſed Deum ſolum; cur non ſecundum intentionem eorum de homine eis respondit, Habere eum poteſtatem dimittendi delicta, quando & filium hominis nominans hominem nominaret? Niſi quia ideo ipſa voluit eos appellatione filij hominis ex inſtrumento Danielis repercutere: vt oſtenderet & hominem qui delicta dimitteret, illum ſcilicet ſolum filium hominis apud Danielis prophetiam, conſecutum, iudicandi poteſtatem, ac per eam vtique & dimittendi delicta. Qui enim iudicat, & abſoluit. Vt ſcandalo iſto diſcuſſo per Scripturæ recordationem facilius eum agnoſcerent, ipſum eſſe filium hominis ex ipſa peccatorum remiſsione. Denique nuſquam adhuc profeſſus eſt ſe filium hominis quam in iſto loco primum, in quo primum peccata dimiſit, ideſt, in quo primum iudicauit, dum abſoluit.

Hieronimus in 9. capit. Matth.

CIVITATEM eius non aliam intelligimus quam Nazareth: vnde & Nazaræus appellatus eſt. Obtulerunt ergo ei, vt ſupra diximus, ſecundum paralyticum iacentem in lectulo: quia ipſe ingredi non valebat. Videns autem Ieſus: non eius fidem qui offerebatur, ſed eorum qui offerebant, *Dixit paralytico: confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* O mira humilitas, deſpectum & debilem totiſque membrorum compagibus diſſolutum filium vocat: quem Sacerdotes non dignabantur attingere. Aut certe ideo filium: quia dimittuntur ei peccata ſua. Iuxta tropologiam interdum anima iacens in corpore ſuo, totis membrorum virtutibus diſſolutis à perfecto Doctore offertur curanda Domino; quæ ſi miſericordia eius ſanata fuerit: tantum roboris accipit, vt portet ſtatim lectulum ſuum.

Paralyticum filium vocat Chriſtus.

Filium vocat Chriſtus illũ cuius peccata dimittit.

Bernardus in paruis Serm. Serm. 66.

VNDE & alibi cum quidam ei paralyticus offerretur curandus, tanquam bonus & pius medicus: volens ſanare prius quod erat potius, ideſt, mentem quam carnem: ait eidem paralytico: *Confide filij, remittuntur tibi peccata tua.* Itaque ſanata conſcientia, conſequenter ſanatur corpus, cum dicitur: *Surge tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.*

Pius ſanat Chriſtus animas quã corpora.

TEXTVS.

ET ecce quidam de ſcribis dicebant intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere,

cere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge & ambula? Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Chrysostomus in priori expositione in cap. 5. Matthæi homil. 30.

PER inimicos vero nũc, cùm enim illi dixissent, neminem posse peccata dimittere nisi solum DEVM, intulit, *Vt videatis quia potestatem habet filius hominis dimittere peccata in terra, tum dixit paralytico. Surgens tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam.* Non autem hic solum id facit, sed alibi etiam cum inimici sui dicerent. *Non de bono opere, sed de blasphemia lapidamus te: & quoniam cum sis homo, Deum te ipsum facis.* Non refutauit opinionem illorum, sed approbauit: *Dicens: Si non facio opera Patris mei nolite credere mihi: sin autem facio, si mihi non creditis, saltem operibus credite.* Verum hic aliud signum deitatis suæ, & quod Patri æqualis esset, non paruum ostendit. Illi enim murmurantes, secum dicebant, Peccatorum dimissionem esse solius Dei. Ipse vero non solum peccata dimisit, sed occulta etiam cordium. Quæ nosse solius Dei est, manifestauit. Non enim aperte, sed secum, hic blasphemat dixerunt. Iesus autem motus, animorum nõ ignorans: *Cur*, inquit, *mala cogitatis in cordibus vestris?* Quod vero Dei solius sit secreta cordium nosse, audi Prophetam dicentem: Tu nosci corda solus, & rursus: Scrutans corda &

Ioan. 10.

Corda solus Deus nouit.

3. Reg. 8.

A renes Deus, & Ieremias. Grauecor est super omnia, & homo est, & quis nosset eum? Et homo videbit in faciem, Deus autem videbit in cor, multis quoque alijs percipere possumus solius esse Dei mentem ac animas hominum cognoscere. Quare æqualem Patri se ostendit, qui quæ inimici sui secum cogitabãt, B nec audebant multitudinem timentes proferre, hæc omnibus summa eis clementia reuelauit. Quod si turbationis aliquid ferre quempiam oportebat, ægrotum magis oportebat, qui quasi deceptus potuisset exclamare: Ego ad curandum corpus veni, hic vero ad curandam animam refugit: vnde namque manifestum est, dimissa mihi esse peccata mea? Nunc C vero ille nihil huiuscemodi dicit. Sed se ipsum curantis, potestati syncerè atque integrè tradit. Scribæ autem peruersitate, atque inuidia beneficijs aliorum insidiantur, idcirco etiam clementissime ipsos increpat, re potius quam verbis, vt dicere videatur, Si non creditis posse me peccata dimitterre, & tumoris quodam D afflatu id me arripere putatis, quod non habeam: ecce ad illud hoc quoque adijcio, quod secreta vestræ mentis reuelabo, & ad hæc tertium rursum addo, paralytici corpus, firmum illico, atque robustum costituens: illud vero non prætermittendum, quod

Psalm. 7. Iere. 17. 1. Reg. 16.

quando

quanndo peccata paralytici dimiſit, non aperte poteſtatem ſuam manifeſtauit. Non enim dixit, dimitto tibi peccata tua: *Sed dimittuntur tibi peccata tua.* Inimicis autem vrgentibus manifeſtius ſuam poteſtatem oſtendit. Ait enim, *Vt ſciatis quia poteſtatem habet filius hominis in terra peccata dimittere* perpendis ne quã longe abeſt vt nolit æqualis putari Patri? Nõ enim dixit poteſtatẽ habere à Deo filium hominis, aut quia dedit ſibi Deus poteſtatem, ſed poteſtatem habet filius hominis: nec ad gloriam dico, ait, ſed vt vobis perſuadeam quia nõ blaſphemo, cum me ipſum Patri æqualem faciam: Sed vt alibi, certa firmaque ſignorum vult argumenta præbere: veluti quando dixit. *Vade & oſtende teipſum Sacerdoti,* quando ſocrum Petri ad adminiſtrationem vſque confirmauit: quando denique in præcipitia porcos abire permiſit: ſed in hoc loco quod peccata verè dimiſſa eſſent, ſubita curatione corporis, quaſi certo quodam argumento è veſtigio confirmauit. Quod vero cotpus curatum erat, quoniam grabbatum tulit, ac abijt, dubitari non poterat. Hæc itaque facta ſunt, ne quis putaret ficta phantaſmata videre, nec tamen prius eum curauit, quã ipſos interrogauerit. Quid ſit facilius dicere, *Dimittuntur tibi peccata, an tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam?* Hoc vero huiuſmodi eſt, vtrum vobis facilius videtur, diſſolutum corpus confirmare, an animæ peccata dimittere? Nec eſt dubium quin confirmatio imbecillis corporis facilior ſit. Nam quanto anima corpore præſtantior, tanto curatio eius curatione corporis maior, ac difficilior: verum quoniam alterum latet, alterum patet, minus quoque ac manifeſtius adijcio, vt illud maius ac inuiſibile confirmatius, certiuſque adhuc manifeſte reddatur: ſic opere ipſo iam iam illud ſub aperiebat, quod Ioannes dixit. *Ipſe tollit peccata mundi.* Mittit autem eum cum ſanaſſet in domum ſuam, partim vt humilitatem oſtenderet, quod eum non retinuerit, partim ne multi non ſignum verum, ſed phantaſmata factum dicere auderent: qui enim morbi teſtes erant, hos & ſanitatis teſtes eſſe volebat, vt dicere videatur. Ego quidem optaſſem præſentes omnes qui cum corpore ſani ſint, anima tamen vehementius ægrotant, his quæ inter vos facta ſunt, ad ſanam mentem reduci potuiſſe: Sed quoniam nolunt, vade in domum tuam, vt ſaltem tuorum mentes ab ægrotatione reuoces. Vides ne quemadmodum tam corporum, quam animarum conditorem ſe eſſe oſtendat? Nam vtriuque ſubſtantiæ morbum curauit, & occultum manifeſte patefecit. Sed nihilominus etiam humi turbæ adhuc iacent: miratæ nanque fuerant, cum hoc vidiſſent, & glorificauerunt Deum, qui tantam dedit hominibus poteſtatem: Sed mentes eorum aſſiduis operibus excitabat, & ad ſublimius ſapiendum adducebat. Non enim paruum videbatur, quod cæteris hominibus maiorem, & à Deo ipſum veniſſe arbitrarentur: quæ ſi firmo animo tenuiſſent, hac via à minoribus ad maiora procedentes, cognoſcerent profecto Dei fuiſſe: Sed non ſeruauerunt hæc tenaciter, propterea ad excellentiora prõgredi non potuerunt, ſed mutato animo rurſus dicebant. *Hic homo non eſt à Deo.* Et quomodo ipſe à Deo eſt? Quæ aſſidue vertebant

Lucæ.15. Lucæ.4. Lucæ.8.

Difficilior eſt animæ curatio quam corporis.

Ioan.1.

Miſsit paralyticum in domum ſuam, vt dom eſticorũ mentes ſanaret.

Ioan.9.

tebant ſeum, quando perturbationibus animi victi huc & illuc inconſtanter ferebantur: quod etiam nunc multi faciunt, cum æquo animo oporteat perferre, ſuis perturbationibus incitati, Deum ipſum vt credant vlciſcuntur, qui cum poſſet in blaſphemantes fulmina iacere: ſolem tamem ſuum
Matth.5. oriri ſuper omnes facit, imbres dimittit, cæteraquè omnia clementiſsime præſtat. Ipſum igitur imitemur, vt oportet exhortemur, cæteros ad virtutem quieto animo admoneamus, nulla ira, nulla ferocitate moueamur. Nec enim Deo nocuiſti, ſi blaſphemaſti iratus, ſed gladium in teipſum conuertiſti: quare ingemiſce, lachryma; lachrymis enim dignus eſt, qui peccat: præterea nullum lacrymis melius remedium eſt, ad hæc peccatorum vulnera: humilitas enim atque contritio cordis omnem vim ſuperat. Et conſidera quoniam ipſe Deus nobis tam veteri, quam noua Scriptura tuncſo quitur, cum videatur contumelijs fuiſſe iratus. In veteri enim ſcribitur: *Populemeus quid feci tibi?* In
Mic.6. Actorum. 9. nouo vero: *Saule Saule quid me perſequeris?* Paulus enim cum omni conſuetudine iubet aduerſarios alloqui: Sed & ipſe Chriſtus cum acceſſiſſent Diſcipuli, rogaſſentque vt ignem de cælo demitteret, vehemẽter ipſos increpauit dicens:
Luc.9. Neſcitis cuis ſpiritus eſtis vos. Hic quoque non dixit, quid cogitatis ſceleſti, inuidi, & ſalutis humanæ hoſtes: *Sed cur mala in cordibus veſtris cogitatis?* Oportet ergo clementer ægritudines animi remouere: nam qui humano timore
Matth.13. melior factus eſt, ad prauitatem rurſus cito redit: proptera zizania iuſsit dimitti, vt pœnitentiæ tempus præberetur. Multi certe tanta pœnitentia compuncti ſunt,

A vt cum antea peruerſi eſſent, electiſsimi poſtea inuenirentur, vt Paulus, vt publicanus, vt latro, qui cum prius zizania eſſent in optimum triticum mutati ſunt: quæ quidem mutatio in ſeminibus impoſsibilis eſt, at in voluntate facilis, atquè procliua. Non enim naturæ terminis ad bonũ aut ad malum voluntas diſsiparur, ſed libero honoratur arbitrio. Quare cum inimicum veritatis aliquem videris, omni ſtudio atque cura conaB re ad virtutem reducere, primum viuendi exemplis, deinde orationis grauitate, ac poſtremum patrocinij & auxilij copia. Nõ graueris omnia emendationis genera percurrere. Imitandi ſunt enim boni medici, qui non vno curationis modo vtuntur, ſed cum viderint primis remedijs non eſſe depreſſum morbũ, alia atque alia rurſus excogitant: & aliquando quidem ligantes membra, doloribus dolores excutiunt, aliquando vero inſC cindunt, ita multis varijſque medendi generibus, tandem corpus ad ſanitatem reducunt. Quare pariter etiam tu animarum medicus factus, omni curationis modo ſecundum leges Chriſti vtaris, vt & operum tuorum, & aliorum ſalutis mercedem accipias. Nam qui hæc in gloriam Dei facit, ipſe quoque gloriam conſequetur. Glorifi Luc.12. cabo enim, inquit, eos qui me glorificant, Quare omnia ad gloriam Dei agamus, vt æternam requiem D adipiſcamur, ad quam omnes vtinam perueniamus, gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum Patre, ſimul atque Spiritu ſancto gloria, imperiũ, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

(?)

Paulus, Publicanus & latro ex zizania in triticũ optimum mutati ſunt.

Veritatis inimicũ ad virtutem reduce repoteris, primum viuendi exemplis, ſecundo orationis grauitate, tertio patrocinij & auxilij copia.

Bernard.

Bernard. Epiſt. 42.

QVID cogitatis (ait) *mala in cordibus veſtris*? Reſpondebat non ſermonibus ſed cogitationibus. Audiebat non loquentes: videbat non apparentes. Contremiſco totus tuam Domine Ieſu, quantillo poſſum intuitu conſiderans maieſtatem, præſertim cum recordor in quantis ipſius aliquando contemptor extiterim. Sed & nunc cum iam à facie maieſtatis fugi ad genua pietatis, quid amplius facio? Vereor ne qui aliquando contrarius extiti maieſtati, & nunc ingratus pietati inueniar. Quid enim ſi ceſſant manus, & non ceſſet pectus? Quid ſi os iam ſilet, nec dum cor quieſcit? Si ſinguli illiciti motus animi mei ſingula ſunt quædam in te Deus conuicia, vt puta iracundiæ motus in manſuetudinẽ, inuidię in charitatẽ, in fragulitatẽ luxurię turpitudinis in caſtitatẽ & innumera his ſimilia, quę de cænoſo lacu pruriẽtis pectoris mei etiam nunc inceſſanter ebulliunt, inundantes & impinguentes in ſerenitatem præfulgentis vultus tui, quid magnum feci ſolos cohibere artus actus corrigere? Si has atq; huiuſmodi, quas foris licet vacans, intus actitare nõ ceſſo iniquitates obſeruaueris. O Domine quis ſuſtinebit? An forte iam non ago illa, ſed patior? Aguntur quidem in me, ſed à me nõ aguntur, ſi non conſentio. Sane ſi mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & immaculatus coram eo, ſi non ſolum caruero, ſed & ſi obſeruauero me ab iniquitate mea. Mea dixerim non quia facio, ſed quia ſuſtineo. Corpus geſto mortis, carnemq; peccati: ſuffi cit interim mihi, ſi nõ regnet peccatum in meo mortali corpore. Sic corpus crimini nõ reputatur, neq; quod habitat in eo peccatũ, ſi tamẽ nõ delector, ſi tamẽ nõ exhibeo membra mea arma iniquitati. Pro hac orabit ò miſericors, qui uis etiam ſanctus in tempore opportuno: ſupplex nimirum quod malũ ſentiat, & nihilominus ſanctus, dum nõ conſentiat. Supplex pro periculo, ſanctus pro virtute. Sanctus palne atq; beatus, qui con delectatus legi ſecundum interiorem hominem, de malo quod ita ineſſe corpori ſentit, vt niſi pariter cum corpore carere nõ poſsit, merito ſe ſe conſolatur & ait. Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Veruntamen delicta quis intelligit? Nam ſi poſſem dicere cum Paulo quod quidem lõge eſt à me: Nihil mihi conſcius ſum, non tamen in hoc eſſe iuſtificatum oporteret me gloriari. Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Si applauſerit mihi iuſtitiã humanus dies, pro minimo habeo, quia ille lucet tantum in facie. Homo enim videt in facie, Deu autem intuetur cor.

Rom. 7.

1. Cor. 4.

1. Reg. 16.

Epiphanius contra Hæreſes lib. 15. cap. 10.

SCHOLIVM, 2. (*Vt autem ſciatis quod poteſtatem habet filius hominis dimittendi peccata in terra.*) Confutatio 2. Si igitur filium hominis ſeipſum vocat, non negat ipſe vnigenitus incarnationem, & fruſtra apud te cantatur, quod in exiſtimatione apparuerit. Et ſi habet poteſtatem in terra, non aliena eſt terra à creaturis eius ac Patris ipſius.

Auguſtinus

Auguſtinus de Trinitate, lib.15.cap.10.

Et cogitatio & nutus, & literæ verba ſunt & verbi diuini habent imaginem.

SED nũc de his loquamur quæ nota cogitamus & habemus in notitia etiam ſi non cogitemus, ſiue ad contemplatiuam ſcientiam pertineant, quam propriè ſapientiam dicimus, ſiue ad actiuam, quã proprie ſcientiam nuncupandam eſſe diſſeruimus. Simul enim vtrũque mentis eſt vnius & imago Dei vna. Cum verò de inferiore diſtinctius & ſeorſum agitur, tunc non eſt vocanda imago Dei, quanuis & tunc in ea nonnulla reperiatur ſimilitudo illius trinitatis, quod in tertiodecimo volumine oſtendimus. Nunc ergo ſimul de vniuerſa ſcientia hominis loquimur, in qua nobis nota ſunt quæcunque ſunt nota, quæ vtiq; vera ſunt, alioquin nota non eſſent. Nemo enim falſa nouit, niſi cum falſa eſſe nouit. Quod ſi nouit, verum nouit. Verũ eſt enim quod illa falſa ſunt. De his ergo nunc diſſerimus quæ nota cogitamus, & nota ſunt nobis etiamſi non cogitẽtur à nobis. Sed certe ſi ea dicere velimus, niſi cogitata non poſſumus. Nam & ſi verba non ſonent in corde ſuo non vtique qui cogitat. Vnde illud eſt in libro ſapientiæ. *Dixerunt apud ſe cogitantes non rectè.* Sap.2. Expoſuit enim quid ſit: *dixerunt apud ſe*, cum addidit *cogitãtes*. Huic ſimile eſt in Euãgelio, quod quidam ſcribæ, cum audiſſent à Domino dictũ paralytico: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua: dixerunt contra ſe. Hic blaſphemat.* Quid eſt enim, dixerunt intra ſe, niſi cogitando? Deniq; ſequitur: *Et cum audiſſet Ieſus cogitationes eorũ, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* Sic Matthæus. Lucas autẽ hoc idem ita narrat. *Cæperunt cogitare Scribæ & Phariſæi, dicentes: Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Vt cognouit autem cogitationes eorũ Ieſus, reſpondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus veſtris?* Luc.5. Quale eſt in libro ſapientiæ, *dixerunt cogitantes*, tale hic eſt, cogitauerunt dicentes. Et illic enim & hic oſtenditur contra ſe atque in corde ſuo dicere, id eſt, cogitando dicere. Dixerunt quippe intra ſe, & dictum eſt eis: *Quid cogitatis?* Sap.2. Et de illo diuite cuius vberes fructus ager attulit, ait ipſe Dominus: *Et cogitabat intra ſe dicẽs.* Luc.12. Quæ dã ergò cogitationes locutiones ſunt cordis, vbi & os eius eſſe Dominus oſtendit, cum ait: *Non quod intrat in os coinquinat hominem.* Matth.15. Vna ſententia, duo quædã hominis ora complexus eſt, vnum corporis alterum cordis. Nam vtique vnde illi hominem putauerunt inquinari, in os intrat corporis. Vnde autem Dominus dixit inquinari hominẽ, de cordis ore procedit. Ita quippe expoſuit ipſe quod dixerat. Nã paulo poſt de hac re Diſcipulis ſuis, *Adhuc & vos, inquit, ſine intellectu eſtis? Nõ intelligitis, quia omne quod in os intrat in ventrem vadit & in ſeceſſum emittitur?* Hic certe apertiſsime demonſtrauit os corporis. At in eo quod ſequitur os cordis oſtẽdens. *Quæ autem,* inquit, *procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, &c.* Quid hac expoſitione lucidius? Nec tamen quia dicimus locutiones cordis eſſe cogitationes, ideo non ſunt etiam viſiones exortæ de notitiæ viſionibus, quando veræ ſunt. Foris enim cum per corpus hæc fiunt, aliud eſt locutio, aliud viſio. Intus autem cũ cogitamus, vtrunque vnum eſt. Sicut auditio & viſio duo quædam ſunt inter ſe diſtãtia in ſenſibus corporis, in animo autem non eſt aliud atque aliud videre & audire: ac per hoc cum locutio foris non videa-

tur,ſed potius audiatur,locutiones tamẽ interiores,hoc eſt, cogitationes viſas dixit à Domino ſanctum Euangeliũ non auditas: *Dixerũt*, inquit,*intra ſe,hic blaſphemat.* Deinde ſubiunxit:*Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum.* Vidit ergò quod dixerunt. Vidit enim cogitatione ſua cogitationes eorũ, quas illi ſolos ſe putabant videre.Quiſquis igitur poteſt intelligere verbum non ſolum antequam ſonet verumetiam, antequam ſonorum eius imagines cogitatione voluantur, hoc enim eſt quod ad nullam pertinet linguã, earum ſcilicet quæ linguæ appellantur gentiũ,quarum noſtra lingua Latina eſt. Quiſquis inquã, hoc intelligere poteſt, iam poteſt videre per hoc ſpeculũ atq; in hoc ænigmate aliquã verbi illius ſimilitudinem,de quo dictũ eſt: *In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Neceſſe eſt enim cũ verbũ loquimur,id eſt, quod ſcimus loquimur, ex ipſa ſcie tia, quã memoria tenemus, naſcatur verbum quod eiuſmodi ſit omninò eiuſmodi eſt illa ſcientia,de qua naſcitur. Formata quippe cogitatio ab ea re,quam ſcimus, verbũ eſt quod in corde dicim⁹,quod nec Græcum eſt,nec Latinum, nec linguæ alicuius alterius, ſed cum id opus eſt in eorũ,quibus loquimur perferre notitiam,aliquod ſignum quo ſignificetur aſſumitur. Et plerunque ſonus,aliquando etiam nutus,ille auribus, ille oculis exhibetur, vt per ſigna corporalia etiam corporis ſenſibus verbũ quod mente gerimus innoteſcat.Nã & inuere quid eſt niſi quodãmodo viſibiliter dicere? Eſt in ſcripturis ſanctis huius ſententiæ teſtimonium. Nam in Euangelio ſecundum Ioã nem ita legitur. *Amen amen dico vobis,quia vnus ex vobis tradet me.* Aſpiciebãt ergò adinuicem Diſcipuli, hæſitantes de quo diceret. Erat ergo vnus ex Diſcipulis eius in ſinu Ieſu,quem diligebat Ieſus. Innuit ergo huic Simõ Petrus, & dicit ei. Quis eſt de quo dicit? Ecce innuendo dixit, quod ſonando dicere nõ audebat:ſed hæc atque huiuſmodi ſigna corporalia, ſiue auribus, ſiue oculis præſentibus quibus loquimur,exhibemus.Inuentę ſunt etiã literæ,per quas poſſumus & cũ abſentibus colloqui, ſed iſta ſigna ſunt vocum,cum ipſę voces in ſermone noſtro earum,quas cogitamus,ſigna ſint rerum.

Ioann. 1.

Ioann. 13.

Auguſtinus in Pſalm. 100.

Deambulabam in innocentia cordis mei,in medio dom⁹ meæ. Hęc via immaculata ab innocentia cępit in ipſa etiam peruenitur. Quid quæris multa verba? Innocẽs eſto, & perfeciſti iuſtitiam. Sed quid eſt eſſe innocẽtem? Duobus enim modis nocet homo quantũ in ipſo eſt, aut faciendo miſerum,aut deſerendo miſerum: quia & tu non vis ab alio fieri miſer,& nõ vis deſeri ab alio ſi miſer fueris. Quis eſt ille qui facit miſeros? Qui infert violentias vel inſidias, rapit res alienas, opprimit pauperes, furatur, coniugia aliena ſollicitat, contumelioſus eſt, & calumnioſus eſt, vult inferre hominibus vnde doleant ſtudio maleuolentię.Quis eſt qui deſerit miſeros? Qui videt inopem aliquo auxilio egentem, & cũ habeat quomodo præſtet, cõtemnit,deſpicit,alienat cor ſuum. Quod ſi iam omninò talis eſſet, vt nõ opus haberet aliqua miſericordia,ſuperbus eſſet, ſi deſeret miſerum. Adhuc in tribulatione carnis conſtitutus eſt, neſciens quid ſibi poſsit eras accidere,& deſpicit lachrymas miſerorũ,nõ eſt innocẽs. Sed quis eſt innocens? Qui cũ alijs

Pſalm. 100.

non

Innocens dicitur qui nec sibi nec alijs nocet.

nō nocet, nec sibi nocet. Qui enim & sibi nocet, non est innocēs. Ait, aliquis: Ecce non tuli alicui, nec pressi aliquem: de re mea, de iusto labore meo bene mihi faciam, conuiuium apparatū habere volo, erogare volo quantum me delectat, bibere cum quibus volo, quātum me delectat? Cui aliquid tuli? Quem pressi, Quis de me quæstus est? Innocens videtur, sed seipsum corrūpit, si templum Dei in se euertit, quid expectas vt in alio faciat misericordiam, & parcat miseris? Qui in seipsum crudelis est, esse in alio misericors potest? Tota ergò iustitia ad vnum verbū innocentiæ redigitur. *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suā.* Quādo amabat iniquitatem, putabat quod alijs nocebat. Sed vide si alijs nocet: qui diligit iniquitatem, odit animam suā. Sibi ergo prius nocet qui vult alijs nocere, nec deambulat, quia non est vbi angustias nō patitur: Arcta omnis malitia, sola innocētia lata est. Vbi deambulabat? *Deambulabā in innocētia cordis mei, in medio domus meæ.* Mediū domus suæ, aut ipsam Ecclesiam dicit, Christus enim in ea deambulabat, aut cor suum: domus enim nostra interior cor nostrū est, vt hoc exposuerit quod superius dixit: *In innocētia cordis mei.* Quæ est innocentia cordis sui? Medium domus suæ. Hanc domum quisquis habet malam, pellitur ab illa foris. Quisquis enim in corde premitur mala conscientia, quomodo quisquis ab stillicidio exit de domo sua, aut à fumo non ibi patitur habitare: sic qui non habet quietum cor, habitare in corde suo libenter non potest. Tales foras exeunt à seipsis animi intentione, & de his quæ foris sunt circa corpus delectantur, quietem in nugis, in spectaculis, in luxurijs, in omnibus malis quærunt. Quare foris voluerunt sibi bene esse? Quia nō est in illis intus bene, vnde gaudeant in conscientia sua. Ideò Dominus cum sanasset paralyticum ait: *Tolle grabatum tuum & vade in domum tuam.* Faciat illud anima quæ quasi paralysi dissoluta est, in membris bonæ operationis constringatur, vt bene operetur. Tollat grabatum suum, regat cor suum: iam eat in domum suam, intret in conscientiam suā, iam latam inueniet vbi deambulet, & psallat & intelligat.

Psalm. 10.

Theophylactus in 9. capit. Matth.

VEL ex hoc quod cogitationes resciuit, ostendit se Deū. Arguit igitur eos ferme, sic dicēs: Vos quidem putatis me blasphemum, eo quod pollicear me remittere peccata, id quod magnum quidem est. Videtur autē vobis, quod ego per hoc effugium quæram, vt non reprehendar. Ego igitur & ex corporis cura fidem vobis facio, quod animas sanem. Per rem minorem quidem, sed quæ difficilior videatur confirmans & peccatorū remissionem quæ magna quidem est, sed facilior vobis videtur, eo quod minor appareat.

Et paulo post.

INiunxit ei, vt lectum gestaret, vt ne phantasia videatur: & vt turbæ simul videant miraculum: maximum quidem omnium existimabant piorum tamen hominum.

Irenæus aduersus hæreses Valentini & similium, lib. 5.

EST autē hic Demiurgus, qui secundum dilectionem quidē pater est secundum autem virtutē Dominus, secundum autem sapien-

tiam factor, & plasmator noster, cuius & præceptum transgredientes, inimici facti sumus eius. Et propter hoc in nouissimis temporibus in amicitiã restituit nos Dominus per suam incarnationẽ mediator Dei & hominum factus propicians quidem pro nobis Patrem, in quem peccaueramus, & nostram inobedientiam consolatus, nobis autem donans eam, quæ est ad factorem nostrum conuersationem & subiectionẽ. Quapropter in oratione dicere nos docuit. *Et remitte nobis debita nostra:* ytique quoniã hic est Pater noster, cuius eramus debitores, transgressi eius præceptum. Quid autem est hic? Vtrũ ne incognitus aliquis, & nulli nunquã præceptum dans Pater? An vero qui à scripturis prædicatur Deus, cui & debitores eramus transgressi eius præceptum? Datum est autem præceptum homini per verbum. Audiuit enim Adam, ait, vocẽ Domini Dei. Bene igitur verbum eius ad hominem dicit: *Remittuntur tibi peccata:* idem ille in quem peccaueramus in initio remissionem peccatorum in fine donans. Aut alterius quidem transgressi sumus præceptum, alius autem erat, qui dicit: *Remittũtur tibi peccata tua*, neq; bonus, neq; verax, neq; iustus est huiusmodi. Quomodo enim bonus qui non ex suis donat? aut quomodo iust⁹, qui aliena rapit? Quomodo autem rectè remissa sunt peccata, nisi ille ipse in quem peccauimus donauit remissionem, per viscera misericordiæ Dei, in quibus visitauit nos per Filiũ suum? Quapropter & curato paralytico, *Videtes*, inquit, *populi clarificauerunt Deũ qui dedit potestatem talem hominibus.* Quem igitur Deum clarificauerunt circunstantes populi, nunquid nã ab hereticis inuentũ incognitum patrem? Et quomodo eum qui in totum nõ cognoscebatur ab eis, glorificabãt? Manifestum est ergò, quoniã eum qui in lege à Prophetis prædicatus est Deus, glorificabãt Israelitæ, qui & est Pater Domini nostri, & propter hoc docebat homines in sensu per ea signa quæ faciebat dare gloriam Deo. Si autem ab altero quidem patre ipse veniisset, alterum autem patrem glorificabant homines, videntes eius virtutes, ingratos eos in eum patrem qui misserat curationẽ, efficiebat. Sed quoniam ab eo, à quo Deus vnigenitus Filius venerat ad salutem hominum, & incredulos per eas quas faciebat virtutes prouocabat dare gloriam Patri, & non recipientibus aduentum filij eius, & propter hoc nõ credentibus quæ ab eo fiat remissionem, Pharisæis dicebat, *Vt sciatis quoniam potestatem habet Filius hominis remittere peccata.* Et hoc cum dixisset iussit paralyticum hominẽ tollere grabatum super quẽ iacebat, & ire in domum suam, propter hoc quidem efficit, confundẽs incredulos, & significans quoniam ipse est vox Dei, per quam accepit homo præcepta, quæ supergressus est, & factus est peccator, ex peccatis enim paralysis subsequuta est. Peccata igitur remittens, hominẽ quidem curauit, semetipsum autẽ manifeste ostendit quis esset. Si enim nemo potest remittere peccata, nisi solus Deus, remittebat autẽ hæc Dominus, & curabat homines, manifeste quoniam ipse erat verbum Dei, filius hominis factus, à Patre potestatem accipiens. Quomodo homo, & quomodo Deus, & quomodo homo compassus est nobis, tanquam Deus misereatur nostri, & remittat nobis debita nostra, quæ factori nostro debemus Deo. Et propter hoc Dauid prædixit. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus*

Matth. 6.

Genes. 3.

Luce. 5.

Luce. 1.

Psalm. 31.

tus homo cui nō imputauit Dominus pec catum: eam quæ per aduentum eius eſt remiſsionem præmonſtrans, per quam deleuit chirographum, debita noſtra, & affixit illud cruci, vti quemadmodum per lignum facti ſumus debitores Deo, per lignū accipiamus noſtri debiti remiſſionem.

Idacius Clarus aduerſus Varimadum Arrianum.

REſpicit Pater, reſpicit Filius, reſpicit Spiritus ſanctus. De Patre in Geneſi. *Reſpexit Deus in Abel, & ſuper munera eius: Super Cain autem & munera eius non reſpexit.* De Filio in Euangelio: *Reſpiciens Ieſus cogitationes eorum dixit: Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* De Spiritu ſancto in Apocalypſi: *Hÿ ſunt ſeptem ſpiritus, qui inſpiciunt vniuerſam terram.*

Geneſ. 4.

Matth. 9.

Apoca. 7.

Clemens Alexandrinus in Pædagogo, lib. 1. cap. 2.

SAluum fac ſeruum tuum, inquit, *Deus meus ſperantem in te, miſerere mei Domine, quia ad te clamabo tota die.* Medicina enim, vt ait Democritus, medetur morbis corporis, ſapientia autem liberat animam à perturbationibus. Bonus autem pædagogus, qui eſt ſapientia, qui verbum Patris, qui fabricatus eſt cælum, vniuerſi figmenti curam gerit. Eiuſque corpori & animæ medetur, qui eſt omni ex parte ſufficiens medicus humanæ naturæ, ſeruator. *Surge*, inquit, *paralytico & ſublato in quo iaces grabato, Vade domū*, & qui primus erat infirmus, ex templo ſanus & firmus euaſit: & mortuo, *Lazare dixit egredere.* Ille vero mortuus ex ſepulchro exijt qualis erat antequam moreretur, meditatus reſurrectionem. Quinetiā ipſi quoque medetur animæ præceptis doniſque ac gratijs. Sed præceptis quidem ac monitis id facere vtiq; differt: Donis autem ac gratijs dicit: Dimittuntur tibi peccata tua, nobis dicit peccatoribus. Nos autem ſimul ac ipſe cogitauit, facti ſumus infantes, optimum ac ſtabiliſsimum locum ab optima & preclare ordinata eius moderatione adepti: quæ primum quidem in mūdi & cæli ſoliſque ambitibus circūagitur, in cęterorumque aſtrorum motibus verſatur, propter hominē. Deinde vero in ipſo homine, in quem omne eius ſtudium confertur; eumque maximum ac pulcherrimum eſſe opus exiſtimans, prudentia quidem ac moderatione & temperantia animam eius direxit: corpus vero pulchritudine iuſtaq; & commoderata membrorum proportione temperauit: in humanæ autē naturæ actionibus, quod in eis recte & ex virtute geritur, pulchrumq; qui eſt in eis ordinem ex ſuo eis inſpirauit.

A

B

C

Pſalm. 85.

Ioann. 11.

Ambroſius de recta fide ad Gratianum, lib. 5. capit. 8.

AVT quid eſt quod neſciat Dei Filius, qui dicebat: *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* Quomodo neſciat de quo dicit Scriptura: *Ieſus autem norat cogitationes eorum.* Hæc tamen alij dicant: Ego autem vt ad ſuperiora redeam, qui propoſuerim ſcriptum quod Pater dixit: Fortaſſe reuerebuntur Filiū. Quod vtique ideò arbitror propoſitum, vt quod de hominibus loquebatur Pater, humano locutus videatur affectu.

D

Lucæ. 20.

Ambroſius de Cain & Abel, lib. 1. capit. 9.

Eccleſ. 35. CAue ne in oratione te extollas. Oratio enim humiliantis ſe nubes penetrabit. Caue ne incaute ſimboli vel Dominicæ orationis diuulges myſteria. An neſcis quam graue ſit in oratione contrahere peccatum, vbi ſperas remedium? Certe Dominus per Prophetam docuit hoc graue eſſe maledictum, dicens. *Et oratio eius fiat in peccatum.* Niſi forte in mediocre id tibi putas eſſe. Diffidere eſt enim de potentia Dei, æſtimare quod non audiaris niſi clamaueris. Clament opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament paſsiones tuæ, clamet ſanguis tuus, ſicut ſancti Abel, de quo dixit Deus ad Cain: *Vox ſanguinis fratris tui ad me clamat.* Audit enim in occultis qui mundat in occultis. Nos niſi loquentē aliquem audire nō poſſumus, apud Deum loquuntur non verba, ſed cogitationes. Et vt hoc verum ſcias, dicebat Dominus Ieſus ad Iudæos. *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* Non interrogantis vox iſta eſt, ſed ſcientis. Quod tibi manifeſtat Euangeliſta dicens: *Ieſus autem ſciebat cogitationes eorum. Sicut ergò filius nouit, nouit & Pater.* Filium noſſe cognouiſti Patrem, noſſe audi conſiliarium & teſtem Patris dicentem: *Scit enim Pater veſter quid vobis opus ſit, antequam petatis ab eo.*

Pſalm. 108.

Quæ res ex noſtris ad Deū clament?

Matth. 6.

Ambroſ. lib. 5. in Luc. c. 5.

MAgnus Dominus, quia aliorum merito ignoſcit alijs, & dum alios probat, alijs relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cum apud Deum ſeruus & interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? Diſce qui iudicas, ignoſcere: diſce qui æger es, impetrare. Si grauium peccatorū diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Eccleſiam, quę pro te precetur, cuius contemplatione, quod tibi Dominus negare poſſet, ignoſcit. Et quanuis hiſtoriæ fidem debeamus non omittere, vt vere paralytici iſtius corpus credamus eſſe ſanatum, cognoſce tamen interioris hominis ſanitatē, cui peccata donantur. Quæ cum Iudæi aſſerunt à ſolo Deo poſſe cōcedi, Deum vtique confitentur, ſuoque iudicio perfidiam ſuam produnt, vt opus aſtruant, perſonam negent. Itaq; ab ipſis & operis ſui Dei Filius accepit teſtimonium & vocis ſuffragium non requirit. Perfidia enim confiteri poteſt, credere non poteſt. Itaque teſtimonium non deeſt diuinitati, fides deeſt ſaluti. Nam & validius eſt ad fidem, quod confitentur inuiti: & pernicioſius ad culpam, quod negant, qui ſuis aſſertionibus reuincuntur. Magna itaque in fide plebis amentia, vt cum confeſſa fuerit ſolius Dei eſſe donare peccata, non credat Deo peccata donanti. Dominus autem ſaluos volens facere peccatores, & occultorum cognitione Deum ſe eſſe demonſtrat, & admiratione factorum adijciens.

(f)

DOMI-

DOMINICA DECIMA NONA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Matthæi. 22.

TEXTVS.

SIMILE Factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos, vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos dicens: Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata venite ad nuptias.

Chryſoſtomus in priori expoſitione in cap. 22. Matth. homil. 70.

PERPENDIT tam ex hac quam ex ſuperiore parabola, quantum intereſt inter ſeruos & filium. Animaduertis magnã vtriuſque parabolæ ſimilitudinem differentiam quoq; non paruam. Nam etiam hæc longanimitatem, prouidentiam, curamque Dei erga Iudæos ſummam, & eorum in Deum ingratitudinem ſignificat, electionem quoque ipſorum, & vocationem gentium ſimiliter. Verum ad hæc omnia quanta viuendi diſciplina vti debeamus, quamque acerba pœna negligentes expectet, in hac denotatur. Quare poſt illam hæc rectiſsime poſita eſt: quoniam enim ibi dictum eſt, alij dabitur genti, quæ reddet fructus in tempore ſuo, hic enim cui genti dabitur declarat, neque id ſolum, ſed ineffabilem erga Iudæos curam oſtendit. Nam cum ibi ante crucem ſolum vocare ipſos videatur, hic etiam poſt mortẽ inuocando perſeuerat. Ita quãdo grauiſsima eos ſupplicia lucre oportebat, tunc ad nuptias trahit, & ſummo patatus eſt honore afficere. Vide autẽ quomodo etiã ibi quemadmodum tũc poſtea, quoniam nõ modò non ſuſceperunt eum, ſed etiam iugulauerunt,

Matt. 21.

runt, tũc alijs vinea præbetur. Eodem nunc pacto poſtquam venire ad nuptias noluerunt, alij vocantur. Quid igitur dementius inueniatur, quam cũ in nuptias voceris reſilire? Quis enim in nuptias non optaret, & eas regis quas amantiſſimo filio facit: Et cuius rei gratia nuptiæ appellatæ ſunt, inquies? Vt & Dei erga nos præcipuam curam, charitatemq; cognoſcas, & rerum ſplendorem nõ ignores, vbi nihil triſte, nihil luctuoſum, ſed omnia ſpiritalis gaudij plena ſunt: hac ratione Ioannes ſpõſum appellat: hac ratione Paulus quoque dicit; Vni ego vos viro adoptaui, & rurſus: *Magnum hoc eſt myſterium: ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Cur autem non ipſi adoptati ſponſa dicitur, ſed filio? Quia filio adoptata, patri adoptatur. Nam propter identitatem ſubſtantiæ nulla apud ſcripturam differentia eſt, ſiue hoc ſiue illo modo dixeris. Accedit quod reſurrectio quoque in hac aperte ſignificatur Nam quoniam in ſuperioribus de morte dictum eſt, poſt mortem modo nuptias & ſponſum videmus. Illi verò nec ſic quidem mitiores fiunt, quare nihil certe crudeli? tertia enim hæc culpa eſt, prima quidem Prophetarum, altera filij cædes fuerat, hæc tertia eſt, quia interfecto filio, cum iam in nuptias eius ab eo ipſo inuitarentur, nõ eundi cauſas paria boum, agros, & vxores cõfingunt. Nam quanuis rationem habere quondam hæc occaſiones videantur, hinc tamẽ dicimus nihil adeò neceſſarium eſſe poſſe, vt ſpiritualia illud non antecedant: inuitauit autem, non nuper, ſed ante multa ſecula. Dicite nanq;, inquit inuitatis, quod profecto crimen eorum auget. A quibus igitur antea vocati fuerant? A Prophetis certe olim, & à Ioanne, qui omnes ad Chriſtũ mittebat, dicens: Oportere Chriſtum creſcere, ſe verò minui, poſtremo per ipſum etiã filiũ. Venite nanq;, ait, omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciã, & rurſus. Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. Non verbis autẽ ſolum, verumetiam rebus vocauit, & poſt aſſumptionẽ per Petrũ & Petri ſocios. Qui enim operatus eſt Petro, inquit Apoſtolus, in Apoſtolatum circũciſionis, is operatus eſt & mihi in gentes. Nã quoniam filium necauerũt, per ſeruos rurſus eos vocat. Ad quid porro inuitat? An ad labores, afflictiones, ſudores? Nequaquã imo vero ad delicias. *Tauri enim mei, ait, & ſaginata occiſa ſunt.* Vide quã magnifice dapes proponuntur, neq; id eos cõuertit: ſed quãto mitior eſt ipſe, tanto magis illi dureſcunt. Nõ enim impediti negotijs, ſed negligẽtes nõ venerunt. Cũ autẽ alius ſe nuptijs, alius bobus excuſat, nonne occupationes ac negotia iſta ſunt? Minime. Cum enim ſpiritualia vocant, nulla occupationis excuſatio eſt, quãuis his occupationibus deſideria obducere ſua mihi videantur: nec grauiter ſolũ peccarunt, cũ inuitati non venerunt, ſed atrociter atq; tyrannice inuitãtes ſeruos & vituperauerũt & necauerunt: quod multo ſuperioribus grauius eſt. Illi enim fructus repetentes, hi verò in nuptias vocantes trucidarunt: quo furore quid maius excogitari poſsit? Hoc & Paulus criminatur, dicens: Qui & Dominũ & ſuos Prophetas interfecerunt, & nos perſecutũ ſunt. Sed ne Deo aduerſariũ dicere poſsint, ac ideo in nuptias eius non veniſſe, Pater ipſe inuitauit. Quid autẽ factũ eſt poſteaquã venire ſuperſederunt, & inuitantes ſeruos interfecerunt? Exercitibus miſsis vrbes eorũ incendit, & eos interuenit, hęc autem dicens, Veſpaſiani

2. Cor. 11.

Epheſ. 5.

Ioann. 3.

Matth. 11.

Ioann. 7.

Galat. 2.

1. Theſ. 2.

paſiani & Titi facta multo ante ſignificat: ita Chriſto non credẽtes, Patrẽ etiam exacerbauerunt: ipſe nanq; eſt qui eos puniuit. Nec interfecto Chriſto ſtatim, ſed poſt quadraginta annos eos perdidit, vt longanimitatẽ ei⁹ omnes viderẽt. Actor.7. Tunc enim demũ perierunt, cum Stephanum lapidauerunt, Iacobũ obtruncauerunt, Apoſtolos deniq; cæteros cõtempſerunt. Vidiſti virtutẽ, celeritatemq; rerum? Adhuc enim Euangeliſta Ioanne viuente, alijſq; compluribus qui cum Chriſto vixerunt, ita ipſius euentus prædictorum teſtes facti ſunt illi qui audierunt. Conſidera igitur ineffabilem eius erga Iudæos curam: vineam plantauit, maceriem circumpoſuit, ſeruos ad exigẽdos miſerat fructus, quib⁹ interfectis rurſus miſit: his quoq; peremptis filius ad ipſos venit, quo crudeliter trucidato, ab eo ipſo poſtea in nuptias vocati, venire noluerunt, alios deinde miſit ſeruos, quibus ſimiliter necatis, tunc tandem quia incurabili morbo laborabant, eos diſperſit. Res autẽ ipſe incurabilem ſuũ fuiſſe morbũ oſtendũt. Nam ad ea quę dicta ſunt, ſcorta etiam ipſis renuẽtibus & publicani crediderũt: quare non ſolũ à ſceleſtiſſimo ſuo, verumetiã ab aliorum clariſſimo facinore, condẽnantur. Si autẽ quiſquam opponat, non fuiſſe tunc gentes vocatas, cum Apoſtolis verberibus cæſi, pulſi, ac nõnulli occiſi fuerunt, ſed illico poſt reſurrectionẽ. Marci.16. *Euntes enim*, inquit, *docete omnes gentes*. Illud profecto dicere poſſumus, quia & antẽ crucẽ, & poſt crucem, ad Iudæos primũ miſit. Ante crucẽ enim ad oues ire iuſſit, quæ perierũt domus Iſrael: poſt crucẽ autem non modo non vetuit, verumetiã iuſſit veritatem Iudæis atteſtari. Nam etſi omnes gentes docendas dixerit, in cælum tamẽ aſcenſurus

A primũ illis prædicandum eſſe ſignificauit. Accipiẽtis enim virtutem, Actor.1. ait, Spiritu ſancto ſuper vos adueniente, & eritis mihi teſtes in Iudæa, & in Ieruſalem, & vſque ad extrema terræ, & Paulus rurſum: Qui Galat.2. operatus eſt Petro in Apoſtolatũ circunciſionis, is & mihi in gentes operatus eſt. Propteeà & Apoſtoli Iudæis primo prædicauerunt, longoq; temporis ſpatio cæſi & flagellati in Iudæa manentes, ac demum ab ipſis propulſi, in gẽtes profecti ſunt. Tu verò munificentiã hic quoq; conſidera. Quoſcunque enim, ait, inuenietis, inuitate ad nuptias. Nam antea quidem, vt diximus, Iudæis & gentibus prædicabant, in Iudæa maximè permanentes, verum quia perſeuerare in inuidijs Iudæi comperti ſunt, audi quomodo Paulus hanc parabolam exponit. Actor.13. *Vobis erat neceſſe*, inquit, *verbum Dei primum prædicari: ſed quia indignos vos ipſos iudicaſtis, ecce conuertimur ad gentes.*

Chryſoſtomus in priori expoſitione in cap. 22. Matth. homilia. 41.

ERgo quãdo miſit ſeruos ſuos, iam inuitati erant. Primum ergo dicamus quid ſit ipſum conuiuium. Secundò, quãdo ſunt inuitati. Tertiò, quando cæpit preparare conuiuium, & quando miſit inuitatores. Prandiũ enim eſt doctrina iuſtitiæ, & verba cæleſtium myſteriorum de Filio Dei venturo. Quæ omnia manducans homo, ideſt, audiẽs, acquirit ſibi vitam æternam. Multas enim proprietates habet ſermo ad eſcã. Sicut enim qui mittit in os ſuum fragmentum panis, aut qualemcumq; cibum, primum molit eũ dẽtibus, & ita demittit in ſtomachũ: ſic & cũ audimus verbũ, neceſſe eſt eum meditari in ore ſen-

Prandium à Deo paratũ, eſt doctrina myſteriorum de Aduentu filij Dei.

ſus, & quaſi quibuſdam dentibus, id eſt, tractatibus molere, & videdere quid eſt quod dicit, aut vnde dicit, aut propter quam rem dicit. Nam quemadmodum qualemcunque cibum, niſi maſticauerimus dentibus, non ſentimus ſaporem eius. Ita & verbum quod audimus, niſi maſticauerimus, eum tractantes in nobis, non poſſumus intelligere virtutem verbi illius. Nam & Manna quod edebatur in eremo, figuram habebat verbi. Ideò dicebatur mãna, quod interpretatur Hebraice, quid eſt hoc? vt quotieſcunq; audimus verbum, admoneat nos ipſum nomen requirere, quid eſt hoc quod audimus? Et ſicut cibũ poſtquã maſticauerimus, dimittimus in ſtomachum: ita & verbũ poſtquam bene tractauerimus, cõmendamus ipſum memoriæ quaſi ſtomacho. Nã quemadmodũ non prodeſt cibus, niſi cum fuerit maſticatus, & in ſtomachum deſcenderit, ſic non proficit ad ſalutem verbum, niſi cum fuerit intellectui & memoriæ traditum. Nã ſicut cibus nihil prodeſt ſi mã lucauerimus, & & iterum euomimus eum de ſtomacho: ſic nihil in nobis prodeſt verbũ, quod audimus, & obliuiſcimur illico. Cibus qui in ſtomacho ſtat ille confortat: & ſermo qui in memoria manet, ille ſaluat. Vnde & apud Iudæos illa animalia ſunt mũda, quę reuocãt cibum, & ruminãt. Ergò animal illud eſt mundum, quod maſticat & tradit vtero, & iterum de vtero reuocat, & ruminat. Et homo ille eſt ſpiritualis & ſanctus, qui audiẽs verbum, tractat: & cum intellexerit, memoriæ quaſi vtero tradit, & iterum de memoria quaſi de vtero reuocat, & ruminat, & tractat. Ille autem homo immundus eſt ante Deum, qui non recordatur aliquando, nec retractat quod audit. Qui autem mandu-

Manna verbi Dei figura erat.

A cat de ſpirituali cõuiuio, impletur ſpiritu dilatatur ſenſibus, nutritur in veritate, pingueſcit in fide, & ſic ingreditur ad interiora volũtatis Dei, & manens in eis acquirit ſibi vitam æternam. Qui autem ab hoc conuiuio verbi lõge fuerit factus, euacuatur ſpiritu, anguſtiatur ſenſibus, deficit à veritate, diſtillat à fide, & ſic egrediens ab hominibus voluntatibus Dei, ad inferiora nouiſsime cadit in mortem.

Quando fuerunt homines ad nuptias inuitati?

B Quando ſunt inuitati? In tempore Abrahæ, quando dixit ad eum Deus: *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam tibi demonſtrauero. Et omnem terram quancunque tetigeris pedibus tuis, tibi dabo illam, & ſemini tuo in æternum.* Quã terram? Terram Orientalem fluẽtem mel & lac. Quod verum non eſt de terra illa Iudææ, quoniam illa terra nunquam fluxit lacte & melle: ſed terram tationabilem, quam Chriſtus ſuſcepit. De illius C enim incarnatione lac & mel proceſſerunt. Lac enim opus eſt miraculorum, quoniam & ſine labore dentium, & cum ſuauitate comeditur: per quod rudes in fide, quaſi pueri ſuſtentantur. Mel autem eloquia doctrinæ dicuntur, ſicut ait Propheta: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo.* Ergò Chriſti incarnatio promittebatur, qui lacte miraculorum, & melle doctrinæ nutrituD rus fuerat gentes rudes in fide. Vide ergò quoniam iam ex eo oſtendebat Deus, quoniam non aliter Iudæi poterant Chriſto credere, niſi vt relinquerent Iudaiſmum, quod eſt exi de cognatione tua: & corpus circunciſionis, quod eſt exi de terra tua. Ergo ex eo iam Iudaiſmus relinquendus oſtendebatur. Non ſolum autem Iudæi, ſed nullus homo poteſt lac & mel mãducare Chriſti, niſi cognationẽ ſuã & ter-

Genes. 12.

Terra quæ Iudæa fuit non eſt illa quæ fluxit lac & mel, ſed terra corporis Chriſti.

Lac opus miraculorũ, mel vero doctrina Chriſti fuit.

Pſalm. 118.

& terram suã reliquerit, sicut scriptum est: Nisi quis reliquerit patrem aut matrem, &c. Item, qui meus vult esse Discipulus, abneget semetipsum. Relinquit ergo cognitionem suam, non qui contemnit eam, sed qui amplius diligit Deum, quam parentes. Relinquit terram suam, qui carnis suæ non sequitur voluntatem: qui autem concupiscentias carnis non exit, terrã corporis sui exercet, sicut Cain. Qui verò perfecte cognationẽ suã & terram relinquit, hic lac & mel manducat, cũ legit mirabilia, aut eloquia Christi. Quando cœpit hoc conuiuiũ præparari? A tẽpore Mosi, quando lex Domini data est irreprehensibilis, conuertens animas: quando testimoniũ Domini fidele datum est sapientiam præstans paruulis, quãdo iustitiæ Domini recte lętificantes corda, quando præceptũ Domini lucidũ illuminans oculos: quãdo timor Domini sanctus permanet in seculum seculi: quãdo iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa, quando ex decem speciebus cõfectus est cibus Decalogi salutaris. Sicut enim regale prandiũ multis ciborũ speciebus ornatur, ita & hoc conuiuium scripturarum diuersis iustitiarũ speciebus est decoratum. Ex eo etiã tempore inuitatores exierunt Prophetę, qui homines ad nuptias futuri spõsi vocarent, idest, ad fidẽ Christi, prophetantes eis de seipso. Ait illi nolluerunt venire. Itẽ misit alios seruos, dicens: *Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui, tauri mei & saginata occisa sunt, & omnia iam parata, venite ad nuptias.* Qui sunt alij serui? Apostoli, quos & illos misit dicens: in viã gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Euntes autem prædicantes dicentes, quia appropinquauit regnum cælorum. Hoc est quod dicit: Prandium meum paraui, id est, ex omni lege, & ex omnibus prophetis scripturarum mensas ornaui. Qui sunt tauri & saginata occisa? Prophetæ qui occisi sunt pro salute populi. Sancti quoque occisi sunt pro salute cuiusdam populi, quemadmodum docet nos Apostolus dicens: *Ego autem impendar & super impendar pro animabus vestris.* Item alibi: *Ego enim iam deliBor*: Hominis libatio alicui pro aliquo offertur. Deo ergò immolandus fuerat Paulus pro populo quem docebat. Sic & Prophetæ occisi sunt, vnusquisque pro salute populi quem docebat. Et quoniam mors prophetarum sustẽtabat quidem ex parte salutem humanam, non tamen plene saluare poterat totum mundum. Ideò nouissime immolatus est Agnus, qui totius mundi reatum innocentia sua detergeret. Propterea & in diebus Scenopegiæ, quæ interpretatur fixio tabernaculi, diuersæ hostiæ occidebãtur in figura sanctorum, nouissime autem occidebatur & Agnus. Si ergo Agnum illic occisum intelligimus figuram Christi, consequenter & ceteras hostias intelligimus præcedentium sanctorum occisiones. Sed & Christus de figurata sanctorum suorum immolatione dicebat: *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso & arietibus, offeram tibi boues cum hircis.* Nec enim Christus aliquando huiusmodi animalia obtuli patri: Obtulit autem rationabiles arietes, id est, principes omnium Christianorũ. Obtulit boues, rationabilem terram colentes. Obtulit etiam hircos ex gentibus, qui pro nomine Christi sunt passi. Hæc autem diximus, vt ostendamus tauros & saginata occisa, intelligi debere sanctos occisos. Omnes ergò Prophe

tæ: &

Matth. 16.

A tempore Mosis conuersum fuit in lege præparatam. Psalm. 18.

Prophetæ ad nuptias Christi inuitarũt credentes.

Apostoli fuerunt alij serui qui inuitarunt credentes.

Luc. 10.

Matth. 3. & 10.

Tauri & alia occisa Prophetæ sunt.

1. Cor. 12.

2. Timo. 4.

Paulus immolatus fuit pro populo quẽ docebat.

Psalm. 65.

Varia quæ Christ' æterno Patri obtulit.

tæ, & Chriſtus ideò, occiſi ſunt, vt hoc ſpirituale tabernaculum firmiter figuretur. Deniq́ue ſicut viſcera Agni, ita eloquia Chriſti, homines non manducauerunt, niſi poſtquam occiſus eſt. Nam poſt mortem eius Euangelia prædicata ſunt & credita, & in eis homines quotidie nutriuntur. Sic & viſcera eius prophetarum, id eſt, eloquia, non ſunt ante ſuſcepta, niſi poſtquam occiſi ſunt. Quis audiuit, aut credidit verbis Eſaiæ viuentis? Si enim ſuſcepiſſent ſermones eius, nunquam eum ſerraſſent: ſed poſtquam occiſus eſt, tũc poſtmodum Iudæi ſuſceperunt prophetias eius, & cæperunt legere in Synagogis ſuis. Quis Ieremiæ verba ſuſcepit viuentis? Si enim ſuſcepiſſent verba eius, nũquam eum poſt multas iniurias lapidaſſent. Sed poſtquam occiſus eſt, poſtea conſecrauerunt prophetias eius, cæperunt leges eas in conuentu, &c.

Theophylactus in 22. cap. Matth.

ET HÆC parabola Iudæorum inobedientiam ſubindicat, ſicut & ſuperior de vinea. Verum ſicut illa mortem Chriſti, ita hæc nuptiale gaudium, hoc eſt, reſurrectionem declarat. Cæterum hæc mõſtrat multo atrociora, quæ patrarint illi, quam ſuperior. Illi enim quum exigerentur fructus, occidebant eos qui exigebant: hi autem cum vocarentur ad nuptias, homicidium fecerunt. Homini igitur regi ſimilis eſt Deus. Non enim apparet vt eſt, ſed qualem decet, vt nobis ſe videndum exhibeat. Nam quãdo vti homines morimur humanis peccatis obnoxij, vt homo nobis apparet Deus, quãdo autem vt dij ambulamus, tunc ſtat Deus in Synagoga deorum, ſicut & quando ferarum naturas aſſumimus, fit & illis nobis panthera, & vrſus, & leo. Facit autem nuptias filio ſuo, copulans eum omni formoſæ animæ. Sponſus enim Chriſtus, ſponſa autem Eccleſia & anima. Serui vero primum miſi, Moſes & alij, quibus non crediderunt Hebræi, ſed exaſperauerunt Deum in deſerto quadraginta annis, & noluerunt ſermonem Dei & charitatem ſuſcipere ſpiritualem. Deinde miſi ſunt serui alij, prophetæ, ſed & illorum quoſdam occiderunt, vt Eſaiam, quoſdam contumelijs affecerunt, vt Ieremiam, quem in lacum luti iniecerunt. Quidam autem minus mali, ſibi ab huiuſmodi iniurijs temperauerunt, ſed alius quidem in proprium agrum abijt, hoc eſt, indulſit delicijs & voluptatibus vitæ. Vniuſcuiuſq́ue enim ager eſt corpus, alius autem in negociationem ſuam, hoc eſt, auaritiæ deditus fuit. Negotiatorum enim genus auarum eſt & lucri cupidiſſimum. Oſtendit igitur parabola, quod qui à ſpiritualibus nuptijs & conuiuio, & Chriſti ſocietate deſtituuntur: ob has duas potiſſimũ cauſas excluduntur, vel propter corporales voluptates, vel auaritię morbum. Prandium autem hoc loco nominat, quanuis alio loco cænam eam dixerit. Non abſurde cænam. Nam in nouiſsimis temporibus perfecte apparebunt illæ nuptiæ, & ad veſperum, & ad finem ſeculorum. Prandium autem eo quod in ſuperioribus ſeculis reuelatũ fuit myſterium, tametſi obſcurius. Tauri autem & altilia, vetus eſt & nouum teſtamentum. Vetus enim ſignatur per tauros, Animalium enim mactationem continebat, nouum autem per altilia, Panes

Pſalm. 81.

Apocalyp. 19. & 21. Spõſus Chriſtus, Sponſa Eccleſia, & anima.

Ierem. 38.

Lucæ. 14.

nes enim offerimus nunc in altario, qui proprie dicti sunt Sitista, vt pote ex frugibus confecti. Vocat igitur nos Deus, vt comedamus & veteris testamenti bona & noui. Et tu quando videris quempiam manifeste interpretantem diuina eloquia, scias, tamen altilia, & è frugibus confectos cibos dare, ac quasi frugibus alere, & cibus farcire, simpliciores manifeste docendo: Quæres autem hoc loco quomodo dicat inuitatis, si inuitati erant, quomodo denuo sunt vocandi? Scias igitur omnes natura vocari ad bonum à sermone doctoris natura dati: attamen Deus & illos externos doctores mittit, vt qui intus vocati sunt, & extrinsecus vocentur. Mittit autem rex exercitus suos: hoc est, Romanos, qui inobedientes Iudæos perdiderunt, & ciuitatem illorum Ierusalem succederunt, vt Iosephus dicit.

Panes quos in altari offerimus, dicti Sitista.

Augustin. quæstionum Euangelicorum, lib. 1. quæst. 31.

QVOD Dominus dixit: *Simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo.* Nuptias dixit verbum incarnatum, quia in ipso homine susceptoEcclesia Deo copulata est. Quod dixit: *Tauri mei & altilia occisa sunt:* Tauros dixit principes plebium. Altilia vero omnia signata Quod dixit Dominus: *Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias:* Viæ intelliguntur dogmata gentium, quia ex omnibus illis ad nuptias venerũt, id est, Christo crediderunt.

Nuptiæ sunt Verbũ Dei incarnatum.

Hilarius in Matthæum, Canone 22.

ET hæc quidem parabola distinguenda quidem temporibus est & dignoscẽda personis est. De persona regis & filij absoluta intelligentia est. Feciſſe autem Patrem nuptias filij, & sic inuitasse noua ratio est. Nam nuptias facere & authoris & temporis est nuptiarũ. Verum hic nuptiæ, vitæ cælestis & in resurrectione susciendæ æternæ gloriæ sacramentum est. Merito igitur à Patre sunt factæ, quia æternitatis huius societas, & noui corporis desponsa coniunctio perfecta habebatur in Christo, & in hoc quidem loco admonemus, ita vt in superiore, vbi de repudij conditione tractatum est, diligenter quæ de ratione resurrectionis significata sunt cõtueri. Et id quod sub persona Adæ ad Euam dictum est, quia sacramentum magnũ sit, ne in curiose relinquatur. Qui autem admonentur vt veniant inuitati antea populus Israel est, in gloriam enim æternitatis per legem est aduocatus. Serui missi qui inuitatos vocarent Apostoli sunt. Eorum enim erat proprium commonefacere eos, quos inuitauerant Prophetæ. Qui vero iterum cũ præceptorum conditione mittuntur Apostolici sunt successores Apostolorum. Tauri autem signati, glorioſa Martyrum species est, qui confessioni Dei tanquam hostia electa sint immolati. Saginata vero sunt homines spirituales, tanquam cælesti pane ad euolandum aues paratæ cæteros accepti cibi vbertate expleturæ. His enim omnibus iam paratis, & in numerum complacitæ Deo multitudinis regni cęlestis gloria tanquam nuptiæ nunciantur.

Tauri occisi Martyres sunt.

Atha-

Athanasius in suis quæstionibus, quæst. 44.

Similé factum est regnum cælorum homini regi, qui nuptias apparauit filio suo. Quis ille rex? Deus. Quis filius? Christus. Qui nã illi sunt qui erant vocati? Prophetæ & Apostoli. Qui illi qui denegabant Iudei. Qui vero veniebant? Hi qui erant ex gentibus. Quis erat qui non habebat nuptialem vestem? Iudas, & qui, quemadmodum ipse, in sancta ministeria sese indigne ingerunt.

Origines tract. 20. in 22. cap. Matth.

HÆc quoque parabola simpliciter intellecta, videtur ostendere quod homo rex moraliter Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi dicatur. Nuptiæ autem filij regis, restitutio sponsæ Ecclesiæ ad Christũ sponsum ipsius. Qui autem mittuntur serui vocare inuitatos ad nuptias, secundum tempus habentur prophetæ conuertentes ex populo per suas prophetias ad lætitiam restitutionis Ecclesiæ ad Christum. Qui autem noluerũt venire in primis inuitati qui noluerũt audire verba prophetarum. Item alij transmissi, alia congregatio prophetarum. Præparatum autem prandium, in quo tauri, & sagi nata regis occisa erant: solidæ & rationabilis mysteriorum Dei escæ. Sic autem & omnia apparata, id est, de omnibus quæ necessaria sunt præparati sermones: quos cũ venerit quod perfectum est, qui inuitationem secuti sunt Dei mandu cabunt & bibent. Quoniam autẽ vocatorum per Prophetas quidam quidem neglexerunt tantummodo quæ dicebantur, secularibus occupati negotijs, non autem & malignati sunt aduersus Prophetas, A alij autem & malignati sunt cõtrà eos, ideo differentiam eorum ostẽdere volens, dixit. *Quidam quidem negligentes abierunt, alius quidem in agrum suum, alius autem in negotiationẽ suam: reliqui autem tenentes seruos eius iniurijs affecerunt. & occiderunt.* Adhuc autem secundum simplicé hãc traditionẽ ira intelligitur Regis, de qua & Apostolus dicit propter Iudæos: Præuenit autem illos ira vsque in finem: & prophetatur aduersus Iudæos bellum, & interitus Ieruſalẽ, & interfectio populi post Ascensionem Domini facta, in eo quod ait. *Mittens autem exercitum suum interfecit homicidas illos. & ciuitatem eorum succendit igni.* Quod autem dicit: *Tunc dixit seruis suis: nuptiæ quidem paratæ sunt, inuitati autem non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunq; inueneritis vocate ad nuptias.* Refertur ad Apostolos Christi dicentes. *Vobis primum missum fuerat verbum Dei, sed quoniam indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes.* Exitus ergo gentium sunt res gẽtium foris extra Israel, ex quibus quoscunque inueniebãt Apostoli vocabant ad nuptias. Vocabant autem obedientes tantum non autem & curabant vtrum aliquando ante vocationem mali fuerint an boni qui vocabantur. Omnes enim quos inuenire poterant, vocabant, bonos autem intelligere hic simpliciter conuenit humiliores & rectiores ex eis qui veniebant ad cultum Dei, quibus conueniebat Apostolicum dictum quod ait. *Cum gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt huiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium eis perhibente conscientia eorum.* Et impletæ sunt Christi & Ecclesiæ nuptiæ, & restituti Deo qui ab Apostolis sunt inuenti recubuerunt ad epulandum in nu-

B

C Actor. 13.

D Rom. 2.

in nuptijs. Sed quoniam bonos & malos oportuit quidem vocari, nō autem vt mali permanerent mali, ſed vt exuerent & deponerent veſtimenta contraria nuptijs, & induerent ſe nuptialia indumenta, ideſt viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem: manſuetudinem longanimitatem, hæc enim ſunt nuptialia indumenta, ideò rex ingreditur vt videat diſcumbentes priuſquam apponatur prandium præparatum eis. Tauri, & ſaginata, & omnia præparata: vt videns retineat quidem habentes nuptialia veſtimenta ad quæ delectetur condemnet autem contrarios.

Hieronymus in Maeth. lib. 3. capit. 22.

PHariſæi intelligentes de ſe dici parabolas, quærebant eum tenere & occidere. Hanc eorum ſciens Dominus voluntatem nihi lominus increpat ſæuientes: nec timore ſuperatur, quomin⁹ arguat peccatores. Rex iſte qui fecit nuptias filio ſuo, Deus omnipotens eſt. Facit autem nuptias Domino noſtro Ieſu Chriſto & Eccleſię: quę tam ex Iudæis quam ex gentibus congregata eſt. *Et miſit ſeruum ſuum vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire.* Haud dubium quin Moſen, per quem legem inuitatis dedit. Si autem ſeruos legerimus, vt pleraq; habent exemplaria: ad Prophetas referendum eſt, quod inuitati per eos venire cōtempſerint. *Iterū miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui.* Serui qui ſecūdo miſſi ſunt, melius eſt vt Prophetæ intelligantur quam Apoſtoli: ita tamen ſi ſupra ſeruum ſcriptum fuerit. Sin autem ſeruos, ibidem legas: hic ſecundi ſerui, Apoſtoli intelligendi ſunt. Prandium paratum, & tauri, & altilia occiſa, vel per metaphorā opes regiæ deſcribuntur, vt ex carnalibus intelligantur ſpiritualia: vel certe dogmatū magnitudo & doctrina Dei lege pleniſsima ſentiri poteſt.

Gregorius lib. 40. Homil. Homil. 38.

TExtum lectionis Euāgelicæ, fratres chariſsimi, volo, ſi poſſum, ſub breuitate tranſcurrere, vt in fine eius valeam ad loquendum largius vacare. Sed quærendum prius eſt, an hæc apud Matthæum ipſa ſit lectio, quæ apud Lucam ſub appellatione cænæ deſcribitur? Et quidem ſunt nonnulla quæ ſibi diſſona eſſe videntur, quia hic prandium, illic cæna memoratur: hic qui ad nuptias nō dignis veſtibus intrauit, repulſus eſt: illic nullus qui intraſſe dicitur, repulſus eſſe perhibetur. Qua ex re recte colligi tur, quod & hic per nuptias preſens Eccleſia, & illic per cænam æternā & vltimum conuiuium deſignatur: quia & hanc nonnulli exituri intrant, & ad illud quiſquis ſemel intrauerit, vlterius non exiuit. At ſi quis forte contendat hāc eandem eſſe lectionē, ego melius puto, ſalua fide, alieno intellectui cedere, quam contentionibus deſeruire, quoniam & intelligi congrue forſitā poteſt, quia de proiecto eo, qui cum nuptiali veſte non venerat, quod Lucas tacuit, Matthæus dixit. Quod vero per illum cæna, per hunc autem prandium dicitur, nequaquam vel hoc noſtræ intelligē tiæ obſiſtit: quia cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret, ipſum quoque prandiū cæna vocabatur. Sæpe autem iam me dixiſſe memini, quod plerunq; in ſancto Euangelio regnum cælorum preſens Eccleſia nominatur.

Con-

Congregatio quippe iuſtorum, regnum cælorum dicitur: Quia enim per Prophetam Dominus dicit: *Cælum mihi ſedes eſt*, & Salomon ait: *Anima iuſti ſedes ſapientiæ*: Paulus etiam dicit Chriſtum Dei virtutē, & Dei ſapientiam, liquido colligere debemus, quia ſi Deus ſapientia, anima autem iuſti ſedes ſapiētiæ, dum cælum dicitur ſedes Dei, cælum ergo eſt anima iuſti. Hinc per Pſalmiſtam de ſanctis prædicatoribus dicitur. *Cæli enarrant gloriam Dei.* Regnum ergo cælorum eſt Eccleſia iuſtorum: quia dum eorum corda in terra nil ambiūt, per hoc quod ad ſuperna ſuſpirant, iam in eis Dominus quaſi in cęleſtibus regnat. Dicatur ergo: *Simile eſt regnū cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Iam intelligit charitas veſtra, quis eſt iſte rex, regis filij Pater: ille nimirū cui Pſalmiſta ait: *Deum iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis: Qui fecit nuptias filio ſuo.* Tūc enim Deꝰ Pater Deo filio ſuo, nuptias fecit, quando hūc in vtero Virginis, humanæ naturæ coniunxit: quando Deum ante ſecula, fieri volluit hominem in fine ſeculorū. Sed quia ex duobus perſonis fieri ſolet iſta nuptialis coniunctio, abſit hoc ab intellectibus noſtris, vt perſonam Dei & hominis, Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, ex duabus perſonis credamus vnitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis exiſtere dicimus, ſed ex duabus perſonis compoſitum credi, vt nefas, vitamus. Apertius ergo atque ſecurius dici poteſt, quia in hoc pater regi filio nuptias fecit, quo ei per incarnationis myſteriū ſanctam Eccleſiam ſociauit. Vterus autem genitricis Virginis, huius ſponſi thalamus fuit. Vnde & Pſalmiſta dicit: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Tanquam quippe ſponſus de thalamo ſuo proceſsit, qui ad coniungendum ſibi Eccleſiam incarnatus Deus de incorrupto vtero Virginis exiuit. Miſit ergo ſeruos ſuos, vt ad iſtas nuptias amicos inuitarent. Miſit ſemel, miſit iterum, quia incarnationis Dominicæ prædicatores ad inuitandum miſit, & prius prophetas, & poſtmodum Apoſtolos fecit. Bis itaque ſeruos ad inuitandum miſit, quia incarnationem vnigeniti & per prophetas dixit futuram, & per Apoſtolos nuntiauit factam. Sed quia hi qui prius inuitati ſunt, ad nuptiarum conuiuium venire noluerunt, in ſecunda inuitatione iam dicitur. *Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata.* Quid in tauris vel altilibus fratres chariſsimi, niſi noui ac veteris teſtamenti patres accipimus? Quia enim vulgo loquor, etiam ipſa me neceſſe eſt verba Euangelicę lectionis explanare. Altilia enim ſaginata dicimus. Ab eo enim quod eſt alere, altilia quaſi alitilia vocamus. Cum verò in lege ſcriptum ſit: *Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum*: accepta tunc iuſtis licentia fuerat, vt Dei inimicos, ſuoſq; aduerſarios quanta poſſent virtute comprimerent, eoſque in ore gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio teſtamento compeſcitur, cum per ſemetipſam veritas prædicat, dicens: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderūt vos.* Qui ergò per tauros, niſi patres teſtamenti veteris ſignificantur? Nādum ex promiſsione legis acceperāt, quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent, vt ita dicam, quid aliud quam tauri erant, qui inimicos ſuos virtutis corporeæ cornu feriebāt? Quid vero per altilia niſi patres teſtamenti figurātur? qui dum gratiam pinguedinis internæ

Eſai. 66. Sap. 7. 1. Cor. 1.

Anima iuſti poteſt dici cælum.

Pſalm. 18.

Pſalm. 71.

Nuptias quā do dicitur Deus Pater filio feciſſe.

Tauri & altilia quid repreſentant.

Leuit. 19. & Matth. 5.

Matth. 5.

Pſalm. 18.

internæ percipiunt, æternis deſi
derijs innitantes, ad ſublimia cõ-
templationis ſuæ pœnis ſubleuan-
tur. In imo quippe cogitationem
ponere, quid eſt aliud quam quedã
tarditas mentis? Qui autem itelle
ctu cæleſtium, iam per Sancta deſi
deria de ſupernis, delectationis in
timæ cibo paſcuntur, quaſi largio
ri alimento pingueſcunt. Hac e-
nim pinguedine ſaginari, Prophe
Pſalm. 62. ta concupierat, cum dicebat: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Quia ergo prædicatores do-
minicæ incarnationis miſsi, perſe
cutionem ab infidelibus, & prius
Prophetæ, & poſtmodum Sancti
Apoſtoli pertulerunt, inuitatis &
venire nolentibus dicitur. *Tauri mei & altilia occiſa ſunt & omnia parata.* Ac ſi apertius dicatur: Patrũ
precedentium mortes aſpicite, &
remedia vitæ veſtræ cogitate. No
tandum vero quod in priori inui-
tatione nil de tauris & altilibus di
citur, in ſecunda autem iam tauri
& altilia mactata eſſe memoran-
Exempla adiungit Deus cum eius verba audire nolumus. tur: quia omnipotens Deus, cũ ver
ba eius audire nolumus, adiungit
exempla, vt omne quod impoſsibi
le credimus, tanto nobis ad ſperã-
dum fiat facilius, quanto per hoc
tranſiſſe iam & alios audimus Se-
quitur *Illi autem neglexerunt & abierunt alius in villam ſuam, alius vero in negociationem ſuam.* In villam quip-
pe ire, eſt labori terreno immode
rate incumbere. In negociationẽ
vero ire, eſt actionum ſecularium
lucris inhiare. Quia enim alius in
tentus labori terreno, alius vero
mundi huius actionibus deditus,
myſterium incarnationis domini
cæ penſare, & ſecundum illud vi-
uere diſsimulat, quaſi ad villã vel
negotium pergens, venire ad re-
gis nuptias recuſat. Et plerunque,
quod eſt grauius, nonnulli vocan-
tis gratiam non ſolum reſpuunt,
ſed etiam perſequuntur. Vnde &
ſubditur: *Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderũt.* Sed rex iſta cognoſcens, *miſsis exercitibus ſuis, perdidit homicidos illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.* Homici-
das perdit: quia perſequentes inte-
rimit. Ciuitatem eorum igni ſuc-
Ciuitas malorum ſuccenditur. cendit: quia illorum non ſolum
animæ ſed & caro quoque in qua
habitauerant, æternæ gehennæ
flamma cruciatur. Miſsis vero
exercitibus extinxiſſe homicidas
dicitur: quia in hominibus omne
iudicium per Angelos exhibetur.
Quid namque ſunt illa Angelorũ
agmina, niſi exercitus regis no-
ſtri? Vnde & idem rex Dominus
Sabbaoth interpretatur exercitus. Sabbaoth dicitur: Sabbaoth quip-
pe exercitus interpretatur. Ad per
dẽdos ergo aduerſarios ſuos exer-
citum mittit, quia nimirum vindi
ctam Dominus per angelos exer-
cet. Cuius vindictæ poterãt tũc
noſtri Patris audiebant, nos au-
tem iam cernimus. Vbi ſunt enim
ſuperbi illi martyrum perſecuto-
res? Vbi illi qui contra conditorẽ
ſuum ceruicem cordis erexerant,
& de huiuſmundi gloria fortiſe-
ra tumebant? Ecce iam mors mar-
tyrum floret in fide viuentium, &
hi qui contra illos de crudelitate
ſua gloriati ſunt, nequaquã ad me
moriam noſtram veniunt, vel in
numero mortuorum. Rebus ergo
cognoſcimus, quod in parabolis
audiuimus. Sed is qui inuitãtem
ſe contemni conſpicit, regis filij
ſui nuptias vacuas non habebit.
Ad alios mittit, quia & ſi apud ali-
quos laborat verbum Dei quando
que tamen ſermo Dei inuenturus
eſt vbi requieſcat. Vnde & ſubdi-
tur: *Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunq; inueneritis, vocate ad nuptias.* Si in Scriptura ſacra vias

Vie in ſacris Scripturis accipiũtur pro actionibus.

actiones accipimus, exitus viarũ intelligimus defectus actionum: quia illi plerumq; facile ad Deum veniunt, quos in terrenis actibus proſpera nulla comitantur. Sequitur: *Et egreſſi ſerui eius in vias congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.* Ecce iam ipſa qualitate conuiuantium aperte oſtenditur: quia per has regis nuptias præſens Eccleſia deſignatur, in qua cũ bonis & malis conueniunt. Permixta quippe eſt diuerſitate filiorum: quia ſic omnes ad fidem generat, vt tamen omnes per immutationem ad libertatem ſpiritualis gratiæ culpis exigentibus non perducat. Quouſque namque hic viuimus, neceſſe eſt vt vitam præſentis ſeculi permixti peragamus. Tũc autem diſcernimur, cum peruenimus, Boni enim ſoli nuſquam ſunt, niſi in cælo, & mali ſolinuſquam ſunt, niſi in inferno. Hæc autem vita quæ inter cælum & infernum ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita vtrarunq; partium ciues communiter recipit, quos tamen Sancta Eccleſia & nunc in diſcrete ſuſcipit, & poſtmodum in egreſſione diſcernit. Si ergo bonieſtis, quãdiu in hac vita ſubſiſtitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerantiam ſuam teſtis eſt, quia bonus nõ eſt. Abel enim eſſe renuit, quẽ Caim malitia nõ exercet. Sic in tritura areæ grana ſub paleis premũtur: ſic flores inter ſpinas oriũtur: & roſa quę redolet, creſcit cũ ſpina quę pũgit. Duos quippe filios habuit primus homo: vnus horũ electus eſt, alter reprobus fuit. Tres filios Noe arcacontinuit, ſed duo ex his electis ſunt, & vn⁹ reprobus. Duos Abraham filios habuit: ſed vnus electus eſt, alter reprobus fuit. Duos Iſaac

Boni quando ſeparabuntur à malis.

A filios habuit, ſed vnus electus eſt, alter reprobatus. Duodecim filios habuit Iacob, ſed ex his vnus per innocentiam venditus eſt, alij, vero per malitiam vẽditores fratris fuerunt. Duodecim Apoſtoli ſunt electi, ſed vnus ex his admixtus eſt reprobus, qui probaret vndecim qui probarentur. Septem ſunt diaconi ab Apoſtolis ordinati: ſed ſex in fide recta permanentibus, vnus extitit author erroris.

B In hac ergo Eccleſia nec mali ſine bonis, nec boni ſine malis eſſe poſſunt. Anteacta itaq; tempora fratres chariſsimi ad mentem reducite, & vos ad malorum tolerantiam roborate. Si enim electorum filij ſumus, reſtat neceſſe eſt, vt per eorũ exempla gradiamur. Bonus enim non fuit, qui malos tolerare recuſauit. Hinc namq; eſt quod de ſe metipſo beatus Iacob aſſerit dicens: *Frater fui draconum, & Socius ſtruthionum.* Hinc per Salomonem ſponſi voce Sanctæ Eccleſiæ dicitur. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Hinc ad Ezechielẽ Dominus dicit: *Fili hominis, incredu li & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas.* Hinc Petrus beati Lot vitam glorificat dicens. Et iuſtũ Loth oppreſſum à nefandorum iniuſta cõuerſatione eruit: aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus Diſcipulorũ vitam & laudat & roborat, dicens: *In medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes.* Hinc Ioannes Pergami Eccleſiæ atteſtatur dicens: *Scio vbi habitas, vbi ſedes eſt Satanæ, & tenes nomẽ meum, & non negaſti fidem meam.* Ecce fratres chariſsimi pene omnia percurrendo cognoſcimus, quia bonus non fuit, quem malo-

Iob. 13. Cant. 2. Ezech. 2. 2. Pet. 2. Philip. 2. Apocal. 2.

rum

rum prauitas non probauit. Vt enim ita loquar, ferrum animæ nostrę nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienæ lima prauitatis. Terrere autem vos non debet quod in Ecclesia & multi mali, & pauci sunt boni, quia in arca vndis diluuij, quæ huius Ecclesiæ typum gessit, & ampla in inferioribus, & angusta in superioribus fuit. Quæ in summitate etiam sua ad vnius mensuram cubiti excreuit. Inferius quippe, quadrupedia atq; reptilia, superius vero aues & homines habuisse credęda est. Ibi lata extitit, vbi bestias habuit, ibi angusta, vbi homines seruauit: quia nimirum Sancta Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus angusta. Vbi enim bestiales hominũ mores tolerat, illic latius sinum laxat. Vbi autem eos habet qui spirituali ratione suffulti sunt, illic quidem ad summum ducitur; Sed tamen quia pauci sunt, angustatur.

Boni pauci sunt, & multi mali.

Matth. 7. *Lata quippe via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui vadunt per eã* A *& angusta est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam*: Eo autem vsq; arca angustatur in summis, quousq; ad mensuram vnius cubiti perducatur, qui in Sancta Ecclesia quanto Sanctiores quiq; sunt, tanto pauciores. Quæ in summo ad illum perducitur, qui solus hominibus, & sine alterius comparatione natus est Sãctus. Qui iuxta B Psalmistæ vocem factus est, sicut passer vnicus in ædificio. Tanto ergo magis mali tollerãdi sunt, quanto & amplius abundant, quia & in areæ tritura pauca sunt grana quæ seruantur horreis, & grandes acerui palearum, qui ignibus cõburuntur. Sed quia iam largiente Domino, nuptiarum domum, ideſt, Sanctam Ecclesiã intrastis, C solerter fratres aspicite, ne aliquid de mentis vestræ habitu rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore pensandum est quod protinus subditur: *Intrauit autem rex vt videret discumbentes & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.*

Psalm 101.

Nuptiarũ domus dicitur Sancta Ecclesia.

TEXTVS.

ILLI autem neglexerũt: & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negociationem suam; reliqui vero tenuerũt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cũ audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.

Chrysost. in posteriori expositione in cap. 22. Matthæi homilia, 41.

AT illi neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, alius in ne- D *gociationem suam.* Omnis actus quẽ agunt homines in hoc mundo, duplex est. Aut enim villa est, aut negociatio. Et quando aliquem laborem quidem manuum nostrarum facimus, exercentes terram, aut aliquod opus terrenum. Vt puta

agrum, vel vineam, vel hortum, vel opus ligni aut ferri, vilam colere videmur, ideſt terram. Quando autem non labore manuum noſtrarum, ſed aliter lucra quocunq; modo conſequimur: vt puta honores gerere, vt diuitiæ permaneant alicui, aut mercari, omne hoc negotiatio appellatur. Duobus ergo verbis omne opus humanum concluſit, ſiue honeſtum, ſiue inhoneſtum. Honeſtum quidem opus eſt villæ cultura, ſicut ait Salomon: *Non oderis ruſticam operationem, & agriculturam ab altiſsimo creatam.* Et Apoſtolus hortatur: Rogo autem vos fratres ſtudium habere quietis & negocij proprij, & operandi manibus veſtris, & nullum deſideriũ ſit in vobis ad eos qui foris ſunt. Inhoneſtum eſt enim apud Deum opus negociationis, ſiue dignitatis, ſiue malitiæ. Vnde nil horum antea Iudæi agebãt, propter quod dicit Propheta: Qui non cognouit negociationes, intrabit in potẽtias Domini: quia difficile quis negocians intrat in regnum cælorum. Omiſerrimus mundus, & miſeri qui eum ſequuntur. Semper enim homines mundalia opera excluſerũt à vita. Sed forte dicis. Et villam colere peccatum eſt? Et ſi quidem impedimentum fidei, aut religionis tibi nõ facit villa, ſicut fecit Iudæis, non habes peccatum, ſi autem vel à fide, vel à religione tibi facit impedimentum fit peccatum. Non ergo ipſe villæ cultus peccatum eſt, ſed tu præferendo eam Deo, facis eam eſſe peccatũ. Opera enim noſtra authentica, opera ſunt iuſtitiæ, opera autem carnalia, ſuper operationes dicuntur, non opera quia iuſtitia ad vitam æternam pertinet verã, opus autem terrenum nõ ad vitam, ſed ad ſuſtentationem vitæ huius temporalis. Ideo ergo opus iuſtitiæ attente facere debemus, opus autem terrenum tranſitorie. Si ergo honeſtum opus ſequendo homines, debitum honorem non reddiderunt, talem iram merentur: putas quali ira ſunt digni, qui non honeſta opera, ſed negociationes ſequẽdo, non veniunt ad Deum? aut ita. Villa eſt iſte mũdus, circa quẽ homines amatores mundi occupãtur quæſtibꝰ eius, quaſi villæ cuiuſdam redditibus delectati. Negociatio autem prædicatio legis, & procuratio templi, quam auari Sacerdotes, quaſi negociationẽ æſtimant, quando lucroſam, & nõ diſpenſationem diuini operis putãt, & non oneroſam. Ergo per operationem villæ, populares ſignificantur homines, quos mundi delectatio ſeparauit à Chriſto. Per operationem autem negociationis, Sacerdotes, cæteriq; miniſtri templi ſignificantur, quos lucri obtentu venientes ad miniſterium legis & tẽpli, auaritia ſeparauit à fide. Non dixit malignati ſunt: ſed, *neglexerunt*: quia non omnes Iudæi crucifixerunt Chriſtum, nec audierunt doctrinam ipſius, aut conſenſerunt in mortem eius. Quidã enim ſecularibus negocijs occupati, non venerunt ad Chriſtum, nec audierunt doctrinam ipſius, nec viderunt mirabilia eius, ideoq; nõ crediderunt in eo. Qui ergo odio, aut inuidia crucifixerunt Chriſtũ, illi malignati ſunt: qui autem negocijs impediti non crediderunt illi, neglexiſſe dicuntur, non malignari. Nam ſunt quidam homines, qui poſſunt & audire & credere, ſed ſollicitudo rerum neceſſariarum, & delectatio mundi, ſeparat eos à Deo, quos Dominus terram ſpinoſam appellat. *Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contumelia affectos occiderunt.* De ſua morte tacet, quia iam in priori parabola dixerat,

Omnia opera humana honeſta aut inhoneſta ſunt. Eccleſ. 7.

1. Theſſ. 4.

Pſalm. 70.

Mundus eſt villa circa quã homines operãtur quæſtum.

xerat, sed ostendit mortem Discipulorum suorum, quos post ascensionem ipsius occiderunt Iudæi, maxime Sacerdotes Stephanum lapidantes, in Iacobi morte gaudẽtes. Item Iacobum Alphæi lapidãtes: propter quæ omnia Ierusalem destructa est à Romanis. Ideo dicit: *Audiens autem rex, iratus est, & misit exercitum suum, & perdidit homicidas illos & ciuitates eorum succendit.* Psalm. 23. Romanus exercitus, dicitur exercitus Dei. *Quia Domini est terra & plenitudo eius.* Nec enim venissent Romani in Ierusalem, nisi Dominus eos excitasset. Quidam autem exercitum Angelos dicit, & ciuitatem pro ciuibus ponit; ac si dicat: Misit Angelos suos, & ciues illos misit in ignem æternum. *Et dixit seruis suis: Ite ad exitus viarum, & quoscũq; inueneritis vocate ad nuptias.* Manifestum est quidem, quia post contemptam contumatiam Iudeorum de vocatione gentium dicit, quod dicit, *Ite ad exitus viarum.* Propterea requiramus quæ sunt viæ istæ, & ad quarũ exitus misit Christus Discipulos suos. Putò ergo quoniam sicut generalis & publica via est Christus, quæ ducit ad vitam: & viæ dicuntur omnes Apostoli: hæ enim omnes viæ ducũt ad Christum, Christus autem ad Patrẽ: sic generalis & publica via est diabolus, quæ ducit ad mortẽ, & viæ sunt omnes professiones seculi istius, Vt puta professio philosophiæ vna est via, professio militiæ, altera est via, mundialis dignitas altera est via, professio Ludorum, altera via mundi. Et quid plura dicam? Quantæ sunt diuersitates actuum in hoc mundo, tantę sunt viæ, quæ omnes viæ ducũt ad diabolum, generalem viam perditionis. Ideo ergo dicit. *Ite ad exitus viarum*, & cuiuslibet conditionis homines vocate ad fidem. Ad

Quæ viæ sint quæ nos ad Christum ducant.

Quæ nostræ sint Christus, Prophetæ & Apostoli qui omnes nos ducunt ad Patrem.

A huc sic ut castitas via est quæ ducit ad Christum, & misericordia cæteræq; virtutes: sic & fornicatio via est quæ ducit ad diabolum, & auaritia, cæteræq; species malæ. Iubet ergo vt cuiuscunq; conuersationis homines inuitet ad fidẽ, quoscunq; siue seruos, siue liberos. Deus enim corporalem seruitutẽ non contemnit, nec corporalem eligit libertatem. Omnis qui diaboli sequitur voluntatem, seruus est diaboli, & si sit liber: qui autem
B obaudit Deo, ille vere ingenuus est, & si fuerit seruus. Ingenuitatẽ enim spiritualem nõ sordidat seruitus corporalis, nec turpitudinẽ spiritualem honestat corporalis libertas. Seruitutem enim nõ Dei dispositio, sed humana violentia introducit. Omnis enim homo liber creatus est, quem Deus in libero arbitrio posuit, nisi ipse fecerit se seruum. Et sicut non est distantia in natura creationis hominũ, sic nõ fit differentia inuocatione
C salutis eorum omnium, siue barbarorum siue sapientium: quoniã potens est Dei gratia barbaras mentes corrigere ad rationabilem intellectum, qui cor Nabuchodonosor ad feralem sensum mutauit, & iterum feralem sensum eius ad humanum intellectum reduxit. Potẽs est inquam mutare omnes, siue bonos siue malos, boni ne pereãt, mali vt inexcusabiles fiant. Nemo propter ignorantiam pereat,
D nemo propter ignorantiam excusetur. Omnes videant lumen, vt appareant, qui amant tenebras, & qui lumen. Qui enim filius est tenebrarum, & si compellas eum, nõ accedit ad lumen: qui autem filius est luminis, nec si repellas eum, recedit à lumine.

(?)

Hilarius in Matth. Canone, 22.

PLVRES vero ob peccunię cupiditatem negociatione detinerentur, cæteri autem missos seruos, quod in ipsis Apostolis expletum est, affectos iniurijs occiderunt. Sed tam immanis facti scelus vltio digna consequitur. Misi exercitus cælestes, omnem eorum congregationem iudicio Dei vrbt, & flammis æterni ignis succendent. Quia contra humanitatis affectũ homicidarũ odijs sæuierunt. Quoniam vero de iudicij tempore, & resurrectionis ista loqueretur, sermonem eundem ad congregationem gentium retulit. Indignis enim repertis his qui primi inuitati fuerant, iubet iri ad exitus viarum. Dono enim gratię vitæ interioris crimina remittuntur. Nam sæpissime viam tempus seculi intelligendam monuimus. Atq; ideo ad exitus viarum iubentur ire, quia omnibus retroacta donatur. Vocari Deinde omnes sine aliqua exceptione ad nuptias iubet, & mali simul cũ bonis veniũt. Vocatio quidem bonos efficere debuerat, quia Sancta est & ex optimo affectu inuitatis profecta est, sed per vitium inemendatæ voluntatis discrimen est vocatorum.

Procopius Gazæus in Genes. in cap. 25. propesinem.

ISAAC diligebat Esau propter venationem, &c. Populus Iudaicus primogenitus existens amore dignus iudicabatur, quod rectitudinem & probitatem legitimæ vitæ, & huius labores quasi alimenta offerebat Deo. Fuerũt enim plurimi Sancti & in Iudæorum gente. Hinc Esaias vitio vertens Ierosolymæ, quod meretrix facta sit, inquit. Iustitia suis temporibus in ea domiuit, ideſt, quieuit & diuertit, Cæterum non semper conseruauit honorem, qui defertur illis, qui opera virtutis ædunt. Prõinde cum inclinaret ad terrena, illum honorem concessit nouo populo ex gentibus conflato. Hinc Iudæi ad nuptias inuitati venire recusarunt, vt habet parabola Euangelica. Singuli habebant titulũ, quem obtenderent excusantes scilicet terrena & carnalia sicuti & Esau. Quare ipsorum loco vocatis cesserũt primogenituræ honore. Hi quãuis forent primo rudes doctrinæ, Christianę attamẽ ad obdeiendũ vocanti erant expeditissimi. Idẽ hoc prædixit Dauid dicens: *Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, ad auditum auris obediuit mihi.* At de Iudaico populo vociferatur: Filij alieni sunt, & mihi sunt mentiti, filij alieni consenuerunt & claudicauerunt in vijs suis, quasi scilicet iam iam prolapsuri in alienorum conditionem, & non amplius per rectas vias incessuri. Viæ enim rectæ & citra errorem in Christum ferentes sunt legis & Prophætarũ iustitutiones. Postquam igitur deuenere in legis & Prophetaum finem, nempe Christum, claudicarunt, morti tradere ausi vitæ authorem.

Esai. c. 5.

Psalm. 17.

Ibidem.

TERTVS.

TEXTVS.

TVNC ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarũ, & quoscunq; inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregarunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

Theophylactus in 22. capit. Matth.

QVVM priores serui, Moses & Prophetæ non persuaserũt. Alios quoq; seruos mittit Apostolos, qui Gentiles vocarunt in via vera non incedẽtes, sed alios alio diuisos, & in vijs plurib⁹ & dogmatis discordes, imo existentes iuxta exitus viarum, hoc est, in errore & inæqualitate multa. Nam & ipsi inter se disidebãt & tumultuabãtur, & non in vijs erant, sed extra vias, & illa sunt mala eorum dog- A mata quæ docebant. Non omnes diligebant æqualiter, sed alij hoc modo, alij alio. Quid si sic melius intelligatur. Via est vita vniuscuiusq;: exitus à via, dogma. Gentiles igitur vias habebant malas, hoc est, vitam reprehensibilem, ab ea mala via exierunt in dogmata B impia, fædos sibi Deos constituentes patronos vitiorum. Egressi igitur Apostoli ad gentes, congregauerunt omnes, tam malos quã bonos, hoc est omni malitia repletos, & minus malos, quos & bonos nominat si alijs conferantur.

TEXTVS.

INTRAVIT autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.

Hilarius in Matth. Canone, 22.

ET quia in fallendis hominibus plurimũ artis soleat habere simulatio, quæ si nos vel secreto mentis alienæ vel simplicitate iudicij nostri fefellerit, tamen D Deum latere non possit, ideo ingressus Deus fælicis resurrectionis istius cætum, & hominem accumbentẽ sine nuptiali veste conspiciens, interrogat, quomodo sit ingressus. Nunquid inuitandorũ habitum designauerat? Deinde cũ inuitari quoq; iussisset, quomodo vnus omnibus poterat esse vestitus?

tus? Aut si certus ex consu tudine conuiuantium in nuptij habitus soleret esse, ab inuitantibus ac ministris potuisset inhiberi, sed quia malos intelligere non omnium est, & humana simplicitas difficile fraududentiam simulatæ mentis intelligit, idcirco hunc malum & indignum cætu nuptiali Deus solus inuenit. Vestitus autem nuptialis est gloria Spiritus sancti & candor habitus cælestis, qui bonæ interrogationis confessione susceptus, vsq; in cætum regni cælorũ, immaculatus & intiger reseruatur. Hic itaq; tollitur & in exteriores tenebras mittitur. *Quia multi vocati sunt & pauci electi.* Non est igitur paucitas in inuitatis, sed raritas in electis, quia in inuitante sine exceptione publicæ bonitatis humanitatis est, in inuitatis vero de iudicij merito probitatis electio est.

Tertullianus de resurrectione carnis.

Et in Euangelio indumentum nuptiale, sanctitas carnis agnosci potest.

Optatus Episcopus Mileuitanus, libr. 5. aduersus Parmenianum.

POstremo, qualis est illa pars tractatus tui, de cælestibus nuptijs, vbi spem amputans futurorum, totum in præsenti tempore posuisti dicẽdo, à societate vestra proiectum esse eum, qui ianitores & ministros fefellerat vestros, vt à communione fidelium foras cum iniuria mitteretur. Si ita est, non est quod speret fides: Nihil quod resurectio repræsentet, quod in eis amplius expectetur. Nihil quod rex ille & Pater familias Deus, in suo conuiuio agnoscat, cum præsentia multorũ gaudeat, & de aliquorũ absentia contristetur. Et multos dicat vocatos, & paucos electos. Nihil erat, quod irascatur vestem nuptialem nõ habenti. Cum filius Dei ipse Christus sit sponsus. Et vestis & tunica natãs in aqua, quę multos vestiat, & infinitos expectet; nec vestiẽdo deficiat. Sed ne quis dicat, temere à me filium Dei vestem esse dictũ, legat Apostolum dicentem. *Quot quot in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis.* Gal. 3. O tunica semper vna & innumerabilis, quę decenter vestiat & omnes ætates & formas, nec in infantibus rugatur, nec in iuuenibus tenditur, nec in fœminis immutatur. Aderit profecto ille dies, vt cælestes nuptiæ incipiant celebrari. Illic qui baptisma singulare seruauerint, securi discumbent. Nam quicunq; à vobis se baptizari cõsenserint, huiusmodi homini non denegatur resurrectio, Quia credidit in resurrectione carnis: resurget quidẽ, sed nudus. Sed qui nuptiali veste à vobis se expoliari permisit, hanc Patris familias, auditurus est vocem, *Amice.* Hoc est dicere, agnosce te, cum aliquando renunciaueras diabolo, & ad me cõuersus fueras: Et dederam tibi vestem nuptialem: Hoc est dicere. Quare non habes quod tibi dedi? Nemo enim potest irasci non habenti rem, quæ data non sit: Vestem nuptialem inter istos acceperas, & solus nõ habes. Quare nudus & lucubris veniſti? Quis tibi detraxit spolia? Quas fraudulentas adisti fauces? Quos incurristi latrones? Quotquot tales venturi sunt, locum in illo cõuiuio non habebunt.

Origenes

Origenes in 22. cap. Matth. tractatu. 20.

INgrediens ergo inuenit quendam qui nō mutauerat proprios mores, nec induerat se nuptialia indumenta, & dixit ei. *Quomodo intrasti huc non habens nuptialia indumẽta?* Et quoniam qui peccat, & renouatus non est, nec induit Dominū Iesum, quasi non habens excusationem aliquam, ideo dixit. Obmutuit: & non solum reiectus est à nuptijs qui iniuriam nuptijs fecit, sed adhuc à ministris regis super vincula constitutis, ligatis pedibus incessione, qua nō est vsus ad bonum, & manibus apprehensoria virtute, qua nullum bonum opus impleuit, cōdemnatus est in loco ab omni lumine alieno, & quantū ad omnes tenebras presioribus tenebris quæ vocantur tenebræ exteriores. Sed & si quis nostrum ad inuitationem quidem regis veniens ad nuptias filij eius, non autem & indutus fuerit qualia prædiximus nuptialia vestimenta, similia patietur, ligatus manus & pedes expelletur in tenebras exteriores, vbi erit fletus, secundum quod scriptum est. *Væ qui nunc ridetis, quoniam flebitis.* Et vt ostendat sermo tristitias & dolores eorum, in quibus erunt qui vestiti nō fuerint nuptialibus vestimentis, ideo dixit: *Illic erit* non solum, *fletus*, sed etiam, *dentium stridor.*

Luc. 6.

Isychius in Leuiticum capit. 22. lib. 6.

Leuit. 22.

CVstodient *præcepta mea, vt non subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario. cum polluerint illud Ego Dominus qui sanctifico illos.* Ergo præcepta Domini, ideſt lex, custodiã districtum, & obedientiam intrãsgressibilem necessariam habẽtia, sicut perficientibus ea, & sanctificationis & salutis causa efficiuntur, sic peccati & mortis transgredientibus: quod in omni quidem est lege, & in omni mandato, multo magis tamen in Sanctorum perceptione. Quisquis enim ad ea, extra quam oportet accesserit, iudicium sibi sumit, & mortem. Nam & Paulus de talibus Corinthijs scribebat: *Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Propterea inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiũt multi,* ideſt, moriuntur. Secundum hoc igitur verbum legislator sanciuit: *Custodient præcepta mea, vt nō subijciant peccato, & moriantur per ea.* Et quæ est causa, quę infert mortẽ? Cum polluerint illud. Iniuria enim sanctuarij & pollutio est, sordidum quempiã ad munda accedere. Vnde cũ quosdam de vijs, ac sepibus ad nuptias, quæ in Euangelica parabola dictę sunt, conuocasset, inueniens quempiam sordida vestitum stola, in cæna nuptiali discumbentem, expellit, & in tenebras proijci præcipit. At qui omnes peccatores erant, qui inuitati sunt, & propterea de vijs, & de sepibus colligi dicebantur: sed quum mutati prius, & peccato per pœnitentiam semetipsos expoliantes, tunc de cæna comederunt. Hic autem sordida adhuc indutus peccati stola, non expolia tus nec commutatus, ingredi in Sancta & munda præsumpsit. Multum ergo secundum tempus hoc legi adiectum est. *Ego sum Dominus, qui sanctifico illos.* Ideſt, qui peccatores mutatos dumtaxat, in Sanctorum communione recipio: auersio autem quando polluti & iniqui permanent.

Idem ibidem in c. 24 lib. 7.

Psalm. 22. *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me.* Hæc munda est, primum quidem sicut mundans, deinde sicut nihil mendacij, nec infectionis, qualia sunt in mysterijs paganorum, habens, insuper, quia non licet participē illius fieri eum, qui non mundo accedit sensu, neq; indutus est veste alba, qualem qui indutus non fuerit, proijcitur ex eis, qui vocati sunt ad cænam hanc semper.

Origenes in 22. cap. Matth. tractat 20. in fine.

VIDIT autem vnum non habentem nuptialem vestem: Idest, quia vnius sunt generis omnes qui seruant malitiam post fidem quam habuerant ante fidem & nō deponūt eam, arguit eos quasi qui malefecerint: eo quod ausi sunt in huiusmodi nuptias introire nō recipientes digna nuptijs indumenta, idest, texturā virtutum clarā vestem, de qua etiā Salomon in Ecclesiaste præcipit, dicens: *In omni tempore sint vestimenta tua candida.*

Eccles. 9. Obmutuit autem qui ausus fuerat in huiusmodi nuptias introire sine vestimento decenti, & sic condēnatur ab eo qui dixit ministris suis, videlicet præter exercitum illum qui erat desursum, vt alligantes ei manus & pedes, quibus non sicut debuerat vsus est. (Nec enim ad bonum cucurrerat aliquando, nec aliquos bonos impleuerat actus) eijciant eum non solum de conuiuio nuptiali, sed etiā in tenebras exteriores, & omni lumine alienas mittant, vt sitiens lumē cū fuerit in tenebris exterioribꝰ, ploret ad eum qui potens est ei misereri, & eripere inde, & dentibus stridеat qui quoniā acerba manducauerant, malitia stupidi erant effecti. Vua enim acerba intelligitur malitia eius qui non obliuiscitur posteriora, nec appetit priora, sed permanet in idipsum, cū deberet ad maturitatē proficere dulcem, & offerre virtutis alicuius manducabilem botrionē. Et addit: *Multi vocati pauci vero electi.* Et si quis cōsiderat multitudinem hominū quæ in Ecclesijs congregatur, & discusserit quāti sunt qui conuersantur disciplinate, & reformantur noui tate sensus sui, quanti autem negligentissime conuersantes configurantur seculo huic, videbit quia versus est sermo Domini dicens: *Multi vocati, pauci autem electi.*

Augustinus contra Aduersarium legis & prophetarum lib. 1. cap. 16.

VBI animæ de corporibus exeūtes, habent causas suas, vel bonas vel malas, nō propterea grauatæ quia exutæ. Animarū vero morte alius pro alio plectitur nemo. Sed hoc dico, quantum existimet iste fuisse peccatū, quod in conuiuio nuptiali inuentus est homo vestem ōn habens nuptialem? Putō si humana consideratione ista metiamur, huic aliquantulum sufficere debuit erubescere: & vt plurimum inuitātis indigātio protenderetur, vestem mutare cōpelli: & tamē dictum est: *Ligate illi manus & pedes, & proijcite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium.* Sed dicit non leue culpam significat, vestem non habuisse nuptialem, quomodo ista parua magnarū signa sunt rerū. Sic ergo & sacrificia visibilia, cū sint in terrenis rebus exigua, magnarū quomodo diuinarum signa sunt rerū, in quibus filij Sacerdotis seipsos Deo,

Deo, cuius honor in sacrificijs ostenditur, præferebant. Nõ autem ille conuiua se prætulit spõso, sed tantum non congruit qui nuptialem tunicam non habebat.

Augustin. libr. contra donatistas post collationẽ cap. 20.

IDEO & illum qui nõ habebat vestem nuptialem, non illi qui inuitauerunt sed ipse Dominus cuius erat conuiuium ligari iussit & proijci. Neq; enim & ipse sicut piscis sub fluctibus erat, & sic ab inuitatoribus quomodo piscis à piscatoribus videre non poterat. Proinde ne putaretur, sicut isti putãt, quod velut vnus in turba latenter subrepisset ignaris, continuo Dominus in eodẽ ipso vno, quẽ ligatis manib⁹ & pedibus in tenebras exteriores ex illo conuiuio proijci iussit, multam societatẽ malorũ esse intelligendam, inter quos pauciores boni in conuiuio Dominico viuunt, significare nõ distulit, Nam postea quã dixit: *Ligate illi manus ac pedes & proijcite eũ in tenebras exteriores*, ibi *erit fletus & stridor dẽtium*: continuo subiecit, *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Quomodo hoc verũ est, cum potius vnus è multis fuisset proiect⁹ in tenebras exteriores nisi quia in illo vno grã de corpus figurabatur omniũ malorum ante Domini iudicium cõuiuio Dominico permixtorum? A quibus se boni corde interim ac moribus separant, simul manducãtes & bibentes corpus & sanguinẽ Domini, sed cũ magna distinctione, quia isti in honore sponsi induti sunt veste nuptiali, non sua quærentes, sed quę Iesu Christi: illi autẽ non habent vestem nuptialem, hoc est, fidelissimã sponsi charitatẽ, sua quærentes nõ quæ Iesu Christi: Ac per hoc etiam & si ih vno eodemq; conuiuio, isti misericordiã manducant, illi iudicium, quia ipsius conuiuij canticum est quod & supra cõmemorauí, *Misericordiã & iudicium cantabo tibi Domine*: nec ideo tamen dormit Ecclesiastica disciplina, vt corripiat inquietos: Neq; enim à populo Dei separamus, quos vel degradando vel ex cõmunicando ad humiliorẽ pœnitendo locũ redigimus. Et vbi hoc facere pacis & trãquillitatis Ecclesiæ gratia non permittimur, nõ tamen ideo Ecclesiam negligimus, sed toleramus quę nolumus: vt perueniamus quo volumus, vtentes cautela præcepti dominici, ne cũ voluerimus ante tẽpus colligere zizania, simul eradicemus & triticũ. *Psalm. 100.*

Hieronymus in Matth. lib. 3. cap. 22.

HI qui inuitati fuerant ad nuptias, de sepibus & angulis & plateis & diuersis locis, cænã regis impleuerãt. Sed postea cum venisset rex vt videret discumbentes in conuiuio suo: hoc est, in sua quasi fide requiescentes: vt in die iudicij visitaret conuiuas, & discerneret merita singulorum, inuenit vnũ qui veste indutus nõ erat nuptiali. Vnus iste, omnes qui socìati sunt malitia intelliguntur. Vestis autem nuptialis, præcepta sunt Domini, & opera quæ cõplentur ex lege & Euangelio, nouique hominis efficiunt vestimentũ. Si quis igitur in tempore iudicij inuẽtus fuerit sub nomine Christiano non habere vestem nuptialem, hoc est, vestem super cælestis hominis, sed vestem pollutam, idest, veteris hominis exuuias: hic statim cõtripitur, & dicitur ei. *Amice quomodo huc intrasti?* Amicum vocat quod inuitatus ad nuptias est, arguit

arguit impudentiæ quod veste sordida mundicias polluerit nuptiales. *At ille obmutuit.* In tempore enim illo non erit locus pœnitentiæ, nec negandi facultas, cum omnes Angeli & mũdus ipse testis sit peccatorum.

Theophylactus in 22. capit. Matth.

INGRESSVS ad nuptias sine dijudicatione fit. Gratia enim soli homines vocati sumus, tã boni quam mali, at vita eorum qui ingressi fuerint, post hæc non indisquisita erit, sed examen valde magnum faciet rex eorũ, qui post ingressum ad fidem in sordido habitu inuenientur. Horreamus igitur cogitantes, quia nisi quis vitã habeat purã, nihil ei proderit nuda fides: non solum enim è nuptijs ejicitur, sed & in ignem mittitur. Quis est ille sordida vestimẽta gerens? Is qui non indutus est viscera misericordiarũ, fraternitatem, benignitatẽ. Multi igitur seipsos decipientes, vana spe, putant quod regnũ cælorũ assequuntur, & seipsos simul immiscent discumbentium choro, sentientes de seipsis magna. Rationẽ igitur sumẽs Dominus ab indigno illo, monstrat nobis duo hæc, vnum quod misericors sit, alterũ, quod & nos nullos condemnare debemus, etiã si manifeste peccent, nisi redarguantur peccantes. Dicit igitur Dominus ministris Angelis, tortoribus: *Ligatis manibus & pedibus*, ideſt, operatiuis eius virtutibus. In seculo enim præsenti operari possumus, in futuro autem seculo ligantur omnes virtutes animæ operatiuæ: & non potest fieri aliquid boni in ablutionem peccatorum. Stridor autem dẽtium, pœnitentia est, quæ tunc stulte & inutiliter fit.

Chrysost. in posteriori expositione in cap. 22. Matthæi homilia, 41.

INtrauit autẽ Deus, nõ quia est aliquis locus vbi nõ sit, sed vbi vult aspicere, ibi sit præsens: vbi autẽ non vult, absens videtur. Dies enim aspectionis est dies iudicij, quãdo visitaturus est Christianos, qui super mensam scripturarũ sanctarũ recũbunt, ideſt, requiescunt in fide earum, & cælestibus epulantur doctrinis. Aut dies aspectionis, est dies tẽtationis: quãdo dignatur tentare Ecclesiam suã, vt videat qui habent fidem, & operatione dignã Christi vocatione. Nuptiale vestimentum est fides vera, quæ est per Iesum Christum, & iustitiam eius, de qua ait Apostolus: *Expoliate vos veterem hominem cũ actibus suis, qui corrumpitur secundum concupiscentiã erroris, vestientes vos nouũ hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.* Coloſ. 3. Quod dicit in iustitia, ad cõuersationẽ pertinet: quod autẽ in sanctitate veritatis, ad fidei veritatẽ. Vestimenta ergo veteris hominis sunt pannosa & sordida opera carnis, corruptibilia & immũda, vestimẽta autẽ noui hominis, sunt fortia & decora, opera spiritus, incorruptibilia & sancta. Quemadmodũ enim si aliquis cum nigris vestimẽtis inueniatur in nuptijs, sordidat gloriã nuptiarũ: ita & qui opera habet tenebrosa, & inter Christianos quasi vnus ex eis conuersatur, ipsi Christianitati facit iniuriam. Homo itaque aut secundum locum eligat vestem, aut secundum vestem eligat locum, ideſt, aut secundum opera eligat professionem, aut secundum professionem faciat opera. Qui vult esse Christi, faciat

opera

opera Christi: qui autem non vult opera Christi facere nec veniat ad Christum, alioquin audiet in die iudicij: *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem, & obmutescet.* Hic enim abscondimus opera nostra, & inuicē corda nostra celamus: in illa autem die nihil est quod respondeamus, vbi cælum & terra, & aquæ, Sol & Luna, dies & noctes, & totus mundus stabit aduersum nos in testimonium peccatorum nostrorum. Et si omnia taceant, tamen ipsæ cogitationes nostræ, & ipsa opera nostra specialiter stabunt ante oculos nostros, accusantes nos ante Deum, dicente Apostolo. *Cogitationibus inuicem se accusantibus, aut etiam defendentibus in die cum iudicabit Deus occulta hominū, per Iesum Christum Dominum nostrum.*

Rom. 2.

Rabanus de vniuersis, libr. 4.

HOMINEM autem non habentem vestem nuptialē in accubitu, qui loquente rege obmutuit: quē iubet seruis suis ablatum mittit in tenebras exteriores. Ille enim qui in fide quidem cum cæteris requiescit: Sed si inuentus fuerit in die iudicij vestem carnis operibus habere pollutam, cōfestim iubetur ab Angelis tolli ac mergi in gehennā ignis æterni.

Gregorius lib. 40. Homiliarum homil. 38.

QVID fratres charissimi exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem, Baptisma vel fidem dicimus, quis sine Baptismate & fide has nuptias intrauit? Eo enim ipso foris est, quo necdū credidit. Quid

A ergo debemus intelligere nuptialem vestē, nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias, sed cum nuptiali veste non intrat, qui in Sancta Ecclesia assistens, fidē habet, sed charitatem non habet. Recte enim charitas, nuptialis vestis vocatur quia hāc in se conditor noster habuit, dum ad associandē sibi Ecclesiæ nuptias venit. Sola quippe dilectione Dei actum est vt eius vnigenitus mentes sibi electorum hominum vniret. Vnde & Ioannes

B dicit: *Sic enim dilexit DEVS mundū, vt filium suum vnigenitum daret pro nobis.* Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innotuit vestem esse nuptialem. Omnis ergo vestrum qui in Ecclesia positus Deo credidit: iam ad nuptias intrauit: Sed cum nuptiali veste non venit, si charitatis gratiam non custodit. Et certe fratres si quis ad carnales nuptias esset inuitatus, vestem mutaret, con-

C gaudere sponso & desponse ex ipso sui habitus decore ostenderet: inter gaudentes & festa celebrantes, despectus vestib⁹ apparere erubesceret. Nos ad DEI nuptias venimus, & cordis vestē mutare dissimulamus. Congaudent Angeli cum ad celum assumuntur electi. Qua ergo mente hæc spiritalia festa conspicimus, qui nuptialem vestem: id est, charitatē, quæ sola nos speciosos exhibeat, non habemus? Sciendū vero est quia sicut in duo

D bus lignis, superiore videlicet & inferiore vestis texitur, ita in duobus præceptis charitas habetur, in dilectione scilicet Dei & proximi. Scriptum quippe est. *Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & proximum tuum sicut teipsum.* Qua in re notādum est, quia in dilectione proximi mēsura amoris ponitur, cum dicitur. *Diliges proxi-*

Ioan. 3.

Vestis nuptialis dicitur charitas.

Matth. 22. Deut. 6.

mū

mũ tuum sicut teipsum. Dei autem dilectio nulla mensura constringitur, cum dicitur. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & ex tota virtute tua.* Non enim iubetur quisq; quantum diligat, sed ex quanto, cum dicitur ex toto: quia ille veraciter Deũ diligit, qui sibi de se nihil relinquit. Duo ergo hęc necesse est vt charitatis pręcepta custodiat, quisquis habere in nuptijs vestẽ nuptialem curat. Hinc est enim quod apud Ezechielẽ Prophetã, portæ ipsius ciuitatis in mõte constitutę, vestibulũ duobus cubitis mensuratur: quia nimirum accessus nobis cęlestis ciuitatis nõ panditur, si in hac Ecclesia, quę pro eo quod adhuc foris est, vestibulum dicitur, Dei & proximi dilectio non tenetur. Hinc est quod cortinis tabernaculis intexi coccus bis tinctus iubetur. Vos estis fratres, vos estis cortinæ tabernaculi, qui per fidem in cordib⁹ vestris secreta cęlestia velatis. Sed cortinis tabernaculi bis tinctus coccus debet inesse. Coccus quippe ignis speciem habet. Quid vero est charitas nisi ignis? Sed ista charitas esse bis tincta debet, vt tingatur & per amorẽ Dei, tingatur & per amorem proximi. Qui enim sic amat Deũ, vt per cõtemplationẽ illius negligat proximũ, coccus quidẽ est, sed bis tinct⁹ non est. Rursum qui sic amat proximum, vt tamẽ contemplationẽ Dei per eius amorẽ relinquat, coccus est, sed bis tinctus nõ est. Vt ergo charitas vestra bis tinctus coccus esse valeat, & ad amorẽ se Dei, & ad amorẽ proximi accẽdat, quatenus nec ex cõpassione proximi, contẽplationẽ relinquat Dei: nec plusquam debet inherens contemplationi Dei cõpassionẽ abijciat proximi. Omnis itaq; homo inter homines viuens, sic ad Deũ anhęlet quẽ desiderat, vt tamẽ hunc deserat cum quo currebat: & sic huic adiutorium ferat, vt ab illo nullatenus torpeat ad quẽ festinabat. Sciendũ quoq; est quod ipsa dilectio proximi in duobus præceptis subdiuiditur, cum quidam sapiens dicat: Omne quod tibi odis fieri, vide ne ipse alteri facias. Et per semetipsam veritas prædicat dicẽs: *Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.* Si enim & quod hoc alijs facere ipsi dimittamus, & quod nobis fieri volumus hoc alijs facere ipsi dimittamus, charitatis iura illæsa seruamus. Sed nemo cum quempiam diligit, habere se protinus charitatem putet, nisi prius ipsam vim suæ dilectionis examinet. Nam si quis quemlibet amat, sed propter Deum nõ amat, charitatẽ nõ habet, sed habere se putat. Charitas autem vera est, cũ & in Deo diligitur amicus, & propter Dem diligitur inimicus. Ille enim propter Deum diligit eos quos diligit, qui iã & eos diligere à quibus nõ diligitur, scit. Probari enim charitas per solam odij diuersitatẽ solet. Vnde & per semetipsum Dominus dicit: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.* Ille ergo securus amat, qui propter Deũ illũ amat à quo se intelligit nõ amari. Magna sunt hęc, alta sunt hæc, & multis ad exhibendum difficilia, sed tamẽ ista est vestis nuptialis. Quisquis autẽ hanc recumbens in nuptijs non habet, iam sollicitus metuat, ingrediente rege quãdo mittatur foras. Ecce enim dicitur: *Intrauit rex ad nuptias, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.* Nos summus fratres charissimi qui in nuptijs verbi discumbimus, qui iam fidẽ in Ecclesia habemus, qui Sscripturæ sacræ epulis pascimur, qui coniũctã Deo Ecclesiam

Ezechiel.40.

Exod.25.

Charitas debet esse bis tincta.

Tobiæ.4.

Matth.7.

Charitas vera quæ est.

Lucæ.6.

siam esse gaudemus. Considerate rogo si cum nuptiali vestæ ad has nuptias venistis, cogitationes vestras sollicita inquisitione discutite. De rebus singulis corda vestra trutinate, si iam contra malum odium habeatis, si contra felicitatem alienam nulla vos inuidiæ face succenditis si per occultã malitiam nemini nocere festinatis. Ecce rex ad nuptias ingreditur: & cordis nostri habitum contemplatur, atq; ei quem charitate vestitum non inuenit, protinus iratus dicit. *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Mirandum valde est fratres charissimi, quod hunc & amicum vocat, & reprobat. Ac si ei apertius dicat: Amice, & non amice. Amice per fidem sed non amice per operationẽ. *At ille obmutuit*, quia quod dici sine gemitu non potest, in illa districtione vltimæ increpationis omne argumentum cessat excusationis: quippequi ille foris increpat, qui testis conscientiæ intus animum accusat. Sed inter hęc sciendum est, quia quisquis hanc vestem virtutis habet, sed tamen adhuc perfecte non habet: ad pij regis ingressum desperare de venia non debet: quia ipse quoq; spẽ nobis per psalmistam tribuens dicit. *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur.* Sed quia pauca hæc in consolatione labentis & infirmantis diximus, nunc ad eum qui hanc omni modo nõ habet, verba vertamus.

Amicus & non amicus Dei quandoq; potest aliquis esse.

Psalm. 138.

Bernardus in vigilia Sancti Andreæ.

AMICE quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Beati proinde qui stolam suam, dico autem gloriam conscientiæ suę, sollicite studiosi sunt omni tempore conseruare immaculatam, semper explendidam exhibere.

TEXTVS.

TVNC dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Gregorius lib. 40. Homiliarum homil. 38.

LIgantur tunc pedes & manus per districtionem sententiæ, qui modo à prauis operibus ligari noluerunt per meliorationem vitæ. Vel certe tũc ligat pœna, quos modo à bonis operibus ligauit culpa. Pedes enim qui visitare ægrum negligunt, manus quæ nihil indigentibus tribuunt, à bono opere iam ex volũtate ligatę sunt. Qui ergo nunc sponte ligantur in vitio, tunc in supplicio ligantur inuite. Bene autem dicitur quod in exteriores tenebras proijciatur. Interiores quippe tenebras dicimus cæcitatẽ cordis, exteriores vero tenebras æternam noctem damnationis. Tunc ergo damnatus quisq; non in interiores, sed in exteriores tenebras mittitur, quia illic inuitus proijcitur in noctem damnationis, qui hic sponte cecidit in cæcitatem cordis. Vbi fletus quoq; & stridor dentium esse perhi-

perhiberur, vt illic dẽtes ſtrideãt, qui hic de edacitate gaudebant. Illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiſcentias verſabãtur in mundo quatenus ſingula quæq; membra ſupplicio ſubiaceant, quę hic ſingulis quibuſq; vitijs ſubiecta ſeruiebant.

Dentes damnatorem ſtridebunt, & eorum oculi fle bunt.

Gregorius Moral. lib. 25. in 34. cap. Iob. cap. 11.

Iob. 34.

Iniquis conteritur dupliciter.

NOVIT *enim opera eorum, & idcirco inducit noctem & conterentur.* Sciendum ſummopere eſt, quod iniquus quiſq; duobus modis in nocte conteritur, vel cum exterioris pœnæ tribulatione percutitur, vel cum occulta ſententia interius cæcatur. In nocte corruit cum per extremum iudicium viuẽdi lumen in perpetuum amittitur. Vnde ſcriptum eſt. *Ligate ei manus & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores.* Tunc enim coactus in tenebras exteriores mittitur, quia nunc in interioribus excæcatur voluntarie. Rurſum in nocte iniquus conteritur, cum peccatorum præcedentium confuſione damnatus, veritatis lumen non inuenit, & quid deinceps agere debeat, nõ agnoſcit.

Procopius Gaca. in Exod. capit. 8.

NAM *multi ſunt vocati, at electi pauci.* Omnes quidem ad libertatẽ vocati ſumus per fidem in Chriſto vero legiſlatore & Põtifice, qui iam olim adumbratus eſt per Moſen & Aaron. Verum plures adherent priſtinis malis haud refugientes priſtinam confuſionem, neq; ſacrificant inſolitudine tranquillam ſectantes vitam.

Philippus presbyter lib. 2. in Iob. cap. 24.

AD *minimum calorem tranſeat ab aquis niuũ.* Quaſi duas gehennas Sanctus Iob dicere videtur, ignis & frigoris, per quas diabolus, hæreticuſq; & homo impius commutetur: cum in Euangelio huius duplicis pœnæ, ſiue diſſimilis, authoritatem non habeamus. Certum quidem eſt, non minus quã in igne eſſe aduſtiones in frigore, ſed ſi gehenna tantummodo ignis eſt, forte in ipſa talis ſenſus cruciatuum fiat illis, qui ea torquebuntur, vt nunc quaſi ignem ardentem ſentiant, nunc nimij algoris incendium, & pœnalis commutatio, nunc frigus ſentientibus, nunc calorem, quaſi de loco ad locum alium tranſitus æſtimetur, & inde fortaſsis illud ſit, quod Dominus ait in Euãgelio: *Mittite illũ in tenebras exteriores, illic erit fletus, & ſtridor dentium.* Vt hic ſtridor dentium de rigore frigoris oriatur: vbi & ſimilitudinem quandam ex noſtris corporibus aliquatenus poſſumus inuenire, in quibus ex fellis ruſi abundantia, quod eſt calidiſsimum, in typicis morbis intolerabilis rigor præcedit ignem febrium ardẽtiſsimum ſecuturum. Dicuntur à medicis hæc duo, quę ſibi cõtraria dignoſcuntur, ex vna fellis materia in homine procreari.

Iob. 24.

Auguſtinus in Pſalm. 61.

INtendo enim Euangelio quodã loco & monet me, puto quod & vos. Poſteaquam inuitati ſunt multi ad nuptias boni & mali, & impletæ ſunt nuptiæ recumbentium, ſerui enim miſsi vt præceptum erat inuitauerunt & bonos & malos.

Et

Et ingreſſus eſt rex, reſpicere recũbentes, & inuenit hominem non habentem veſtem nuptialem. & ait illi quod noſtis: *Amice quomodo huc veniſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Et iuſsit ei ligari manus & pedes, & proijci eum in tenebras exteriores.* Leuatus eſt de conuiuio, & miſſus eſt in pœnas, neſcio quis homo in tam magna turba recumbentium. Sed tamen Dominus volens oſtendere vnum illũ hominẽ, vnum corpus eſſe quod conſtat ex multis, vbi iuſsit eũ proijci foras, & mitti in debitas pœnas: ſubiecit continuo. *Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.* Quid eſt hoc? Cõuocaſti turbas, venit ingens multitudo, annunciaſti, locutus es, multiplicati ſunt ſuper numerũ, impletæ ſunt nuptiæ recumbentium, proiectus eſt inde ſolus vnus & dicis. *Multi enim ſunt vocati pauci vero electi.* Cur nõ potius omnes vocati, multi electi, vnus proiectus? Si diceret, Multi enim ſunt vocati, & plures electi, pauci vero reprobi, in paucis forte verisimilius intelligeremus vnum illum. Nũc vero dicit quod vnus inde proiectus eſt, & ſubdit. *Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.* Qui ſunt electi, niſi qui remãſerunt? Proiecto vno, electi remanſerunt. Quomodo proiecto vno de multis pauci electi, niſi quia in illo vno multi? Omnes qui terrena ſapiunt, omnes qui felicitatem terrenam Deo præferũt, omnes qui ſua quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, ad vnam illam ciuitatẽ pertinent quę dicitur Babylonia myſtice, & habet regem diabolum. Omnes autẽ qui ea quæ ſurſum ſunt ſapiũt, qui cæleſtia meditantur, qui cum ſollicitudine in ſeculo viuunt, ne Deũ offendant, qui cauẽt peccare, quos peccantes non pudet confiteri, humiles, mites, ſancti, iuſti, pij, boni, omnes ad vnam ciuitatẽ pertinẽt, quæ regem habet Chriſtum. Illa enim in terra quaſi maior eſt tempore, non ſublimitate, non honore. Ciuitas illa prior nata, ciuitas iſta poſterior nata. Illa enim incepit à Cain, hæc ab Abel. Hæc duo corpora ſub duobus regibus agẽtia ad ſingulas ciuitates pertinentia, aduerſantur ſibi vſque in finem ſeculi, donec fiat ex cõmixtione ſeparatio, & alij ponantur ad dexterã, alij ad ſiniſtram, dicaturque illis. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab exordio mundi.* Illis autem: *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt & diabolo, & angelis eius.* Chriſtus enim hoc dicit. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab initio mundi.*

Matth. 25.

Auguſtinus Honorato de gratia noui Teſtamenti, Epiſto. 120. cap 22.

HÆc iuſtitia Dei, hoc eſt quod Deus donauit homini, quẽ iuſtificat impium. Hanc Dei iuſtitiam ignorantes ſuperbi Iudæi, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitię Dei nõ ſunt ſubiecti, hac ſuperbia deijciuntur vt humilis inſeratur oleaſter. Et illi ibunt in tenebras exteriores, de quibus inter alia requiſiſti, venientibus ab Oriente & Occidente multis, qui recumbant cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum. Sunt enim modo in exteris tenebris, vnde correctio deſperanda non eſt, quam ſi contẽpſerint, ibunt in tenebras exteriores, vbi correctionis locus nõ erit, *Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ.* Sed lux cordis nõ iſtorũ qui in carne ſunt oculorum, nec omninò talis qualis huius lucis viſibilis phantaſia cogitatur: quanquam & ibi eſt videre, ſed longè alíter, lõge diſsimiliter. Qualis enim

Tenebræ exteriores.

1. Ioann. 1.

lux est ipsa charitas, quis verbis explicet? Quis earum rerum quę sensibus carnis subiacent vllo demonstret exemplo? An forte lux nō est charitas? Audi Apostolum Ioannem. Ipse quippe dixit, quod modo commemoraui: *Quoniam Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ.* 1.Ioan.4. Qui rursum dicit: *Deus charitas est.* Ac per hoc si Deus lux est, & Deus charitas est, profecto charitas lux ipsa est quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Item dicit. Qui odit fratrem suum in tenebris est vsque adhuc. Istæ sunt tenebræ in quas diabolus & angeli eius multum superbiendo progressi sunt. Charitas enim non æmulatur, non inflatur. Ideò non æmulatur, quia non inflatur. Vbi enim procedit inflatio, continuo sequitur æmulatio, quoniam superbia est mater inuidētiæ. Diabolus igitur & angeli eius à luce & feruore charitatis auersi, & nimis in superbiam inuidiamque progressi, velut glaciali duritia torpuerunt. Et ideo per figuram tanquam in Aquilone ponuntur. Vnde cum generi humano diabolus incubaret, ventura gratia Saluatoris, dicitur in Canticocanticorum: *Exurge Aquilo & veni auster perfla hortū meum & fluēt aromata.* Exurge qui irruisti, qui sublitis incūbis, qui possessos premis. Exurge vt à tuo pondere eleuati erigātur, quorum animas premendo curuasti. *Et veni auster*, inquit, spiritum inuocans gratiæ flātem de meridie, velut à parte feruida & luminosa, *& fluāt aromata.* Vnde Apostolus dicit. *Christi bonus odor sumus in omni loco.* Hinc etiā in alio Psalmo: *Conuertere Domine captiuitatem nostram sicut torrēs in austro.* Captiuitatem scilicet, qua sub diabolo tanquam sub Aquilone tenebantur, vbi abundante iniquitate frigerant, & quodammodo congelauerant. Hinc enim in Euangelio dicit: *Quoniam abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum.* Matt.24. At vero flante austro glacies resoluitur & torrentes fluunt, idest peccatis remissis, populi ad Christum charitate concurrunt. Hinc & alibi scriptum est: Sicut glacies in sereno, ita soluuntur peccata tua. Eccles.3.

Hieron. in Matth. lib. 3. capit. 22.

MAnus ligatas & pedes, fletū que oculorum & stridorem dentium, vel ad comprobandā resurrectionis intellige veritatem. Vel certe ideò ligantur manus & pedes: vt male operari & currere desistant ad effundendum sanguinē. In fletu quoque oculorum & stridore dētium, per metaphoram mēbrorum corporalium, magnitudo ostenditur tormentorū. *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Omnes parabolas breui sententia comprehendit, quod in opere vineæ, & in ædificatione domus, & in conuiuio nuptiali: non initia, sed finis quæratur.

Chrysosto. in posteriori expositione in cap. 22. Matth. homil. 41.

SIcut est differentia gloriarum in sanctis, secundum opera, dicente Apostolo: *Stella enim à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum*: sic quoq; differentia est tormentorum in peccatoribus. Sunt enim primæ tenebrę & exteriores, & nouissimi locus. Ex eo autem quod dixit ingressus vt remuneraret amicos: non autem dixit, congregauit Rex omnes qui venerunt ad nuptias: datur suspicio æstimandi, ne forte dicat hoc de iudicta iudicij. 1.Cor.15.

dicij. Adhuc autem, quia non dixit: Mittite eum in tenebras inferiores, vt eas tenebras inferiora loca inferni æstimemus: sicut ibi: *Et eripuisti animam ex inferno inferiori*, sed ita dicit, *in tenebras exteriores*. Ergo quotiescũq; tẽtat Dei Eccle siã suã, & ventilat ventilabro iudicij, ingreditur ad eã, vt videat discũbentes qui sunt aut quales sunt: si digni sunt cęlestib⁹ nuptijs, & cõ uiuio illo viuo. Et si inuenerit aliquem non habentem vestem nuptialem, secundum ea quæ diximus, interrogat eum in cogitationibus suis, sicut scriptum est: *Quia in cogitationibus impij interrogatio erit*. Et interrogat eum, quæ sunt opera illa quæ agis, quia non sunt opera Christiani. Vt quid factus es Christianus, si hæc opera diligebas? Ita vt non habeat quid respondeat contra conscientiam suam. Et hũc ergò talem cum viderit in Ecclesia, Christus iubet ministros suos, id est, aliquos spiritus seductionum. Nam mala per malos spiritus reddet, qualis fuit spiritus erroris, quẽ misit Deus, vt seduceret Achab, sicut scriptum est in 3. libro Regnorum. Vel qualis est illa operatio erroris, quam dabit eis Deus, qui charitatem Dei non acceperũt, vt credant mendacio. Et ligant manus hominis illius, ideſt, opera ei⁹ quæ sunt animæ manus, quæ homines rectius tollunt ad mandata Dei. Ligant & pedes eius, id est, motus animæ eius, quibus anima solet incedere, & transire, non de loco ad locum, sed de malo ad bonum, vel de bono ad malum: ideſt, obligãt, & inebriant, & inuoluunt opera eius, quo modo nescit sic in laqueũ perditionis incurrat. Et apprehendẽtes eum, per ipsa opera eius, mittunt eum in tenebras, id est, in errores vel gentium, vel Iudæorum, vel hæresim. Et fortsitã propinquiores tenebræ sunt Gentilium, exteriores Iudæorum, plus autem exteriores hæreticorum. Quoniã Gentiles veritatem spernunt, quam nõ audierunt: Iudæi autem quam nõ crediderunt: hæretici autem quam audierunt & didicerunt. Ipsarum quoque hæreticarum tenebrarum, quædam sunt prope lucem veritatis: aliæ autem longius à veritate, & ideò nigriores: aliæ autem amplius autem longæ, & ideò pressiores & exteriores. Ideo dixit: (*Mitte eos in tenebras exteriores*) *ideſt in hæreses peruersissimas.* (*Ibi erit fletus & stridor dentium,*) Videte quia non dixit. Ibi est fletus & stridor dentium: *sederit*. Ergo modo mittũtur in illas tenebras mali, postea patiẽtur fletus, vbi est & stridor dentiũ.

Psalm. 85.

Sapien. 1.

Bernardus in Psalm. Qui habitat, Sermo. 8.

IBI enim, inquit, erit fletus & stridor dentium. Fletus quidẽ ob ignem, qui nõ extinguitur, stridor vero ob vermem, qui nõ moritur. Plane fletus ex dolore, stridor dentium ex furore. Fletum nempe tormentorum immanitas, stridorem dentium vehementia ipsa tabescentis inuidię, & obstinata malignitas extorquebit.

DOMINICA VIGESIMA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Ioannis. 4.

TEXTVS.

ERAT quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum, hic cum audisset, quod Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius. incipiebat enim mori. Dixit ergò Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum Regulus: Domine, descende, priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit. Et credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus cum venisset à Iudæa in Galilæam.

Chrysostomus in 4. cap. Ioan. homilia 34.

SIVE quod regio esset genere, siue quod alia principatus dignitate fungeretur, regulus appellabatur: nonnulli eundem hunc esse opinantur & qui est apud Matthæum: sed alter profecto videtur non modo dignitatis nomine, verum & fide: ille quidem volente Iesum ad ipsum venire, se indignum censet, hic domum trahit. *Ille, non sum*, inquit, *dignus, vt intres sub tectum meum*, hic, *vt descendat priusquam filius moriatur*, enixe orat. Tunc cũ de monte descendisset Iesus, intrauit Capharnaum: sed in Cana Galileæ ingresso accessit regulus, illius præterea filius paralysi laborabat huius febribus: *& rogabat eum vt descenderet, & sanaret*

& sanaret filium eius, incipiebat enim mori. Quid adhuc Christus? *Nisi signa*, inquit, *& prodigia videritis, non creditis.* Atqui & quod venerat, & quod rogabat, eius fidei est argumẽtum. Præterea hoc testatur Euãgelista. Nam cum diceret Iesus: *Vade, filius tuus viuit: credidit homo sermoni, & ibat.* Quid ergò ita Christus respõdit? Vel quia Samaritanos, qui sine miraculis crediderunt admiratur: vel ciuitatem Capharnaũ, vnde ille Gentilis erat, reprehẽdit. Siquidem cum alius apud Marcum dicere: *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam*: iterũ his verbis vsus est. Itaque licet hic crediderit, non tamen firmiter, neque integre: quod scisciscitando seruos demonstrauit, qua hora reliquerit filium febris. Voluit enim cognoscere an spõte sua, an Christi præcepto discesserit, cum vero audiuit, quia heri hora septima: *credidit & ipse, & domus eius tota.* Videstum demum in fide confirmatum, cum seruorum de valetudine filij testimoniũ accepit. Quamobrem hominis animum in tuitus arguit, vt magis in fide confirmaret: neque enim ante signum admodum credebat: quod si venit & rogauit minime mirum est. Ob incredibilem enim in filios amorem, non modo quibus confidunt medicis, sed & quoslibet compellare parentes solent, ne quid in aduersa filiorũ valetudine omittant. Nam quod non multũ spei in Christo haberet, constat, quoniam veniente Iesu in Galilæam accessit: quod si vere Christi potestatẽ credidisset, non vtiq; in tanto filij periculo Iudæam petere neglexisset: quod si timuerat, neque hoc quidẽ satis erat causæ. Considera igitur ipsius verba, quantam viri infirmitatem indicant. Debuerat enim, si non prius, at saltem post reprehensam ipsius animi sententiam,

A magnam quandam de Iesu opinionem cõcipere. Audi quantum adhuc humi trahatur. *Descẽde*, inquit, *priusquam moriatur filius meus*, ac si mortuum suscitare non potuisset, & nesciret vt se puer haberet: idcirco eum reprehendit, & animum arguit, ostendens signa maxime animi gratia fieri, neq; minus hoc in loco Patrem animi morbo laborãtem quam filium curat, suadetque non signa nobis, sed doctrinam ipsius attendendam. Signa enim infidelibus, & rudioribus exhibenda.

B Regulus autẽ filij dolore affectus, non multum tunc Iesu verbis attẽdit, sed in solius filij cura versabatur, postmodum ea reputaturus, & inde multum vtilitatis consecuturus. Quod autem Cẽturioni se iterum vltro pollicitus est, Regulo autem ne rogatus quidem. Quoniam in illo fides perficiebatur, ideò se iturum dixit, vt viri fidem cognoscerem: at Regulus adhuc imperfectus erat, propterea

C omni studio Christum impellebat, vt descenderet, neque adhuc norat absentem quoque curandi habere potestatẽ. Quid ergò posset ostendit, vt quod per se Centurio sentiebat, hic non accedẽte Iesu erudiretur. Cũ itaq; dixit: *Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis*; debitã de se esse fidẽ nõ habere, sed adhuc tanquam Prophetã opinari, significauit. Quo circa rẽ

D indicat, & sine miraculis credendũ admonet, quod & Philippũ admonuit: *Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est?* Et si mihi nõ vultis credere, operibus credite. *Iam autẽ eo descendente, serui occurrerunt ei & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit, & dixerunt ei; quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergò pater, quia hora illa erat, in qua dixit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Et credidit ipse & domus eius tota.* Ioann. 14.

Vides quo pacto miraculum manifestatur. Nō enim per successionem & diuturnitatem conualetudinis, vt assolet. liberatus est: sed repente, ne naturalis valetudo, sed Christi operatio videretur. Nam qui in ipsum mortis articulum venerat patris testimonio dicentis: *Descende priusquā moriatur filius meus*: è vestigio in prosperum restitutus est valetudinem. Serui autem fortassis non vt nuntiaturi tantū, sed vt superfluum Christi aduentum, obuiam gerant. Sciebant enim iā aduentare, quare in itinere eum cōuenerunt. Regulus ergo iam timore deposito, fidei incumbit, vt ostēderet profectionis suæ gratia id cōtigisse, & iam se non frustra profectū delectatur, hac gratia summā in percontādo adhibet diligentiā. *Et credidit ipse & domus eius tota.* Iam nihil amplius erat dubitādum: qui enim neque affuerant non audierunt Christum, neque tempus norant, hi in Domino suo tempus cognoscētes, Christi potestatem quā certissimam habuerunt; ideo crediderunt. Quid ergò hinc hodie reportabimus? non expectanda miracula, neque Diuinæ virtutis pignora efflagitanda. Video enim & nunc multos, qui cum in filij, vel vxoris morbo exaudiuntur, tunc maiorem Deo exhibere reuerentiam. Decens autem est etiam non exauditos tolerare, & nihilominꝰ gratias agere, eumque laudibus prosequi: hoc fidelium seruorū est, hoc constantiæ, hoc pietatis, quali in Dominum affecti esse debemus, vt non solum cum clementer nobiscum agit: verū etiam cum ideò indignatur, cum flagellat, ad eum percurramus, hoc enim Diuina operatur prouidentia. Siquidem cū diligit castigat: flagellat quencunque filium suscipit. Qui autem cum votum assequitur Deum colit, non

A multa præsefert dilectionis argumenta, neque syncere Christum amat. Et quid ego valetudinem dicam? Quid pecuniarum copiam? Quid paupertatē? Quid morbum? Et si gehennam, si quid grauius audieris, non tamen Diuinæ nobis sunt laudes remittendę: sed omnia & facienda & ferēda eius dilectionis gratia. Hoc, inquam, fidelium seruorum est, hoc constantis animi: & qui ita affectus est, præsentia

B facile perferet, & futuris bonis fruetur, & plurimum Deo fidere poterit, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo Patri sit gloria in secula seculorum, Amen.

Theophylactus in capit. 4. Ioannis.

QVandoquidē Dei filij sumus, Reguli sumus, ipse enim Rex verꝰ est Filiꝰ porro noster infirmus

C est, nēpe anima nostra: atq; idcirco ad Christum accedere debemus, vt nobis opē ferat, antequā moriatur. Nā si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis substinebit. *Psalm. 129.* Cæterum quanuis hic Regulus primum accessit ad Christum, non ideò perfecte credebat, siquidē parentes cum filij infirmi sunt facile statim quoscunque medicos adire solent.

D

Idem Theophylact. in 4. cap. Ioannis.

OStendit insuper quod & Regulus ille ex miraculo, quod in Cana factum, bonam quandam de Christo opinionem conceperat, tametsi minus dignam. Regiū autem illum vocat, vel quod ex regio erat genere, vel quod gerebat dignitatem quandam ob quam sic vocabatur. Num igitur, dicet quis, idem

idem ille cũ Centurione apud Mat-
Matth. 8. thæum? Nam & ille ex Capernaũ erat. Nõ opinor igitur illum esse, sed alium. Nam ille quidem & volentem venire Christum prohibet, dicens: *Non sum dignus vt sub tectum meum ingrediaris.* Et illius quidem puer paralysi detinebatur, seruus videlicet: illius autem filius febri. Et quidem cum à monte descendisset, in Capernaũ ingressus est: nũc autem in Samaria & non in Capernaum, sed in Cana. In summa, ille Centurio, hic autem regius fuit dignitate. Orat igitur regius ille Dominum, vt descendat ad sanandũ filium. At Dominus perstringit eũ, vt pote non perfectum, sed paruam habentem fidem. Dicendo enim: *Descẽde priusquam moriatur filius me⁹*, Infirmitatem fidei suæ ostendit: quia non credebat, quod si cõtingeret mori filium, potens esset eũ suscitare: propterea perstringens eum dicit. *Nisi signa & prodigia videritis, non credetis.* Interim autem & alios ciues Capernaum accusat. Videntur enim vbique ob multam incredulitatem condemnari. Igitur cum infirmæ mentis erat regius, & vrgebat Dominum vt descenderet ad sanandum filium, ostendens ei saluator, quod etiam absens posset sanari, dicit: *Vade, filius tuus viuit.* Denique pueri quidem sanauit febrẽ, patris autem incredulitatẽ. Scias autem aliud esse signum, aliud prodigium. Nam prodigium fit præter naturam, vt est aperire oculos cæci nati, & excitare mortuum. Signum autem, quod non præter naturam, vt est sanare infirmum. Perficiat autem & nunc hoc miraculũ Dominus. Omnis homo est regius quidam, non solum cognatus propter animam regiã, sed etiam quod ipse regiam dignitatem supra omnes accepit. Inuenitur autem sæpe habens quidem mentem quasi filiũ

A igne illicitarum voluptatum & eõ cupiscentijs male laborantem. Si igitur accesserit ad Iesum, & petierit ab eo vt descẽdat, hoc est misereatur, & remittat illi peccata, priusquam tota à morbo voluptatum moriatur. Si enim nostri non misereretur Deus, sed obseruaret iniquitates, & secundum illas vlciscereturquisnam substineret? Si igitur accesserit, vt dictum est, assequetur quod quærit, & recipiet mentem suam sanam. Veruntamẽ vide, & quid dicat ad illum Dominus. *Vade, filius tuus viuit*, hoc est, ne
B sis immobilis ad bonum: *sed vade*, & incessabilem motionem ostende ad bonum. Tunc enim filius tuus viuet. Si autem quieueris non ambulans morietur plane mens tua, eo quod ad bonum te non promoueris. *Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt ei, dicẽtes. Filius tuus viuit.* Scisciatus est ergo horam ab eis, in qua vegetius se habuisset, Et dixerunt ei. *Heri hora*
C *septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quod in illa hora erat, in qua dixisset sibi Iesus, filius tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota. (Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, quum venisset à Iudæa in Galilæam.* Obstupefacti serui repentina morbi mutatione, occurrerunt Domino, bonum nũcium afferentes de sanitate filij, Non enim simpliciter, & sicut fieri solet, sed subito liberatus est à febre, vt ita ostendatur miraculum
D hoc non fuisse naturæ, sed virtutis Christi. Vt ergo didicit à seruis horam in qua puer vegetius se habuisset, hoc est melius se habuisset, & in meliorem transisset valetudinẽ, plene credidit Domino. Prior enim ei⁹ fides imperfecta erat. Nec enim mihi dixeris, quod non accessisset nisi credidisset: nam & patres consueuerunt præ amore erga filios, non solum accedere ad medi-

cos, quibus bene fidunt, sed sæpe ad imperitos, nihil ex his quæ facere oporteat intermittentes. Accessit quidem ex fide, siquidem & hoc damus: sed frigida & imperfecta, quam neque fidem quis recte vocauerit. Tunc autem perfecte credidit, quando & de hora didicit. Et quare Euangelista dicit, *Quod secundum hoc signum fecerit in Cana?* Vt ostendat Samaritanos multis dignos laudibus. Etenim dicit, & eum secundo hoc fieret signum nondũ peruenerunt Galilæi ad sublimitatem illorum qui nullum viderant signum.

Euseb. in serm. super Euãg. Ioann. 4. cap.

ERat quidam Regulus &c. Qui prudenter seipsum regit & moderatur, qui sensus suos per vanitates euagari non sinit, is merito Rex appellari poterit. Omne igitur cura & solicitudine incumbendum vbi est, tuorum sensuum custodiã & gubernationem, diceſque cum Propheta. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Et cum sancto illo Iob: Pepigi fœdus cum oculis meis. Itẽ, Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Aures prætereà ne aperias detractoribus, & murmuratoribus, sed sanctis & vtilib⁹ colloquijs. Audi filia & vide inclina aurem tuam. Isai. 1. Audite cæli quæ loquor, &c. Linguæ etiam vigilantem custodiam adhibeas necesse est. Prou. 18. Mors enim & vita in manibus linguæ. Itẽ Iacob. 3. Qui verbo non offendit hic perfectus est vir: & Iaco. 1. Si quis putat se religiosum esse nõ refrenans linguam suam, huius vana est religio. Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Gustus porro diligenter custodiendus est, nec voracitati & largitati permittendus. Manus liberales sint erga pauperes, & egenos, nec rapaces sint aut homicidæ, Isai. 1. Manus enim vestræ sanguine plene sunt. Pedes etiam magna cura dirigendi sunt, & cor interius ab omni pra uitate conseruandum. Ex corde enim exeunt cogitationes malæ. Et Dauid Psalm. 50. Cor mundum crea in me Deus. Vt autem hęc omnis custodia significetur. Sacerdos olim in veteri lege, Rationale in pectore gestabat. Nullus est ergo qui nõ possit Rex appellari, dũ seipsum regit. Si se bene rexerit, Rex erit bonus, sin autẽ male, malus erit. Hic verò qui ponitur in Euangelio, Regulus appellatur, quod imperfectus esset, & vere non crederet, si enim vere & perfecte credidisset, eius filius, hoc est anima, non fuisset infirmus. Cæterum nuntij qui salutem annunciant infirmi, sunt Episcopi, & Sacerdotes ipsi, qui cum absoluunt pœnitentẽ eius salutem etiam annunciant. Qui ne despecti sibi videantur eo funguntur munere & similibus. Cõ sueuit summus Pont. sese appellare, Seruum seruorum Dei.

Psalm. 118.

Iob. 31.

Psalm. 24.

Psalm. 44.

Psalm. 38.

Matth. 15. Exo. 30.

Cassianus Diaconus Constãtinopolitanus, lib. de libero arbitrio, cap 35.

NEmo autem æstimet hæc à nobis ob hoc fuisse prolata, vt nitamur abstruere summam salutis in nostræ fidei ditione consistere: secundum quorundam profanam opinionem, qui totum libero arbitrio deputantes, gratiam Dei dispensari secundum meritũ vniuſ cuiusque definiunt. Sed absolutã plane pronuntiamus sententiam, exuberare gratiã Dei, & transgredi interdum humanæ infidelitatis angu-

angustias. Quod in illo Euangelico factum fuisse Regulo reminiscimur, qui dum facilius credit ægrotantem filium suum posse curari, quam mortuum suscitari, præsentiam Domini festinius implorat, dicens: *Domine descende priusquã moriatur filius meus.* Cuius infidelitatẽ licet his sermonibus Christus arguerit, *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis*, tamen non secundum infirmitatem fidei eius, gratiã suæ diuinitatis exercuit, nec præsentia corporali, quemadmodum ille crediderat, lætales febrium morbos, sed verbo suo potestatis excludit: dicens: *Vade filius tuus viuit.*

Cyrillus in Ioannem, lib. 2. capit. 116.

QVanuis ignoraret naturam Deũ Christum esse Regulus, vt hominem tamẽ adijt, qui filium eius ab imminẽtis periculo mortis posset liberare. Quanquam ergò Dominum appellet, veræ tamen dominationis dignitatem ei non cõcedit. Si enim verum illũ esse Dominum cognouisset, non rogasset vt ad ægrotantem adolescentulũ ascenderet, sed vt verbo vexantem morbum expelleret. Quid enim necesse erat rogare, vt ad infirmum ascenderet, si credidisset sola eius voluntate posse sanari? Valde autẽ imperite liberare quidem à morte posse arbitratur: Deum autem, qui talia efficere possit, nõ arbitratur.

Augustinus in 4. cap. Ioann. tract. 16.

ECce quidam *Regulus cuius filius infirmabatur venit ad eum & rogare cœpit, vt descenderet (ad illam ciuitatem vel domum) Et sanaret filium eius, incipiebat enim, inquit mori* Qui rogabat non credebat. Quid à me expectas audire? Dominum interroga quid de illo senserit, rogatus enim talia respondit: *Nisi signa & prodigia videritis non credetis.* Arguit hominem in fide tepidum, aut frigidum, aut omninò nullius fidei, sed tentare cupientem de sanitate filij sui qualis esset Christus, & quis esset quantum posset. Verba enim rogantis audimus, cor diffidentis nõ videmus: sed ille pronunciauit, qui & verba audiuit & cor inspexit. Denique; & ipse Euangelista testimonio narrationis suæ ostendit, quia nõdum crediderat, qui venire ad domum suam Dominum cupiebat ad sanandum filium eius. Nam postea quam ei nunciatum est sanum esse filium eius, & inuenit ea hora sanatum, qua hora Dominus dixerat: *Vade filius tuus viuit, & credidit*, inquit, *ipse & domus eius tota.* Si ergo propterea credidit ipse & domus eius tota, quia nunciatur filius eius sanus; & comparauit horam nuntiantiũ horæ prænunciantis, quando rogabat, nondum credebat. Samaritani nullum signum expectauerant verbo eius tantummodo crediderant: ciues autem eius audire meruerunt: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis*: & ibi tamẽ facto miraculo, non credidit nisi ipse & domus eius. Ad solum sermonem crediderunt plures Samaritani, ad illud miraculum sola illa domus credidit, vbi factum est. Quid igitur fratres, quid nobis commẽdat Dominus? Tũc Galilæa Iudææ patria erat Domini quia ibi nutritus est: nunc vero quia portendit aliquid res illa, non enim sine causa dicta sunt prodigia, nisi quia aliquid portendunt: prodigium enim appellatum est quasi porrodiciũ, quod porro dicat, porro significet, & aliquid futurum esse portendat. Quia ergo aliquid illa omnia portendebant, aliquid illa omnia prædicabant, sa-

ciamus modo nos patriam Domini nostri Iesu Christi secundũ carnem: non enim habuit patriam in terra, nisi secundum carnem, quam accepit in terra. Faciamus ergo patriam Domini populum Iudæorũ, Ecce in patria sua honorem nõ habet. Modo attẽde Iudæorũ turbas, attende iam gẽtem illã dispersam toto orbe terrarum, & euulsam radicibus suis, attẽde ramos fractos, conscisos, dispersos, aridos, quibus fractis inseri meruit oleaster. Vide turbã Iudæorum, quid dicit modo? Quem colitis, quẽ adoratis, frater noster erat. Et nos respondeamus, Propheta in patria sua honorem non habet. Deniq; illi ambulantẽ Dominum Iesum in terra, facientemq; miracula, cæcos illuminantẽ, surdis aures aperiẽtem, mutorum ora soluentem, paralyticorum ora restringentem, super mare ambulantem, ventis imperantẽ & fluctibus, mortuos suscitantem, tanta signa facientem viderunt, & vix inde pauci crediderunt. Populo Dei loquor. Tam multi credidimus, quæ signa vidimus? Illud ergo quod factum est tunc, hoc quod nunc agitur portẽdebat. Iudęi fuerunt vel sunt similes Galilæis, nos similes illis Samaritanis. Euangelium audiuimus, Euangelium credidimus, Euangelio consensimus, per Euangelium in Christũ credimus, nulla signa vidimus, nulla exigimus. Quãuis enim vn⁹ ex duodecim electis & sanctis, tamen Israelita fuit degente scilicet Domini. Thomas ille qui in loca vulnerum digitos cupiebat mittere, sic eũ arguit Dominus quomodo istũ regulum. Huic dixit: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis*: ille autẽ dixit: *Quia vidisti credidisti*. Ioann. 20. Ad Galilęos venerat post Samaritanos, qui sermoni eius crediderunt, apud quos nulla miracula fecerat, quos firmos in fide securos cito dimisserat, quia diuinitatis præsentia non dimiserat. Ergo quãdo dicebat Dominus Thomę: *Veni, mitte manũ tuam, & noli esse incredulus sed fidelis*: & cum ille exclamaret tactis vulnerum locis, & diceret: *Dominus meus, & Deus me⁹*: increpatur & dicitur ei: *Quia vidisti credidisti*, Quare? Nisi quia Propheta in patria sua honorem non habet, Quia vero apud alienigenas Propheta iste honorẽ habet, quid sequitur? *Beati qui non viderunt & crediderunt*. Prædicti sumus nos, & quod Dominus ante laudauit, & in nobis implere dignatus est. Viderunt qui crucifixerunt, palpauerunt, & sic pauci crediderunt: nos non vidimus, non contrectauimus, audiuimus, credidimus, fiat in nobis, perficiatur in nobis beatitudo quam promisit & hic, quia patrię ipsi⁹ prę lati sumus, & in futuro seculo, quia pro ramis fractis inserti sumus. Hos enim ramos se fracturum esse monstrabat, & hunc oleastrum inserturum, quando commotus Centurionis fide, qui ei dixit: *Non sum dignus vt sub tectum meũ intres, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus: nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alio: Veni, & venit: & seruo meo: fac hoc, & facit. Conuersus ad eos qui se sequebantur, dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.* Matth. 8. Quare non inuenit tãtam fidem in Israel? Quia Propheta in patria sua honorem non habet. Nunquid non & illi Centurioni poterat dicere Dominus, quod dixerat huic Regulo? *Vade, puer tuus viuit*. Videte distinctionem. Regulus iste Dominum ad domum suã descendere cupiebat: ille Cẽturio indignum se esse dicebat. Illi dicebatur: *Ego veniã & curabo eum*: huic dictum est: *Vade filius tuus viuit*. Illi prẽsentiam suam promittebat, hũc verbo

verbo sanabat. Iste tamen præsentiam suam extorquebat, ille se præsentia eius indignum esse dicebat: huic successum est elationi, illi cõsensum est humilitati, tanquã huic diceret, *Vade filius tuus viuit*, noli mihi tædium facere. *Nisi signa & prodigia videritis non creditis.* Præsentiam meam vis in domo tua, possum & verbo iubere. Noli tu de signis crẽdere, Centurio alienigena credidit me verbo posse facere, & antequam facerem credidit, vos *nisi signa & prodigia videritis non creditis.* Ergo si ita est frangantur superbi rami, humilis inseratur oleaster: manet tamẽ radix, illis præcisis, istis receptis. Vbi manet radix? In Patriarchis. Etenim patria Christi populus Israel, quia ex eis venit secundum carnem. Sed huius arboris radix, Abraham, Isaac, Iacob, Patriarchæ sancti. Et vbi sunt isti? In requie apud Deum in honore magno, vt in Abrahæ sinum iustus ille pauper post corporis exitum leuaretur, & in Abrahæ sinu de longinquo à superbo diuite videretur. Ergo radix manet, radix laudatur, sed rami superbi & præcidi, & arescere meruerunt: oleaster autẽ humilis illorum præcisione inuenit locũ. Audi ergò quemadmodũ præcidantur rami naturales, quẽadmodum inseratur oleaster ex ipso Centurione, quem propter cõparationem huius Reguli commemorandum putaui. *Amen*, inquit, *dico vobis, non inueni tantã fidem in Israel.* Propterea *dico vobis quia multi ab Oriente & Occidente venient.* Quam latam terram occupauerat oleaster. Amara sylua, mundus hic fuit. Sed propter humilitatem, non sum dignus vt intres sub tectum meum. *Multi ab Oriente & Occidente venient.* Et puta quia venient, quid de illis fiet? Si enim venient, iam præcisi sunt de sylua, vbi inserendi sunt ne

A arescant? *Et recumbent*, inquit, *cum Abraham, & Isaac, & Iacob. In quo conuiuio?* Ne forte non inuites ad sempei viuendum, sed ad multum viuendum, recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob. Vbi? *In regno*, inquit, *cælorum.* Et quid erit de illis qui venerunt de stirpe Abrahæ? Quid fit de ramis quibus arbor plena erat? Quid, nisi qui precidentur vt isti inserantur? Doce quia præcidẽtur: audi: *Filij autem*, inquit, *regni*
B *ibunt in tenebras exteriores.* Habeat ergo apud nos honorem Propheta, quia nò habuit honorem in patria sua. Non habuit honorẽ in patria, in qua conditus est: habeat honorẽ in patria quam condidit. In illa enim conditus est conditor omniũ, conditus in illa est secundum formam serui: nam ipsam ciuitatem in qua conditus est, ipsam Sion, ipsam Iudæorum gẽtem, ipsam Ierusalem ipse condidit cum esset apũd Patrem Verbum Dei: *Omnia enim* Ioann. 1.
C *per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil.* De illo ergò homine de quo & hodie audiuimus, vnus mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus, etiam Psalmus prælocutus est, dicens: *Mater Siõ dicet homo.* Quidam mediator Dei & hominũ, homo mater Sion, dicet: Quare mater Sion dicet? Quia inde accepit carnem, inde Virgo Maria, de cuius vtero forma serui susceptaD est, in qua dignatus est apparere Psalm. 86.
humilibus. *Mater Sion dicet homo*, & homo iste qui dicit, Mater Sion, factus est in ea, *Homo factus est in ea.* Nam Deus erat ante eam, & homo factus est in ea. Qui homo factus est in ea? *Ipse fundauit eam Altissimus*, non humillimus. Homo factus est in ea humillimus: *Quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ipse fundauit eam altissimus*, quia *In principio erat Verbum. & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum:*

Omnia

Omnia per ipsum facta sunt. Quia vero condidit istam patriam, hic habeat honorem. Repulit eũ patria, in qua natus est: suscipiat eum patria, quam regeneraunt.

Cyrillus in Ioann. lib. 3. c. 117.

DIxit ergo Iesus ad eum: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.* Cum duritatem mentis eorum Saluator videret non posse ad fidem oratione reduci, signis atq; prodigijs opus esse illis affirmat, vt natura se Deum possint cognoscere.

Idem ibidem. c. 118.

DIcit ad eum Regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Parum certe videbat Regulus, qui in petẽda gratia quasi puer deliraret. Nam si non modo præsentem, verumetiam absentem posse Christum credidisset, non indignã opinionem de ipso habuisset. Nũc autem id quidem ab eo petit quod omnipotentis est, nec tamen putat vbiq; ipsum esse, nec morte omnino esse superiorem, quanuis mortuo iam fere posse ipsum opitulari speraret: *Incipiebat enim* (vt scribitur) *mori adolescens.*

Idem ibidem, cap. 119.

DIcit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit: Nõ imperitiam in omnibus nostram Christus respicit, sed vt Deus etiam peccantibus auxilium affert. Docet igitur hominẽ, quod per ignorantiam non fecit, & quæ optauerat ei largitur. Nam in eo quod ait, *Vade*, fides est: in eo vero quod dicit: *Filius tuus viuit*, rei optatæ consumatio, magna cum potestate perspicitur.

Idem ibidem. cap. 120.

CRedidit homo sermoni quem dixit Iesus & ibat. Iam autem eo descẽdente serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Duos eisdem Saluator verbis curauit. Nam & Reguli animam ad fidem induxit, & à corporis morbo adolescentem eripuit. Hæc ambo eodem ita tempore fecit, vt difficile dictu sit quenam prius curasset. Simul autem ego vtrumq; vna cũ verbis Saluatoris, alterum animo, alterum corpore curatum fuisse arbitror. Serui autem occurrerunt, velocitatẽ & vim verborum Christi annunciantes Domino sic dispensante, vt ab euentu rerum Reguli fides confirmaretur.

Idem ibidem. cap. 121.

INterrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit: & dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Filius tuus viuit: & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, quũ veniisset à Iudæa in Galilæam. Certior fieri de hora studet, in qua filius eius conualuit: vt videat si tempori congruit, in quo à Saluatore sibi gratia fuit concessa. Cumque ita esse didicisset, Christo totam rem attribuens, cum vniuersa domo saluatur, feruentiorem iam fidem agendarum gratiarum afferens loco.

DOMINICA VIGESIMA PRIMA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Matthæi. 18.

TEXTVS.

HOMO DEO assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem milliatalenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.

Chrysostomus in 9. caput Geneſis, homil. 26.

NIHIL enim omniũ Deus ita odit & auersatur, vt hominem vltionis auidum, & in animo suo perpetuas seruantẽ inimicitias. Tantum enim eius peccati damnum est, vt misericordiam Dei reuocet, nec locum habere sinat. Quod vt sciatis Euangelicam vobis parabolam refero. Ille decẽ millium talentorum debitor, remissionem omnium à Domino cõsequutus, eo quod supplicabat & orabat Dominus enim noster (inquit) misertus est eius, & fœnus ei remisit. Vidisti misericordiam Domini? Ille procidit, supplicat, orat, vt longius sibi tempus prefiniatur. *Longanimis esto in me* (inquit) *& omnia tibi reddam.* Sed bonus Dominus, misericors, nostrique curam agens, supplici benevolens, non solum quantum petijt, sed quantum nec cogitare quidẽ ausus fuit, dedit. Is enim eius mos est, vt vincat & præueniat petitiones nostras. Ita & hoc

Nihil magis dominus odit quàm seruantes inimicitias.

Deus petitiones nostras præuenit.

& hoc loco illo orante, vt seuerita
tem Dominus remitteret, & pro-
mittente soluturum se omnia, Do
minus bonitate sua vincet nostra
delicta, misericordia motus (in-
quit) dimisit eum, fænusque totum
ei dimisit. Vidisti, quid seruus ora-
uerit, & quantum ei Dominus di-
miserit. Vide iterum & serui inso-
lentiam, debebat enim iuxta tan-
tam misericordiam & indicibilẽ
beneficentiam sibi exhibitam, &
ipse proximo fuisse compatientis-
simus. Verum ipse plane diuerso
modo egit. Egressus enim (inquit)
ille decem millium talentorum de
bitor, & remissionem assequutus.
Audite obsecro, diligenter: nã quę
ei acciderunt, sufficiunt ad corri-
piendas animas nostras, & ad per-
suadendum, vt tollatur grauis ille
morbus é mente nostra. *Hic igitur*,
inquit, *egressus, inuenit vnum è conser-
uis suis, qui debebat ei centum denarios.*
Vide quantum interest. Hic con-
seruus debebat centum denarios,
ille Dominus erat qui repetebat
decem millia talentorũ. Nihilomi
nus quia vidit supplicantem & o-
rantem, dimisit. At iste appren-
sum seruum strangulabat, dicens:
Redde mihi si quod debes. Et quidam
conseruus, qui supplicabat, dixit:
Vide quomodo subinde Euange-
lista verbum, conseruus, versat nõ
temere: sed vt discamus, quod pa-
res illi nihil differebant. Verun-
tamen debitor ei supplicabat, eo-
dem modo, vt ille antea Domino:
Longanimis esto in me, & omnia tibi
reddam. Ille autem (inquit) *egressus,*
coniecit eum in carcerem, donec omne
debitum ei dinumeraret. O summam
ingratitudinem, habebat adhuc
in recenti memoria, quanto Do-
minus liberalitate secum egerat,
neque sic aliqua compassione mo-
tus est: sed prius quidem suffoca-
bat, nunc vero in carcerem coniji-

Vide ingrati tudinis malũ.

A cit. Cæterum vide quid sit. *Vt vide-*
derunt (inquit) *conserui eius, contrista-*
ti sunt: & vt venerunt ad Dominum,
rem ei omnem manifestarunt. Non il-
le quidem, qui ita male affectus e-
rat: aut quomodo potuisset ille, qui
in carcerem coniectus? Sed alij cõ
serui, & qui nulla iniuria affecti,
quasi iniuria affecti, ita mæsti erã,
Dominoque quem accesserunt nar
rauerunt. Iam vide & Domini in-
dignationem. Tunc accersito eo,
inquit, dicit: *Serue male.* Verè hic vi
B dere licet, quantũ malorũ sit, iniu-
riam reminisci. Quoniam cum de-
cẽ millia talenta consumpsisset, nõ
vocauit eum malum: sed nũc, quia
conseruo crudelis fuit. *Male serue,*
inquit, *omne debitum illud remisi tibi,*
quia rogasti me. Vide quomodo de-
clarat excellentem eius malitiam.
Nũ aliquid amplius feci sti? inquit.
Nonne paucula tantum verba di-
xisti, & suscepta petitione tua totũ
illud grãde & indicibile debitũ re-
C misi? *Nonne & te misereri oportebat cõ*
serui tui, sicut ego tui misereri volebam?
Qua dignus eris venia? Ego Domi
nus tantum põdus debitorum pro-
pter pauca illa nuda verba dimisi:
tu autẽ conseruo tuo, qui est eius-
dem naturæ, non es misertus, neq;
inflecti potuisti, neque recordatus
eorũ quæ à me tibi cõcessa, vllam
passionem præ te tulisti: sed inhu-
man⁹ fuisti & crudelis, conseruoq;
misereri noluisti, idcirco hic tan-
dem discres quantorum tibi ipsi ma
D lorum author fueris. *Et iratus Domi-*
nus ei, tradidit eum tortoribus. Vide &
nunc eum irascentẽ ob inhumani-
tatem erga seruũ, & seruis eum tra-
dentem, id quod prius non fecit, cũ
tot debitorum reus esset, nũc fieri
iubet. *Tradidit enim eum tortoribus do-*
nec omne debitum redderet: donec, in-
quit, decem millia talenta, quẽ iam
remissa erant, dinumeraret. Magna
& ineffabilis Dei misericordia,
cum

Malum seruũ vocat crudelem inconser uum.

Deus graui- ter irascitur ob inhumani- tatẽ erga cõ- seruum.

Dei miseri- cordia ineffa bilis; nam pec cata in ipsum commissa ob prece tantũ remittit.

cum in eum quidem peccatum est, ad nudas tantũ præces totũ remittit: cum autem in conseruum videt crudelem, & inhumanum suam reuocat liberalitatem, monstrans illi re ipsa, quod non tantum offensus fuerit quantum seipsum offenderit. Et sicut conseruum in carcerem coniecit, donec debitum redderet: ita ipse tortoribus traditur, donec quod debeat rependat. Hæc de talentis & denarijs nõ absque causa diximus, sed de peccatis erat sermo, & delictorum magnitudine: vt discam⁹, quod nos quidem infinitorũ peccatorum pœnas Domino debentes, propter ineffabilẽ eius misericordiã, remissionẽ ab ipso accepimus. Si vero erga cõseruos, & proximos, & eos qui eandem quam nos naturã sortiti sunt, crudelis & inhumani fuerimus, & quæ in nos commissa sunt non dimittimus sed pro refriuola importuni fuerimus. Quantũ enim interest inter centum denarios, & decem millia talenta: tãtum & inter ea quæ nos in Dominum, & ea quæ alij in nos delinquerunt. Tunc & nos indignationem Domini incidemus, & ea quæ iam antea dimissa erant, oluere iterum in tormentis cogemur. Porrò vt diligenter discamus parabolam hanc ob animarum nostrarum salutem dictã, audi quæ inferuntur. *Sic & Pater vester cælestis faciet vobis*, inquit. *si non vnusquisque fratri suo remiseritis à cordibus vestris delicta eorum.* Si magnum parabolæ lucrum modo attendere voluerimus. Quid enim tãtum poterimus dimittere, quantũ nobis à Domino dimittitur? Et nos quidem si hoc voluerimus, conseruis remittimus, ipsi verò à Domino remissionem accepimus. Et vide vt diligenter singula sunt dicta. Non enim dixit simpliciter: *Si non dimiseritis hominibus peccata.* sed,

A *si non vnusquisque fratri suo à cordibus vestris delicta eorũ.* Aduerte quomodo vult cor nostrũ in quiete & tranquillitate esse, & mentem nostram à perturbationibus alienam, affectionibusq; omnibus liberam, plurimumq; nos erga proximum misericordiæ studium declarare. Et alio quoque loco ite. um dicit. *Si dimiseritis hominibus delicta eorum dimittet & vobis Pater vester cælestis.* Ne igitur putemus aliud, dum benefacimus alijs, quam quod magnum B quoddam beneficium apud illũ deponamus. Nam ipsi sumus, qui beneficio fruimur & multum lucri inde nobis conciliamus: sicut etiã si hoc non fecerimus, omninò nihil eos lędere poterimus, nobis ipsis autem intolerabilem gehennæ pœnam paramus. Idcirco obsecro, vt cogitantes hæc, nũquam admittamus, vt eorũ qui nos contristarunt, vel alias offenderũt, iniuriæ reminiscamur, vel inimico animo C erga eos afficiamur: sed considerãtes quanta hoc nobis afferat beneficia, & quantã apud Dominũ fiduciam: & ante omnia, quod reconciliari cũ ijs, qui nos iniuriã affecere, peccatorum nostrorum absumptio quædam est. Festinemus & anhelemus ad hoc, maxime id lucri cogitantes, vt tam officiosi in eos simus, qui nos offendere, quam sumus in eos qui vere nobis benefaciunt. Nam si sapimus, non ita nobis prodesse poterunt, qui candidi D in nos sunt, dum illorum curam gerimus, atq; in per quos diuino fauore digni efficimur, & peccatorũ sarcinis exoneramur. Cogita obsecro dilecte, quanta sit virtutis magnitudo, & disce vel ex præmijs, quæ propter illã vniuersi Domin⁹ promisit. Nam cũ dixisset: *Diligite inimicos vestros, benefacite eis, qui persequuntur vos, orate pro calũniantibus vos:* Matth. 5. quia sublimia sunt præcepta, summumque

Matth. 6.

mumq; verticē tangentia (inquit) *Vt efficiamini similes Patri vestro qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Vidisti quantum homo possit, cui similis fiat, cum non solum non vlciscitur cū qui offendit, sed & pro eo orare studet? Ne igitur negligētia nostra talibus nos fraudemus bonis, & præmijs quę etiam rationem trascendunt: sed modis omnibus bonorum operum nobis cura sit, cogaturque & erudiatur mens, vt pareat Dei præceptis.

Chrysostomus in priori expositione in 18. cap. Matth. homilia. 62.

PErspicis quantum inter pecca ta, & peccata discrimen est? Quantū enim centum denarij à decem millibus talentibus distant, tā tum, immo vero multo plus ea, quę in hominē peccata, distant ab his quæ in Deū committuntur: quod tū differentia personarum, tum crebritate, immo verò cōtinentia peccandi perspicitur. Nā cum peccantes nos homo quispiā videat, veriti à peccando desistimus: cùm autem Deus quotidie delinquētes perspiciat, nequaquā veremur, sed omnia intrepide facimus atq; dicim⁹, neque hac ratione solū, verumetiā & propter collata beneficia, & honoris gratiā, quo diuinitus prēditi sumus, aduersus Deū delicta grauiora reduntur. At si vultis, latius quo modo decē millia talēta, immo vero multo plura sunt quæ aduersus Deū delinquimus, explanare conabor. Quod quanuis timeam, ne aut his qui ad nequitiā proniores sunt, quiq; cōtinue in luto peccatorum inuolui desiderāt, maiorem licentiā præbeam, aut temperantiores in desperationem inducā, vt velut discipuli dicam, quis potest saluari? Faciam tamen vt qui attente audiunt humiliores, ac tutiores constituantur. Nā qui morbo laborantes incurabili non dolent, etiā sine hac oratione à desidia & ignauia sua non recedent. Quod si etiā hinc maiores causas contemnendi arripient, nō meis profecto verbis, sed amentiæ suæ culpa erit attribuenda. Nam oratio quidem hæc & reprimere, & compungere attētiores facile poterit, & qui moderate viuunt, cum magnitudinem peccatorum intellexerint, & pæniten tiæ vires didicerint, magis proficient. Dicendum mihi ergò est, & ita dicendum, vt quæcunque aduersus Deum cōmittimus, & quæcumque communiter in homines, exponam: quæ autem propria sunt, vnusquisque prout sibi cōscius est, afferat, atque coniungat: sed prius beneficia erga nos Dei breuiter percurram. Quæ igitur sunt beneficia? Creauit nos, atq; produxit cū non essemus, & omnia quę vidētur cælum, terram, maria, aerem, quęque in ipsis sunt, omnia animalia, plantas, semina, causa nostri effecit. Necesse enim est propter infinitā rerum multitudinē capita solū tangere: animam nobis viuentem inspirauit, ac solis talem animam condidit, Paradisum plantauit, auxiliatricem dedit, cunctis irrationabilibus præposuit, gloria & honore coronauit. Cū vero ingratus in benefactorem homo inueniretur, maioribus eum donauit muneribus. Non enim solum considerādum est, quia ex Paradiso ejecerit, sed quid inde quoq; lucri secutum est. Nam posteaquam è Paradiso ejectus est, & post innumera illa beneficia, & varias atque mirabiles dispēsationes, filium quoq; suū ad prævaricatores misit, cęlū eis reclusit, Paradisum reserauit, & filios ex ingratis atque inimicis effecit.

Quare

Quare oppottunum est etiam nũc dicere: O profunditatem diuitiarum & sapientiæ, & cognitionis Dei. Præbuit nobis in remissionem peccatorum Baptismum, eripuit à supplicijs, hæredes regni cõstituit, infinita syncere credentibus bona pollicitus est, manũ porrexit, spiritum in corda nostra insudit. Quomodo igitur post tot, tantaq; spõte sua nobis collata, affici nos erga ipsum oportet? Putas ne si quotidie pro eo, qui nos tam mirifice amat moriemur, condignas posse referre gratias, immo vero minimum quid debiti reddere? Nequaquam. Nam si hoc etiam faceremus, ad vtilitatem nostram id redundaret. Cum vero sic affici deberemus, quo nam pacto ergo ipsum affecti sumus quotidie, immo vero in horas atq; in momenta tẽporis, leges atq; præcepta ipsius cõtemnimus? Sed nolite oro, si liberiorem in peccantes linguam dimisero, iniquiore animo ferre: nõ enim vos solum, sed me quoque ipsum accusabo. Vnde igitur vultis incipiã? A seruis, an à liberis, an à militibus, an à priuatis, an à viris, an à fœminis, an à senibus, an ab adolescentulis? Aqua ætate, aquo genere, aqua dignitate, aquo artificio; Vultis amilitantibus exordiar? An igitur parum isti delinquant, cum in dies atq; horas conuitiantur, maledicant, conuidentur, ex alienis diuentur calamitatibus? Rapaces lupos imitentur, nunquam à delinquendo desistant, nisi quis absque vndis maria esse contendat. Quæ enim passio ipsos non turbat? Aut quæ nam ægritudo animam corũ non obsideat? O qualibus inuident, & inuidentes mirifice se apud eos ostentant: subiectis auarissime vtũtur, his qui alicuius causa coacti, ad eos quasi ad portum refugiunt, tã quam hostes inferũtur. Quot apud eos rapinæ, quot obtrectationes, atq; cauponationes sunt? Quot seruiles adulationes, quot mendacia, quot maledicta? Sed ad singula singulas leges Christi opponamus. *Qui dixerit fratri suo, stulte, reus erit gehennæ ignis. Qui mulierem ad concupiscentiam inspexerit, iam eã in corde suo mœchatus est. Nisi quis humiliauerit sicut paruulus, non intrabit in regnum cælorum*: Isti vero tumorem, atq; arrogantiam aduersus minores, vt eos vehementius timeant, magno studio excercent, ac omni atrocifera crudeliores in eos inueniuntur. Nihil pro Christo, omnia pro ventre, pro quæstu, pro vana gloria faciunt. Putas ne posse nos oratione delicta eorum recensere? Quis posset detractationes, quibus vtuntur, verbis consequi? Quis profusissimum risum? Quis importunas contentiones, quis turpiloquia? Nam de auaritia nihil dicendum est. Etenim quemadmodum in eremo educati monachi, nec quid sit auaritia sciunt: ita & isti auaritiam ignorant, quanuis alio quodam quã illi modo. Nam illi quia longe à morbo absunt, isti quia valde huius passionis ebrietate occupantur, nec sentire quidem morbum hũc possunt. Sic enim hoc vitium expulsa virtute animum ipsorum detinet, vt ne crimen apud insaniẽtes illos esse videatur. Sed his omissis iam ad alios moderatiores veniamus. Age igitur opificũ genus, qui maximo labore atque sudore suo iusti degere videntur, diligenter inuestigemus. Verum & isti, quia parũ sibijpsis attendunt, multa de laboribus suis colligunt mala: vendendo enim ac emendo cõplures iustis operibus iniurias cõiungunt: iurant, deierant, mentiũtur, ac vt multa possideant: totos

Matth. 5.

Matth. 18.

se negotijs secularibus tradunt:& terræ affixi, omnia vt pecunia crescat faciunt, nullam curam de pauperibus habentes. Quid dicam de maledictis,& contumelijs eorum: defænore, de commertijs, quæ more cauponum peragunt? Quid multa? Non alienre magis, quam impudentia ducũtur. Verũ istos quoq; si vultis omittamus, & ad locupletes qui agrorum fætu diuitias acquirunt, quiq; cæteris iustiores videntur deueniamus, quorum iniustitia tanta est, vt si quis penitus inquirat, nihil penè iniurioſius inueniat. Quomodo enim miseris vtuntur agricolis, nonne humanius multo barbari eos tractarẽt? Fame namq; tabescentibus, & per totam insudantibus vitam intolerabilia non erubescunt vectigalia imponere, ac onera,& labores quotidie maiores afferre: & sicuti asinis, immo vero quasi lapidibus, corporibus illorum abuti, nec respirare quidem concedentes: sed siue ager quicquã produxerit: siue non, eodem semper exigunt modo: nihil ei concedentes. Quare quid miserabilius excogitari potest? Tota hyeme laborant, frigore, imbre, vigilijs contriti, nec vacuis solum manibus, verum etiam multa debentes recedunt. Cæterũ omnium fame ac naufragio, procuratorum tormenta, exactiones, & seruitutem intolerabilem reformidant. Quis negotiationes, cauponationesque ipsorũ enarrabit? Ingentia ipsi sudore hominum dolia replent, nec vrceum domum afferre illis permittunt: sed quicquid vinea protulit, in cella condũt vinaria, & argenti aliquid hac de re illis nihil proijciunt. Fænoris inaudita excogitationis genera, quæ nec gentilium quidem legibus comprobantur, mutui literas maledictionis plenas conferi- A bunt. Non enim centesimam totius partem, sed medietatem flagitãt, cum ille qui soluit, & vxorem habeat,& paruulos nutriat, & homo sit: quodquè maximum est, tã aream quam torcular suis laboribus impleat: quorum illi omnium nihil omnino cogitare volunt. Quare oportune Prophetam, vt exclamet induxerimus: Obstupeas cælum,& horresce terra, quia in ferarum mores humanum genus dereusum est. Hæc cum dico, non B artes, non agriculturam, non militiam, non agros, sed nos ipsos vitupero. Nam & Cornelius Cẽturio erat, & Paulus scenofactoriæ artis peritus, quo artificio etiam prædicãdo vsus est. Dauid quoq; Rex fuit,& Iob locupletissimus,& multorum agrorum Dominus, nec horum aliquid impedimẽto illis fuit ad virtutem: quæ omnia probè tenẽtes, & decem millia nobis cum talenta vertentes, saltem hinc videamur, vt pauca illa & villa proximis remittamus. Referenda enim nobis ratio est demãdatis nobis cõmissis, quæ ita negleximus, vt non possimus integram de omnibus reddere rationem, ac ideo bonam atq; facilem ad satisfaciẽdum nobis viam præbuit Deus, qua omnia nostra debita possumus persoluere. Quænã hæc via? Obliuio eorum omnium quæ aduersus te à fratre tuo commissa sunt. Quod vt recte perdiscas, ordine progrediens totam hanc parabolã audi. *Oblatus est enim*, inquit, *debitor decem millium talentorum, quo non habente reddere, iussit eum venundi & vxorem & filios eius*. Cuius rei gratia, dic quæso? Non ex crudelitate certe, nec quia in humanus esset, cum ad se ipsum detrimentum rursus redundaret: è seruis enim suis debitor fuerat: sed quia incredibili cura illius deuictus

hac

hac comminatione ad suplicandũ ne venderetur adducebat. Nam si propter debitum fecisset, non annuisset sanè petitioni debitoris, nec vniuersum ipsi debitũ comdonasset. Quamobrem igitur, antequam ratio sibi oblata esset, debitum non dimisit? Vt non ignoraret seruus quot, quantaq; sibi remitterentur, quorum notitia erga conseruum mitior fieret. Nam si debiti magnitudinem, & mirabilẽ indulgentiæ modum re ipsa expertus conseruum angebat, si tãtopere non fuisset castigatus, quo credulitatis non irruisset? Quid autẽ calamitate oppressus ait? *Patientiã habe in me & omnia tibi reddam. Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum & debitum ei dimisit.* Perspexisti rursus mirabilem exaggerationem misericordiæ: dilationem solummodo temporis, ac prorogationem quandam seruus postulauit, ille autem multo magis quam petijt, videlicet totius mutui donationem vltro præbuit. Ita patet voluisse ipsum, tamen non prius id facere, nisi debitor supplicaret, vt donum non modo suum, verum etiam petitionis illius esse videretur: quod fecit, vt coronam quoque seruus consequeretur: totum tamẽ ad Dominum merito refertur. Nam & si procidit debitor atque rogauit, ex causa tamen indulgentiæ vniuersam rem Domino attribui videmus. Commotus enim misericordia dimisit eum, nec antequam supplicaret, vt cum videretur aliquid ipsum quoque fecisse, non maiore confunderetur rubore, vtq; calamitate sua perductus, facilis ad ignoscendum conseruo fieret: sed ad hoc vsque probus ac placens fuit. Nam nec debitum negauit, & redditurum se vniuersum promittẽs procidit, atque orauit, & quasi vt delinquentem se condẽ

A nauit, cum magnitudinem peccati non ignorauerit. Quæ vero sequuntur, indigna omnino prioribus sunt. Nam cũ exisset, inquit, non multo tempore post, sed confestim beneficij magnitudinẽ ante oculos adhuc habens, tanto munere, tantaque liberalitate Domini abusus est.

Origenes in Matthæum, Tractatu. 7.

B

PRopositum quidem parabolæ vult docere faciles nos esse ad indulgendum eis qui nocuerint nobis, maxime si postquam nocuerint, satisfaciunt nocitis nobis, & deprecentur dari sibi veniam eorum quæ offenderunt. Illud quoq; nos instruit, quod etiam eorũ peccatorum quæ iam nobis à Deo indulta sunt, reuocationem faciet Deus etiam post indulgentiã, nisi indulserimus offendentibus nos ita ex corde, vt nec modicam aliquam memoriam offensionum earum apud nos reseruemus. Post hanc parabolę voluntatem, est quidem & simpliciter per singula verba eam discutere vniuersam, vt negocietur quis ex ipsa dissensione dictorum, qui singula diligẽter inquirit. Est & sublimior expositio & mysterialior, secundum quam rationis est quærere quis est rex, & qui serui, & quod principium ponendi rationem cũ seruis, & quis est debitor talentorum multorũ, & quæ vxor eius & filij eius, & quę omnia eius quæ Rex vendi præcepit vt reddatur debitum de facultatibus eius: quid est egredi eũ qui accepit indulgẽtiam talentorum multorum, vel quis est ille conseruus vnus, qui non Patrifamilias, sed seruo indulgentiam debitorum suorum consecuto debebat,

C

D

bat:& quid sibi vult numerus centum denariorum,& quid est effocare & dicere, *Redde quod debes*: & quis est illi carcer in quem conseruum suum detrusit indulgentiam consecutus talentum multorum:& qui conserui,qui sunt cõtristati & Domino nunciantes omnia facta, & qui sunt tortores quibus traditus est is qui conseruũ suum detrusit incarcerem, & quomodo reddidit tortoribus traditus omne quod debuit, vt iam nihil deberet.Iam nunc propositam expositionem tangamus. *Simile est* (inquit) *Regnum cælorum homini regi*. Si regnum cælorum assimilatum est cuidam homini regi,videamus in primis quid sit hoc ipsum regnũ cælorum quod assimilatum est homini regi,nisi filius Dei. Ipse est enim regnum cælorum. Et sicuti ipse est sapientia, ipse est iustitia & veritas, ita ipse est Regnum. Regnum autem non alicuius eorum qui sunt deorsum,nec quorũdam eorum qui sursum habentur, sed omnium qui sunt sursum qui appellati sunt cæli. Secundũ hoc dicere potes,quoniam ipsorum est CHRISTVS secundũ quod ipse est Regnum, regnans quotidie insensibus eorum, sicut est regnans & Iustitia & Sapientia & veritas cæteræq; virtutes, in eo qui factus est cælum per hoc quod portauit cælestis imaginẽ. Hoc ergo regnum cælorum quando factum est in similitudine carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatũ: tunc similis factus est homini Regi vniens eum sibi,& per omnia faciens eum sibi vnum:& secundum hoc mysterium suscepti hominis factus est Iesus Christus,quoniam qui coniungit se DOMINVS, fit spiritus vnus cum eo. Hoc itaque regnum cælorum quod assimilatum est homini Regi, perantici

A patione dicitur,quia, *Voluit ponere rationem cum seruis suis*. Nondum enim ponit. Positurus est autem, vt appareat quomodo vnusquisq; Domini sui & regis probabilibus & intellegibilibus pœcunijs vsus est. Quas quidam quidẽ amplius, alius autem accipit minus,secundum enim virtutem vniuscuiusq; alij quidem dantur quinque talenta,quasi tantum sufficienti tractare,alij autem duo,quasi minus po-

B tenti,alij autem vnum, quasi adhuc impotentiori. Et si quis consideret varietatem humanarum animarum, & ingenia hominum distantia inter se,quoniam iste quidẽ facit ad plures virtutes, illi autem ad pauciores, alius vero ad istas facit,ad illas autem non facit, forsitam intelligere potest quomodo vnaquæque anima venit cũ aliquiquibus dominicis pecunijs in hunc modum. Adhuc autem

C quæres vtrũ omnes homines serui sunt Regis huius, aut quidam quidem serui,quos præsciuit & prædestinauit, alij autem non serui, sed qui negotiantur cum seruis. De quibus & dicitur cuidam seruo. *Num oportebat te dare pecuniam meam ad mensam, vt ego veniens cum vsuris recepissem eam?* Et sic requires Matth.25.
vtrum extra seruos habentur, à quibus cum vsuris promitti se recepturum Dominus, non solũ qui sunt alieni à fide,sed etiam credẽ-

D tium quidam: serui autem hi soli quantum ad istas parabolas, qui dispensatores verbi habentur, & quibus hoc est commissum,vt negocientur & fœnerent.Nec enim omnibus consequens est intellegere dictum,Negociamini donec re deo.Et sequitur,vt cum posita fuerit ratio cum seruis, requirantur etiam quæcunq; fecerunt serui ad eos qui extra domum fuerant Regis. Nec enim conseruus inueni-

tur

tur fuisse villico illi iniquitatis, qui centum tritici choros debebat, aut centum olei batos, secundum quod ipse villicus manifestat dicens: *Quantum debes Domino meo?* Et non dixit Domino nostro. Intellige autem mihi omnem quidē actum bonum lucrum dici, malū autem dispendium. Et sicut est differētia inter lucrum & lucrum pecuniarium: sic & in bonis operibus differentia est inter bonum opus & bonum: sic differentia est inter malum opus & malum. Quorum differentiam solus Deus scit, qui potest talia ista discutere, & ex ipso affectu verborum vel actuum videt quæ nostra ex nobis videntur, sed non sunt ex nobis: & quod est opus magnum lucrū, vel quod mediocre, vel quod exiguum: è cōtrario quod peccatum, magnum dispendium inuenitur cum ratio ponitur, vel quod minimum, vel quod est damnum nouissimi quadrantis. Omnis ergo vitæ nostrę ratio est ponenda à rege, quando omnes nos præsentari portuerit ante tribunal CHRISTI, vt reportet vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum: & adducetur ad rationem etiam omne verbū otiosum quod locuti fuerint homines, vel si quis aliquando potauerit aliquem calicē aquæ frigidæ tantum in nomine Discipuli. Hæc autem non sic putamus, quasi opus habentia multo tempore vt ponatur nobis ratio de omnibus actibus vitæ nostræ: vt suspicio sit Rege ponente singulis in tanta seruorum multitudine rationem, ne forte res ipsa necessarium habeat longum tempus quoadusquè ad finem perueniant omnia, quæ ab initio mūdi vsque ad consumationem seculi non vnius, sed multorum seculorum sunt gesta ab omnibus. Sed

Lucæ.16.

2.Cor.5.

Matth.10.

A non est ita. Volens enim Deus vētilare omnium mentes, vt vnusquisque sentiat proprios actus bonos vel malos, cito omnia ab omnibus omni tempore gesta singulis quibusque facient in mente in effabilitate quadam virtute. Nec enim sicut nos volentes in mente facere alicui ea quæ fecit, opus habemus tempore sufficienti ad consummationem eorum quæ dicuntur à nobis, & in memoriam rediguntur: sic & Deus opus habet tēpus volens nobis in mente facere omnia quæ gessimus in vita, vt cognoscentes vniuersa quæ fecimus, intelligamus, propter quæ aut punimur aut honoramur. Si quis autem celeritati Diuinæ virtutis circa hæc omnia consummāda non credit, hic nondum intellexit Deum, qui omnia fecit, & nō indiguit spacio temporis alicuius ad faciendam cæli & terræ & omnium quæ in eis sunt creaturam. Nam & si videtur in sex diebus fecisse omnia Deus, maxime quia dicit. Hic est liber generationis cæli & terræ, qua die facta sunt cælū & terra: audiendum est tamen & dicendum, quoniam tempus futuri iudicij non opus habebit spatio temporis, sed sicut resurrectio dicitur futura in momento, in ictu oculi, sic puto & iudicium fore. Post hæc videamus quid est quod ait. Incipiente eo ponere rationē, *Oblatus est ei debitor vnus multorum talentorum.* Initium iudicij est incipiens à domo DEI, qui dixit sicut scriptum est in Ezechiele, Angelis, qui constituti fuerant super pœnas. A sanctis meis incipite. Quod initium ictui oculi simile est: quoniam in ictu oculi omniū Sanctorum acta considerans iudicat eos. Sic & tempus ponendæ rationis erit, quod concipitur mēte. Nec enim obliti sumus quæ di-

B

C

D

Genes.1.

2.Cor.15.

1.Petri.4.

Ezechiel.9.

cta sunt supra de debentibus plura. Propter quod non quidem scriptum est, ponente autem eo rationem: sed ita Incipiente autem ponere rationē. Oblatus est in principio ponendæ rationi debitor multorum talentorum, qui ad millia multa fecerat damna, & magna quidem ei erant inuicta, & creditus multa nullum Domino attulit lucrum, ita vt debitor efficeretur multorum talentorum. Et forsitan ideo multorum talentorum factus est debitor, quoniam secutus est mulierem super talentum plumbi sedentem, cuius nomen iniquitas. Intellige autem vnum quodque maximum peccatum dici talentum damni dominici, qualia peccant fornicatores, adulteri, molles, masculorum concubitores, idolatræ, homicidę, sicut & iste nihil modicū, sed omnia magna & pessima peccauit, qui oblatus est Regi. Qui forsitan tot talenta perdidit, quantos perdidit homines, qui receperunt eum in se talia operantem peccata, grande est enim hoc & honorabile vir misericors, & honorabile quasi talentū dignum siue aureum, qualis fuit lucerna illa talenti aurei, siue argenteum talentum, aut cuiuslibet alterius metalli intelligibilis, quorum mysteria in verbis dierum scripta habentur: sicut & Dauid dicatus talentis multis, quorum & numerus est ostensus in talentis aureis tantis, & argenti tantis, & reliquorum metallorum quæ illis nominantur, ex quibus fabricatū est templum. *Et cum non haberet vnde redderet, iussit eum vendi & vxorem eius & filios eius & omnia eius & reddi debitum.* Opus est ergo dicere secundum volūtatē CHRISTI, quis est debitor talentorum multorum, & quæ vxor eius, & qui filij eius, & omnia eius, quis est debitor qui ipsi debitori debebat, & qui conserui videntes hunc quidem effocantem, illum autem effocari. Et sicut est quidē, vere confiteor neminem exponere posse, nisi solum Christum, qui Discipulis suis omnia secreta soluit, veniens in sensum eorum, & aperiens eis parabolarum thesauros, obscuros, secretos, inuisibiles, & confirmans demonstrationibus indubitabilibus, aut eum quē voluerit illuminare scientiæ lumine, vt intelligat omnia parabolæ huius: siue autem potest esse diabolus, siue homo peccati, siue & neuter eorum, aut alius aliquis eorū qui sub diabolo sunt. Est enim sapientiæ hoc opus. Quando autem secundum parabolam homo Rex voluit ponere rationem, videre est dignum, ad quod tempus quæ dicuntur referre debemus. Si enim post consummationem, aut sub ipsa consummatione secundū tempus sperati iudicij, quomodo quis soluet quod dicitur de eo qui denarios centum debebat, & effocabatur ab eo qui multorum talētorum veniam fuerat consecutus? Si autem ante iudicium, quis potest ostendere positam rationē ab homine Rege cum seruis suis? Dicimus igitur, quoniam videtur de temporibus iudicij prædictis hoc fore. Probatio autē huius est vna quidem parabola istius ipsius Euāgelij posita in extremo: altera autem secundum Lucam. Sed ne exponentes eam prolongemus sermonem, breuiter dicimus quoniā parabola quidem secundum Matthæum. *Homo quidem peregre profectus vocauit seruos suos, & tradidit eis substantiā suam, & alij quidē dedit quinque, alij autem duo, alij autem talentum vnum. Et post multum tempus reuersus est Dominus seruorum eorum.* Et his ipsis sermonibus scriptum est, quoniam

Zach. 5.

Matth. 25.

niam posuit rationem cum seruis suis. Considera ergo quod ait. Et posuit rationem cum eis, & confer cum isto quod dictum est. *Incipiente autem eo ponere rationem*: & videbis quoniam peregrinationem quidem Patrisfamilias appellauit tempus secundum quod donec sumus in corpore peregrinamur à
2.Cor.25. Deo: aduentum eius, quando post multum tempus venit Dominus seruorum, tempus esse iudicij cũ venerit in consummationem. Secũdum Lucam autem clarius ma-
Luce.19. nifestat, quoniam. *Homo quidam nõbilis profectus est in regionem longinquam accipere sibi regnum & reuerti. Proficiscens autem vocauit decem seruos suos, & dedit illis decem mnas, & dixit eis. Negociamini dum venio.* Iste autem nobilis vir, qui odiebatur à ciuibus suis, qui miserant legationem post eum, nolentes eum regnare super se, reuersus est regno accepto, & vocauit seruos quibus dederat pecuniam, vt videret quæ esset negociatio eorum. Quis ergo non dicat quoniam nobilis ille homo qui abierat in regionẽ longinquam accipere sibi regnũ, & reuerti, Christus est, qui abijt accipere regnum & mundi & omnium quæ in eis sunt? Quia autem decem acceperant mnas sunt quibus dispensatio verbi credita est. Ciues autem eius secũdum quod natus fuerat in hoc mundo, & susceperat humanam naturam, qui noluerant eũ regnare, Iudei sunt qui ei credere noluerunt, & cæteri infideles. Hæc retulimus ex eis volentes ostendere, quoniã & hoc quod dicit. *Qui voluit ponere rationẽ cum seruis suis*, ad tempus consumationis refertur, quando etiam rex est regno accepto: quo accepto voluit ponere rationem cum seruis suis, & incipiente eo ponere: *Oblatus est ei vnus debitor talentorum*

A *multorum.* Oblatus est autem quasi regi à suis ministris videlicet Angelis. Et forsitan vnus est iste cui commissa fuit quædam villicatio magna: & quia non bene villicauit, sed dispersit omnia sibi commissa, quasi factus debitor talentorum multorum. Hic nõ habens vnde redderet, iubetur venundari à rege, cum vxore & communicans factus est Patri multorum.
B Opus est autem non mediocre videri in intelligentibus Patrem & matrem & filios. Sicut enim Ierusalem quæ sursum est. Pauli & omnium similium ei: sic mater est quorundam quidẽ Syenæ Ægypti vel Memphis, aliorum autem Tyrus & Sydon: & cæteræ ciuitates quæ nominatæ sunt in scripturis gentium impiarum. Et sicut Ierusalem sponsa est ornata viro suo CHRISTO, sic & illæ matres virorum quorundam possidentiũ eas, coniuges sunt, vel sponsæ. Et
C sicut sunt quidam filij Ierusalem quasi matris, & Christi quasi Patris, sic sunt quidem filij Syenes vel Memphidis, vel Tyri, vel Sydonis, & præpositorum eis principum quasi patrum. Et forsitan & iste vnus qui oblatus est homini regi habet vxorem & filios: quos primum quidem iussit rex venundari: postea autẽ misertus dimisit ei omne debitum non ignorans futura, sed vt nos discamus quod
D actum est. Vnusquisq; ergo habentium secũdum quod diximus vxorem, vel sponsam, vel filios, daturus est rationem cum venerit rex ponere rationem, & si in initio ponendæ rationis oblatus est. Vnusquisque enim eorum habet & debitores, quasi Princeps alicuius vel Syenes, vel Memphidis, vel Tyri, vel Sydonis, vel alicuius huiusmodi. Iste ergo dimissus est, & indulgẽtiam consequutus exiẽs

à rege inuenit vnum de conser-
uis suis, qui debebat ei denarios
centum, & effocabat eum dicens:
Redde si quid debes. Ideo arbitror ef-
focabat eum, quoniam à Rege
exierat, nec enim effocaret con-
seruum suum, nisi excessisset à Re
ge. Adhuc considera subtilitatem
Scripturæ, quoniam seruus quidē
multorum talentorum debitor,
procidens adorauit Regem quasi
Regem, qui acceperat regnum, &
venerat ad rationem ponendam.
Qui autem centum denarios de-
bebat, procidens non adorauit,
sed rogauit conseruum dicens: *Pa
tientiam habe in me, & omnia reddam
tibi.* Et Rex quidem misertus di-
misit eum cum debito vniuerso,
iste autem nec misereri voluit suo
conseruo. Et ille quidem & prius
quam dimitteret non misit in car
cerem debitorem talētorum mul-
torum, sed iussit eum venundari,
& vxorem, & filios eius, & reddi
debitum. Iste autem vadens in car
cerem misit conseruū, donec red-
deret quod debebat. Sunt autē &
conserui quidam eius qui indul-
gentiam est consequutus talento-
rum multorum: qui videntes quæ
facta sunt à seruo immisericorde,
habentes videlicet misericordiā
similem regis, contristati sunt val
de super eum qui centum debebat
denarios, & in carcerē fuerat mis-
sus: & volentes iuuare missum in
carcerem, enarrauerant Domino
quæ fuerant facta. Et vide quia nō
est scriptum; detraxerunt vel di-
xerunt, *sed enarrauerunt.* Et tunc vo
cans eum Dominus eius, dixit ei
quod non dixerat prius. Sicut e-
nim pius & misericors Rex non
dixit in primis sibi ei oblato quasi
debitori talentorum multorum,
serue nequam & male: hoc enim
reseruauit, vt non de pecunijs, sed
de conseruo in carcerem misso di
ceret. Tunc autem & impropera-
uit ei de indulgentia debito-
rum donata propter petitionem.
Vide autem & humilitatem Re-
gis, quoniam aliud quidem fecit
debitor talentorum multorum,
aliud autem nominat Rex. Debi-
tor enim ille procidens adorauit
eum dicens. Dominus autem eius
& Rex vocans eum non dixit:
Omne debitum dimisi tibi, quoniam
odorasti me: *Sed quoniam rogasti me.*
*Et iratus tradidit eum tortoribus, donec
redderet omne debitum.* Et iam non
iussit eum venundari, & vxorem
eius, & filios eius, quia peius eum
oportuerat pati, propter mali-
tiam suam traditum tortoribus,
donec redderet omne debitum
tortus ab eis.

Athanasius in suis quæstionibus, quæst. 37.

SIMILE factum est regnum cælorum homini Regi, qui cum seruis rationem subducere voluit. Quis est ille Rex? Deus. Quis debitor decem mille talentorum? Homo, qui multis peccatis immersus, Diuinæ tamen est longanimitatis particeps. Quis centum denariorum debitor? Subditus seruus eius qui talentorum debebat decem millia, qui & ipse quidem Dei longanimitatem consequutus, crudelis tamen ac durus erga conseruum suum visus est.

(?)

Augustinus

Augustinus quæstionum Euangeliorum lib. 1. quest. 25.

QVOD oblatus est Domino debitor decem millium talẽtorum, & iussit eum venundari, & vxorẽ eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Intelligẽdum est decem præceptorum Legis eum fuisse debitorẽ: & pro cupiditate atque operibus suis tanquam vxore & filijs pœnas soluere debuisse, quod est pretium eius: pretium enim venditi, suppliciũ damnati intelligitur. Quod dixit. Noluit ignoscere conseruo suo, sed abijt & misit eum in carcerẽ, & reliqua, Intelligendum, tenuit contra eum hunc animum, vt supplicia illi vellet, Conserui autem, qui narrauerant Domino quæ fiebant, potest intelligi Ecclesia, quę & illum soluit, & illum ligat.

Hieronymus in Matthæum, lib. 3. cap. 18.

IDEO assimilatum est regnum cælorum homini Regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Familiare est Syris, & maxime Palestinis ad omnem sermonem suum parabolas iungere: vt quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus nõ potest, per similitudinem exemplaq; teneatur. Præcepit itaq; Petro sub comparatione regis & Domini: & serui: qui debitor decem millium talentorum, à Domino rogans, veniam impetrauerat: vt ipse quoq; dimittat conseruis suis minora peccantibus. Si enim ille Rex & Dominus seruo debitori decem millia talentorum tam facile dimisit: quanto magis serui conseruis suis minora debent dimittere? Quod vt manifestius fiat, dicamus sub exemplo: Si quis nostrum commiserit adulterium, homicidium, sacrilegium, maiora crimina decem millium talentorum, rogantibus dimittuntur, si & ipsi dimittant minora peccãtibus. Sin autem ob factam contumeliã simus implacabiles, & propter amarum verbum perpetuas habeamus discordias: nonne nobis videmur recte redigendi in carcerem: & sub exemplo operis nostri hoc agere: vt maiorum nobis delictorum venia non relaxetur. *Et cum cæpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debebat decem millia talentorum. Cum autem non haberet vnde redderet iussit eũ Dominus venundari & vxorem eius & filios: & omnia quæ habebat, &c.* Scio quosdam istum qui debebat decem millia talenta, diabolum interpretari: cuius vxorem & filios venundatos perseuerante illo in malitia, insipiẽtiam & malas cogitationes intelligi volunt. Sicut enim iusti vxor, dicitur sapientia: sic vxorem iniusti & peccatoris, appellari stultitiam. Sed quomodo ei dimittat Dominus decem millia talenta: & ille nobis conseruis suis centum denarios non dimiserit: nec Ecclesiasticæ interpretationis est, nec à prudentibus viris recipiendæ.

Theophylactus in 18. capit. Matthæi.

IDEO assimilatum est regum cælorum homini Regi, qui voluit conferre rationem cum seruis suis. Mens parabolæ est, vt veniam demus conseruis in nos delinquentibus: præsentim si illi veniam ante nos procidentes petant. Studiosorum fuerit particulatim singula examinare, sed aggrediamur & nos. Regnum,

num, est Dei sermo: sed non paruũ quoddam regnum, sed cælorum. *Similatum est igitur homini regi*, Incarnatus est enim propter nos, & in similitudinem hominum factus. Confert autem rationem, vti bonus iudicãs illos. Non enim absq; iudicio puniret, hoc enim crudelitatis foret. Et quum cæpisset conferre: *Oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talentorum.* Cæterum quum is non esset soluendo: *Iussit eum Dominus venundari, & vxorem eius & liberos, & omnia quæ habebat, & fieri solutionem.* Decem millium talentorum debitores nos sumus, qui quotidie multis beneficijs afficimur, & nihil boni rependimus Deo. Decem mille talentorum debitores sunt, & qui populi præfecturam susceperunt (vnusquisque enim homo magnum talentum est) & deinde non bene funguntur principatu. Vendi autem cum vxore & familia, signat alienationem à Deo, qui enim vẽditur, alterius Domini fit. Quid autem si vendatur vxor, caro scilicet, quæ est coniux animæ, & pueri, opera quæ male fiunt à corpore & anima. Iubet igitur carnem dari Sathanæ in interitum, hoc est, moribus vel passioni dæmonis. Similiter & filios, operatiuas dico virtutes malorum ligari, vt manus alicuius furto dedita, eam Deus aridam facit, vel constringit per dæmonem aliquem. Ecce mulier caro est, & filij operationes malæ, traditæ sunt afflictioni vt spiritus saluetur. Non potest enim tunc ad furtum cooperari homo ille. *Procidens autem seruus ille, adorabat illum, dicens: Domine, esto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Misertus autem Dominus serui illius, absoluit eum, & æs alienum remisit ei.* Vide pœnitentiæ robur, & misericordiam Domini. Pœnitentia enim facit seruum cadere à malitia, qui firmiter in illa stabat, nec venia dignus erat. Misericordia autem dimisit omnino debitum, tametsi seruus non omnia remitti, sed prorogari ipsis peteret. Disce igitur quod Deus plura dat quam petimus, quia tanta est misericordia Domini, vt & id quod admodum durum videbatur, nempe quod iussit vt venderetur ille, non ex duritia dixit, sed vt respicere faceret seruum, & persuaderet illi, vt ad preces se & obsecrationem conuerteret.

Rabanus de vniuersis. libr. 4.

DEBITOR decem millium talentorum: significat homines qui Deo sunt obnoxij per transgressionem decem præceptorum. Sed sicut nobis poscentibus à Domino peccata relaxantur, ita vt vnusquisque nostrum dimittere debet exemplo Domini ne dum minima debita in nobis peccantibus non concedimus maiora nostra ex soluere cum vsuris pœnarum cogamur.

(?)

TEX-

TEXTVS.

EGRESSVS autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: Et tenens suffocabat eum, dicēs redde quod debes & procidens conseruus eius rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddā tibi. Ille autem noluit, sed abijt & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt & narrauerunt Domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum Dominus suus, & ait illi, serue nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogastime: Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus eius, tradidit eū tortoribus, quoadusque redderet, vniuersum debitum Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

Cyprianus de oratione Dominica.

POST hoc & pro peccatis nostris precamur dicentes: *Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.* Matth. 6. Post subsidium cibi, petitur & venia delicti, vt quia à Deo pascitur, in Deo viuat, nec tantum præsenti & temporali vitæ, sed æternæ consulatur, ad quam venire potest, si peccata donentur quæ debita Dominus appellat, sicut in Euangelio suo dicit: *Dimisi tibi omne debitum, quia me rogasti.* Quam autem necesse, quam prouidenter, & salubriter admonemur, quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, vt dum indulgentiā de Domino petitur, conscientiæ suæ animus recordetur. Ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur & docetur peccare se quotidie, dū quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique & Ioannes in Epistola sua monet dicens: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est Dominus, qui nobis peccata dimittat.* 1. Ioan. 1. In Epistola sua vtrunq; complexus est, quod & rogare pro peccatis debeamus, & impetremus indulgentiam cū rogamus. Ideo & fidelē dixit Dominum ad dimittenda peccata, fidem pollicitationis suæ reseruantem. Quia qui orare nos pro debitis & peccatis docuit, paternā misericordiam promisit & veniam secuturam. Adiunxit plane & addidit legem, certa nos conditione & sponsione constringens, vt sic nobis dimitti debita postulemus, secundum quod & ipsi debitoribus nostris dimittimus: scientes impetrare non posse, quod pro peccatis petimus, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus.

Matth.7. mus. Id circo & alio in loco dicit: *In qua mensura mensi eritis, ni ea remetietur nobis.* Et qui seruus post dimissum sibi à Domino omne debitum, conseruo suo noluit ipse dimittere, in carcerem r ligatur. Quia indulgere conse ruo suo noluit, quod sibi à Do nino indultum fuerat, à misit. Q æ adhuc fortius Chri s in præceptis suis maiore censura, suæ vigore prædixit: *Cum steteritis* (inquit) *ad orationē, remittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & Pater vester qui en cælis est, remittat peccata vobis: si autem* Marcij.11. *vos non remiseritis, neque Pater vester qui in cælis est remittet peccata vobis.* Excusatio tibi nulla in die iudicij super est, cum secundum tuam sententiam iudiceris, & quod feceris, hoc & ipse patiaris. Pacificos enim & concordes atque vnanimes esse in domo sua Deus præcepit, & quales nos fecit natiuitate fecunda, tales vult renatos perseuerare, vt qui filij Dei esse cæpimus, in Dei pace maneamus, & quibus spiritus vnus est, vnus sit & animus & sensus: sic nec sacrificiū Deus respit. Disidentis & ab alteri reuertentem prius fratri reconciliari iubet, vt pacificis precibus & Deus possit esse placatus. Sacrificium Deo maius est pax nostra, & fraterna concordia, & de vnitate Patris & Filij & Spiritus sancti plebs adunata. Neque enim in sacrificijs quæ Abel & Cain primi obtulerunt, munera eorum Deus, sed corda intuebatur, vt ille placeret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus & iustus, dum Deo sacrificat innocenter, docuit & cæteros quando ad altare munus offerunt, sic venire cum timore Dei, cum simplici corde, cum lege iustitiæ, cum concordiæ pace. Merito ille dū in sacrificio Dei talis esset, post modum sacrificium Deo factus est, vt martyriū primus ostendens, initiaret & sanguinis sui gloria Dominicam passionem, qui & iustitiam Domini habuerat & pacem. Tales deniq; à Domino coronātur, tales in die iudicij cum Domino iudicabunt. Cæterum discordans & disidēs, & pacem cum fratribus non habens, secundum quod Beatus Apostolus & Scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis fraternę poterit euadere, quia scriptum est: *Qui fratrem suum odit, homicida est,* nec ad regnum cælorū peruenit, vt cum Deo viuat homicida. Non potest esse cum Christo, 1.Ioan.3. qui imitator Iudæ maluit esse, quā Christi.

Augustinus de Baptismo cō tra Donatistas: lib.1.c.12.

Nota. Peccata semel dimissa redire.

NAN redire dimissa peccata vbi fraterna charitas non est apertissime Dominus docet in Euangelio de illo seruo, quem cum inuenisset debitorem decem millium talentorum, deprecanti omnia dimisit, Ille autem conseruum suum, qui ei debebat centum denarios, cum miseratus non fuisset, iussit eum Dominus reddere quę ei dimiserat. Tempus ergo, quo accipitur indulgētia per Baptismum, tanquam tempus est reddendæ rationis, vt omnia debita, quę inuenta fuerint, dimittantur. Non tamen ille seruus postea dedit cōseruo suo mutuam pecuniā, quam cum ille non posset reddere, non eius misertus est, sed iam ei debebat conseruus eius, cū ipse rationem Domino suo reddens, tanti numeri debito solueretur, nec dimiserat conseruo suo quod ei debebat: & sic accesserat vt ei dimitteret

dimitteret Dominus. Hoc indicant vesba conserui dicentis: *Patientiam habe in me & omnia reddam tibi.* Alioquin diceret, iam mihi hoc dimiseras, cur iterũ repetis? Hoc & ipsius Domini verba manifestius aperiunt. Ait enim: *Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios.* Non dixit, cui iam debitum centum denariorum dimiserat. Si enim dimiserat, non ei debebat. Quia ergo dixit, debebat ei, manifestum est quod non dimiserat: Et melius quidem fuerat, atq; hoc potius congruebat tanto debitori reddituro rationem, & expectanti misericordiam Domini sui, vt prior ipse conseruo dimitteret quod ei debebatur: & sic ad rationem reddendam, vbi misericordia Domini imploranda erat accederet. Nec tamen illud quod nondum conseruo dimiserat, impediuit dominum eius, quominus in illo tempore accipiendæ rationis dimitteret ei omnia quæ debebat. Sed quid pro fuit quando quidem in caput eius propter odiorũ perseuerantiam rursus omnia continuo replicata sunt? Sic non impeditur baptismi gratia quominus omnia peccata dimittat, etiã si odium fraternum in eius cui dimittuntur animo perseuerat. Soluitur enim hesternus dies, & quicquid super est soluitur ipsa hora momentumque ante baptismum & in baptismo. Deinceps autem reus esse continuo incipit, non solum consequẽtium, sed etiam præteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus quæ dimissa sunt peccatis: & hæc sepe contingunt in Ecclesia.

(?)

A *Hieronymus in Matth. lib. 3. cap. 18.*

FORMIDOLOSA sententia, si iuxta nostram mentem sententia DEI flectitur atq; mutatur. Si parua in fratribus non dimittit ius, magna vobis à Deo non dimittentur. Et quia potest vnusquisque dicere: nihil habeo contra eum, ipse nouit: habet DEVM iudicem: non mihi cu-
B ræ est, quid velit agere, ego ignoui ei, confirmat sententiam suam: & omnem simulationem fictè pacis euertit, dicens: *Si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.*

Hilarius in Matth. Canone, 18.

SED vt irasci his qui in nos peccant, quoties irascendi necessitas extiterit, desinamus, quæ
C vtiq; veniæ assiduitas docet, nullum omnium omninò penes nos iræ tempus esse oportere, quando omnium omninô peccaminum veniam DEVS nobis suo potius munere quam nostro merito largiatur. Neque enim fas est nos ex præscripto legis dandæ veniæ numero concludi, cum per Euangelij gratiam sine modo nobis à Deo fuerit indulta. Quin etiam ad perfectæ bonitatis affectum
D comparationis posuit exemplum, in quo seruo vnde redderet non habenti omnne Dominus debitum relaxauit, conseruoque suo seruus ille exiguum, quod sibi debebatur extorquens per hoc volũtatis suæ vitium, donum munificẽtiæ Domini & liberalitas amisit. Absoluta autem comparationis eius est ratio, atque ab ipso Domino omnis exposita est.

Theophylac.

Theophylactus in 18. capit. Matth.

EGRESSVS vero seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat sibi centum denarios & iniecta in eum manu, obsorto collo trahebat, dicens: Solue quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum dicens: Esto patiens erga me, & omnia reddam tibi. At ille nolebat, sed abijt, & coniecit eum in carcerem, donec redderet debitum. Egressus ille qui veniam obtinuerat, & strangulat ac premit conseruum. Nullus enim qui in Deo manet, compassionis expers est: sed ille egressus erat, & à Deo nunc alienus erat. Magnæ autem erat crudelitatis. Erant ei decem millia talentorum remissa, & longe pauciora, centum scilicet denarios omnino nec remittere, nec prorogare tempus dinumerandi volebat, tametsi conseruus eadem verba diceret, quæ & ille ad Dominum, misericordiam Domini in memoriam illi reducens. *Porro, quum vidissent conserui eius, quæ fiebat, indoluerunt valde, & venerunt, aperuerunt; Domino suo omnia quæ facta fuerant.* Videntur hi conserui esse Angeli, osores mali & amãtes boni, non quod ignoranti Domino hæc dicerẽt, sed vt tu discas, quod Angeli sint, & quod in humanis & immisericordibus indignentur.

A Tunc accersiuit illum Dominus suus, & ait illi: *Serue scelestè, totum debitum illud remisi tibi quum obsecrasses me, Nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus erã? Et irat⁹ Domin⁹ eius, tradidit eũ tortoribus, quoadusque redderet totũ quod debebatur sibi.* In iudicium intrat cum seruo Dominus propter misericordiam: vt ostendat quod non ipse, sed serui crudelitas & ingratitudo donationem irritet.

B Quibus autem tortoribus traditi? Forte potestatibus punitricibus, ita vt perpetuo puniretur. Quousque Reddat, quod debebatur, hoc significat, quod tandiu puniatur donec reddat: nunquam autẽ reddet quod debebat, videlicet pœnã quam meruerat, semper ergo punietur. *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si nõ remiseritis quisq; fratri suo de cordibus vestris delicta eorum.* Non dixit, Pater vester, *Sed Pater meus.* Indigni enim sunt tales, qui Deum habeant Patrem. De cordibus autem vult remitti, nõ de ore duntaxat. Cogita igitur quantum malum sit vindictæ cupiditas: quãdo quidẽ etiam donationem Dei reuocat & irritat, tametsi dona Dei ea sint, quorum non pœniteat illum, reuocantur tamen hac ratione & irritantur.

C (?)

DOMI-

DOMINICA VIGESIMA SECVNDA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Matth. 22.

TEXTVS.

TVNC abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent Iesum sermone. Et mittunt ei Discipulos suos cũ Herodianis, dicentes: Magister, scimus, quia verax es, & viã Dei in veritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo; Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, Quid tibi videtur? Licet censum dare Cæsari, an non?

Origenes in 22 cap. Matth. Tract. 21.

VOLVNTAS loci præsentis secũdum textum talis mihi videtur. Iudæi propriam habentes conuersationem ex lege, extraneam ab omni conuersatione gentium, & habentes præceptum quod ait, Vsque ad mortem certa pro veritate, & Dominus pugnauit pro te, ideo contradicebant gentibus dominantibus sibi, vt non transgrederẽtur legem Dei: & frequenter radicitus interire periclitati sunt sub Romanis volentibus statuam Cæsaris introducere in templum Dei, resistentes & prohibentes fortiores super A se factos propter peccata. Inuenimus autem in historia Iudaica, quod in tempore Tiberij Cæsaris sub Põrio Pilato periclitatus est Populus, Pilato quidem cogente vt susciperent statuam Cæsaris in templo, Iudęis autem & supra vires suas resistentibus. Similiter autem scriptum est factum & in tẽpore Caij Cæsaris. Existimamus ergo quoniam quandiu quidem speculabatur populũ illum Deus circumdatus fuerat sepe Dominicæ tuitionis, quasi vinea Domini Sabaoth, nihil huiusmodi contingebat eis. In primis autem ipse Pilatus cui tradiderant Christum, ausus est populũ inquinare, quod grauius erat captiuitatibus vniuersis. Quoniam omnis captiuitas, quam frequẽter sunt passi, corporis B

Populus Iudaicus periclitabatur, eo quod Cæsaris statua, à Pilato in templo ponebatur.

poris erat vexatio: introductio autem statuæ in templum, animarũ erat interitus. Et in tempore ergo Christi, quando tributum iussi sunt dare Romanis, cogitatio & consilium erat apud Iudæos, vtrũ deberent qui Dei populus erant, & portio eius, tributum dare principibus: aut potius pro libertate bella suscipere, nisi permitterentur viuere sicut ipsis placebat. Et refert historia quod Iudas quidẽ Galilæus, cuius memor est & Lucas in actibus Apostolorum, auellens multam multitudinem Iudeorum, docebat nõ oportere Cęsari dare tributum, neque Dominum Cæsarem appellare. Qui autem erat in tẽpore illo Tetracha, suadere populo festinabat, vt statui præsenti consulerent, & non voluntarie contra fortiores susciperent bellum, sed acquiescerent dare tributum. Et sermo quidem Euangelij præsentis, non quidem manifeste, tamen hæc ipsa ostendit. Qui autem diligenter considerat verborum præsentium sensum, inueniet hoc & in loco præsenti. Nec enim haberent occasionem Pharisæi volentes Christum capere in sermone, mittentes Discipulos suos cum Herodianis vt eum interrogarent, vtrum liceret Cæsari dare tributum, an non, si manifestum apud eos fuisset, quoniam non oportet dare, & si consonantia voluntatum apud eos fuisset vt non darent tributum. Et vide nisi manifestatur historia illa ex eo quod volentes Christum capere in sermone, non solum miserunt Discipulos suos interrogãtes de censu, sed cum Herodianis. Forsitan enim in Populo tunc qui quidem dicebant oportere tributum dare Cæsari, vocabantur Herodiani ab his qui hoc facere recusabant. Qui autem prospectu liber A tatis dare tributum vetabant, videbantur esse Pharisæi, subtilitatem Iudaicarum disciplinarũ cautius obseruantes: vt si quidẽ Christus responderet non oportere Cęsari dare tributum traderent eum Romanis quasi recessionis authorem. Si autem iuberet dari, Pharisæi accusarent eum quasi personas hominum aspicientem, magis quã docentem viam Dei in veritate. Consídera autem, & vide quoniã Phariseorum Discipuli dicentes. B *Magister scimus quia verax es, & viã Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, nec enim aspicis personas hominũ*, prouocabant eũ per huiusmodi laudẽ, vt nõ acciperet Herodianorũ personas qui partes Cæsaris defendebãt: aut respondens secundum voluntatem Pharisæorum quia non licet Cæsari dare tributum, traderetur Herodianis.

C *Gregorius in Psalm. pœnitentiales.*

Tota die ex probrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduersus me iurabant. Psalm. 101.

QVID iniquius? *Venerat filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.* Venerat inquã vt auferret gemitum dolentium, vt reconciliaret nos Deo, sed Iudei quos iniquitatis suæ caligo cæcauerat, pro bonis mala retribuentes, illum quasi hostem oderant, eiq; maledictionis conuitia ex probrantes inferebant cum dicerent *Dæmonium habes*, & cætera in saniæ deliramenta, quæ Euangeliorum liber continet. Qui & si & aliquando extrinsecus blandirentur, intrinsecus sæuiebant, sicut hi qui eum capere in sermone volen- Luce. 19. Iudæorũ malitia. D Luce. 7.

tes

res, dicebant: *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, nō est tibi cura de aliquo.* Magistrum eū vocabant, qui venerant non discēdi intentione, sed nocendi cupiditate. Nam quod ita se res habeat, veritas manifestat cum tētatores eos & hypocritas vocat. Quasi ergo aduersum eum iurauerant, qui ex consilio contra eum mendacia confingebant. Toto etiam vitę huius tempore, veritatis inimici Ecclesiæ Dei exprobrant, cū eam hæretica prauitate aut morum dissimilitudine impugnant. Plerique autem in causa Dei subdole & faciliter intendentes, & esse se in corpore Christi simulant, & pacem Ecclesiæ Dei occulta machinatione perturbant. De quibus profecto hoc dicitur: *Qui laudabāt me aduersum me iurabant.*

Hieronymus in Matth. lib. 3. cap 22.

TVnc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperēt eum in sermone. Et mittunt discipulos suos cum Herodianis, dicētes. Nuper sub Cæsare Augusto Iudęa subiecta Romanis, quā do in toto orbe est celebrata descriptio, stipendiaria facta fuerat: & erat in populo magna seditio, dicētibus alijs pro securitate & quiete, quia Romani pro omnibus militarent debere tributa persolui: Pharisæis vero qui sibi applaudebant de iustitia è contrario dicentibus: nō debere populum Dei qui decimas solueret, & primitiua daret: & cætera quæ in lege scripta sunt, faceret, humanis legibus subiacere: Cæsar Augustus Herodem filium Antipatris alienigenam & proselytum regem Iudæis constituerat: qui tributis præesset & Romano pareret Imperio. *Mittunt igitur Pharisæi discipulos suos cum Herodianis,* id est, militibus Herodis: seu quos illudentes Pharisæi, quia Romanis tributa soluebant, Herodianos vocabant: & non diuino cultui deditos. Quidam latinorum ridicule Herodianos putant, qui Herodem Christum esse credebāt: quod nusquam omninò legimus. *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur: Licet censum dari Cæsari, an non?* Blanda & fraudulenta interrogatio, illuc prouocat respondentem: vt magis Deum quam Cæsarem timeat: & dicat nō debere tributa solui, vt statim audientes Herodianis seditionis cō tra Romanos principem teneat.

Chrysostomus in priori expositione in cap. 22. Matt. homilia 71.

TVnc Pharisæi consilium cæperunt, vt eum in sermone caperent. Tūc istud quando significat? Quando maxime illos compungi oportuit, quando clementiā ipsius admirari debuerunt, quando futurorum euētus erant expauescendi, quādo denique à rebus præteritis, etiam de futuris credendum erat. Magna enim profecto voce ipsæ res exclamabant, cum & publicani scorta crederent, & multi iusti atq; Prophetæ essent interempti, à quibus inducti non debebant de perditione ipsorum ambigere, sed credere, credendoque humiliores fieri, non desinit tamen nequitia ipsorū, sed inflatur & ad vlteriora progreditur. Et quoniam timentes multitudinem, retinere ipsum non audebant, aliud iter aggressi, vt in periculum injciant imperantibus noxium facere student: itaque discipulos suos cum Herodianis ad eum

miserunt dicentes: *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, nec de aliquo tibi cura est: non enim respicis ad personam hominum. Dic ergò nobis, quid tibi videtur? Licet censum dare Cæsari, an non?* Tributum enim iam soluebant, cum res eorũ ad Romanorum manus transisset: quoniam igitur viderunt Theudam & Iudã hac de causa quasi seditiosos interijsse, his verbis etiam ipsum in similem suspicionem inijcere conabantur. Mittunt itaque discipulos suos cum militibus Herodis sic interrogaturos, vt vtrinq; prærupta præcipia laterent, & quicquid respõderit præceps ruat. Herodianos autem simul acceperunt, vt si pro eis respõsum ipsius faceret, ipsi criminarentur: sin vero pro ipsis Herodiani continuo accusarent. Atqui didrachma iã persoluerat, sed hoc illos omninò fugiebat: & quãuis alterutro ipsum laqueo capere satis eis erat, malebant tamen aduersus Herodianos quicquam ab eo audire: propterea discipulos vna cum illis miserunt, vt illorum præsentia commotus in illud crimen laberetur, quo ceu factiosum principi traderẽt, hoc Lucas quoq; subostendens dicit præsente multitudine interrogationem huiusmodi factam fuisse, vt scilicet plurimorum testimonio res pateret: sed aduersus seipsos cũcta fabricati sunt: cum tanquam in theatro vecordiã & malitiam suam manifestarint. Perspice igitur qua assecuratione, quoue dolo ipsum aggrediuntur. Nouimus, dicũt, *quia verax es.* Quomodo igitur quasi à seductore corrumpi asserebatis, quem pauloante interficere volebatis? Vniuersa nẽpe ista insidiantes faciunt. Nam quoniam paulo ante inflammati acriter interrogauerunt, dicentes: *In qua potestate hæc facis?* Nec ad eam interrogationem optatum audierunt responsum, adulatione nunc putant ita cum effæminare, vt aduersus instituta eorum, & præsentem rerum statum quippiam dicat: vnde veritatem quoque inesse ipsi non ex animo, neq; volentes attestantur. Deinde subiungunt. *Nec de aliquo tibi cura est.* Perpendis quomodo se subaperiunt in eum velle sermonem Christũ depellere, quo Herodem offendat affectatæ tyrannidis suspicione: quia statutas leges cõtemneret, ita in factionis crimine trahere ipsum nitebantur. *Quod enim dicũt, nulla cura est tibi de aliquo, nec ad personam hominum respicis,* Herodem ac Cæsarem subostẽdere videntur. *Dic igitur nobis quid tibi videtur?* Nunc honoratis, & magistrum appellatis: quãdo verò de salute nostra disputat, contumeliamini, & despicitis. Mira vero hęc malitia est: non enim dicũt. Dicas nobis quid bonum sit, quid conducibile, quid legitimũ: *Sed, quid tibi videtur?* Sic illud solummodo sibi propositũ fuit, quomodo præsenti principatui hostem esse ostenderent, ac principi quasi seditiosum traderent, quod Marcus apertius significans, & arrogantiam cupiditatemq; cædis ostendens, dixisse illos ait: *Demus ne Cæsari censum, an non?* Ita furore quidem spirabant, & fraudem sub cultus simulatione instruebant.

Luc. 20.

Marci. 12. & 13.

Matth. 21.

Chrysostomus in priori expositione in cap. 22. Matth. homil. 42.

TVnc abeuntes Pharisæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone. Omnis malitia confunditur aliquoties tatione veritatis corrigitur autem nũquam: maxime eorum qui proposito malo, & non ignorantia peccãt. Sic etenim sacerdotes postquam terrere Dominum non potuerunt dicentes: *In qua potestate*

Matth. 21.

testate facis hæc? Postquam parabolarū ratione constricti, iudicio ipsi se reos fecerūt, dicētes: Malos male perdet, nemine contra eos dicēte testimonium nisi conscientia sola. Nunquid compunxit eos timor peccati? Nūquid cōpescuit eos vel libertatis consideratio? Sed quid? *Abierunt & cōsilium acceperunt, vt eū caperēt in sermone.* Quemadmodum si aliquis claudere voluerit currentis aquę meatū, si vna ex parte clausa fuerit aquę violentia, aliunde sibi semitā rumpit: sic & eorum maligna ex vna parte confusa, aliunde sibi aditū adinuenit. Sicut enim non potest fieri, vt ligna mittendo extinguas ignē: sic fieri nō potest, vt rationem reddendo placeas homini malo. Sicut enim ignis quanto magis ligna susceperit, in maiorē flammam erigitur: sic animus malus quanto magis veritatē audierit, eo amplius in malitiā excitatur. *Abierunt ergo, & consilium acceperunt.* Quo abierunt? Ad Herodianos. Nā ex eo quod nō dicit, cōsiliati sunt: sed consiliū acceperūt: & ex eo quod pariter cum Herodianis venerunt, apparet, quia cum illis eiusmodi circumuentionis consiliū tractauerunt. Homo colonus cuius terrā possidet, illius auxilio opus habet: qui iustitiam tenet, nullius patrocinio indiget, nisi Dei: qui in diaboli iniquitatibus ambulat, diaboli adiutorium necessariū habet. Colonus enim Dei, diaboli auxilium nō requirit, colonus autē diaboli, auxilium Dei & si quærit, non inuenit. Vidisti aliquando euntem ad furtum Deum orare, vt bene prosperetur in furto? Aut qui vadit ad fornicationē, nunquid sibi signum crucis ponit in frōte, vt non comprehendatur in crimine? Quod si fecerit non solum non adiuuatur, sed adhuc amplius traditur: quia nescit iustitia Dei patrocinium dare criminibus. Sic & isti Christū expugnare cupientes, conuenienter non ad seruos Dei viros religiosos, sed ad Gentiles, ideſt, ad Herodianos se contulerunt, quale esset cōsilium, tales & consiliatores. Quis autē poterat dare cōsilium cōtra Christum, nisi diabolus qui erat aduersarius Christi? Cogitabāt enim apud se sacerdotes, si nos soli euntes interrogauerimus Christum: quamuis dixerit quia non licet dari Cæsari tributum, tamen nemo nobis credet dicētibus cōtra eum. Iam enim omnes sciunt, quia inimici eius sumus. Inimicorum autē testimonium in iudicio, etsi verū fuerit, quasi suspectum reprobatur: sed nec per seipsos Christum interrogare volebant, quia in magna suspicione inimicitiæ fuerant apud Christum, ne forte quasi suspecti circunuenire eum nō possint. Nā inimicus manifestus melior est quam amicus fictus. Ille dum timetur, facile vitatur, iste dum non cognoscitur, prævalet. *Miserūt ergo discipulos suos,* quasi adhuc minus cognitos & minus suspectos, vt aut abscondite facile deciperent eum, aut deprehensi minus erubescerent apud eum. Nam cōsilio malo deprehenso, tanto minor nascitur confusio, quanto fuerit persona deterior. Sed discipuli illi magistris suis ætate minores erant, malitia autem pares: nam & pulli serpentū statura breuiores, veneno autem æquales sunt: & catuli luporum adhuc teneri constituti, & si venationem exercere non possunt, iam tamen sanguine gaudent, & moribus ludunt.

(?)

TEXTVS.

COgnita autem Iesus nequitia eorũ, ait: Quid me tẽtatis hypochritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tũc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei Deo: & audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

Chrysostomus in priori expositione in cap. 22. Matth. homilia. 71.

Quid me tẽtatis hypochritæ? Vides quẽadmodum maiore nunc illis acrimonia respondet. Nã quia magna & aperta vtebãtur malitia, maius ipse quoq; vulnus intorquet, confundẽs eos, primum cum in medium arcana sua producat, omnibusq; patefaciat, qua mẽte ad eum accedant: hoc faciebat vt eorum repressa nequitia nunquã alias simili ter delinqueret. Nã quamuis magnum ei honorem verbis deferrẽt, magistrum appellantes, veritatẽ ei attribuẽtes, & procul abesse vt personas aspiceret affirmãtes, cum tamen Deus sit, verbis decipi non poterat. Conijcere igitur debuerunt, non à casu ipsos increpasse, sed data opera significare voluisse, omnia cordis eorum secreta sibi esse notissima: licet autem ad confundendam nequitiam eorum increpatio illa sufficeret, non fuit tamen ea cõtentus, sed alio quoque pacto ora eorum obmutescere censuit. *Censum enim nummum*, inquit, *ostendite*. Cumque fecissent, illico tum lingua, vt solet, sentẽtiam profert, impellitque quia liceat confiteri, quod manifestam & claram ei victoriam afferebat. Quãdo ergò interrogat, nõ quia ignorat, interrogat, sed quia per respõsionem ipsorum obnoxios esse vult ostendere.

A Ita nunc interrogati, cuius illa effigies esset: cum illis Cæsaris respondissent, illico subiunxit. *Reddite igitur Cæsari quæ Cæsaris sunt.* Nõ enim ait dare, sed reddere, istud est, quod tam ab insculpto simulachro, quã à superscriptio de ostenditur. Deinde ne contentiose dicerent, hominibus ne igitur nos subijcis? statim adiecit: *Et quæ sunt Dei Deo.* Potestis enim & hominibus sua reddere, & quæ Dei Deo debetis præstare, propterea Paulus quoq; dicit:

B *Reddite omnibus debita, cui vectigal, vectigali: cui tributum, tributum: cui timorem, timorem: cui honorem honorẽ.* Tu vero cum audias reddenda esse Cęsari, quæ sua sunt, illa solum dici non dubita, quæ pietati ac religioni nihil officiunt. Nam quod fideĩ ac virtuti obest, non Cæsaris, sed diaboli tributum ac vectigal est. Rom. 13.

Chrysosto. in posteriori expositione in cap. 22. Matth. homil. 42.

C *HYpochritæ, Quid me tentatis? Ostẽdite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.* Dicit eis, hypochritę, vtquod ab eo audierunt in aure, apud semetipsos inuenrãt in corde: vt considerantes eum humanorum cordium cognitorem, quod facere cogitabant, perficere non auderẽt. Vide ergo, quod Phariſęi quidem blandiebantur, vt perderent

derent: Iesus vero confundebat, vt saluaret: quia vtilior est homini Deus natus, quã homo propiti⁹. Et ait eis: *Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris: Tunc dixit eis: Reddite ergò quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei, Deo.* Imago Dei non est in auro depicta sed in hominib⁹ de figurata. Numisma Cæsaris, aurũ est, numisma Dei, homo. In solidis Cęsar videtur, in hominibus Deus agnoscitur. Ideo diuitias vestras Cęsari date, Deo autẽ conscientię vestræ solam innocentiam reseruate, vbi Deus videtur. Cęsaris enim imaginem manus artificis sculpsit, & corruptibilibus literis annotauit: Dei autem imaginem in homine diuina manus decem viuis apicibus demonstrauit. Quibus? Quinque sensibus carnalibus, & quinque spiritualibus, per quos considerauimus, & apprehendimus quæ sunt vtilia, vt Deus. Ideoque illibatam Deo semper imaginem suã reddamus. Non superbiæ fastu tumidam, non iracundiæ liuore marcidam, non auaritiæ facibus succensam, non gulæ illecebris deditam, non hypocrisis duplicitate cõtectam, non luxuriæ sordibus attaminatam, non elationis protensione leuem, non vinolentiæ tabe amentẽ, non dissidio mutuæ charitatis extorrem, non detractionis mordacitate pestiferam, non multiloquij vanitate inanem, sed charitate perspicuam, fide & spe certissimam, patientiæ virtute fortissimam, humilitate tranquillam, castitate purpuream, parsimonia sobriam, tranquillitate iocũdam, hospitalitate deuctam. Talibus enim inscriptionibus suum Deus numisma non mallei, vel incudis ictu cõposuit, sed prima cõditione formauit. Cæsar enim suam in nummo requirit imaginẽ, Deus vero hominem quem creauit exquirit. Nõ dimittit Cæsar suum quod debetur numisma, nec Deus suã vnquã exquirendo relaxat facturã. Sicut qui suam Cæsari adulterinam imaginem reddit, flagellari tortoribus, & atrocibus iubet subijci pœnis: sic Deus omnipotens corruptores imaginis suæ, morti tradet perpetuæ, & infernales iubet pœnas persolui immensas. Ita qui vitare horrenda exitia cupit, incorruptam studeat authoris sui imaginem cõseruare, quatenus cum suam, quam formauit requisierit Deus imaginem, saluã & immunem ab inimici infectionibus cernens, suo collocet gremio, angelorumq; choris admiscens, perpetuis faciat cælorum gaudijs frui.

Origenes in 22. cap. Matt. tractat 21.

EX hoc loco discimus Saluatoris exemplo, vt non his quæ à multis dicuntur, & propterea gloriosa videntur, occasione pietatis attendamus, sed quę conuenienter secundum ordinẽ rationis dicuntur. Nam cum quæreretur ab eo, vtrum licet Cæsari dare tributum, an non: non simpliciter dedit responsum secundum quod videbatur eis, sed dixit: *Ostendite mihi numisma census, & interrogauit, cuius est inscriptio.* Et dicentibus eis, *quod Cæsaris*, respõdit quod oporteret *reddere Cæsari, quæ Cæsaris sunt*, & non eum oportet fraudare à proprijs eius, pietatis occasione. Nec enim ex eo quod reddit quis Cæsari quæ Cęsaris sunt, impeditur reddere Deo quæ Dei sunt. Potest aliquis moraliter intelligere locum istum hoc modo. Omnes consistimus ex anima & corpore: differamus nunc dicere quoniam & ex spiritu: & debemus quædam dare quasi tributũ corporum principi, qui dicitur Cæ-

sar,id est,necessaria corpori,& habentia imaginem principis corporum corporalẽ,hoc est,escas,& vestimenta,& somnũ,& quęcunq; necessaria sunt ad repausationẽ simplicem naturæ carnalis, sine quibus consistere non potest carnis natura. Item quoniam anima,quãtum ad naturam suam,secundum imaginem est Dei regis sui,quæcunque sunt conuenientia animarum naturæ, id est, viæ omnes quę ducunt ad virtutem debemus ea Deo offerre. Qui ergo supra modum docent legem Dei, & de rebus corporalibus & debitis corpori nihil curare prȩcipiunt,ipsi sunt Pharisęi qui reddere tributũ Cęsari vetabant: id est, qui tota virtute suadẽt omninò ieiunijs & vigilijs debere affligere corpus,& abstinere ab omnibus quę sunt corporalia &necessaria corpori,vt nihil ex nobis corporis principi tribuatur: quales sunt de quib⁹ ait Apostolus. 1.Timo.4. *In nouissimis temporibus recedent quidã à fide, attẽdentes spiritibus erroris & doctrinæ dæmoniorum in hypocrisi loquentiũ mendaciũ, & cauteriatam habentiũ conscientiam suam prohibẽtium nubere, & iubentium abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus.* Alij autem sunt qui supra modum existimant oportere corporibus indulgere,&per omnia satisfacere principi corporũ,& ipsi sunt secũdũ similitudinẽ Herodianorũ dicẽtium oportere Cæsari dare tributum. Saluator autẽ noster verbũ Dei, dilucide separans rationabilia corporis debita à debitis spiritualibus animæ, dixit: *Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & quæ Dei sunt, Deo.* Imaginẽ enim Cęsaris habet omnis res corporalis,& imaginem Dei habet omnis virtus. Si ergò sic reddimus principi carnis quę carnalia sunt,vt nõ fraudemus Deũ à spiritalibus ei⁹ virtutibus,tũc reddimus principi corporũ quæ corporis sunt, id est, ea sola quæ necessaria habet carnis natura,&nihil amplius quod pertineat ad rationem virtutũ. Et si sic virtutibus seruiamus,vt nõ grauetur carnis natura à necessarijs suis,tũc reddim⁹ Deo quę Dei sunt,vt nec virtus minoretur,dum supra modũ carni seruim⁹ nec carnis natura grauetur dum abundãtius virtutibus adhęremus. Scio & huius loci aliã traditionẽ, quoniã princeps mundi moraliter dicitur: sicut & omnium gentium princeps,in persona principũ mundi ponuntur. Rex autẽ omniũ seculorũ De⁹ in vno mysterio,sed vtiq; est Deus. Quoniam ergo habemus quædã in nobis quæ sunt principis hui⁹ mũdi, idest,diuersas militias, & nõ possumus prius reddere Deo quę Dei sunt,nisi reddiderim⁹ principi quæ principis sunt, id est, nisi deposuerimus malitiã vniuersam. Ideo Dñs ostenso sibi numismate, & imagine eius, respondit: *Reddite Cæsari,quæ Cæsaris sunt: & Deo quæ Dei sunt.* Et hoc discamus ex loco præsenti,quoniã si quando tentati fuerimus ab eis qui volunt occasionẽ, & proponunt nobis quasdã propositiones non vt discãt,sed vt causam accusationis inueniãt contra nos, nec omninò tacere debemus, nec simpliciter respõdere,sed cũ cogitatu,& circũspectu,vt quantũ possibile nobis fuerit præcidamus occasionẽ quærentium in nobis occasionem,& doceamus irreprehensibiliter ea quę possunt saluare volẽtes saluari.

Orig. in 20.c. Luc. homil. 39.

PORro quia adiectũ est de imagine Cæsaris,etiam super hoc debemus pauca perstringere. Putãt quidã à Saluatore dictum esse simpliciter: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari,* id est tributum reddite quod debetis.

betis Quis enim nostrum de tribu tis reddendis Cæsari contradicit? Habet igitur locus quidda mystici atq; secreti. Duę sunt imagines ho minis: vna quã accepit à Deo fact? in principio, sicut in Genesi scriptũ Genes.3. est, iuxta imaginẽ & similitudinẽ Dei: altera choici, ideſt, terreni, po steaquã propter inobedientiã atq; peccatũ eiectus de paradiso assump sit eã principis seculi huius suasus illecebris. Sicut enim nũmus atq; denarius habet imaginẽ imperato rũ mundi, sic qui facit opera rectoris tenebrarũ istarũ, portat imaginem eius cuius habet opera. Quam prȩcepit Iesus esse reddendã & proij ciendã de vultu nostro, assumendã que eam imaginẽ iuxta quã à principio ad similitudinẽ Dei conditi sumus. Atq; ita fit vt quæ Cæsaris sunt Cæsari, & quæ Dei, reddamus Deo. *Ostendite*, inquit, *mihi nummũ.* Pro quo in Matthęo scribitur *denarius.* Quẽ cum accepisset, ait. Cuius scriptionẽ habet? Qui respondẽ tes, dixerunt, *Cæsaris.* Ad quos rursum, *Reddite ergo*, inquit, *quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei Deo.* Quorũ consequentiã & Paulus locutus 1.Cor.15. est, dicens: *Sicut portauimus imaginem Choici, portemus & imaginem cælestis.* Quod ergo ait: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari*, hoc dicit: deponite personã choici, abijcite imaginẽ terrenam, vt posſitis vobis personã cęlestis imponẽtes: *Reddere quæ sunt Dei Deo.* Repetit nos Deus. Quid nã repetit? Lege Moysen. Et nunc quid Dominus repetit à te? Et reliqua quę sequuntur. Postulat igitur à nobis Deus, & deprecatur, nõ quia necessariũ habet aliquid vt ei tribuam⁹: postulat vt postquã ei dederim⁹ idipsum tribuat in salutẽ. Quod vt manifestius fiat ponam parabolam mnarum. Qui vnã acceperat mnã & fecerat decẽ, & obtulit Domino à quo sibi credita mna fuerat, accepit & aliã quam antea nõ habebat. Illius enim mnam qui non multiplicauerat quod accepit, iubet Dñs auferri, & dari ei qui alias habet. *Tollite*, inquit *mnam, & date ei qui habet decem mnas.* Atq; in hunc modũ quę dederimus Deo, nobis ea ipsa restituet cũ his quę antea nõ habue ramus. Exigit & postulat à nobis Deus, vt habeat occasionẽ donandi, vt ipsi tribuat qui erogauit. Ipsi⁹ enim gratia duplicata est mna, & dignis quibus; plus datũ est quam sperabant. Quapropter surgentes oremus Deũ, vt digni simus offerre ei munera, quæ nobis restituat, & pro terrenis cælestia largiatur, in Christo Iesu, cui est gloria & impe rium in secula seculorum, Amen. Luc.19.

Hilar. in Matt. Can. 23.

FRequenter Pharisei cõmouen tur, & occasionem insimulãdi eũ habere ex preteritis nõ possunt. Cadere enim vitiũ in gesta eius & dicta nõ poterat, sed de malitię affectu in omnẽ se inquisitionẽ repe riũdę accusationis extendũt. Nãq; à seculi vitijs atq; à superstitionibus humanarum religionũ vniuersos ad spem regni celestis vocabat. Igitur an violaret seculi potestatẽ de propositę interrogationis cõditione pertentãr, an videlicet reddi tributũ Cæsari oporteret. Qui interna cogitationũ secreta cognoscẽs (Deus enim nihil eorũ quæ intra hominẽ sunt abscõsa nõ speculatur) afferri sibi denariũ iussit, & quęsiuit cuius inscriptio esset & forma. Pharisæi respondẽrunt *Cæsaris eam esse. Quibus ait, Cæsari reddendum esse quæ Cæsaris sunt, Deo autẽ reddenda esse quæ Dei sunt.* Oplenã miraculi ętpõsionẽ, & perfectã dicti cælestis absolutionẽ. Ita omnia inter contẽptum seculi & contumeliã ledendi Cæsaris temperauit, vt curis omnibus & officijs humanis deuotas

Deo mentes absolueret, cũ Cæsari quæ eius essent reddẽda decernit. Si enim nihil ei⁹ penes nos resedet conditione reddẽdi ei quæ sua sunt nõ tenebimur. Porro autem si rebus illius incũbamus si iure potestatis ei⁹ vtimur, & nos tanquã mercenarios alieni patrimonij procurationi subijcimus extra quærelã iniuriæ est Cæsari redhiberi q̃ Cęsaris est, Deo autẽ qui eius sunt propria reddere nos oportere, corpus, animã, voluntatẽ. Ab eo enim hęc profecta atque aucta retinemus & perinde condignum est, vt ei se totum reddãt cui debere se recolunt & originem & profectum.

Augustinus cõtra Crescon. Grãmaticum, lib. 1. c. 17.

CVm enim quisq; suis respõsionibus vincitur, & si male respõdit, nõ habet q̃ imputet disputatori sed sibi, etsi bene respõdit, erubescit vlteri⁹ resistere, non iã disputatori sed sibi. In quo genere Dñs cũ aduersus Iudęos crebro ageret, eosq; illorũ respõsione captos cõclusosq; cõuinceret, nõ vos audierãt, nec à vobis conuitiari didicerant. Nãlibentius & inuidiosius & fortasse dialecticũ quãSamaritanũ appellarẽt. Quomodo enim putes eos contortos atq; confusos, cũ volentes eum capere in verbo priores interrogauerũt, vtrũ liceret tributũ reddere Cæsari, bicipiti videlicet cõplexione insidiantes, vt quodlibet eligens caperetur. Si licere responderet, tãquam reus esset aduersus populũ Dei, si autem diceret nõ licere, tanquã Cæsaris aduersarius perimeretur. Vbi ille nummũ sibi popposcit ostẽdi, & interrogauit cuius haberet imaginẽ & inscriptionẽ. At illi cum respondissent Cæsaris, aperta enim veritas hoc eos respondere cogebat, cõtinuo Dñs eorũ respõsione colligatos ac captos

Iudæi Christum infectabantur ita vt vel populum vel Cæsarem in eum excitarent.

A trahẽs, *Reddite*, inquit, *Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt*. Obsecro te, illi ne fuerunt dialectici qui prętẽtis interrogationis insidijs decipiẽdo superare moliti sunt? An ille potius qui ex hoc ipso quod interrogauerunt verã eorũ responsionẽ prudẽtia interrogationis eliciens, illud verũ q̃ ab eo putabant periculose dici ipsos compulit confiteri.

Augustinus contra Faustum Manichæum, lib. 22. c. 74.

B NEc bella per Moysen gesta miretur aut horreat, quia & in illis diuina secutus imperia, nõ sæuiens, sed obediẽs fuit: nec Deus cum iubebat ista, sæuiebat, sed digna dignis retribuebat, dignosq; terrebat. Quid enim culpatur in bello? An quia moriũtur quãdoq; morituri, vt dominẽtur in pace victuri? Hoc reprehẽdere timidorũ est, C non religiosorũ, nocẽdi cupiditas, vlciscendi crudelitas, impaccatus atq; implacabilis animꝰ, feritas rebellandi, libido dominãdi, & si qua similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpãtur, quæ plerunq; ita culpantur, vt etiã iure puniantur. Aduersus violentiã resistẽtium, siue Deo, siue aliquo legitimo imperio iubẽte, gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis, cũ in eo rerum humanarũ ordine inueniuntur, vbi eos vel iubere tale aliquid, vel in talib⁹ obedire iuste ordo ipse constringit. D Alioquin Ioannes, cum ad eũ baptizandi milites venirẽt, dicentes: *Et nos quid faciemus*, respõderet eis: Arma abijcite, militiã istam deserite, neminẽ percutite, vulnerate, prosternite. Sed quia sciebat eos, cum hæc militando facerent, nõ esse homicidas, sed ministros legis, & non vltores iniuriarum suarum, sed salutis publicæ defensores, respondit eis: *Neminem cõcusseritis, nul li calum-*

Omnia quæ in bello iure culpãtur, & iure puniuntur.

Lucæ. 3.

li calumniam feceritis: sufficiat vobis stipẽdium vestrum. Sed quia Manichæi Ioannem aperte blasphemare consueuerunt, ipsum Dominum Iesum Christum audiãt, hoc stipendium iubentem reddi Cæsari, quod Ioãnes dicit debere sufficere militi. *Reddite, inquit, Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt.* Ad hoc enim tributa præstãtur, vt propter bella necessario militi stipendiũ præbeatur. Merito & illius Centurionis
Matt.8. dicentis. *Et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alio veni, & venit, & seruo meo fac hoc:* & facit fidem laudauit, non illius militię desertionem imperauit. Sed de iustis quidem iniustisque bellis nunc disputare lõgum est, & nõ necessariũ.

Augustin. in expositione quarundam propositionum, Epist. ad Roma.

Roma.13. *QVod autem ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo:* Rectissime admonet nequis ex eo quod à Domino suo in libertatẽ vocatus est, factus Christianus, extollatur in superbia, & nõ arbitretur in huius vitæ itinere seruandũ esse ordinẽ sibi, vt potestatibus sublimioribus quibus pro tempore rerum tẽporalium gubernatio tradita est, existimet nõ se esse subdendũ: cum enim cõstemus ex anima & corpore, quandiu in hac vita tẽporali sumus, etiã rebus tẽporalibus ad subsidium degẽdæ huius vitæ vtamur, oportet nos ex ea parte, quæ ad hãc vitã pertinet subditos esse potestatibus, id est, hominib⁹ res humanas cum aliquo honore administranti bus. Ex illa vero parte qua credimus Deo, & in regnũ ei⁹ vocamur, non nos oportet esse subditos cuiquã homini: idipsum in nobis euertere cupienti quod Deus ad vitam æternã donare dignat⁹ est. Si quis ergo putat quoniã Christianus est, nõ sibi esse vectigal reddendũ, aut tributum, aut non esse reddendum honorẽ debitum eis qui hęc curãt potestatibus, in magno errore labitur. Sed modus iste seruandus est quẽ Deus ipse præscribit, *Vt reddamus Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt.* Quanquã enim ad illud regnum vocemur vbi nulla erit potestas huiusmodi, in hoc tamen itinere dũ agimus, donec perueniamus ad illud seculum vbi sit euacuatio omnis principatus & potestatis, cõditionẽ nostram pro ipso rerum humanarum ordine toleremus, nihil simulare facientes, & in eo ipso nõ tam hominibus quam Deo qui hæc iubet obtemperantes.

Augustinus in Ioann. cap. 8. tracta. 40.

Psalm.4. *SIgnatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Moneta Dei sum⁹, nummus à thesauro aberrauimus errore, detritum est quod in nobis fuerat impressum, venit qui reformet, quia ipse formauerat. Quæsiit & ipse nummum suum sicut Cæsar nummum suum: ideo ait: *Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt:* Cæsari nummos, Deo vos ipsos: tunc ergo exprimetur veritas in nobis.

August. Armentario de contemptu mundi, epist. 45.

HVic ergo quod non redditur perditur: quod autem redditur, reddendo additur, Immo vero in eo cui redditur, ipse reddens seruatur. Idipsum quippe erit redditũ & redditor, quia idipsum erat debitum & debitor. Deo nanq; seipsum debet homo, eiq; reddendus est, vt beatus sit, à quo accepit vt sit. Hoc

ſignificat quod in Euãgelio Dominus ait: *Reddite Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & Deo quæ Dei ſunt.* Hoc enim dixit cum ſibi demonſtrato nũmo, & quæſiro cui⁹ haberet imaginẽ, reſponſum eſſet, Cæſaris, vt hinc intelligerent, quod Deus exigeret ab homine imaginẽ ſuam in homine ipſo, ſicut ſuam Cæſar exigebat in nũmo. Quanto magis ergò reddenda eſt cum promittitur, cui etiam non promiſſa debetur.

Auguſt. in Pſalm. 94.

Pſalm. 94. *VEnite exultemus Domino.* Inuitat ad magnas epulas exultandi, non ſeculo ſed Domino; Niſi enim eſſet in hoc ſeculo exultatio mala quæ diſtinguenda eſt ab exultatione bona, ſufficeret dicere: *Venite exultemus*, ſed breuiter diſtinxit. Quid eſt bene exultare? *Domino exultare.* Ergo exultatio mala eſt, exultare ſeculo. Exultatio bona eſt, exultare Deo. Pie debes Domino exultare, ſi vis ſecurus mundo inſultare. Quid eſt autem, *Venite*? Vnde vocat vt veniant, cũ quibus vult exultare Domino, niſi quia longe ſunt, vt veniendo propinquent, propinquando accedãt, accedendo exultent? Vnde autem longè ſunt? Nunquid locis longe poteſt homo eſſe ab eo qui vbique eſt. Vis eſſe ab eo longe? Quo ibis vt longe ſis. Nam quidam peccator quidem, ſed tamen cum ſpe ſalutis pœnitens & dolens de peccatis, & metuens iram Dei, & volens placare Deum, ſin in alio Pſalmo loPſalm. 138. quitur: *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu ibi es.* Quid ergo reſtat: Quia ſi aſcenderit in cælum, ibi inueniet Deum. Vt longe fugiat à Deo, quo iturus eſt? Vide quid dicat. *Si deſcendero ad infernũ ades.* Si ergo aſcendo in cælũ ibi inuenit Deum, deſcẽdo in infernũ, non fugit Deũ: quo iturus eſt, quo fugiturus eſt ab illo irato, niſi ad ipſum placatũ? Et tamen cum omninò nemo poſit fugere ab illo qui vbiq; eſt, niſi quidam lõge eſſent à Deo nõ diceretur: *Populus iſte labijs me honorat cor autem eorũ longe eſt à me.* Eſai. 29. Non ergo loco quiſq; longe eſt à Deo, ſed diſſimilitudine. Quid eſt, diſſimilitudine? Mala vita, malis moribus. Si enim bonis moribus propinquatur Deo, malis moribus receditur à Deo, vnus ergo idemq; homo corpore ſtãs vno loco, & amando Deum accedit ad Deũ, & amando iniquitatẽ recedit à Deo. Nuſquã pedes mouet, & tamẽ poteſt accedere & recedere. Pedes enim noſtri in hoc itinere, affectus noſtri ſunt. Prout quiſq; affectum habuerit, prout quiſq; amorem habuerit, ita accedit vel recedit à Deo. Nõne plerunq; dicimus quando inuenimus aliqua diſſimilia, hoc longe eſt ab illo? Quando aliquos duos fortes homines cõparamus duos equos, duas veſtes, & dixerit aliquis ſimile: Hæc veſtis talis eſt qualis illa, aut iſte homo talis eſt qualis ille, quid alius dicit, quid cõtradicit? Abſit, longe eſt ab illo. Quid eſt lõge eſt ab illo? Diſſimilis eſt illi. Et iuxta ſtãt, & tamẽ iſte longe eſt ab illo. Duo vero iniqui pares vita & moribus, ſi vnus ſit in Oriẽte, alter in Occidẽte, iuxta inuicẽ ſunt. Et duo iuſti ſimiliter, alter ſit in Oriẽte, alter in Occidẽte, ſecũ ſunt, quia in Deo ſunt. Cõtra vnus iuſtus, alter iniquus, etiãſi vna catena ligentur, multum à ſe ſeparati ſunt. Ergo ſi diſſimilitudine recedimus à Deo, ſimilitudine accedimus ad Deum. Qua ſimilitudine? Ad quam facti ſumus, quã in nobis peccando corruperamus, quam peccatorum remiſſione recepimus: quæ in nobis renouatur intus in mẽte, vt tanquã reſculpatur

culpatur in nũmo, id est, in anima nostra imago Dei nostri, & reddeamus ad thesauros eius. Nã & inde fratres de nũmo voluit Dominus noster Iesus Christus ostendere tẽtatoribus suis quid quærat Deus. Quando enim de tributo Cæsaris quęrentes causam calũnię consulere magistrũ veritatis voluerunt, & cõsulendo tentare, vtrũ liceret tributũ dari Cæsari, quid ille ait: *Quid me tentatis hypocritæ? Petit afferri sibi nummũ, & allatus est. Cuius habet*, inquit, *imaginẽ? Respondẽrũt, Cæsaris. Et ille: Reddite ergo Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt.* Tanquã diceret. Si Cæsar quærit in nummo imaginẽ suam, Deus non quęrit in homine imaginẽ suam? Ad hãc similitudinem nos Dominus noster Iesus Christus inuitans, imperat nobis, vt nostros etiã inimicos diligam⁹, & dat exẽplum de ipso Deo: *Sicut Pater vester, ait, qui in cælis est, qui solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Estote ergo sicut Pater vester perfecti. Cum dicit, estote sicut ille perfecti, ad similitudinem nos inuitat.* Si ergò ad similitudinẽ nos inuitat, constat quia dissimiles existendo recesseramus à Deo, & facti eramus longe per dissimilitudinẽ, & efficimur prope per similitudinẽ vt iam fiat in nobis quod scriptum est: *Accedite ad eum & illuminamini.* Ergo quibusdã longe positis & male viuentibus Psalmus iste dicet: *Venite exultemus Domino.* Quo itis, quo receditis? Quo disceditis? Quo fugitis, exultando mundo? *Venite exultem⁹ Domino.* Quo itis exultare, vbi deficitis? Venite exultemus in illo à quo facti sumus: *Venite exultemus Domino.*

Matth. 5.

Psalm. 33.

Theophylactus in 22. capit. Matth.

ARbitrati se demulsuros illũ laudibus, adulantur, vt lacta tus dicat, nõ deberi Cæsari tributũ, & inde cõprehendant eum tanquam seditiosum, & cõmouentem populũ contra Cæsarẽ: & idcirco Herodianos secũ adducunt, qui regij erant, vt cõprehenderent illum quasi rerum nouatorẽ. *Non respicis personã cuiusquam*, inquiunt: Nihil dicis in gratiam Herodis & Pilati: *Dic igitur nobis*: Debemus & hominibus tributarij esse, & dare eis censum, sicut & Deo didrachmã? An soli Deo tribuemus? Nunquid autem & Cæsari? Hoc autem dicebãt (sicut dixi) vt dicat, quod nõ oporteat tributum, & Cæsari tributum pendere, comprehendantq; eum & occidant: sicut Theudã & Iudam, qui dicebant non sacrificandũ pro nomine Cæsaris. Iesus autem per hoc, quod figuratum erat nummisma imagine Cæsaris, persuadet illis deberi Cæsari quæ ei⁹ sunt, hoc est, quæ habent eius imaginẽ. Et in corporalibus, & in externis obedire dũ est regi, in internis autẽ & spiritualibus, soli Deo. Licet autẽ & sic intelligere, quod oporteat vnumquenq; nostrũ ea quę sunt Cæsaris, hoc est dæmonis infernorũ principis, illi ipsi reddere, & obijcere, vt exẽpli gratia si habes iram à Cæsare, reijce eã in illũ, irascere contra ipsum, sic poteris & ea quæ sunt Dei, Deo reddere. Item quia duplices sumus nos, & ex anima corporeq; constituimur: corpori cibos & & amictum vt Cæsari debemus: diuiniori autẽ nostrę parti, quę & illi congruunt.

A

B

C

D

Ambrosius de benedictione Patriarcharum. cap. 8.

De benedictione Gad, & mystica interpretatione.

GAD tentatio. Tentauit eũ & ipse tentauit eum secus pedes. Tentatio est congregatio & astutia Scribarum & Sacerdotũ, qui

Domi-

Dominũ de tributo Cæsaris, & de Ioannis baptismate, vt docuit scriptura, tentabant, quibus Dominus Iesus in sua iustitia tentamentum retorsit, secus pedes, hoc est, continuo sine vlla deliberatione referẽs quo tentãtes magis ipse concluderet. Dicentibus enim: *In qua potestate hæc facis*, non ad quęsita respõdit, sed etiã ipse proposuit dicens: *Interrogabo & ego vos vnum verbum*, quod si dixeritis mihi, & ego vobis dicã, in qua potestate hęc facio. Iterũ dicentibus: Licet tributũ dari Cæsari, an non, ait: *Quid me tẽtatis hypocritæ? Ostẽdite mihi numisma census. Et offerẽtes, iterũ interrogauit: Cui? est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris.* Vbi igitur eos ligauit ipsorum sermonibus, ipsorum obligatione cõstrinxit, tũc ait illis: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei Deo*: vt cõtra verba sua venire nõ possent. Deniq; mirati abierunt ab eo. Sed non est mirũ si secus pedes respõdebat, qui ante pedes videbat. Expofuit Moyses euidenter hãc prophetiam Iacob sancti esse de Christo. Sic enim ait: *Benedictus qui ampliauit Gad.* Sicut leo requieuit cõfringẽs brachia & principes, & vidit ab initio suo, quia ibi diuisa est terra principum collectorũ simul cum principibus populorum: Iustitiam fecit Dominus & iudicium in Israel. Agnoscimus itaq; quis requieuerit sicut leo, confregerit brachia potentiũ, quis ab initio diuisionis tentationũ vidit. Ibi igitur hiatus est terræ qui absorbeat calumniãtes, vbi tentatio perfidorum est.

Luc. 20.

Deute. 33.

Ambros. in Lucã. lib. 9. c. 20.

CVius habet imaginem & inscriptionem? Docet hoc loco Dominus circunspectos nos in respondendo aduersus hæreticos vel Iudęos esse debere. Alibi dixit: *Estote astuti sicuti serpentes.* Quem locum plerique accipiunt, vt quia serpẽte suspenso, Christi crux annunciata est, quod serpentinum nequitiæ spiritalis virũ aboleret, videatur astutus ita esse debere sicut Christus, simplex sicut spiritus. Imitare & tu serpentem illum, qui caput semper custodiat: lethale vulnus excludat. Interrogatus à Iudęis vtrũ de cælo accepisset potestatẽ respondit: *Baptismus Ioannis vnde est, de cælo, an ex hominibus?* Vt dum illum de cælo esse negare nõ auderent, ipsi se amẽtiæ confutarent, qui eius autorem negarent esse de cælo. Postulatus didrachma, quærit de imagine. Alia enim imago Dei, alia imago mũdi. Vnde & ille nos admonet: *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem huius cælestis.* Imaginem Cæsaris non habet Christus, quia imago est Dei. Imaginem Cæsaris non habet Petrus, quia dixit: *Reliquimus omnia & secuti sumus te.* Imago Cæsaris nõ reperitur in Iacobo vel Ioanne, quia filij conitrui sunt: sed reperitur in mari, vbi dracones illi contritis capitibus super aquã, & ipse draco maior cõminutus caput, datus est in escã populis Æthiopum. Si ergò nõ habuit imaginem Cæsaris, cur dedit censum? Non de suo dedit, sed reddidit mũdo quod erat mundi. Et tu si vis nõ esse obnoxius Cæsari, noli habere quę mundi sunt. Sed si habes diuitias, obnoxius es Cæsari. Si vis nihil regi debere terreno, relinque omnia, & sequere Christũ. Et bene prius quę Cæsaris sunt reddẽda decernite. Neq; enim potest quis esse Domini, nisi prius renunciauerit mũdo. Sed omnes renũciamus verbis, nõ omnes renũciamus affectu: nam cũ sacramenta suscipimus, renunciamus. Quam grauia vincula promittere Deo, & nõ soluere. *Melius est*, inquit, *non vouere, quã vouere, & non*

Matt. 10.

Luce. 20.

1. Cor. 15.

Matth. 19.

Eccles. 5.

& non reddere. Maior est cõtractus fidei, quã pecuniæ. Redde promissum dum in hoc corpore es priusquã veniat exactor, & mittat te in carcerem. *Amẽ dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantem.* Matth. 5.

Tertullianus libro de fuga in persecutione.

ALius est denarius quem Cęsari debeo, qui ad eũ pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius tributarijs scilicet, nõ à liberis debit⁹. Aut quomodo reddã quæ sunt Dei Deo, vtiq; proinde imaginem & monetam ipsius, inscriptam nomine eius: ideſt, hominẽ Christianum? Quid autem Deo debeo sicut denariũ Cæsari, nisi sanguinẽ quẽ pro me Filius fudit ipsius? Quod si Deo quidem hominem & sanguinẽ meum debeo, num vero in eo sum tẽpore, vt quod Deo debeo expostuler, vtique fraudem Deo facio, id agens ne quod debeo soluam. Bene obseruaui præceptũ, Cæsari reddens quæ sunt Cæsaris, Deo vero quę sunt Dei abnegans.

Hierony. in Matth. lib. 3. capit. 22.

COgnita autẽ Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tẽtatis hypocritæ? Prima virtus est respõdentis interrogantiũ mentem cognoscere: & nõ discipulos, sed tentatores vocare. Hypocrita ergo appellatur, quia aliud est, & aliud simulat: ideſt, aliud opere agit, & aliud voce prętendit. *Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerũt ei denarium.* Sapientia semper sapiẽter agit: vt suis potissimũ tẽtatores sermonibus confutẽtur: *Ostẽdite*, inquit, *mihi denariũ*: hoc est, genus nummi quod pro decẽ nummis imputabatur: & habebat imaginẽ Cęsaris. Et ait illis Iesus: *Cui⁹ est imago hæc & superscriptio?* Qui putant interrogationem Saluatoris ignorantiam esse, & non dispensationem: discant ex præsenti loco, quod vtiq; potuerit scire Iesus cui⁹ imago esset in nummo: sed interrogat, vt ad sermonem eorum competenter respondeat. *Dicunt ei Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei Deo.* Cęsarem nõ putemus Augustũ sed Tyberium significari priuignum eius: qui in locũ successit ipsius, sub quo passus est Dominus. Omnes autem reges Romani, à primo Caio Cæsare, qui Imperium arripuerat, Cęsares appellati sunt. Porro quod ait: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari*, id est, nummum tributum & pecuniã: *Et quæ sunt Dei Deo*: decimas, primitias, & oblationes, ac victimas sentiamus: quomodo & ipse reddidit tributa pro se & Petro: & Deo reddidit quę Dei sunt, Patris faciens voluntatem. *Et audientes mirati sunt.* Qui credere debuerant ad tantã sapientiã, mirati sunt, quod calliditas eorũ insidiandi non inuenisset locum. *Et relicto eo abierunt.* Infidelitatem cum miraculo pariter reportantes. *In illo die accesserunt ad eũ Sadducæi qui dicunt non esse resurrectionem*: Duæ hæreses erant in Iudæis: vna Pharisæorũ, altera Sadducęorum. Pharisæi traditionũ & obseruationum, quas illi *sinteriosęis* vocant, iustitiam præferebant: vnde & diuisi vocabantur à populo. Sadducæi autem qui interpretãtur iusti, & ipsi vendicabãt sibi quod nõ erant: prioribus, & corporis & animæ resurrectionem credentibus confitentibusque & angelos & spiritum: sequentes (iuxta Acta Apostolorum) omnia denegabant. Istæ sunt duæ domus, de quibus Esaias manifestius docet, quod offensuræ sint in lapidem scandali. Isai. 8.

(,?.)

DO-

DOMINICA VIGESIMA TERTIA POST PENTECOSTEM.

Euangelium. Matthæi. 9.

TEXTVS.

HAEC illo loquente ad eos, Ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est, sed veni, impone manum tuam super eã, & viuet, & surgens Iesus, sequebatur eum & discipuli eius.

Dominus Paulus Burgensis in 1. part. Scrutinij, dist. 3. capit. 5.

Miracula sũt in duplici differentia.

AD tuam admirationem in hac parte tollẽdam, & os loquẽtiũ in iniqua obstruendum cõsiderare debes, quod miracula diuina (quę supra cursum naturæ à Deo institutæ, virtute diuina fiunt) se habent quantum ad eorum proximos fines in duplici differentia. Quædam enim eorum sunt à Deo ordinata ad fidei comprobationẽ, sicut de primis signis seu miraculis, quæ Deus fecit per Moysen coram populo de conuersione virgæ in colubrem & è contra, & de manu leprosa & sana: quæ quidem miracula coram populo facta sunt ad fidem in eis causandã, A seu comprobandam. Vnde cum dixisset: *Et fecit signa*, scilicet predicta coram populo. Sequitur statim. *Credidit populus.* Similiter ex diuisione maris Rubri, & Ægyptiorum submersione, visa per populum Israeliticum, sequutum est quod populus credidit Domino & Moysi seruo eius. Et sic de quam plurimis miraculis veteris testamẽti, quæ à Deo fuerunt ordinata, vt fides eius in cordibus populi causaretur, seu cõ B firmaretur. Quæ quidem miracula oportuit esse manifesta toti populo. Vnde commẽdatur Moyses de signis, & portentis, quæ Moyses diuina authoritate fecit, coram vniuerso Israel. Quædam verò sunt diuina miracula, quæ non ad fidẽ causandam seu roborandam à Deo facta sunt, sed potius vt credendo talia miracula quæ occulta sunt & omni-

Quędã ad fidei comprobationem.

Exod. 4.

Exod. 14.

Deute. vlt. d. 10.

Quædam miracula fiunt vt fideles meritũ habeant.

omninò abscondita fideles mereã
tur. Vnde huiusmodi miracula, nõ
Miracula occulta in nouo testamento. disposuit Deus esse manifesta per
sensum seu naturalem cognitionẽ
sed occulta, vt eorum fides meritoria esset. Quæquidem miracula,
scilicet occulta & abscondita præcipue fuerũt in nouo testamento,
in cuius tempore fides credentium
communiter validior fuit, vt est
miraculum Virginis partus, & Dominicæ Resurrectionis: quæ quidẽ
miracula per fidem solum proprie
cognoscuntur, & eorum occultatio
à quacunque nostra cognitione naturali nostrum meritum efficit vel
auget. Vnde Resurrectione Domini legitur: *Beati qui non viderunt, &*
Ioan.20. *crediderunt.* Et de isto modo miraculorum, scilicet occultorum, tenendum esse Sacramentum altaris, vt
Eucharistiæ Sacramentũ occultorũ miraculorũ maximum quare factum. in 3. part. quæst. 28. Nõ enim hoc
S. Thom. 3. p. quæst. 28. Sacramentum fuit institutum adhoc, vt sacramẽto viso populus crederet, sed vt credendo veritatem
vnius Sacramenti merito proficeret. Vnde August. vt supra allegatum est, de hoc Sacramento dicit:
Crede & manducasti, & ideo quanta miracula in hoc sacramento eõtenta, quæ maxima sunt, occultiora sunt, & nec ab intus, nec ab extra visibiliter circa ipsum sacramẽtum nulla miracula apparent, tantum in nobis auget meritum. Vnde nullum inconueniens sequitur
Miracula antiquæ legis aliter ordinabantur quam nouæ legis miracula. nec admiratione dignum, ex hoc
quod publica seu visibilia miracula
non fiunt communiter circa hoc
sacramentum, sicut olim fieri consueuerunt circa Arcam testamenti
Dei, prout tu allegasti: ibi enim miracula ordinabantur ad fideliũ fidem confirmandam, seu causandã,
& quandoque ad infidelium terrorem incutiendum: hic autem quęruntur miracula ad meritum credentium augendum, quod quidẽ
meritum euacuaretur vel saltim
diminueretur, si talia signa visibilia apparerent.

Ambrosius in Lucam, lib. 6. capit. 8.

ET ecce vir cui nomen Iairus & ipse Princeps Synagogæ erat. Et cecidit ante pedes Iesu, rogans eum vt intraret domum suã, quia filia vnica erat illi, fere annorum duodecim. & hæc morieba*Luc. 8.* tur. Reliquerat in Gerasenis Synagogam Christus, vt diximus, & quẽ
sui non receperant, excepimus alieni, excepimus quẽ expectabamus.
Nec nobis igitur, à quibus expectabatur diu defuit, nec ad illos, si regetur redire fastidit. Vir enim iste
princeps Synagogæ, cui filia erat
vnica, pro Synagogæ pereuntis remedio precabatur, quæ vrgebatur
in mortẽ, quia deferebatur à Christo. Quẽ putamus Synagogæ principem esse, nisi legem? Cuius contẽplatione Dominus Synagogam nõ
penitus dereliquit, medicinam salutis credentibus reseruauit.

Theophylactus in 9. cap. Matth.

VIdetur ille fidem habere, quã
uis nõ magnam. Obsecrat enim Iesum, non vt solum verbũ dicat, sed vt veniat, & manum imponat. Defunctã autem dicit esse filiam, quanuis apud Lucam dicatur
nondum defuncta. Dicit autem velut coniectans, eo quod reliquerat
eam iam extremum exhalãtem spiritum, velut augens calamitatem,
quod ad misericordiã prouocaret
Christum.

Hilarius in Matthæum, Canone, 9.

PRæces principis, fides mulieris, turbæ in domo conuentus
Luc. 8.
& cæ-

& cæcorum duum clamor, muti & surdi, & dæmoniaci oblatio, ex superioribus dictis connexæ sibi intelligentię tenent ordinem. Princeps hic lex esse intelligitur, quæ Dominum orat, plebs, quam ipsa Christi prędicatio aduentus eius expectatione nutriuerat, vitã mortuæ reddat. Nam nullum principẽ credidisse legimus, ex quo persona principis huius orantis merito in typum legis aptabitur. Cui quidem Dominus opem spopondit, ad quã præstandã prosecutus est. Sed prior cum Apostolis peccatorum turba saluatur. Et cum primũ electionẽ, quę ex lege destinabatur, viuere oportuisset, anterior tamẽ in mulieris specie salus publicanis & peccatoribus redditur. Hæc itaque ad Domini prætereũtis occursum tactu vestis Domini sanam se de profluuio sanguinis futurum esse cõfidit, sordibus scilicet polluta corporis sui, & interioris vitij immundi tijs dissoluta, fimbriam vestis per fidem festinat attingere. Donum videlicet Spiritus sancti de Christi corpore modo fimbriæ exeuntis cum Apostolis conuersata contingere, fitque mox sana, ita alteri salus, dum alij defertur, est reddita. Cuius fidem & constantiam Dominus laudauit, quia quod Israeli parabatur, plebs gentium occupauit. Est autem in simplici intelligẽtia magna virtutis Dominicæ admiratio, cum potestas intra corpus manens, rebus caducis efficientiã adderet sanitatis, & vsque in vestiũ fimbrias operatio diuina procederet. Nõ enim diuisibilis & comprehensibilis erat Deus, vt corpore clauderetur. Ipse enim dona in spiritu diuidit, cæterum non diuiditur in donis. Virtutem autem eius fides vbique consequitur, quia vbique est, & nusquam abest. Et assumptio corporis non naturam virtutis inclusit, sed ad redemptionem suam, fragilitatem corporis virtus assumpsit. Quæ tam infinita, tam libera est, vt etiam ostenderit nõ ex salute fidem, sed per fidem salutem expectandam. Cæci enim quia crediderant, viderunt, non quia viderant, crediderunt. Ex quo intelligendum est, fide merendum esse quod petitur, non ex impietatis fidem esse sumendam. Ingreditur deinde Dominus domum principis, Synagogam videlicet, cui in cãticis legis hymnus luctuum personabat, & irridetur à plurimis. Nũquam enim illi Deum in homine crediderunt. Quinpotius prædicari resurrectionem ex mortuis riserunt. Apprehensam igitur puellam manu, cuius apud se mors erat somnus, retraxit ad vitam. Namque vt rarus hic esse ex lege credentiũ electionis numerus intelligi posset, turba omnis expulsa est, quam vtique saluari Dominus optasset, sed irridendo dicta, gestaque resurrectionis non fuit digna consortio. Et exeunte fama in vniuersam terram illam in electionis salutem donum Christi, atque opera prædicatur.

(?)

TEX-

TEXTVS.

ET ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro & tetigit fimbriã vestimenti eius, Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus, & videns eam, dixit: Confide filia, Fides tua saluam te fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.

Hieronimus libr. 1. in Matthæi, cap. 9.

Luc. 8. IN Euangelio secundum Lucã scribitur, quod Principis filia duodecim annos haberet ætatis. Nota ergo quod eo tempore hæc mulier, id est, gentium populus cæperit ægrotare, quo gens Iudeorũ credidérat. Nisi enim ex comparatione virtutum, vitium non ostenditur. Hæc autem mulier sanguine fluens, non in domo, non in vrbe accedit ad Dominum: quia iuxta legẽ vrbibus excludebatur: sed in itinere ambulante Domino: vt dum pergit ad aliam, alia curaretur. Vnde dicunt & Apostoli: *Vobis quidem oportebat prædicari verbũ Dei: sed quoniam vos iudicastis indignos salute transgredimur ad gentes. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero &c.* Iuxta legem qui mulierem menstruatam, aut fluentem sanguine tetigerit, immũdus est. Ista ideo tangit Dominum, vt sanguinis vitio etiam ipsa curaretur. *Confide filia, fides tua saluam te fecit, &c.* Ideo filia, quia fides tua te saluam fecit. Nec dixit: fides tua te saluam factura est: *Sed saluam te fecit.* In eo enim quod credidisti, iam salua facta es.

Actorum. 13.

Leuit. 18.

(?)

Fulgentius ad Trasimundum regem, lib. 2.

Sanctificetur nomen tuum. Et tamen hunc orationis locum sic beatus intellexisse cognoscitur Cyprianus, vt in hac diuini nominis sanctificatione, non Deum dicerét sanctificari, sed nobis donũ sanctificationis diuinæ conferri. In Epistola namque de Dominica oratione, quibusdam præmissis, ita loquitur: Post hoc dicimus: *Sanctificetur nomen tuum*; non quod optemus Deo, vt sanctificétur orationibus nostris, sed quod petimus ab eo, vt nomen eius sanctificetur in nobis. Cæterum aquo Deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit: *Sancti estote: quia & ego sanctus sum.* Id petimus & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cæpimus, perseueremus, & hoc quotidie deprecamur. Opus est enim nobis quotidiana sanctificatione, vt qui quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus. Si ergo fructificantes Christum nos sanctificamur, & nomen Dei sanctificari poscẽtes, nos donum sanctificationis accipimus: cur exaltantes Deum non potius nos per intelligẽtiæ profectum exaltari credamus? Quod si Deum exaltantes,

Matth. 6.

Leuit. 11.

nos potius exaltamus: similiter cũ nobis venire dicitur, nostrum profectum debemus credere, in eo quod se Diuina maiestas nostris dignatur cordibus reuelare. Nam si Filius Dei ad nos locali motu descendit, localiter de illo virtus exiuit. Cum enim quædã mulier, in profluuio sanguinis constituta, facultatibus viribusq; cõsumptis, omnia quæ habuit propter infirmitatem finiret, & solam infirmitatẽ, quã habere nollet, finire nõ posset, atq; à cælesti medico gratis curari desiderans, occulte fimbriam tangens, fideli raptu sanitatis sibi furaretur effectum, ille credulitatis conscius, & salutis, ait: *Tetigit me aliquis? Nam ego noui, virtutem de me exisse.* Quid igitur hęc virtus, quæ de Domino exiuit? Nunquid exeundo discessit? An ad sanandam sic exiens potuit peruenire, vt à Saluatore localiter nõ posset exire? Quod si localiter ab eo, qui virtus dicitur, virtus exiuit, dicatur: qualiter virtus à virtute discessit? Si vero talis credulitas fidei Christianæ videtur incõgrua, non alium putemus illum de Christo virtutis exitium, nisi Diuinæ curationis effectum. Tunc enim ad mulierẽ virtus Saluatoris exiuit, quando in se virtutem Diuinę curationis agnouit. Sic ergo Dei Filius, qui est virtus & sapientia Dei, locorum creator & temporũ, quemadmodum tẽpus omne sempiternus præcedit, sic omnem locum immensus excedit, qui nobis tunc venire dicitur, cum nos illuminare dignatur.

Quomodo à Christo virtus exit, muliere fimbriã eius tangẽte.

Cyrillus in Leuiticum lib. 4

OMNIS qui tetigerit ex ea sanctificabitur. Ponamus enim, quia etiam nunc integer sit status illius templi, offerantur hostiæ, sacrificia consumentur. Ingressus est aliquis templum scelestus, iniquus, impurus: inuenit carnes ex sacrificijs propositas, tetigit eas: an sanctificatus continuo pronunciabitur? Enimuero nullomodo, vel rei natura vel veritas religionis hoc recipit: & ideo redeundũ nobis est ad expositiones Euangelicas atq; Apostolicas, vt lex possit intelligi. Nisi enim velamen abstulerit Euangelium de facie Mosi, nõ potest videri vultus eius, nec sensus eius potest intelligi. Vide ergo quomodo in Ecclesia Apostolorum Discipuli adsunt ijs quæ Moses scripsit, & defendũt ea, quod & impleri queant, & rationabiliter scripta sint: Iudeorum vero Doctores, & impossibilia hæc, & irrationabilia, sequentes literam, faciant. Igitur sacrificiũ, propter quod hæc omnia sacrificia in typo & figura præcesserant, vnum & perfectum, immolatus est Christus. Huius sacrificij carnem si quis tetigerit, continuo sanctificabitur: si immundus est, sanabitur si in plaga est. Sic deniq; intellexit illa, de qua paulo ante memoraui, quę profluuium sanguinis patiebatur, quia ipse esset caro sacrificij, & caro Sancta Sanctorũ: quia vero intellexit quæ esset caro Sancta Sanctorum, idcirco accessit & ipsa, Ipsam quidem carnẽ sanctam contingere non audet: nondum enim mundata fuerat, neque quæ perfecta sunt apprehenderat: sed fimbriam tetigit vestimenti, quo sancta caro tegebatur. Et fideli tactu virtutem alicuit ex carne, quæ se ab immunditia sanctificaret, & plagam, quam patiebatur, sanaret, Nõ tibi videtur isto magis ordine verba stare posse, quibus per Mosen dicit: *Omnis qui tetigerit ex carnibus sanctis, sanctificabitur?* Has enim carnes, quas nos exposuimus,

Leuit. 6.

fuimus, tetigerunt omnes, qui ex gentibus crediderũt. Has tetigit
Ad Tit. 3. ille qui dicebat: *Fuimus enim & nos stulti aliquando & increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Sed cum benignitas & humanitas illuxit Saluatoris nostri Dei saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus*
1. Cor. 6. *sancti.* Et alibi dicit: *Et hæc, inquit, fuistis, sed sanctificati estis, & iustificati in nomine Domini nostri Iesu Christi, & spiritu Dei nostri.* Si enim quis, vt diximus, tangat quidem carnẽ Iesu, eo modo quo superius exposuimus, totaq; fide ac omni obedientia accedat ad Iesum, tanquã ad verbum carnem factum, iste tetigit carnem sacrificij, & sanctificatus est. Tangit autem carnes verbi & ille, de quo dicit Apostolas:
Heb. 5. *Perfectorum autem est cibus solidus, eorum qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.* Tangit ergo & ille carnem verbi Dei, qui interiora eius discuti, & occulta potest explanare mysteria. Et nos si habuerimus talem intellectum, vt possimus singula quæ scribuntur in lege, spiritali interpretatione discernere, & obtectũ vniuscuiusque sermonis Sacramẽtum in Lucem Scientiæ subtilioris educere: si ita docere possemus Ecclesiam, vt nihil ex iis quæ secta sunt remaneret ambiguum, nihil relinqueretur obscurum: fortasis & de nobis dici poterit, quia tetigimus carnes sanctas verbi Dei, & sanctificati sumus. Sic autem accipio &
Leuit. 6. illud, quod dictum est: Quia omnes masculi ex Sacerdotibus edẽt eam: nulla enim fæmina, nec remissa & dissoluta anima poterit edere carnes sanctas verbi Dei: masculus quæritur quia eas edat. Masculi quippe sunt qui perducun
A tur ad numerum: nusquam fœmina, nusquam paruuli numerantur, vnde & Apostolus dicebat: *Quum autem factus sum vir, deposui quæ erant paruuli.* Tales ergo iste masculus, 1. Cor. 13.
& talis vir quæritur, qui carnes sanctas possit comedere; & comedere quidem non in quocunq; loco, sed in loco sancto, in atrio tabernaculi.

Optatus Mileuitanus libr. 5. contra Parmenianum.

B QVID nobis videtur & illa mulier, quæ de secreto causæ fœminarũ, cum per annos duodecim laboraret, & omnem substantiam suam in medicos erogasset. Cum videret à filio Dei tantas celebrari virtutes, processit in turbam, videt medicum, videt & populum: cogebat illam dolor, vt medicinam peteret: pudor impediebat ne causam suam coram masculis indicaret. Inuenit consilium tacita fides. *Mittam*, inquit, *manum meam, & tangam fimbriam vestimenti eius, & sana fiam.* Nemine videnC te inter turbas, manum misit, & sanata est. Nec ausa est indicare, quod ausa non fuerat petere. Sed ne fructus fidei apud ignorantes latere videretur, sic Saluator ait: *Quis me tetigit?* Mirati sunt Discipuli eius, dicentes: *Turbæ te comprimunt. Tu dicis quis me tetigit.* Et Chri
D stus, *Quis me* (inquam.) *Tetigit? Sensi à me exisse virtutem.* Sic mulier confessa est, se tetigisse, & sanam esse. Iam dudum pro filia altera petijt, Matth. 8.
pro puero Centurio postulauit. Hoc loco nec mulier petijt, nec Christus promisit, sed fides quantum præsumpsit, exegit: Certæ dantis est, non accipientis.

Tertulianus aduersus Marcionem, lib. 4.

PErmittite mihi aduersus hæreticum. Tangitura fœmina quę sanguine fluitabat, & nesciuit à qua. *Quis me*, inquit, *tetigit?* Etiam excusantibus Discipulis, perseuerat in ignorantiæ voce. *Tetigit me aliquis*, idq; de argumẽto affirmat. *Sensi enim virtutem ex me profectam.* Quid dicit hæreticus? Sciebat ne personam? Et cur quasi ignorans loquebatur? Vt confessionem certe prouocaret, vt timorem probaret. Sic & Adam aliquando quęsierat, quasi ignorans, *Adam vbi es?* Gen. 3. Habes & creatorem cum Christo excusatum, & Christum creatori adæquatum. Sed & hoc, qui aduersarius legis, vt quia lex à contactu fœminæ sanguinantis summouet, idcirco gestierit non tantum contactum eius admittere, sed etiam sanitatem donare. O Deum non natura beneficium, sed æmulatione. At enim si fidem mulieris inuenimus ita meruisse, cum dicit: *Fides tua te saluam fecit*, quis es vt ęmulationẽ legis interpreteris in isto facto, quod ipse Dominus ex fidei remuneratione æditum ostendit? Sed hanc vis mulieris fidem constituere, qua contempserat legem, Et cui credibile, vt mulier nullius adhuc Dei conscia, nullius adhuc nouæ legis initiata, legem irrumperet, eam cui adhuc tenebatur? Qua deniq; fide irrupit? In quem Deum credens, quem spernens? Certe enim ex fide tetigit. Si ex fide creatoris, quæ alium Deũ ignorabat: & quomodo legem eius irrupit? Tam enim irrupit, si irrupit, quam ex fide creatoris. Quomodo enim vtrunq; conueniet, & irruperit, & ex fide eam irruperit, propter quam irrupisse nõ debuit? Dicam: fides hæc fuit primo, qua Deum suum confidebat misericordiam malle quã ipsum sacrificiũ, qua eum Deum certa erat operari in Christo, qua sic eum tetigit, nõ vt hominem sanctum, nec vt Prophetam, quem contaminabilẽ pro humana substantia sciret: sed vt ipsum Deum, quem nulla spurcitia polluipossepræsumpserat. Itaque non temere interpretata est sibi legem ea contaminari significantẽ, quæ essent contaminabilia: non Deum, quem in Christo confidebat, Sed & illud recogitauit, ordinarium & solemne menstrui vel partualis sanguinis fluxum in lege taxari, qui veniat ex officio naturæ, ex vitio valetudinis. Illa autem ex vitio valetudinis redundabat, cui non modum temporis, sed Diuinæ misericordiæ auxilium necessarium sciebat. Atq; ita potest legem nõ irrupisse, sed distinxisse. Hæc erit fides, quæ contulerat etiam intellectum. *Nisi credideritis*, inquit, *non intelligetis.* Esai. 6. Hanc fidem probans Christus eius fœminæ, quæ solum credebat creatorẽ, eius fidei se Deum respondit, quã probauit. Nec illud ommitã, quod dum tangitur vestimentum eius, vtiq; corpori non phantasmati inditum, corpus quoq; demonstrabatur. Nõ quasi iam de hoc retractemus, sed quia ad præsentẽ conspirat quæstionem. Si enim non erat veritas corporis, phantasma vtiq; contaminari, qua res vacua, non posset. Qui ergo non potest contaminari præ inanitate substantiæ, quomodo voluisset? Vt æmulus legis mentiebatur, qui non vere polluebatur.

(?)

Ambrosius

Ambrosius lib. 6. in Lucam, capit. 8.

AD hanc ergo Principis filiam dum properat Dei verbū, vt saluos faceret filios Israel, sancta Ecclesia ex gentibus congregata, quæ inferiorum lapsu criminum deperibat, paratam alijs fide præripuit sanitatem. Moraliter hunc locum satis putauimus exprimendum. Et ideo non illa quæ dicta sunt recēsemus, sed mystica breui volumus sermone perstringere. An non ita factum est vt Dei verbum cum veniſſet ad Iudeos asciſceretur à gentibus, & prius ab illis qui in legem non crediderant, in gratiam crederetur? Nā sicut illa quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suā, ita etiam congregatio gentium amiserat omnia dona naturæ, & patrimonium vitale prodegerat, sancta, verecunda, religiosa, fide pr̄optior, pudore cunctatior. Hoc est enim pudoris & fidei agnoscēte infirmitatem, non desperare veniam. Verecunda ergo fimbriam tetigit, fidelis accessit, religiosa credidit, sapiens sanatam esse cognouit. Sic sancta plebs gentium quæ Deo credidit, peccatum erubuit vt desereret, fidem detulit, vt crederet, deuotionem exhibuit vt rogaret, sapientiam induit vt sanitatem suam & ipsa sentiret, fiducia sumpsit vt fateretur quod præripuisset alienum. Cur autem retro tangitur Christus? An quia
Deut. 6. scriptū est: *Post Dominum Deum tuū ambulabis?* Quid etiā sibi vult quod & Principis filia annorum duodecim moriebatur, & mulier ista fluxu sanguinis ab annis duodecim laborabat, nisi vt intelligatur, quia quandiu Synagoga viguit, laborauit Ecclesia? Defectus illius huius virtus est, quia illorum delicto salus gentibus, & consummatio illius huius exordium, non naturæ exordium sed salutis: *Quia cæ* Rom. 11.
citas ex Parte Israel contingit, donec plenitudo gentium intraret. Nōn igitur tempore, sed specie sanitatis, antiquior Synagoga quam Ecclesia, quia quandiu illa credebat, ista non credidit, & per varias corporis atq; animæ passiones immedicabili remedio ægra languebat. Audiuit ægrotare populum Iudeorum, sperare cæpit salutis suæ remedium, tempus venisse cognouit, quo medicus adesset è cælo surrexit vt occurreret verbo, vidit quia comprimebatur à turbis. Nō enim credunt qui cōprimunt, credunt qui tangunt. Fide tangitur Christus, fide Christus videtur, non corpore tangitur, non oculis comprehenditur. Neque enim videt, qui videns non videt: neq; audit, qui ea quæ audit, non intelligit, neq; tangit, qui non fideliter tangit. Deniq; vt fidem tangentis exprimeret ait *Tetigit me aliquis, nā ego cognoui virtutē de me exisse.* Quod est euidentis indicij, quia non intra possibilitatem conditionis humanæ, atq; intra corporis clausturū inclusa sapientia diuinitatis coartata est, nō capitur, angustijs corporalibus nō tenetur, sed vltra fines nostræ mediocritatis virtus exundat æterna. Non enim humana ope plebs gentiū liberatur, sed Dei munus est congregatio nationum, quæ etiam breui fide misericordiam inclinat æternam. Nam si consideremus quāta sit fides nostra, & intelligamus quantus sit filius Dei, videbimus quia cōparatione eius fimbriam tantummodo tangimus, superiorem vero vestimenti eius partem nequimus attingere. Si igitur & nos curari volumus, fide tangamus fimbriam

Christi. Non latet eum quicunq; fimbriam tetigerit, qui tetigerit auersum. Neq; enim Deus indiget oculis vt videat, neq; corporaliter sentit, sed in se habet cognitionem omnium. Beatus ergo qui vel extremam Partem verbi contigerit: nam totum quis potest cõprehendere? Verum vt ad illam quæ adhuc ægra est reuertamur, ne per nostram moram dum diu Christi moramur ingressum, mortua esse credatur.

Rabanus de Vniuersis lib. 4.

Matth. 9. ARchisynagogi filia ad quam curandam Dominus dũ pergeret, prius tamen antequam ad eam veniret tetigit eum à tergo mulier quæ profluuio sanguinis laborabat & curata est. Archisynagogi quidem filia Iudææ typum tenuit. Hæc autẽ quæ profluuio sanguinis laborabat figuram habuit Ecclesiæ ex gentibus. Quædum post prædicationem & post passionem ac post Ascensionem Christi credidit, quasi à tergo Dominũ tetigit: & ante accipere salutem quam Synagoga promeruit.

Theophylactus in 9. capit. Matthæi.

MVLIER hæc, quoniam immunda erat, ob pietatẽ non accessit manifeste, ne forte quo pacto prohiberetur, quanuis autem putabat se posse latere, veruntamen sperauit se sanitatẽ assecuturam, si tantum summam eius vestem contingeret, quæ per fimbriam significatur. At Saluator prodit eam, non vt amans gloriæ, sed vt fidem illius ad nostram vtilitatem declararet, & vt in fide roboraretur etiã Archisynagogus.

A *Confide*, autem, dicit ei, eo quod timida erat, quia furtim donum acceperat. Et filiam vocat, vt fidelẽ. Ostendit item, quod nisi habuisset fidem, neutiquã recepisset beneficium, quanuis sanctas contigisset vestes. Dicunt autem quod statuã Dominõ fecerit, ad cuius pedes nascatur herba, quæ profluuio sanguinis laborãtibus medeatur, quã Iuliani temporibus impij contriuerunt.

B

Nicephorus libr. 6. capit. 15.

QVandoquidem autem Paneadis meminimus, nec aliã quandam historiam prætermittendam esse duximus, dignam illam quæ sit in ore omnibus. Ex hac enim vrbe fama fert ortam fuisse mulierem illam, quam sanguinis profluuio laborantem, fimbriæ Christi attactu sanationem rapuisse, diuinorum Euangeliorum testatur C Scriptura. Ibi domusquoque eius magnifica adhuc, visa est, simulq; admirandum trophæum & monumentum collati in eam beneficij seruatoris permansit. Prosoribus nanq; domus eius in columna quadam æreæ duæ statuæ stabant sublimes: quarum altera, genibus flexis, manibusque protensis, fœminæ habitu supplicantis faciem prę se tulit: altera autem ex aduerso collata, directo viristatu, diploide D cum decenti quadam grauitate amicti, manum inclinatæ fœminę porrigere visa est. Ad huius pedes in statuæ ipsius basi herba excrescere, quæ cum ad fimbriam æreæ diploidis pertigisset, nõ altius progrediebatur, eamq; veluti sacram illam fimbriam tangens illa, præsens aduersus omne genus verborum auxilium habuisse dicta est. Statuam Porrò istam à muliere illa sanguinis profluuio laborante

ad

ad Christi formam & habitum cō flatam esse, vera certaque, quæ ad nos peruenit, historia tradidit. Atque ea ad Iuliani vsque tempora perdurauit. Neque adeo mirum A videri debet, qui aliquid beneficij olim à Seruatore nostro acceperē, eos per huiusmodi monumenta grati erga eum animi memoriam reliquisse.

TEXTVS.

ET cum venisset Iesus in domum Principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et cum eiecta esset turba, introiuit, & tenuit manum eius, & dixit: Puella surge. Et surrexit puella, & exijt hæc fama in vniuersam terram illam.

Cyrillus in Ioann. libr. 4. capit. 14.

QVONIAM igitur Saluatoris caro verbo Dei, quod naturaliter vita est, coniuncta, viuifica effecta est: quando eam comedimus tunc vitam habemus in nobis, illi coniuncti, quæ vita effecta est. Hac de causa in exuscitandis mortuis non solummodo verbo atque Imperio, vt Deus, vtebatur: verum etiam carnem suam quasi cooperatricem nonnunquā adhibebat: vt re ipsa ostenderet, carnem quoq; suam, quoniam sibi coniuncta est, viuificam esse, atq; fideles doceret, suum non alterius corpus esse. Nam quando Synagogæ Principis filiam suscitabat, manum eius apprehendit, vt scribitur, & erexit, dicens: *Puella surge*: ita vt Deus & verbo & carnis suæ tactu eam excitauit, vnam ab vno se Christo, Deo videlicet atq; homine operationem producens. Quādo etiam in ciuitatem Naim vocatam ingrediebatur, & offerebatur vnigenitus matris filius iā mortuus, tetigit corpus eius dicēs: *Adolescens tibi dico, surge*. Non ergo B verbo solum semper (vt diximus) verum etiā tactu mortuos excitabat, vt ostenderet corpus quoque suum viuificare posse, quod si solo tactu suo corrupta redintegrātur: quomodo non viuemus, qui carnē illam & gustamus & māducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem suam participes sui: Nec velis iudaice quomodo quærere, sed recordare, quanuis naturaliter aqua frigidior sit, aduentu C tamen ignis, frigiditatis suæ oblita æstuat. Hoc sane modo etiam nos, quanuis propter naturam carnis corruptibiles simus, participatione tamen vitæ ab imbecillitate nostra reuocati, ad proprietatē illius ad vitā reformamur. Oportuit enim certe, vt non solum anima per Spiritum sanctum in beatam vitam ascenderet: verum etiā D vt rude atq; terrestre hoc corpus cognato sibi gustu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur. Nec putet ex tarditate mentis suę Iudæus inaudita nobis excogitata esse mysteria: videbit enim, si attentius quærit, hoc ipsum à Mosis temporibus per figuram semper factitatum fuisse. Quid enim maiores eorum ab ira Æyptiorum libe Exodi 12.

Luc. 7.

rauit,quando mors in primogeni ta Ægypti sæuiebat? Nonne omnibus palam est,quia Diuina institutione perdocti, agni carnes mã ducarunt,& postes ac superlimina ria sanguine perunxerunt, propte rea mortem ab eis diuertisse?Pernicies nanque, idest carnis huius mors, aduersus genus humanum propter primi hominis transgressionem furebat. *Terra enim es, & in terram reuerteris*, propter peccatum audiuimus. Verum quoniam per carnem suam Christus attrocem hunc euersus erat tyrannum, propterea id mysterium apud priscos obumbrabatur,& ouinis carnibus atq; sanguine sanctificati(Deo ita volente) perniciem effugebant. Cur igitur, ò Iudææ turbaris, præ figuratam veritatem, iam videns? Inquam turbaris, si Christus dicit: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis*, quum oporteret Mosaicis te legibus instituti,& priscis vmbris ad credendum perdoctum, ad intelligenda hæc mysteria paratissimum esse.

Genes.3.

Ioan.6.

Cyrillus ad Reginas de recta fide.

Ioan.11.

QVARE non potius sicut apud Lazarum contentus fuit sermone ad resuscitãdam puellã, & tenuit manum illius? Nimirum vt oltẽderet viuificũ eius corpus, corpus enim est vitæ. Igitur naturalis magis & vera est vnio verbi cum carne,& non sicut quidã imperite dicunt,quasi tantum in personis facta sit, vel iuxta humilem laudem vel concordiam, vel copulam simpliciter.

Theophylactus in 5. caput Matthæi.

QVoniam nondum nupta erat, deflebant eam nuptialibus tibijs,secundum legem hoc facientes. Dormire autem dicit illã, eo quod apud se mors sumnus esset: valebat enim facile suscitare. Cæterum quod deriserũt eum,ne mireris : nam testimonium amplius dant miraculo,quod vere mortuã suscitarit. Ne quis enim diceret, quod in excessu quodam esset, idcirco in confesso erat apud omnes eius mors.

A

B

Hieronymus lib. 1. in Matthæi, cap. 9.

ET cum venisset Iesus in domũ Principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem &c. Vsq; hodie puella iacet in domo Principis mortua:& qui vidẽtur magistri,tibicines sunt,carmẽ lugubre canẽtes. Turba quoq; Iudeorũ nõ est turba credẽtiũ, sed turba tumultuantium. *Recedite:non est enim mortua puella sed dormit & c.* Quia Deo viuunt omnia. *Et cum ejecta esset turba,intrauit.* Non enim erant digni vt viderent mysterium resurgentis, qui resuscitantem indignis contumelijs deridebant. *Et tenuit manum eius. Et surrexit puella & exijt fama hæc in vniuersam terram illam.* Nisi prius mundatæ fuerint manus Iudeorum, quæ sanguine plenæ sunt:Synagoga eorum mortua non resuget.

C

D

Ambrosius in Lucam, lib. 6. capit. 8.

VENERVNT, inquit, *serui dicentes Principi:Noli vexare illum filia tua mortua est.* Et primum illud consideremus, quod suscitaturus mortuam ad faciendam fidẽ hæmorrhoussam ante curauit. Et

vt scias, exẽpli gratia, stetisse sanguinis fluxum, dum ad illam petitur, ista curatur. Sic & resurrectio temporalis in Domini passione celebratur, vt perpetua illa credatur. Sic & paritura sterilis indicatur, vt conceptura virgo credatur. Deniq; audiuit parituram Helisabet Maria, nec de sua generatione dubitauit. *Venerũt*, inquit, *serui, dicẽtes Principi: Noli vexare illum.* Ad huc & hi increduli ad resurrectionem, quam Iesus in lege prædixit, in Euangelio compleuit. Itaq; cum veniisset in domum, paucos iuturæ resurrectionis arbitros asciuit. Non enim à multis continuò est credita resurrectio. Deniq; dicente Domino: *Non est mortua puella, sed dormit. Deridebãt*, inquit, *eum.* Quicunque enim non credit, irridet. Fleant igitur mortuos suos qui putant mortuos. Vbi resurrectionis fides est, non mortis species sed quietis est. Nec illud abhorret Matthæi quod ait: Tibicines fuisse in domo Principis & turbam tumultuantem. Vel quia more veteri tibicines ad incendendos excitandosq; luctus ferebantur adhiberi, vel quia per legis & literæ cantilenã, exultationem Synagoga non poterat capere spiritalem. *Tenens ergo manum puellæ Iesus sanauit eã & iussit dare ei manducare.* Quod est testimonium vitæ, vt non phantasma sed veritas crederetur. Beatus ille cui manum sapientiam tenet. Vtinã meos quoque teneat actus, teneat manum iustitia, teneat Dei verbum, inducat in penetralia sua, spiritum auertat erroris, conuertat salutis, dari mihi iubeat manducare. Panis enim cælestis Dei verbũ est inde & illa sapientia quæ diuini corporis & sanguinis Sacrosancta altaria repleuit alimentis: *Venite*, inquit, *edite panes meos & bibite vinum quod miscui vobis.* Quæ tamen tantæ diuersitatis est causa? Supra publice vidue filius suscitatur, hic remouentur plures arbitri. Sed puto quod in eo quoque pietas ibi Domini declaretur, quia vidua mater vnici non patiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur maturitas additur. Est etiam forma sapientiæ in viduæ filio. cito Ecclesiam creditura, in Archisynagogæ filia credituros quidem Iudeos, sed expluribus pauciores.

Luc. 2.

Matth. 9.

Prou. 9.

Gregorius Moral. libr. 18. in cap. 28. Iob.

FORAS ergo turba eijcitur, vt puella suscitetur: quia si nõ prius à secretioribus cordis, expellitur importuna secularium multitudo curarum, anima quę intrinsecus iacet mortua, non resurgit. Nam dum se per innumeras terrenorum desideriorum cogitationes spargit, ad considerationem sui sese nullatenus colligit. In his itaq; inquietudinum fluctibus habitare sapientiã non posse cognoscens, ait: *Et mare loquitur, non est mecum.* Nullus quippe eam plene recipit, nisi qui ab omni se abstrahere actionum carnalium fluctuatione contendit. Vnde & alias dicitur: *Sapientiam scribe in tempore ocij, & qui minoratur actu, ipse percipiet eam.* Et rursum: Vacate & videte quoniam ego sum Deus.

Iob. 28.

Eccles. 38.

Psalm. 45.

DOMINICA VIGESIMA QVARTA POST PENTECOSTEM.

Euangelium, Matth. 24.

TEXTVS.

Matth. 24. Marci. 13. Luce. 21.

CVM videritis abominationē desolationis quæ dicta est à Daniele Propheta stantem in loco Sancto, &c.

D. Paulus Burg. in 1. parte Scrutinij dict. 3. cap. 3.

Reuelatio Danieli facta de aduētu Messiæ per 70. Hebdomadas signatas.

Dan. 9. In quo loco Dauid stabat quādo ei fuit facta reuelatio.

PAVLVS. Daniel qui fuit de vltimis Prophetarum veteris testamenti de hac materia, scilicet, de aduētu Messiæ inter cæteros pertractauit, qui vt habetur Dan. 9. Cum orationibus precibus & ieiunijs, & Sacco & cinere orans Deum tēpore Babylonicæ captiuitatis pro illuminatione, seu reparatione Sanctuarij ciuitatis, & Populi Israelitici, cum instāter orasset, & peccata propria, & Populi confiteretur: Angelus Gabriel ei apparuit tempore sacrificij vespertini quando ieiunātium mentes magis eleuantur & deuotius orant. Qui quidem Gabriel postquam reddidit Danielem attentum super arduitatem dicendorum dicendo ei hęc verba: *Ab Exordio pœcumtuarum egressus est sermo Domini: Ego autem veni, vt indicarē tibi quia vir desideriorum es: tu autem animaduerte sermonem & intellige visionem.* Consequenter reuelauit ei tempus aduentus Messiæ dicendo ei hæc verba, secundū traslationem tuam. *Septuaginta Hebdomades abreuiatæ sunt alias decisſæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consumetur prœuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas & adducatur iustitia sempiterna & impleatur visio. & profetia & vngatur Sanctus Sanctorum.* Inquib⁹ verbis Angelicis manifeste patet quod infra terminū Septuaginta Hebdomadarum à Deo per Angelum Danieli reuelatum: iustitia sempiterna erat adducenda, scilicet, Messias promissus de quo in Ps. *Orietur in diebus eius iustitia.* Et Hierem. 23. *Hoc est nomen quod vocabunt eum: Dominus noster iustus.* Et sic in alijs locis, iustus, seu iustitia per excelentiam de Messia dicitur: Cum ergo tempus prædictarum Hebdomadarum iā diu est, quod transiuit, vt possit cuidēter

Danielis Prophetiæ præcessit oratio, ieiunium & pœnitētiæ opera. Aqua

cōcionatores discere possunt.

Ieiunantes vespertino tēpore magis eleuantur.

Danielē Angelus reddit attentum.

Psalm. 71. Hier. 24.

Messias iustus & iustitia vocatur per excellentiam Messiæ.

ter probari nõ ſolum per rationes ſed etiã per authoritates à te recipiẽdas, ſequitur quod iuſtitia ſempiterna que eſt ipſe Meſsias, iã diu eſt quod venit: quod eſt intentum meũ, in hac noſtra altercatione.

Tria quærit.

Authoritas per te allegata non concludit intentũ tuum, niſi prius probes aliqua, quæ non credo, te probare poſſe. Et ſpecialiter tria, quæ tibi per ordinem tangam. Primum quod tibi incumbit probare eſt quod per hoc quod dicitur iuſtitia ſempiterna. In hoc loco intelligatur Meſſias promisus. Iuſtitia enim ſempiterna proprie Deꝰ eſt qui cũ ſit iuſtꝰ prout in ſcriptu ris ſæpe nominatur, ſequitur quod ſit iuſtitia. Illa enim, quæ de Deo dicuntur inconcreto oportet verificari de eo in abſtracto propter eius ſummam ſimplicitatem, & cũ ipſe ſit ſempiternus, ſequitur quod eius iuſticia, quæ eſt ſua eſſentia, ſit ſempiterna. Vnde proprius ſenſus huius dicti Angelici, ſcilicet: *Et adducatur iuſtitia ſempiterna*, eſt vt adducatur Deus, qui eſt iuſtitia ſempiterna proprie vt dictum eſt Deus autem dicitur venire, ſeu adduci metaphoricè ſecundũ ſuos effectus, quando, ſcilicet, effectus miſericordię ſuę ſeu prouidentię, vel iuſtitię ſuę venit, ſeu ducitur ad miſerendum, ſeu prouidendum ſuis creaturis. Vnde ſi bene conſideras in hoc loco ſic debet intelligi illud dictum, ſcilicet. *Et adducatur iuſtitia ſempiterna.* Nõ enim Daniel in ſuis orationibus, quæ in illo capitulo quod tu allegas, continentur, petiuit Meſsiam adduci, nec aliquid huiuſmodi: Sed ſolum reparationem templi, & ciuitatis, quę erant deſtructę, & etiam amotionẽ opprobrij populi ſui. prout verba ſua manifeſte ſonant, in quibus nulla mentio de Meſsia reperitur. Vnde, quia infra terminum

Primum an nomine iuſtitiæ ſempiternæ intelligatur Meſsias.

Quæ in cõtexte de Deo dicuntur verificantur in abſtracto.

Proprius ſenſus dicti Gabrielis eſt Deum eſſe iuſtitiam ſempiternam.

Secundo an Daniel in ſua oratione intẽderat Meſsiã petere.

A prædictarũ Hebdomadarũ Deus venit miſerando populo ſuo, reducendo eos de captiuitate Babylonica, & reædificando templum, & ciuitatem, & vindicando eos de inimicis, ſcilicet Caldæis, qui infra iſtud tempus fuerunt deſtructi per Medos. Idcirco horum reſpectu ſatis propriè poteſt intelligi adductio iuſtitiæ ſempiternæ correſpondente adorationes Danielis quibꝰ iſta petebat. Paulus vtiq; concedo tibi quod Deus eſt iuſ-
B tus & per conſequens iuſtitia ſempiterna; eo modo quo tu dicis, & etiam quod in hoc loco per hoc, quod dicitur iuſtitia ſempiterna intelligatur ipſe Deus: Sed per hoc nõ concluditur quin verba iſta de Meſsia ſeu Chriſto intelligantur. Nam prout iam dixi tibi verus Meſsias iuxta veritatem fidei noſtrę Deus verus eſt de cuius diuinitate tractaturus ſum tetum in articulo certo per ſe, ſed
C ad præſens oſtendam tibi magiſtros tuos, qui verba prædicta Angeli exponunt de Meſsia promiſſo. In libro enim Gederholam, id eſt de ordine mundi. Rab. Barachia exponens illud Iſai. 56. Vbi dicitur. *Proxima eſt ſalus mea ad veniendum, & iuſtitia mea adrenelandum*, dicit expreſſe, quòd per illud quod dicitur: *Et iuſtitia mea*, intelligitur Meſsias, de quo ſcriptum eſt in Dan. *Vt adducatur iuſtitia ſẽpiterna.* Hæc ille. Similiter Rab.
D Moyſ. Gerundenſis exponẽs predicta verba. Angeli in loco ſuo ſuper Danielẽ, ſic dicit: Iuſtitia ſempiterna, & ſanctuariũ ſanctuariorũ vel Sanctus Sanctorũ. non niſi ipſe Meſsias eſt ſanctificandꝰ de filijs Dauid. hęc ille. & ſic habes manifeſte ſecundũ doctrinã antiquorum. Talmudiſtarum & modernorum. etiam magiſtrorum, quod per iuſtitiam ſempiternam. & Sanctum

Ad primum oſtendit prædictam reuelationem de Meſsia promiſſo eſſe factam.

Probat quæ hoc ex teſtimonij Iudæorum.

In libro Gederholam. Rabbi Barachia.

Eſai. 56.

Rabbi Moyſ. Gerund.

Meſsias eſt Iuſtitia ſempiterna & Sanctus Sanctorum ſecundũ Talmũd.

ctum Sanctorum, quæ in verbis Angeli supra dicti continentur, intelligitur Messias. Illud autem quod obijcis dicés, quod Daniel, in suis orationibus in prædicto capitulo, contentis non petiuit Messiam adduci, sed solum reparationem templi, &c. Non facit contra propositum meum: tamen quia Deus ex abundantia suæ bonitatis non solum merita supplicum excedit, sed etiam orationum vota. Sæpe enim plus dat quàm ab eo petatur. Vnde Genes. 17. Abraham non petenti, quod daretur sibi filius de Sara, sed solum conseruationem Ismaelis, dicens: *Vtinam Ismael viuat coram te*, Deus respondit. *Sara vxor tua pariet tibi filium, &c.* Et infra: *Et pro Ismael exaudiui te, &c.* Ex quo patet quod non solum quod petebat, sed amplius ei concessit, & sic in proposito. Tamen, quia licet Daniel non petiuisset aliquid de Messia sed ex consideratione verborum Ieremiæ orasset pro liberatione populi Israel de Babylonica captiuitate, & redificatione templi, & huiusmodi. Deus tamen quem nihil latet futurum præsciens quod illa liberatio populi reædificatio tẽpli, & huiusmodi non erant stabiles, seu perpetuæ, nec per se intentæ: ideo reuelauit sibi veram consolationem populi, & perpetuam ędificationem templi Dei per aduentum iustitiæ sempiternæ, & Sancti Sanctorum: Scilicet, Messiæ fiendæ: Sicut si quis seruus Domino suo gratus, seu acceptus, peteret à suo Domino aliquam gratiam modici valoris, & Dominus ei responderet, bene dabo tibi illam, sed est modicæ reputationis: quia cito corrumpetur, sed dabo tibi aliam in comparabiliter maiorem, sicut. 1. Reg. 9. Samuel dicebat Sauli, quem sciebat Regem futurum. *De asinis, quas nudius tertius perdideras, ne solicitus sis, quia inuentæ sunt, & cuius erunt optima Israel nõne tibi?* Et sic in proposito. Deus enim sciens quod à propinquabat tempus Messiæ in quo redimendus erat populus Dei, & ciuitas Sancta scilicet, Ierusalem spiritualis perpetuo reparanda. Danieli petenti de temporali liberatione, & reædificatione ciuitatis, seu templi quodam modo momentanea: respondi quod illa reædificatio, quam petebat fieret, & hoc cum dicit: *Et rursum reædificabitur platea & muri*: Sed consequenter ostẽdit ei quid huiusmodi reædificatio non erat durabilis: & hoc cum dicit. *Et ciuitatem & Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas.* Verum tamen, vt eum vere consolaretur, reuelauit sibi liberationem populi spiritualem, quæ fienda erat, scilicet per consummationem præuaricationis, & peccati & delectionem iniquitatis, quæ per adductionem iustitiæ sempiternæ, & vnctionem Sancti Sanctorum implenda erant infra tempus Septuaginta, Hebdomaraum à Deo decissarum, prout plane litera sonat.

Ad secundũ Deus plusdare solet ex abũdantia pietatis suæquã. Ab eo petatur.

Genes. 17.

Similitudo.

Hiero in cap. 24. Matth.

QVANDO ad intelligentiam prouocamur, mysticum mostratur esse quod dictum est. Legimus autem in Daniele hoc modo. *Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificium & libamina, & in templo abominatio desolationum erit vsque ad consumationem temporis: Et consumatio dabitur super solitudinem.* De hoc & Apostolus

Daniel 9.

2. Thes. 2. lus loquitur. *Quod homo iniquitatis & aduersarius, eleuandus sit contra omne quod dicitur Deus, & colitur, ita vt audeat stare in templo Dei, & ostendere quod ipse sit Deus, cuius aduentus secundum operationem Satanæ destruat eos, & ad Dei solitudinem redigat, qui se susceperint.* Potest autem simpliciter, aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cesaris, quam Pilatus posuit in templo, aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso Sancto Sanctorum loco vsque in præsentem diem stetit. Abominatio quoque secundum veterem scripturam idolum nuncupatur, & idcirco additur desolationis, quod in desolato templo, atque destructo, Idolum positum sit. De hoc loco ideſt de abominatione desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta: *Stante in loco Sancto*: multa Porphirius tertio decimo operis sui volumine contra nos blasphemauit: cui Eusebius Cæsarienſis Episcopus tribus respondit voluminib⁹, decimo octauo, decimo nono, & vicesimo. Apollinaris quoque scripsit plenissime, superflueque conatus est vnc capitulo velle differere, de quo tantis versuum milibus disputatum est?

D. Chrisost. in Matthæi. hom. 76.

CVM videritis abominationem desolationis. Vnde maximè & Christi virtus, & Apostolorum fortitudo mirabilis ostenditur, videlicet quit emporibus illis prædicabāt, quando maxime Iudei omnes pellebantur, quando quasi seditiosi atque improbi obseruabantur, quando vndique illos exterminādos esse Cesar iam iusserat: Nec aliter fiebat, quam si quis cū Maria vndique insurgant, eum tenebris aer obductus sit, cum crebro atque alia super aliam naufragio nauis submergatur, cum inter se nautæ qui supersunt omnes diffideant, cum belluę de profundo emergant, vnaque cum fluctibus nauigantes arripiant, cum fulmina iaciantur, piratę insidientur, nullaque fides in nautas sit, ignarique nauigandi gubernacula teneant, & nauili bello contendant, cum classis maxima, simul & instructissima ex aduerso agrediatur vnam habentibus nauiculam, & eam ita vt diximus, misere apparatam, in aduersam & maximam classem insurgere iuberet, ac ei victoriam pollicitaretur. Nā & à gentibus quasi Iudei odio habebantur, & à Iudęis acriter impugnabantur, quasi legem suam soluentes: Ita nullibi quiescere poterant, cum vbique precipitia essent, acuti scopuli starent, cautes ac saxa subessent latētia inciuitatibus, in regionibus, in domibus, omnes vna & singuli eos agrediebantur, Imperatores, Principes, qui priuati, qui cū potestate erant, vniuersę gentes, ac omnes populi. Sic tanta turbatio erat, vt nullus oratione assequi posset. Valde namq; Romanorum Principatus Iudęos persequebatur, quoniam mille aduersus eos excogitabant insidias, neq; tamen hunc vel minimam iacturam prædicatio habuit. Sed capta vrbe atque crematā, & habitantibus miserrime afflictis, qui inde fuerunt, Apostoli nouas leges, & noua præcepta viuendi Romanis, vel inuitis imponebant. O rem nouam atque inauditam in natura Iudęorum innumera millia Romani tunc vicerunt, asq; ceperunt, & à duodecim viris nudis atq; inermibus superati sunt. Quæ oratio exponere poterit tantimiraculi magnitudinem?

Mirabile fuit Ecclesiæ exordium.

nem? Duo enim hæc docentibus ineſſe oportet, vt authoritate polleant, & ab audientibus diligantur, Et ad hęc tertium, vt ea dicantur, quæ omnia tunc omnino contraria erant. Nec enim per authoritatem fide digni putabantur, & qui authoritate credebantur ſeducentes decipienteſq; multos, facie bant, ne Apoſtoli diligerẽtur ſolũ verum etiam vt dilectis conuerſari non poſsint. Ita vndiq; à gente, à patria, à legibuſque ſuis de pellebantur. Ac rurſus magna in ipſis Apoſtolorum præceptis videbatur eſſe durities. E regione vero magna in priore vita, vnde homines abducebant, voluptas: Præterea tam ipſi quam ſequentes eos multis periculis ſubiecti, varijſque mortis generibus crudeliter trucidabantur; & ad hæc omnia tumultus & turbationes bellorum adeo difficilem rem faciebant, vt & ſi nihil aliud reſiſteret, omnia tamẽ hinc diſolui facile poſſent. Quare oportunum eſt, exclamare. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius?*

Humilitas vincit ſuperbiam.

Pſalm. 105.

Idem Chriſoſt. hom. 49. in op. non abſoluto.

CVM videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat, &c. Quidam dicunt abominationem deſolationis eſſe imaginem Ceſaris, quam Pilatus poſuit in templo. Verius autem quid ſit abominatio deſolationis, Lucas Euangeliſta interpretatur. Nam in quo loco Marcus & præſens Matthæus ponunt. *Cum videritis abominationem deſolationis*, in ipſo loco Lucas ponit. *Cũ videritis circũdari ab exercitu Ieruſalem tunc ſcitote quia propinquauit deſolatio eius.* Et ſic dicit: *Qui in Iudæa ſunt*: Videlicet vt per alteram ſimilitudinem expoſitionis eiuſdem loci oſtendat, quid ſit abominatio deſolationis ſtans in loco ſancto. Fuit enim exercitus alienigenarum, & Romani Imperatoris ſtans circa Ieruſalem quæ vſq; tunc fuerat ſancta. Hoc Petrus apud Clementem exponit. Deniq; hanc eſſe abominationem deſolationis, & ipſe textus oſtendit. Quaſi enim replicãs illa omnia quæ ſuperius dixit, breuiter comprehendit, & dicit: *Cum ergo videritis abominationem deſolationis ſtantem.* Hoc eſt, cum videritis ea ipſa prælia iam ſtantia circa Ieruſalẽ, quæ ante audiebatis. Similiter & in fine mundi & in Antichriſto intelligendum eſt ſpiritualiter, quando & hæreſes, & fames, & peſtilentiæ & illa omnia ante præceſſerũt: nouiſsime autem abominatio deſolationis ſtetit in loco ſancto, ideſt exercitus Antichriſti ſunt omnes hæreſes, præcipue iſta, quæ obtinuit Eccleſiæ locum & ſtetit in loco ſancto ita vt videatur quaſi verbum veritatis ſtetiſſe, cum non ſit verbum veritatis, ſed abominatio deſolationis, ideſt, exercitus Anchriſti, qui multorum animas reddidit deſolatas adeo. Et hoc eſt forte, quod Apoſtolus dicit: *Qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei quaſi Deus ſedeat, oſtendens ſe quaſi ſit Deus.* Et ſic omnia illa mala hæreſum diuerſarum, antea audiebantur tantum, poſtea ſteterunt in loco ſancto deſolantia Eccleſiam Chriſti. Ex quo data ſibi licentia, cæperunt omnes publice habere Eccleſias.

Luc. 21.

2. Theſſ. 2.

(*)

Origo.

Orige. in Matth. tractatu. 29. Tom. 3.

CVM audieritis abominationem desolationis, quod scriptum est per Danielem Prophetam stantem in loco Sancto, qui legit intelligat. Verba Prophetæ, quæ locutus est de abominatione desolationis futura sunt hæc. *Et confirmabit testamentum multis septimana vna, & in dimidio septimanæ tolletur sacrificium, & libatio, & super templum abominatio desolationis erit, & vsque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem.* Verè quidem comprehendere sermones Danielis nullius alterius est, nisi Spiritus sancti qui fuit in Daniele, vt de septimanis omnem manifestet sermonem & de abominatione desolationis dicta ab eo. Si autem oportet, & nos pauca secundum quod nobis videtur exponere de hoc loco, dicendum est quoniam Septuaginta annos, qui fuerunt post aduentum Saluatoris nostri, demostrare videtur sermo. Hæc enim septimana, quæ propter septem decadas annorum dicitur septimana, confirmat testamentum multis, quando & Apostoli Christi post Ascensionem ipsius orationi & verbo instantes à Deo illuminabantur in omnẽ scientiam voluntatis diuinitatum scripturarum, & ab Spiritu sancto. In dimidio autem septimanæ, idest in tribus & semis decadis annorum sublatum est sacrificium altaris, id in triginta quinque annis, & implerum est, quod fuerat scriptum. *In dimidio septimanæ tolletur sacrificium, & libatio.* Tunc autem super templum, quod fuit in Ierosolymis facta est abominatio desolationis templi, & ciuitatis, in eo videlicet tempore, quando viderunt circumdatam Ierusalem ab exercitu, vt secundũ quod prophetauerat Saluator de ea, cognoscant quod appropiauit desolatio eius. Et hanc desolationis abominationem factam super templum ab exercitu Ierusalem circundante, dicit Propheta vsque ad tempus consummationis manere, vt consummatio fiat mundi super desolationem Ierusalem, & templi quod est in ea. Et vbi sunt qui sedicunt Iudæos & non sunt? Qui dicunt, ędificabitur Ierusalem, quæ est deorsum, prius quam seculi consummatio fiat? *Consummatio*, inquit. *Dabitur super desolationem eius.* Si autem & ędificabitur, templum, ædificabitur ei qui adversatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, vt sedeat in templo huiusmodi ostendens se quasi sit Deus, quem Dominus Iesus interficiet oris spiritu oris sui, & destruet illuminatione aduentus sui. Siue ergo placeat quibusdam ędificari hanc Ierusalem super terram, tamen non erit falsum quod dicitur; consummatio est danda super desolationem ipsius. Si autem oportet & de temporibus aliquid dicere, dicimus quoniam in Chronicis Phlegontis cuiusdam dicitur, si tamen debemus, & hunc quasi vera dicentem de templo suscipere, quoniam circa quadragesimum annum à Quinto Decimo anno Tiberij Cęsaris facta est destructio Ierusalem, & templi, quod fuit in ea. Deduc ergo prædicationis Domini fere annos tres, & tempus resurretionis ipsius, quando per dies quadraginta apparens illis docebat eos de regno Dei. & inuenies forsitam plus minus: quoniam circa dimi-

Daniel. 9.

2. Thess. 2.

dimidium septimanæ computans per decadas annorum est completum quod dictum est: *Tolletur sacrificium meum & libatio*: quando & super templum abominatio desolationis est facta, quæ desolatio vsq; ad tempus consummationis manebit. Consummatio enim secundū quod dximus dabitur super desolationem. Si autem constat nobis talis traditio septimanæ, dicētibus quantum ad dictum impletū esse quod dictum est, nō solum tolletur sacrificium meū, & libatio, sed etiam illud quod scriptum est, vt abominatio desolationem super templum cōtingat: sine dubio manifeste ostēditur aduēctus Christi etiam ex verbis Danielis Prophetæ dicentis. *Septuaginta septimanæ concisæ sunt super populum tuum & super ciuitatem sanctam vt consumetur peccatum, & signetur peccatum, & deleantur iniquitates, & vt adducatur iustitia æterna, & vt signetur visio & Prophetia: Et Sanctus Sanctorum, & cognoscet intelligens ab exitu verbi respōdere & ædificare Ieruſalem vsque ad Christum ducem septem septimanæ sexaginta duæ. Et conuertetur & reædificabitur platea & murus & euacuabuntur tempora. Et post septimanas septuaginta duas interibit vnctio, & iudicium non est in eo. Ciuitatem autem & sanctum corrumpet cum duce veniente, & excidetur inundatio & vsque ad finem belli concisi interitus. & confirmabit testamentum multis septimana vna. Et in dimidio septimanæ tolletur sacrificium & libatio. & pinnæ vsque ad consummationem festinationis.* Post hæc sequitur sermo quem exposuimus sic habens: *Et confirmauit testamentum multis septimana vna & æterna.* Arbitror autem Septuaginta septimanas concisas super populum, & super ciuitatem sanctam, vt consummetur peccatum, quatuor milia nongentos esse annos ab Adam vsque ad septuaginta annos qui fuerunt post dispensationem Christi. Consummatum est enim peccatum populi propter quod & à Deo est derelictus, & illorum quidem peccatum signatum est, credentium autem iniustitia est deleta: & post deletionem eius adducta est in Christo vita æterna. Sed quoniam lex & Prophetæ vsque ad Ioannem qui ostendit Christum, propterea puto dictum signari visionem, & profetiam. Nam quoniam nequaquam sunt in Prophetis visiones post Ioannem, ideo signata est visio & prophetia: Signata autem visione & prophetia vnctus est vnigenitus Sanctus Sanctorū Christus. Quem Christum vnctū cognouerūt Prophetæ, & Daniel, & intellexerunt aliquomodo ab exitu verbi, quando verbo Domini cœli firmati sunt, & ab exitu verbi respondere in sanctis qui ab initio fuerunt & Prophetis Domini, sed & ædificari Ieruſalem vsque ad Christum ducem transierunt septimanæ sexaginta duæ, hoc est primum quidem anni quadringenti nonaginta, quæ fiunt per decadas computatę septimanæ septem. Post hoc autem anni quatuormillia trecēti quadraginta, qui fiunt similiter per decadas computatæ septimanæ sexaginta duæ. Post quos reuersus est Christus & ædificauit plateam, in qua sapientia fiducialiter agit, & murum in cuius fastigio prædicatur. Euacuata sunt autem populi tempora, propterea quod super additas septem septimanas, sexaginta duas septimanas sublatum est à populo Chrisma quod fuit in templo, vt iam non sit iudicium apud eos. Sed & ciuitas, & sanctum corruptum est cum superueniente postea duce populo

Daniel 9.

Anni mundi.

A

B

C

D

lo ille siue Herode, siue Agrippa. Hunc enim dicit esse historia Iudæorum, sed vide ne putes quod ait corrumpi cum duce venié te, referre ad Christum: vbi enim voluit ipsum intelligi Christum vtrisq; nominibus vsus est Daniel dicens: *Vsque ad Christũ ducem*. Quãdo autem tacet nomẽ Christi, corrumpendũ introducit ducem: quoniam defecit dux post Christum, & dux de fęmoribus eius, venit enim cui reposita erant. Postquem excisus est in diluuio populus vsque ad finem belli cõcisi super eos, sed his accidentibus illis cõfirmauit Deus testamentum multis in septimana vna: in cuius septimanæ dimidio cessare fecit incẽsum, & sacrificia, & templum quod arbitror à pinna hominauit interiturum vsque ad cõsummationem in festinatione, quando & derelicta est peccantibus eis domus eorum.

D. Gregor. lib. 14. Moral. cap. 11. in cap. 18. Iob.

Iob. 18.

Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. Intuendum est nobis, quia ne Baldath Suites, de vno quoque iniquo loquitur, vt latenter ad caput omnium iniquorũ eius verba vertantur. Caput quippe iniquorũ diabolus est. Ipse quippe in vltimis temporibus illud vas perditionis ingressus, quod Antichristus vocabitur, qui nomen suum longe lateq; diffundere conatur. Quod nũc vnusquisque imitatur, cum de memoria terreni nominis, gloriam laudis suæ extendere nititur, atq; opinione transitoria lætatur. Sic ergo hæc verba intelligantur de vno quoque iniquo, vt referri quoque debeant ad ipsum specialiter caput iniquorum. Dicat ita q.: *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis.* Plateæ quippe appellatione Græca à latitudine sunt vocatæ. Memoriam vero suam in terra statuere Antichristus conatur, cũ in terrena gloria appetit, si esset possibile, in perpetuum permanere. Nomen suum in plateis celebrari gaudet, cum longe lateque operationem suæ iniquitatis extẽdit, sed quia diu hec eius iniquitas non finitur extolli, dicatur: *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis*, id est, citius laudem terrenæ potestatis amittat, & omne gaudium sui nominis perdat, quod longe lateq; in breui temporis prosperitate diffuderat. Sequitur. *Expellet eum de luce in tenebras.* De luce ad tenebras ducitur, cum de honore vitæ præsentis ad supplicia æterna damnatur. Vnde & apertius subditur. *Et de orbe transfert eum.* De orbe quippe transfertur, cum superno apparente iudice de hoc mũdo tollitur, in quo peruerse gloriatur. Qui pro eo quod cum omnibus sequacibus suis, sine mundi interueniente dãnabitur: recte subiungitur: *Non erit semẽ eius neque progenies in populo suo, nec vllæ relequiæ in regionibus eius.* Scriptum quippe est: *Quia Dominus Iesus interficiet eũ spiritu oris sui, & destruet illuminatione aduẽtus sui.* Dum ergo eius iniquitas cum mũdi statu terminatur, progenies eius in populo suo non relinquetur: quia & ipse & eius populus cum eo ad supplicium pariter vrgetur: & omnes iniqui de eius peruersa persuasione in prauis actionibus nati sunt: illustratione aduentus Domini æterno interitu cum eodem suo capite ferientur. Ac nulla eius progenies in mundo remanet: quia districtus iudex iniquitates illius cum ipso mundi fine concludit. Quod vero

2. Thes. 2.

hæc aperte de Antichristo intelligi debeant demõstratur cum subditur.

Idem cap. 12. in idem cap. Iob.

IN diebus eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. Tãta enim tunc contra nos iniquitate effrenabitur, vt etiam electorum corda non paruo pauore feriantur. Vnde scriptum est: *Ita vt in errorem inducãtur si fieri potest, etiã electi.* Quod videlicet dicitur, non quia electi casuri sunt, sed magnis terroribus trepidaturi. Tunc verò cõtra eum certamen iustitiæ & nouissimi electi habere narrantur & primi quia scilicet, & hi qui in fine mundi electi reperiantur, in morte carnis prosternendi sunt: & illi etiã quia prioribus mundi partibus processe runt. Enoch scilicet, & Elias, ad medium reuocabuntur, & crudelitatis eius sæuitiam in sua adhuc mortali carne passuri sunt, huius vires in tantam potestatem laxatas, nouissime obstupescunt, & primi metuunt: quia licet iuxta hoc quod spiritu superbiæ subleuatur, omnem temporalem eius potestatem despiciunt iuxta hoc tamen quod ipsi adhuc in carne mortali sunt, in qua cruciari temporaliter possunt ipsaque fortiter tollerant, supplicia perhorrescant: ita vt in eis vno eodemque tempore & constãtia ex virtute sit, & pauor ex carne quia etsi electi sunt, vt tormentis vinci nequeant: per hoc tamen quod homines sunt, & ipsa metuũt tormenta, quæ vincunt. Dicatur ergo: *In diebus eius stupebũt nouissimi, & primos inuadet horror*: quia videlicet tanta tunc signa mõstraturus, & crudelia ac dura factur? est, vt ad stuporẽ perducat quos in fine mũdi inuenerit, & priores patres qui in A eius expugnationem seruati sunt, carnalis mortis dolore transfigat. Igitur quia de iniquis omnibus, vel de ipso iniquorum capite multa narrauit, generali mox deffinitione subiunxit: *Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat Deum.* Superius enim dixerat. *Expelle eum de luce ad tenebras, & de orbe transferet eum*: Cuius cum mala subiungeret, adiunxit: *Hæc sunt tabernacula iniqui & iste locus eius qui ignorat Deum.* Videlicet indicãs, quia B is qui nunc demum ignorando extollitur: tunc ad propria tabernacula peruenit, quanto eum sua iniquitas in supplicio demergit: & locum suum quandoque inuenit tebras, qui dum hic de falsa gauderet luce iustitiæ locum tenebat alienum. Peruersi enim in omne quod per simulationem faciunt nomen gloriæ iustorum, quasi locum occupare alienum nituntur. Sed ad locum suum tunc perueniunt, cum C iniquitatis suæ merito, perpetuo igne cruciantur. Hic namque per omne quod agunt, percipiendę laudis desiderio seruiunt: & per imaginem bonorum operum, sinum mentis ad auaritiam extendunt. Eat igitur nunc iniquus, & multis apparatibus tumidus sua hic habitacula construat nomẽ glorię extẽdat plura multiplicet, seque abundantibus opibus delectet: cum vero ad supplicia æterna peruenerit, D perfecte cognoscet, quia hæc sunt tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat Deum. Recte vero hæc Baldath dixerat, sed cui diceret ignorabat. Vehementer autẽ iustum cor affligitur, quando contra illud sententiæ ex iniusta æstimatione proferuntur.

D. An-

D. Augustin. de consensu Euangel. lib. 2. capit. 77.

NVnc iam istum prolixum sermonem Domini secundum tres Euangelistas, Matthæum, Marcum, & Lucam cõsideremus. Eundem quippe tenentes ordinem pariter ista contexunt. Dicunt quidem hic etiam aliqua singuli propria in quibus nulla est repugnantiæ metuenda suspicio. De his autem quæ pariter dicunt, nec vbi sibimet aduersari putentur, videndum est. Nec enim dici potest si aliquid tale occurrerit, aliud esse atque alibi à Domino similiter dictum, quando eodem loco rerum ac temporũ, omnium trium versatur narratio. Sane quod earundẽ sententiarum à Domino dictarum, non eundem ordinem omnes seruant, nihil ad rem pertinet, vel intelligendam vel insinuandam, dum ea quæ ab illo dicta referuntur non sibimet aduersentur. Quod ergo Matthæus ait: *Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consumatio.* Et Marcus. Eodem ordine ita commemorat. *In omnes gentes primũ* A *oportet prædicari Euangelium*, non dixit: *Et tunc veniet consumatio.* Sed hoc significat quod ait primum, id est, in omnes gentes primum oportet prædicari Euangelium, quia illi de fine interrogauerant. Cum ergo dicit: *Primum oportet in omnes gẽtes prædicari Euãgelium*, significat vtique *primum* antequam veniat consummatio. Item quod Matthæus ait: *Cum ergo videritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele Propheta stantem in loco sancto, qui legit intelligat.* Hoc Marcus dicit ita. *Cum autem videritis abominationem desolationis stantem vbi non debet, qui legit intelligat*: in qua mutatione verbi exposuit eandem sententiam: ideo quippe vbi non debet, quia in loco sancto non debet. Lucas autem nõ ait: cum autem videritis abominationem desolationis, stãtem in loco sancto aut vbi nõ debet, sed ait: *Cum autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem tunc scitote, quia appropinquabit desolatio eius.* Tunc erit ergo abominatio desolationis in loco sancto, quod Matthæus autem ait: *Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & qui in tecto nõ descendat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam.*

Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21. Matth. 24.

Matt. 24. Marci. 13.

TEXTVS.

TVNC qui in Iudæa sunt fugiãt ad montes, & qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro non reuertatur, tollere tunicam suam.

Abulens. in Matth. c. 24. quæst. 112. Tunc qui in Iudæa sunt, &c.

QVæritur quãdo fuit istud, *Tũc*, in quo dixit Christus fugien- D dum esse scilicet: *Tunc qui in Iudæa sunt fugiant.* Dicendum quod litera hoc dicit, scilicet: *Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto*: & ideo de hoc non quærimus, sed quærimus magis determinate quod tempus illud fuerit. Ali-

qui dicunt, quod hoc fuit quando exercitus circundedit Ieruſalem. Scilicet, Veſpaſianus & Titus, & hoc quia Lucas dicit. *Cum videritis circundari Ieruſalem ab exercitu ſcitote quia appropinquat deſolatio eius.* Sed dicendum quod hoc non ſtat. Primò quia quando Ieruſalem circundata eſt ab exercitu, non erat iam tempus fugiendi, nam clauſi erant Iudæi intra muros, & fugere non poterant. Chriſtus autem non diceret fugiendum niſi quando ſine periculo fugere poterant, & prodérat illa fuga. Ergò nõ intelligitur de obſeſsione quam fecit Titus. Secundò, quia non ſolum de Ieruſalem fugituri erant credentes: ſed etiam de Iudæa, cum dicatur: *Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes.* Et tamen quando obſeſſa fuit Ieruſalem iam fuerat tota Prouincia vaſtata hoſtili cede & direptione: Quia contra vrbes terræ Galileæ, Samariæ, & Iudeæ prius pugnauit Veſpaſianus, quam veniret Ieruſalem exercitus: vt colligitur ex libro 3. 4. & 5. Ioſeph. de bello Iudaico: & ex 3. & 4. lib. Egeſippi. Ergò antequam Veſpaſianus vaſtaret Galilæam & Iudæam fugere debuerunt credentes: & ideò à fortiori antequam obſederetur à Tito. Dicendum tamen quod ſignum poſitum à Luca eſt idem quod poſitum eſt hic à Matthæo, ſcilicet: *Cum videritis abominationem, &c.* Et illud: *Cum videritis Ieruſalem circundari ab exercitu*, nam vtrobique dicitur ſtatim: *Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes.* Ergò idem ſignum eſt vel ſaltem eiuſdem temporis, quia per vtrumque deſignabatur res vnius temporis, ſcilicet, fugiendum eſſe: *Tunc*, ſed *tunc*, aliqui dicunt, quod quando viderent credentes circũdari Ieruſalem ab exercitu, non quidem Romano, ſed Regis Agrippæ fugiendum erat. Et hoc verum eſt ſicut dictũ eſt ſupra. Nã Agrippa Rex miſsit duo millia equitum contra ſeditioſos, qui ſe in templo incluſerant, & illi circundederunt Ieruſalem, vt patet per Ioſephum lib. 4. de bello Iudaico. Aliter poteſt dici licet eſt idem quantum ad ſententiam, ſcilicet, quod intelligitur de exercitu Romano obſidẽte vrbem: non tamen de exercitu Titi & Veſpaſiani, ſed eſt exercitus Cęſtij vel Flori ducum Romanorum. Circa quod ſciẽdum quod cauſa belli Iudæorum contra Romanos, aut rebellionis contra eos ſiue defectionis ab eis, ex multo tẽpore cæperant ante euerſionem Ieruſalem, ſicut deducit Ioſephus in lib. de bello Iuda. Nam ex Chriſti natiuitate & prius cæperunt Iudas enim Galilæus qui ſuaſit reuelare amore libertatis, non permittens fieri profeſsionem in Iudæa iubente Octauiano, nec facultatũ apreciationes, & ipſe cum multis perijt: fuit in diebus profeſsionis, & ſuadebat populõ reuelare, vt Ioſephus dicit lib. 18. Et tamen profeſsio iſta facta eſt, quando Chriſtus natus eſt vt colligitur. *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* Et tunc cum Ioſeph iret in Bethleẽ, vt ibi deſcriberetur quia erat de domo Dauid, cum Maria coniuge eius, accidit eam parere in Bethleem, &c. Et ita etiam ante Chriſti natiuitatem incipiebãt ſemina belli Iudaici: iſtæ tamen erant cauſæ remotæ. Cauſæ autem inmediatę rebellionis fuerunt oppreſsiones magnæ, & tyrannides quas exercebant Præſides Prouinciæ Iudeæ dati à Romanis: & precipue duo ſcilicet, Albinus & Florus. Albinus quidem vir peſsimus erat, & qui nullum facinus indignum putaret, auaritiæ cauſa. Vnde vt Iudæorum ſubſtantias diriperet multa in eos iniuſta perpetrauit.

Luc. 21.

A

B

C

D

Actor. 5.

Cauſæ remõtæ rebellionis Iudæorũ contra Romanos.

Cauſæ immẽdiatæ belli Iudæorum contra Romanos.

ſcilicet

Crudelitas Albini & Flori præsidum.

scilicet superuenit eis Florus Præses incomparabiliter deterior, qui Albini scelera velut beneficia Iudæis præstita iudicari faciebat suorum facinorum immanitate, vt dicitur lib. 20. Antiq. Fuerunt autē hic duo sub Nerone Præsides Iudeæ. Sed adhuc sub Albino nihil Iudæi moliti sunt aperte contra Romanos. Florus autem intollerabiliter Iudęos nō iā rapinis (quod leue erat) sed magnis cladibus vexans compulit eos ad rebellādum.

Flor⁹ Iudæos maxime cladibus affecit.

Ipse enim Florus occasione habita contra Iudęos quasi aliqui maledixissent ei, iussit omnes qui in eum maledicta cōgesserant sibi, traddi ad pœnam. Populus autem veniam petebat excusans factum, & nō posse dicebat in tāta plebe distinctionem istorum ab alijs fieri. Vnde indignatus Florus præcepit militibus, vt rerum venalium forum diriperent, & quoscūque ibi obuios trucidarent. Milites præ cupiditate mandatam supergressi intrabāt in domos diuitum, & vniuersa diripientes, quosque obuios lacerabant. Et sic occiderunt in die illa sexcentos & triginta. Et quod grauius fuit: quia aliquos nobiles, & æquestris ordinis, corā se tractos, Florus in cruce egit. Fuerunt autē hæc facta die decimasexta Maij, anno duodecimo Neronis, sed post hæc multitudo quæ contra Florū indignabatur placata est, reuerētia maiorum prę cātium, sperans quod vltra Florus eis non inferret molestias. Florus autem eum intenderet semper mouere Iudæos ad rebellionem, vt sic maiores posset rapinas exercere, & grauiora illis mala inferre, dolebat quod populi turbatio compressa esset. Excogitauit aliud nequam consilium quod Iudæos in maiorem moueret turbationem, scilicet vocatis maioribus & nobilibus Iudæorū, dixit: Quod

Consiliū Florinequā contra Iudæos.

A per hoc ipse scire posset, an multitudo ei reconciliata esset: scilicet exercitui Flori veniēnti de Cæsarea occurrrerent salutantes milites. Florus autē secrete militibus imperauit, ne cui Iudæorum salutanti responderent, vt sic Iudæi se contemni videntes, clamarent cōtra Florum. Adiecitq;, quod si quis contra eum aliquid diceret, statim in eum vterētur armis. Quod cum multitudo obuiam exisset militibus, & salutantibus eis nihil equites responderent: Indignati Iudæi
B clamauerunt ista Flori argumenta esse: equites autem illos cedere fustibus cęperunt, & in fugam versos conculcabant. Iudæi vero fugā maturantes, seipsos magis conculcabant, vt si plurimi disperirent. Ob quod indignati valde Iudæi, & potissime, qui seditiosi erant rebellionem cogitabant. Sed Agrippa Rex his diebus superueniens longa & acurata oratione animos aliquorum multitudinis inflexit, vt
C à Romanis non deficerent. Sed cū adiecisset Florum sustinendum esse quousque ei à Romanis daretur successor. Accensa multitudo ira neque contumelijs abstinuerunt: sed & saxa in Agrippam iacientes eum in fugam compulerunt.

D. Chrysost. in Matt. c. 24. homil. 77.

D CVm de futuris Ierosolymæ vrbis ærumnis, & de Apostolorum certationibus dixerit. ac inuictos fore, vt per vniuersum orbē prædicaturos asseruit, ad Iudaicas rursus redit calamitates: vt ostendat, tūc Iudæos cladibus maximis implicandos, cū discipulorum splē dor, & prędicatio vniuersum fuerit orbem complexa, Tu autem perpē de, quomodo ab his quæ minima videntur, inauditam atrocitatem

belli exponat. *Tũc enim qui in Iudæa sunt ad montes fugiant*: inquit. *Tunc istud* quando significat? Quando hæc scilicet fient, quando desolationis abominatio in loco sancto constituetur: tunc ergò, inquit, cũ armati hostium exercitus omnia repleuerint, quoniam nulla nobis spes salutis relinquitur, ad montes festini fugiatis. Nam quoniam sæpe alias è grauioribus se bellis receperunt: vt tempore Sanatheris, & Antiochi, quando irruente hoste & templo capto, constantia & virtus Machabæorum cuncta reparauit, ne cogitare queant simile quid etiam tunc futurum, omnem mutationem in melius abstulit: satisque inquit, est si quis omninò nudus saluabitur. Idcirco nec eos qui in tectis inuenientur, domum ad tollẽdum inde aliquid descendere permittit, vt ineuitabilem & summã calamitatem ostendat, inquam qui inciderit necessario deperibit. Prę terea si quis in agro erit, neque iste inquit ad accipiendam vestem suã redeat. Nam si fugiendum est his, qui intus erunt, multominus qui extra fuerit, intus refugere debebit.

D. August. de consensu Euãgel. cap. 77.

T*Vnc qui in Iudæa sunt*, inquit, *fugiant in montes*: hoc sicut illi duo, cætera verò aliter. Sequitur enim & dicit. Et qui in medio eius discedant, & qui in regionibus nõ intrent in eam, quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt. Satis diuersum videtur quod illi dixerint. *Et qui super tectum, non descendat tollere aliquid de domo sua*: Et quod iste dicit: *Et qui in medio eius discedant*: nisi forte quia tunc perturbatio magna erit, tam magno instãte periculo illis, quos inclusisset obsidio, quod significat dicendo, qui in medio eius in tecto erunt, attoniti & volentes videre quid impendeat, vel qua euadendum sit. Sed quomodo, ait, *Discedant*, quando supra dixit. *Cum autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem*? Nam illud quod sequitur. Qui in regionibus, non intrent in eam, videtur ad congruam pertinere admonitionem. Et potest obseruari, vt qui extra sunt non in eam intrent: qui autem in medio sunt, quomodo discedant ab exercitu, iam ciuitate circundata? An hoc est esse in medio eius, quando iam ita periculum vrgebit, vt temporaliter ad præsentem vitam tuendam non possit euadi? Et quoniam tunc parata debet esse anima ac libera, nec carnalibus desiderijs occupata, & oppressa, hoc significat quod ab alijs duobus dictum est, in tecto vel super tectum: vt quod iste ait, discedant, idest, non iam huius vitæ desiderio capiantur, sed in aliam vitam migrare parati sunt: hoc illi duo dixerunt: *Non descendat tollere aliquid de domo*, id est, nullo affectu inclinetur ad carnem, tanquam aliquid inde commodi percepturus. Et quod iste ait: *Qui in regionibus, non intrent in eam*, id est, qui iam bono cordis proposito extra illam facti sunt, non eam rursus carnali cupiditate desiderent: hoc illi dixerunt: *Et qui in agro est non reuertatur retro tollere vestimentum suum*, tanquam iterum inuolui curis quibus erat exutus. Quod vero ait Matthæus: *Orate autem vt non fiat fuga vestra hyeme, vel Sabbatho*: Hinc Marcus partem dixit, partem tacuit. *Orate vero*, inquit, *vt hyeme non fiant*. Lucas autem hoc nõ dixit, sed tamen dixit aliquid solus, quod mihi videtur hanc ipsam quæ ab istis obscu-

Lucæ. 21.

obscure posita est, illustrasse sententiam,

Magist. Thom. Archiepis. Valentinus Augustinianus, Dominic. 19. post Pentecost.

VIde quomodo Christus Dominus instruat suos & ad se adducat, interdũ per amorem, interdum etiam per timorem. Aliæ etiam animæ vadunt ad Deum per viã timoris, cogitant enim frequẽter Dei maiestatem, & quam horrendũ sit incidere in manus Dei viuentis: Et ita cum magno timore vigilant super se, vt custodiant præcepta Dei. Secundũ illud Iob. *Verebar omnia opera mea, sciens quod nõ parceres delinquenti.* Et iterum. *Semper quasi tumentes super me fluctus, timui Deũ.* Istę sunt ancillæ bonus status. *Beatus est homo qui semper est pauidus.* Nam per timorem Domini declinat omnis à malo. Aliæ autem vadunt ad Deum per viam contẽplationis & sapientiæ, quærentes faciem eius semper sicut scriptum est: *Vultum tuum Domine requiram:* tenentur enim magno desiderio sapientiæ, scrutantes legem Dei die ac nocte, &c. Vide Thomam à Villanoua, Dominic. 19. post Pentec.

Hebr. 10.
Iob. 9.
Iob. 31.
Prou. 28.
Psalm. 26.

Idem.

INsigne profecto amoris inditiũ, cum Deus te ad se reuocat per labores & afflictiones quotidie, situ id intelligeres ac resipiscceres. *Corripit enim filium quem diligit.* Vę miseris, quos in peccatis consenescere permittit: hæc grandis ira Dei & post infernum secunda cum peccator pro suo libito peccare permittitur: *Vt qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Vnde sicut dicit Propheta: *Exacerbauit Dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret.* Et miseri sępius pro hac impunitate & licentia, stultè Deo gratias agunt: cum deberent potius cum eodem Propheta. *Ad te Domine clamabo, ne sileas à me: ne quando taceas à me,* nam si tacueris, si dissimulaueris, *Assimulabor vtique descendentibus in lacum.* Vnde Augustinus, nihil infelicius fælicitate peccantium. Quis vnum quempiam existis domare, quis ei vnquam iugum imponere potuit nisi Deus? De his: *In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Frẹno & onere domantur bestiæ, sic Deus quandoq; peccatores infrẹnare solet, multoq; egritudinum, persecutionum, laborumq; onere deprimere, vt benignum sessorẽ suscipiant, & omnes eius leue ac suaue sustineant. Sic legimus: *Laude mea infrænalo te, ne intereas.* Vide Thomam à Villanoua, in sermone de sancto Adelesmo.

Hebr. 12.
Apoc. 22.
Psalm. 9.
Psalm. 27.
D. August.
Psalm. 31.
Simile.
Esai. 48.

Theophylactus in Matth. capit. 28.

TVnc qui in Iudæa sunt fugiant in montes, & qui in tecto, &c. Insinuans summa pericula, quæ euadi non possunt, inquit, quod oporteat fugere non respiciendo neq; curãdo quid in domo sit, vel vestes vel alia vasa. Quidam autem abominationem desolationis Antichristũ existiment, eo quod vastaturus mũdũ, & subuersurus sit Ecclesias, ac sessurus in templo: intelligant & ista sic, quod qui in tecto est, id est, excelsis virtutibus præditus, nõ descendat à summis virtutibus, vt tollat ea quę sunt corporis. Domus enim animę corpus. Oportet autẽ & ab agro se cedere, hoc est terrenis: & neq; vestem tollere malitię, quæ vetus est vestis quam exuimus.

D. Chrysosto. in Matth. homil. 49. tom. 1.

TVnc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Tũc cum videritis abominationem desolationis stãtem in loco sancto. Idest, cum videritis hæresim impiã quę est exercitus Antichristi, stãtem in locis sanctis Ecclesię, in illo tempore qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, id est qui sunt in Christianitate, conferãt se ad scripturas. Sicut enim verus Iudę? est Christianus dicente Apostolo: *Nõ qui in manifesto Iudæus est, sed qui in occulto*: Sic vera Iudæa Christianitas est, cuius nomen intelligitur cõfessio. Mõtes autẽ sunt Scripturę Apostolorum, aut Prophetarum, de quibus dictum est: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Et iterum de Ecclesia dicit: *Fundamenta eius in mõtibus sanctis*, & quare iubet in hoc tẽpore omnes Christianos conferre se ad scripturas? Quia in tempore hoc, ex quo obtinuit hæresis illas Ecclesias, nulla probatio potest esse veræ Christianitatis, neq; refugium potest esse Christianorum aliud volẽtium cognoscere fidei veritatem, nisi Scripturæ diuinæ. Antea enim multis modis ostendebatur, quę esset Ecclesia Christi, & quę gentilitas: nũc autem nullo modo cognoscitur, volentibus cognoscere quæ sit vera Ecclesia Christi nisi tantũmodo per Scripturas. Quare? quia omnia hæc quæ sunt proprie Christi in veritate habent, & hæreses illæ in schismate: similiter Ecclesias, similiter & ipsas scripturas diuinas, similiter Episcopos, cæterosq; ordines clericorum, similiter baptismũ, aliter Eucharistiã, & cętera omnia, deniq; ipsum Christũ. Volens ergo quis cognoscere, quæ sit vera Ecclesia Christi, vnde cognoscat in tantę confusione similitudinis nisi tantummodo per scripturas? Item antea & per signa cognoscebantur, qui erant Christiani, & qui falsi. Quomodo? falsi quidem aut non poterãt facere, sicut veri Christiani: aut talia nõ poterant, qualia veri Christiani: sed faciebãt vacua, admirationem quidem facientia, vtilitatem autem nullam habentia: sicut frequenter exposuimus. Christiani autẽ faciebant plena non solũ admirationem facientia sed etiã omnem vtilitatem habentia. Et per hęc cognoscebantur qui erant veri Christiani, qui falsi. Nunc autem signorũ operatio omninò leuata est: magis autẽ, & apud eos inuenitur, qui falsi sunt Christiani, fieri ficta, sicut autem Petrus apud Clementẽ exponit, Antichristo, etiam plenorum signorum faciendorũ est danda potestas. Itẽ ex moribus ipsis prius intelligebatur Ecclesia Christi quando conuersatio Christianorum, aut omniũ, aut multorũ erat sancta, quæ apud impios non erat. Nunc autem aut tales, aut peiores facti sunt Christiani quales sunt hæretici aut gẽtiles. Adhuc autem & maior cõtinentia apud illos inuenitur, quanuis in schismate sint, quam apud Christianos: qui ergo vult cognoscere, quæ sit vera Ecclesia Christi, vnde cognoscat, nisi tantummodo per scripturas? Sciens ergò Dominus tantam confusionem rerum in nouissimis diebus esse futuram: ideo mandat: vt Christiani qui sunt in Christianitate volentes firmitatẽ accipere fidei veræ, ad nullam rem fugiant, nisi ad scripturas. Alioqui si ad alia respexerint scandalizabuntur, & peribunt non intelligentes quæ sit vera Ecclesia, & per hoc incident in abominationem desolationis, quæ stat in sanctis Ecclesiæ locis. *Et qui super tectum est in tempore illo non descendat tollere aliquid de domo sua.* Domus nostra, est cor-

Rom. 2.

Psalm. 75.

Psalm. 66.

est corpus nostrum. Superiora eius sunt cor aut caput quæ intelliguntur domus tecta. Inferiora autem sunt venter, aut cætera occultabilia membra. Tamen vt melius intelligamus, quæ sunt tecta domus, historiam de Raab proferamus.
Iosue.2. Hæc suscepit legatos Iesu Naue, & in superiori parte domus abscõdit, ne inueniret Rex Ierico. Hæc est Ecclesia, quæ aliquãdo meretrix fuit, quæ legatos Iesu Christi, id est, Apostolos & Prophetas, hoc est scripta eorum suscepit: & in superiori parte corporis sui abscõdit, idest, in sensu in memoria & in corde, vt nõ inueniat eos Rex mũdi diabolus, vt confidenter dicere
Psalm.118. possit: *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Quid ergò? Quicunque in tempore illo fuerit super tectum, id est, in rebus spiritualibus viuens, quæ sunt aut in capite, aut in corde: quę tecta dicũtur corporis nostri, & fastigia prima: non descẽdat ad inferiores corporis sui partes, vnde aliquid tollat: idest, non descendat ad aliquas res carnales, vt desideret aliquid quod est corporale. Alioqui compræhẽdet eum abominatio desolationis, & vide quia quotquot pereunt de Christianis, propter aliquam corporalem causam pereunt constitutam deorsum. Alij propter auaritiam, ne perdant quod habent, aut inueniant quod non habent. Alij pereunt propter gulam, paupertate coacti. Alij propter vxores, aut propter maritos: alij propter alias causas carnales: quæ omnia pertinẽt ad inferiores corporis partes. Sicut enim viuẽtes in carne, relinquere videmus carnem, relinquentes opera carnis, & transimus ad spiritum faciẽtes opera spiritus, vt re-
Roma.8. cte dicatur de nobis: *Vos autem non estis in carne sed in spiritu*: sic relinquere videmur inferiora corporis

A nostri, opera relinquentes carnis, & ascendimus ad cor & caput, viuentes secũdum illas virtutes, quæ sunt in capite, aut in corde, aut in spiritu: quæ omnia tecta domus nostræ dicuntur. Mandat ergò fidelibus viuentibus in sanctitate ne aliquid concupiscant carnale quod est descendere, ne forte per occasionem desiderij illius, diabolus inueniat locum, & trahit ad abominationem desolationis, & pe-
B reant. Item, *qui est in agro*, idest, aut in scripturis, aut in Ecclesijs, aut in Christo, *nõ reuertatur retro tollere tunicam suam*, id aut conseruationem, aut cultum priorem. Vt puta Iudæus fuisti, & factus est Christianus in agro est, ne ad Iudaicum reuertaris cultum. Gentilis fuisti, & factus est Christianus, ne aliquid quod est gentilitatis resumas, ne per illas occasiones incidas in errores abominationis il-
C lius, quoniam hæreses illæ, si vis Iudaismum habent in se, sicut Gentilitatem, inuenies apud eos. Propterea facile cadent in illas, qui non fuerint cauti secundum mandata Domini hæc præmonentis.

Origenes in Matth. tractatu 29.

Tvnc qui in Iudæa sunt fugiant in montes. Et talia fuerunt quæ
D contigerunt in tempore illo, vt ita dicamus, vt qui esset super tectum domus, non haberet tempus descendere, & tollere aliquid de domo sua: & in qui in agro erat non posset reuerti in ciuitatem, & tollere vestimentum suum, & non erat tunc tempus misericordiæ, neq́ne super prægnantes, nec super lactãtes, ne super infantes earũ. Ideò dicit (quantum ad verba dico. *Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.* Et quasi ad Iudæos loquens, qui

qui arbitrantur in Sabbatho non oportere vel agere, vel ambulare viã amplius quã est Sabbathi, ideo dicit: *Orate autem ne fiat fuga vestra hyeme, vel Sabbatho.* Nõ solum enim in Sabbatho, sed etiam in hyeme pessimum erat salutẽ quærere per fugam. Refertur autem ab his qui Iudaicam historiam conscripserũt de illis quæ tunc contigerunt, quoniã tribulatio magna facta est populo, qualis nũquam fuit ab initio mundi vsq; ad tempus Christi, sed neq; posteà fieri potest, vt talia eis contingant, propterea quod ausi sunt manus inferre in verũ Christum Dei: cuius mysterium, & nomen venerans Dauid, dicebat de Saulo persequente, & occidere se volente. *Non inyciam manus meas in Christum Domini.* Præcisionẽ autem dierum illorum futurã propter electos Dei qui credunt in Christum abreuiationem intelligimus dierum illorum. Tunc autem in magna calamitate populo constituto, & electis qui sunt in Iudæa pericula patientibus, multi seductores dicebant: *Ecce hic Christus, ecce illic.* Quos obseruare docens Discipulos suos, dicebat: *Tunc. Si quis vobis dixerit, ecce hic Christus, ecce illic, nolite credere, surgent enim pseudo Christi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia.* Dicere autem quis potest, aut Simonem Magum qui dicebat se esse virtutem Dei magnam: aut si quis ei similis fuit, seducere volens si possibile esset & electos. Hæc præuenientes diximus, non adijcientes in hoc loco aliam expositionem, nisi eam, quę secundum textum est, propter eos qui traditione simplici delectantur, vt quæ videntur eis vtilia diceremus, quoniam hæc Dominus futura prophetans præscius veritatis exposuit. Si autem oporteret propter eos qui volũt, & possunt ascẽdere verbo ad altiora replicem⁹ ab initio proposita Euãgelij verba, & secundum quod possumus exponamus cadẽ iterum spiritualiter. Et primum quidem suscipiamus verbum de abominatione desolationis stante in loco sancto. Debet enim qui legit diligens esse, & intelligere, vt non seducatur à desolationis abominatione. Locus igitur sanctus intelligibilis est omnis dictio Scripturæ diuinæ, quam locuti sunt sancti Prophetæ qui fuerunt à seculo, Moyses, & post eum cæteri. Non solum autem, sed etiam dictio Euangelistarum, vel Apostolorum Iesu Christi. In hoc ergò loco sancto omnium scripturarum, tã veteris testamenti quam noui Antichristus, quod est falsum verbum stetit frequenter, per hoc ipsum quod stare videtur in scripturis diuinis, ostendens se quasi sit Deus, & quasi ipse sit Christus Dei verbum, & ipse est abominatio desolationis. Est enim frequenter videre in argumentationibus impijs dogmatum apud hæreses hanc abominationem desolationis, id est, Antichristum verbum falsum abominationem desolantem à Deo omnẽ hominem qui receperit eam in se abominationẽ aduersantẽ veritati, extollentem se super omne verbum, quod extra eum quod annuntiatur esse verbum Dei, extollentem se, & super omne quod vnusquisque hominum colere vult, siue vere, siue mendaciter. Nam vnumquodque hęresum dogma non solũ veritati aduersatur, sed etiam cæteris dogmatibus similiter falsis. Et quoniam sic extollitur, vt etiam in templo scripturarũ sedeat, per ipsum templum, id est, per ipsas scripturas volens se ostendere quoniã ipse vere est Deus uerbum, semper ergò qui diuinas legit scripturas intelli-

2. Reg. 26.

Actor. 8.

telligat eas, maxime quando viderit abominationem desolationis, secundum ea quæ diximus, stantē in eo quem exposuimus loco sancto sanctarum scripturarum. Qui autem intellexerit eum, destruet vera traditione, idest, illuminatione aduētus Christi, qui est veritas, eum verbū qui in alieno loco sancto stare videtur & intelligens talē abominationem desolationis, irritam faciet eā, & eijciet à loco sancto in quo stare videtur: & intelligens talem abominationē desolationis, irritam faciet eā, & eijciet à loco sancto in quo stare videtur maxime autē destruet eū Christus qui loquitur in eo verū lumen. Iste autē Christ⁹ si in aliquo loquatur volente audire, & prodificari, non infirmatur, sed omne falsum verbū quod est abominatio desolationis stans in loco sancto, & sedēs in templo Dei quod est Antichristus, interficiet spiritu oris sui per eos qui se prębuerint capaces ipsi⁹. Quod verbum falsum frequenter non stat, sed etiam sedet in templo, quando quasi rationabiliter, & bene constructum videtur. Qui autem vident hanc abominationē desolationis, ita vt possint de ea dicere. Nō enim versutias eius ignoramus, in eo dum legunt intelligentes quæ vera sunt, fugiant falsum, & recedant, vbi eos mendacium comprehendere nō valebit. Nō autem potest comprehendere mendacium eorū qui ex Iudęa litera fugiunt ad spiritalia, & intelligibilia, & sublimes veritatis mōtes. Vt autē intelligamus, fugiant in mōtes, accipe exemplum quod dicitur manifestē de fuga laudabili, quale est quod ait Apostolus: *Fugite fornicationem*: & quod ait Sapientia. *Quasi a facie sapientis fuge peccatum*: vel quale est quod in mysterio dicit Rebeca Iacob. Ecce Esau frater

1.Cor.6.

Eccles.21.

A tuus minatur occidere te. *Nūc ergo fili audi vocem meam, & surgens fuge* Genes.27.
ad Laban fratrem meum in Haram, & habita cum illo aliquot dies donec auertatur irā fratris tui. Et omnis arbitror qui filius est Iacob, opera consummans Iacob: intelligens omnem morem odibilem Deo, qui est Esau, fugit quasi intelligens. Si autē non fugiat eum qui fornicarius est, & pollutus sicut Esau, sed cohabitans ei, nō sit filius Iacob, qui fugerat eum. Ipse autem Iacob habi-
B tans cum Laban vtiliter sibi & dispensationi quæ erat secundū Deū, abscondit cor suum, vt non annunciaret ei quoniam fugiebat, & fugiebat ipse & omnia eius. Bonū est ergo fugere etiam à Laban, à conciliatore carnalium qualitatum in quibus habitantem nō oportet permanere in eis, sed fugere cum omni domo sua. Nā & si voluerit persequi post eum, Deus illum auertet à fugientibus eum: vt & si cōpręhenderit eum postmodum aliquā-
C do, nihil mali facere ei possit fiducialiter pronuncianti. Apud quem inueneris deos tuos, non viuat in conspectu fratrū tuorum: cognosce quid tuorum est apud me, & accipe. Nec enim cognosci poterit aliquid apud Iacob, de rebus Labā. In his ergo Euangelicis dictis quę in præsenti tractamus, imperatur vt qui cognoscunt abominationē desolationis stātē in loco sancto, intelligant in eo dum legunt, vt fu-
D giant in mōtes. Qui ergo in tali Iudea quā diximus, idest, in vetustate litere cōstitutus habetur, fugiat in mōtes spiritualium nouitatum: & si quis inuētus fuerit ascendisse super tectū verbi, & stare in fastigio ædificationis eius non descendat inde occasione, vt auferat aliquid de domo sua & vadat. Nihil enim opus habebit manēs in tecto, & abstinēs se ne quando inde descēdat, Matth.13.

& si

& si fuerit quis in agro, siue in eo, in quo absconditus est thesaurus, sicut Dominꝰ ait in parabola quadam, aut qualis fuit ager ille Iacob plenus, cui assimulauerat eũ benedicens pater ipsius, & dicens: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni quem benedixit Dominus.* In quo agro secũdũ spiritales benedictiones legis, benedicitur omnis qui secundũ legem vixerit dicente Scriptura: Benedictus tu in ciuitate, benedictus tu in agro. Qui ergò est in tali agro, totius plantationis quã plantauit Pater cælestis, non reuertatur retro. Nõ enim tantummodo ille qui mittit manũ in aratrũ, & reuersus fuerit retro, nõ est aptus regno Dei: sed etiam qui in agro est, quẽ tradidimꝰ. & reuersus fuerit retro, causa eorum quæ oportuerat obliuisci, sine dubio, incurret in abominationem desolationis, idest, in seductionem verbi mẽdacis: & maximè si spoliauerit se vestimentum suum vetus, id est veterem hominẽ cum actibus eius, & iterum conuersus fuerit retro tollere vestimentũ suum. Diligenter ergo debemus attendere, ne forte aliquid eorum quæ sunt deorsum, & sunt in domo, velimus descendẽtes tollere aut relictum vestimẽtum retro repetere relinquentes agrum, & conuersi retro, cum debueramus aut petere ea quæ sunt priora & obliuisci posteriora, & neq; stare in aliqua regione illa, sed in monte saluari, vt nõ cõprehendamur cũ his qui sunt cõbusti, propter quod in Sodomis sunt cõprehensi. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.* Quoniam sunt & aliquæ animę concipiẽtes generationes, manifestauit Propheta dicens: *A timore tuo Domine in vtero cõcepimus & parturiuimus, & peperimus spiritũ salutis quem fecisti super terram.* Sicut enim in prægnantibus formatur, & figuratur semen, sic & in animã quę suscipit verbũ, paulatim formatur & figuratur cõceptio verbi in ea. Et hoc puto dicere Paulũ ad Galat. *Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in vobis.* In Epistola ad Timotheũ dicit idem: *Saluandam mulierem per filiorũ generationem si permanserit in fide, & dilectione, & sanctitate cum castitate.* Quæ est autem hæc mulier, nisi anima quæ in verbum concipit Dei & veritatis & parit opera bona similia Christo? Irrationabile autẽ est existimare de sensibili generatione dictũ quod ait: *Mulier seducta in prævaricatione facta est: salua autẽ erit per filiorũ generationẽ si permanserit in fide, & dilectione, & sanctitate cum castitate.* Animę ergò quę nouiter susceperunt verbũ, & adhuc prægnantes cõstitutę, necdũ fructificauerũt in eo in vtero intelligibiliter habẽtes, non possunt sustinere stantem in loco sancto aduersantẽ veritati sermonem, neq; stare quominus seducantur persuasionibus eius. Propterea si aliquando abominationẽ desolationis secundũ quod tradidimus stãtem in loco sancto viderit anima in vtero habens, quę nec dũ fructificauit ex verbo, incurrit in id quod Dominus dicit: *Væ prægnãtibus.* Proijciet enim conceptionẽ, & euacuabitur à spe quę est in actibus veritatis. Sed & si videatur formatũ & fructificatũ verbũ, non autẽ fuerit enutritum sufficienter augẽtibus & magnum facientibus eũ nutrimentis, sed manserit in maturũ, secundum similitudinem fugentis factũ est, super huiusmodi generationes veniet quod super fuggẽtes. Si autẽ sicut in multis exemplarijs scriptum est. *Væ fugentibus* dicẽdum est, quoniã animæ quæ lactantur adhuc, ad quas dicit Apostolus. *Lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis, sed neque vsque adhuc potestis, adhuc enim estis carnales.*

Dicit

Genes. 27.

Lucæ. 9.

Esai. 26.

Galat. 4.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Corin. 3.

Dicit De⁹ autē & alibi. *Facti estis op⁹ habētes lacte, & nō solida esca.* Omnis enim qui lacte alitur, imperitus est verbo iustitiæ, paruulus enim est. Istæ sunt ergo animæ quę propter infirmitatem, & quia facile seducuntur, nō possunt in se docibiliter permanere à conspectu abominationis desolationis stantis in loco sancto, seductę enim consentiunt ei, vt pote Deo. Et est videre hæreticorum Ecclesias plenas de lamētandis pręgnantibus, vel nutrientibus, vel sugentibus. Plerumq; enim animæ quę in Ecclesia pregnantes fuerunt aut nutrientes aut suggentes, fuerunt seductæ à desolationis abominatione, & seductæ ab eo verbo falso qui stat in loco sancto per falsam traditionem dogmatum peruersorū, abominationis illius susceperunt væ, quod à Domino factū est, *Væ in vtero habentibus, & nutriētibus.* Nō autē quādo cūq; sed in dieb⁹ illis abominationis desolationū. Omnis enim qui audit verba iniquitatē in excelsū loquētiū, & suscipit ea in dieb⁹ ei⁹, ille abominationedesolationis subditus fit.

Hebr. 5.

TEXTVS.

Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.

D. Chrisost. in cap. Matth. 24. hom. 49.

VAE autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Quia aut ventris, aut gremij pōdere prægrauati, non possunt expediti esse ad fugam. Si enim dimiserint infantes suos, viuentium viscerū suorum patientur separationem: si autem baiulauerint, suscipient vitæ periculum. Puto hoc melius intelligi posse spiritualiter ad tempus Antichristi, quæ sunt spiritales pręgnantes & nutrientes Ecclesię Christi, in singulis quibusque gentibus constitutę. Ecclesiæ, quando prædicant verbum veritatis, credentes in fide concipiunt, habent eos in gremio suo, quasi in vtero donec formentur catechizati per singula membra pietatis, & fidei. Cum autem formati fuerint sic pariunt eos in baptismo postquā autem pepererint, necesse eos habent lactare doctrinis assiduis. Sed primum videamus quomodo Deo formāt in vtero Ecclesię hominem conceptum in fide. Vt puta, legis iustitia est abstinere à malis operibus tantum: non etiam facere bona opera: Christi autem iustitia non est abstinere a malis operibus tantum, sed etiam facere bona opera. Item legis iustitia prima, & salutaris, decem habet mandata quasi decē menses. Primum, cognoscere vnum Deum, secundum, abstinere ab idolis, tertium non per iurare: quartum, colere Sabbathum spirituale: quintū, honorare Patrem & matrem: sextū, non occidere: septimum, non adulterare: octauum, non furtum facere: nonum, non falsum testimoniū dicere: decimum, nullam rem proximi concupiscere: videlicet secūdum mysteriū nominis Iesu Christi. quod est in litera iota idest perfectionis iudicio. Omnis ergo Ecclesia, quę concipit hominem in vtero suo per verbum in fide, prius debet eum formare omnibus his mandatis quasi mensibus decem, vt discat prius abstinere ab omni

bus malis, & sic eum maturum in baptismum parere Deo. Alioquin antequam discat ab his omnibus abstinere si baptizauerit eum, non parit, sed immaturũ proijcit: sicut mulier, nisi completis nouẽ mensibus, & decimum tangens pe perit abortum facit. Propter quod neq; est homo ille vitalis. Sicut & modo pene omnes non parit Ecclesia secundum ea quæ diximus, sed ab hortos facit. Propter quod nec baptizantur in veritate à Spiritusancto. Differt enim Deus dare eis baptismum Spiritussancti, donec dignos se præbuerint illo talibaptismate. Sed & eum formatum in decem illis supra dictis mãdatis & abstinere baptizans, bene peperit, tamen adhuc paruullus est ille, qui baptizatus natus est Ecclesiæ filius, & tenere adhuc duorum testamentorum quasi duarũ mammillarum modica iustitia est nutriendus, quasi tenero lacte secundum angustias saucium fidei suę, quam ipse cepit carnis natura, quam etiam gentes volentes laudabiliter, viuere seruant. Cum autem sic enutritur paulatim incipit posse suscipere fortiora, & spiritualia Christi mãdata quasi nutritorios & viuos panes: id est in lege

Matth. 5. scriptum est *Non occides; ego autem dico, nec irascaris.* In lege scriptum

Exod 20. Deut 5. Matth 5. est *Non adulteres: ego autem dico. Nec vsq; ad oculum concupiscas.* In lege

Exod. 21. Matth 5. scriptum est *Non per iures, ego autem dico. Non iures omnino.* In lege scriptum est *Oculum pro oculo ego autem dico. Non resistere malo omnino.*

Leuit. 19. Matth. 5. In lege scriptum est *Amabis amicũ, & odies inimicum. Ego autem dico Diligite inimicos vestros.* Item *beati pauperes beati mansueti, beati qui lugent beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, beati misericordes, beati mundo corde, beati pacifici, beati qui persequutionem, patiuntur propter iustitiam.* Nam

A adolescenti cuidam interroganti. Quid faciam, vt viuam? Sic primum ei secundum legem mandauit. *Non occides, non adulterabis,* Matth. 19. *&c.* Cum autem ille dixisset. *Hæc omnia seruaui à iuuentute mea,* secundum ætatem carnalem, quam nos vterum dicimus: sic ei supermandatur: *Si vis perfectus esse vade & vende omnia tua & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me.* Qui ergo talis est, neq; mori potest quasi abortiuus, nec

B seduci quasi insipiens, neque vinci quasi infirmus, nec perire quasi paruulus: sed est vir perfectus, & aduersus omnia inuincibilis filius Dei. Qui autem paruuli sunt, scandalizabiles sunt. De quibus dicit Dominus in Euãgelio: *Amẽ dico vobis, quicumq; scandalizauerit vnum depusillis istis credentibus in me, expedit ei, vt molla asinaria suspẽdatur incollo eius, & demergatur in profundũ maris.* Et si paruuli in Ecclesia scã-

Marc. 9. Matth. 18. C dalizabiles sunt, quanto magis abortiui non sunt vitales. Si ergo hæc ita se habent, quare nõ dixit. Væ his qui in vtero habentur, & væ his qui nutriuntur adhuc, sed, væ pregnantibus & nutrientibus in illis diebus? Quia quando huiusmodi abortiui abstracti ab vtero Ecclesiæ, aut paruuli tales, nesciunt quid patiuntur: quando enim non sentiunt, sic pereunt.

D Adhuc autem vt de proprietate loquar paruulorum, gaudent seducti, ad interitum ducuntur, & rident illecti: Ideo dicit. Væ pregnantibus Ecclesijs & nutientibus quando ipse de perditione illorum talium lamentabuntur plãgent. Ecce quantos videmus de Ecclesia huiusmodi abortiuos, & paruulos ductos ad præuaricationis interitum. Nunquid aliquis eorum lachrymaui. Nunquid aliquis tristatus est? Sed adhuc ex diuerso

uersõ abierunt gaudentes. Sed Ec
clesię dolorem perditionis eorum
ipse lamẽtantur, & plangunt. Ideo
dicit. Vę Ecclesijs pregnantibus,
& nutrientibus in illis diebus. Et
si quidem negligentia Ecclesiarũ,
aut inmaturi fuerint nati, aut
paruuli, non habentes quis aut in
formaret eos aut post modum cõ-
sumaret inuirum perfectum in mẽ
surã ætatis plenitudinis Christi:
dupliciter ve Ecclesijs prægnanti-
bus, & nutriẽtibus in illis diebus:
quia & in hoc seculo dolorem pa-
tientur perditionis eorũ, & in die
iudicij damnabuntur, propter ne-
gligentiam & eruditionem eorũ.
Si autem Ecclesiæ quidem compe
tenter circa eos diligentiam in pẽ
derunt, illi autem nec audierunt,
neq; ante baptismum informati
acquieuerunt, elongantes se acon
uerũ, & ab omni auditu scriptura
rũ, & ab omni verbo doctrinę allo
quẽtiũ Sacerdotũ, neq; post bap-
tismũ proficere voluerũt: Eccle-
siis quidem, vequia siue hoc siue il
lo modo patientur dolorem perdi-
tionis eorum: illis autem multipli
citer væ, quia omnis causa perdi-
tionis eorum ab illis solis require
tur in die iudicij. Quoniam corpo
ris quidem profectus non est in po
testate hominis, sed Dei: animę au
tem profectus voluntarius est. Vi
deamus ergo, ne nos imperfectos
inueniat aut nunc hæreticorum
dominario, aut tunc ipsius Anti-
christi. Quoniam sicut opera bo-
na in die tentationis præstant spei
virtutẽ: sic opera mala desperatio
nis operantur infirmitatem.

A *fuit, à principio mundi vsq; modo, neq;*
fiet. Perspicis deinde is factum hũc
sermonem fuisse, & de afflictioni-
bus quæ illis incumbebant. Nec
enim Apostoli diem Sabbathi ob
seruabant, sed nec in Iudęa erant,
cum hæc à Romanis fiebant: mul-
ti enim eorum iam decesserant, &
si quis viuebat in alijs partibus cõ
uersabatur. Cur autem nec hye-
me, nec Sabbatho? Hyeme quidẽ
propter ipsius temporis importu-
nitatem, Sabbatho autem propter
B authoritatem legis. Nam quoniã
velocissima quadam fuga indige-
bitis, nec Sabbatho audetis hoc
facere propter legem, nec hyeme
potestis propter difficultatem tẽ-
porum idcirco vobis orãdum est.
Talis enim futura tunc est tribula
tio, qualis neq; fuit, neque erit vn-
quam. Nec putes exaggerationis
cumulo, id dictum esse. Quanta
enim tunc Iudeos mala vexarunt,
historia Iosephi demonstrat: nec
C potest certe dici fidelem illum fuis
se, nec ideo rem oratione amplifi
casse. Nam & Iudæus erat, & feruẽ
tissimus fere omnium Iudęorum,
qui post Christi aduentum fuerũt.
Quid igitur scribit? Quia omnem
orationem tragicã clades illę faci
le superauerũt, nec tali vnquã bel
lo gens Iudęorũ laborauit. Quip-
pe tanta fames in eo inualuit, vt
ipsis matribus filiorum deuoratio
D studio fuerit, ac ea pro re bella in-
terse cierent, multosq; iam mor-
tuos partirentur. Quare libenter
interrogarem Iudeos, quamobrẽ
tam intolerabilis ira diuinitus in
eos fuit effusa, vt omnes ærumnas
præteritas, non dico in Iudæa so-
lum, sed vbiq; terrarum facta ex-
cesserit? Non ne patet propter te-
merariam audaciam, & prolatam
à se de crucifigẽdo Christo sentẽ
tiã? Omnes certe ita exclamabãt,
sed cũ omnibus, & pro omnibus ip

D Chrisost. in caput Matthæi, 24. hom. 77.

ORATE *ne fiat fuga vestra in hyeme vel in Sabbatho; erit enim tunc tribulatio magna qualis nunquam*

se rerum euentus. Tu vero ingentem malorum cumulum considera. Nam non ad transacta solummodo tempora, verum etiam ad futura collata, grauiora omnibus videtur; nec enim in vniuerso orbe vnquam fuit tanta malorum exaggeratio, neq; id iniuria. Nec enim aliquis vnquam hominũ ausus fuit nec quisquam tantum potuit vnquam scelus audere.

Ioseph. de bello. Iudaico libr. 7. cap. 8.

MVLIER quædam ex numero trans Iordanem habitantium incolarum, Maria nomine, Eleazari filia de vico Vetezobia, quod significat domus hyssopi, genere ac diuitijs nobilis, cũ alia multitudine fugiens in Ierosolymam recepta, cum cæteris obsidebatur. Huius alia quidẽ bona tyranni diripuerunt, quæ extransamnanis locis in oppidum cõportauerat. Reliquias vero conditorum, & si aliméta reperissent, irrumpentes domum eius satellites, quotidie aflerebant, gtauiter autem mulier indignabatur propterea q; sepesime raptoribus maledicens, & imprecans, eos contra se vehementius irritabat: cũ neq; iratus, neq; miserans, eam quisquã vellet interficere. Sed victum quidem parando alijs parabat: vndiq; autem adempta iam erat ei etiam reperiendi facultas, fameq; viscera ribus & medulis irrepserat, plus vero quam fames iracundia succẽdebat. Igitur vi animi ac necessitate impulsa, rebus aduersis contra naturam excitatur: raptoq; filio, quẽ lactentem habebat, miserum te, ait infans, inbello & fame & seditione cui te serubaero? Apud Romanos etiam si vexeris, seruiturus es: fames autem præuenit seruitutem: his vero seditiosi sæuiores sunt. Estomihicibus, & seditiosis furia, & humanæ vitæ fabula, quæ sola deest calamitatibus Iudęorũ. Et hoc simul dicẽs, occidit filium, coctumq; medium comedit, ad opertum vero reliquum seruauit. Ecce autem aderant seditiosi, & contaminatissimi nidoris odore capti, mortem, statim, nisi quod parasset ostendere, minabantur. Illa vero bonam partem se reseruasse respondens, aperit filij reliquias. Illos autem confestim horror cepit atq; dementia, visuq; ipso diriguerunt. At mulier, & hic, inquit, est vere filius & sacinus meum, comedite: nam & ego comedi. Nolo vt sitis aut fęmina molliores, aut matre misericordiores. Quod si vos pietatem colitis, & mea sacrificia repudiatis, ego quidem comedi, reliquũ eius me manebit. Post hoc illi quidẽ trementes exierũt, ab hoc solum timidi, vixq; hoc cibi matri cessere. Mox autem repleta est eo scelere tota ciuitas: & vnusquisq; ante oculos sibi cladẽ illã proponẽs, tanquã hoc ipse admisisset, horrebat. Abomnibus autem, quos fames vrgebat, properabatur admortem: & beati appellabantur, qui priusquam id paterentur interijssent. Cito autem Romanis etiam nunciata est illa calamitas, eorumq; alij non credebãt, alij miserabantur, multos autem vehementius eius gentis odiũ cepit. Cęsar autem super hoc Deum placabat: si quid ẽ Iudæis pacẽ obtulisset, eisq; liberam proposuisset omniũ obliuionẽ quę commiserant. Illos autem pro cõcordia seditionem, bellum pro pace, prosatietate atq; opulentia famẽ optasse: & qui proprijs manibus tẽplũ, quod ipse eis seruasset, incendere ceperant, huiusmodi alimẽtis eos esse dignissimos. Verun tamẽ scelus

lus huius nefandi victus ruina se se patriæ operturum: neq; relicturum in orbe terræ, vt sol inspiciat ciuitatem, in qua matres sic vescerentur. Ante matres autem patribus huiusmodi alimenta deberi: qui neq; post eiusmodi clades arma deponerent. Simul hæc dicens desperationē hostium reputabat, nec eos sanamentem recepturos existimabat qui cuncta iā pertulissent, quibus ante quam ea paterentur, mutare sententiam sperabātur.

D. Chrisost. in caput. Matthæi 24. hom. 49.

ORATE autem vt non fiat fuga vestra hyeme, vel Sabbatho. Et carnaliter, & spiritualiter legitur. Fugientibus enim, & in via manere necesse est, & in syluis latere, & per deserta vagari. Fuga autem vestem portare non sinit, domum intrare non permittit, ignem accendere non concedit; in Æhyeme autē quid faciat fugiens? Necesse est ergo aut fugiēs frigore pereat, aut manēs gladio moriatur; similiter in Sabbatho non licebat amplius ambulare, nisi certum spaciū viæ. Vnde dictum est in actibus Apostolorum: *Sabbathi habens iter.* Quid ergo faciet fugiens Iudæus in Sabbatho? Necesse est vt aut legē prætereat fugiens, aut mortem suscipiat manens. Spiritualiter autem de Christianis talem habēt interpretationem. Hyemen dicunt frigus infidelitatis spirituale; qui enim non habet in corde suo ignē, de quo Dominus dicit: *Ignem veni mittere in terram:* id est verbum diuinū, de quo calefiat in fide ille semper in hyeme est, & si fuerit in media æstate, quia dubitationum incursus, quasi quasdam tempestates de fide Christi patitur anima eius & alget. Aut in hyeme est, qui in persequutione, & tempestatem patitur impiorum. Et ideo frigida sit fides omnium, & ad plenum gelat, nisi iterum calefecerit eos Spiritus sanctus. Itē est corporale Sabbathum secundum literas legis, quod Iudæi intelligebant, & conseruabant, dum à corporali opere abstinerent, non à corporalibus malis. Et est spirituale, secundum quod gratia Christi manifestauit: quod inteligunt Christiani, & obseruant, abstinentes se non ab opere corporali, sed à corporalibus malis. Qui ergo vacat ab opere malo faciens opera bona, laudabiliter Sabbatizat, & sancte secundū spiritum, & Dei consilium: qui autem recedit ab opere boni, faciēs opera mala, culpabitur, & impie Sabbatizat. De hoc ita non bono Sabbatho loquitur Dominus in hoc loco, admonens, vt ne dies ille inueniat eos in peccatis. Ideò ergo dicit. *Ne fuga vestra hyeme vel Sabbatha fiat*, quia quicunq; in hyeme infidelitatis inuentus fuerit, aut in delitijs huiusmundi Sabbatizans, & ocians ab opere bono, necesse est vt tribulationum tempore superatus pereat credēdo Antichristo: quoniam sicut diximus, opera bona in persecutionibus ad fidem spei præstant virtutem. Quoniam autem de delitijs & peccatis loquitur locus iste manifestius adaperit Euāgelista Lucas. Cum enim locum istum exponeret, ita subiunxit: *Videte ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.* Ex duabus ergo parabolis superioribus prior quidem docet, vt festinemus perfecti esse in fide Christi quod possumus adimplere, & scripturis, & doctrinæ Sacerdotum assidui fuerimus. Quoniā qui in fide Christi, & operibus bonis sunt imperfecti, ipsi sunt qui adhuc in vtero habētur, aut adhuc paruuli sunt, qui

Actorum. 1.

Lucæ. 12.

Luca. 21.

faci le periclitantur in tempore persecutionis,& pereunt,quia dubij sunt de fide Christi. Sequens autem docet,vt ne vacui in veniamur ab operibus bonis, & ab exercitatione virtutum:quia qui sic inventi fuerint,ipsi sunt paruuli,qui indie persecutionis cito periclitãtur à fide Christi:quia non habẽt opera bona cõfortãtia eos in spe, nec exercitationem virtutum in sufferentia aduersorum.Similiter & exduabus parabolis sequẽtibus prior quidem admonet,ne imperfecti inueniamur in fide. Ipsi sunt quidem,qui dubitationis hyemem patiuntur:sequens autem vt ne sine bonis operibus in veniamur in tempore illo,Sabbathicantes ab opere bono.

Idem Chrisost. hom. 77. in cap. 24. Matth.

ERIT *enim tribulatio talis*, inquit,*qualis nec fuit, nec erit : & nisi abreuiati fuissent dies illi,non fieret salua omnis caro:propter electos autem abreuiabuntur diesilli.* Hic ostendit grauioribꝰ illos supplicijs dignos: dies autẽ nũc tẽpus belli, atq; obsidionis illius significãt. Tale nãq: est quod dicitur. Si diutius Romanorum in Ierosolyma bellum durauerit,nemo Iudæorum omnino euadet:omnem enim carnem modo Iudaicam appellauit. Sic autẽ dixit,vt tam præsentes quam absentes his verbis includeret.Non enim qui in Iudæa fuerunt,solum impugnabantur:sed vbiq; dispersos Iudæos mirabili odio, & in audita indignatione Romani pellebant,persequebantur,trucidabãt. Electos autem hic fideles nominauit,qui in medio Iudæorum intercepti erant.Nam ne dicant Iudæi hæc mala propter prædicationem & adorationem Christi sibi accidisse,non solum non fuisse causam malorum fideles ostendit, verum etiam nisi fideles fuissent interemptione vniuersos necatos fuisse asserit.Nam si dilatio belli permissione Diuina facta fuisset nullę Iudæorum extarent reliquiæ: sed ne cum in fidelibus Iudæis fideles interimerentur, citius ei bello finẽ imposuit: pręterea vt medio illorum intercepti fideles conseruarentur respirandi potestatem eis concedens , ne tanquam perituri timeant.Quod si in hac vita de fidelibus est prouidẽtia, vt propter eos alij quoq; saluẽtur, & Iudæorum reliquiæ propter Christianos supersint, quantus coronæ atq; retributionis tempore honor erit? Hinc etiam hortatur,ne periculis proprijs contristentur ,præsertim cũ videant similibus nullo lucro, sed detrimẽto sui capitis alios vexari. Nec hortatur solũ atq; consolatur:verum etiã occultius atq; sensim à Iudaicis moribus abducit. Nam si nulla postea mutatio in melius futura est,nec rursus tẽplum vnquam cõdetur, patet quia lex etiã omnino cessabit.Id apertius dictum non est,ne pro tempore doleant.Præterea nec principaliter,& à se ipso ad hunc sermonẽ deuenit sed conuersando in vrbe ad demostrationem ædificiorum, & interrogandi necessitatem eos compulit, vt quasi ad interrogata respondens futura prænunciet.Tu autem dispensationem spiritus diligẽter considera.Nihil enim horum Ioannes scripsit,ne quoniam post Iudæorum illas ærumnas longo tempore super vixit,ab euentu rerum,nõ à prædicatione Christi scribere videatur:Qui autem ante illud bellum ad dominum decesserunt,qui nihil horum viderũt ipsi, vt vndiq; prædicationis veritas resplenderet,ista scripserunt.

D. Chrisost.

D.Chrisost. in cap. Matth. 24.hom.49.

ERIT *enim tribulatio magna qualis numquam fuit ab initio seculi vsq; modo.* Quoniã dixit. *Væ prægnãtibus & nutrientibus, & videte ne fuga vestra hyeme aut Sabbatho fiat.* Nunc exponit quare, ideſt quia erit tribulatio magna. Vſq; ad Chriſtum enim Iudęi & ſi peccatores fuerunt tamen filij erant nõ hoſtes, & ideo omnis ira quæ veniebat ſuper eos, caſtigatio erat de miſericordia veniens nõ condemnatio de ira deſcendens. Crucifixo autẽ Domino deſierũt eſſe filij, & ſunt facti hoſtes. Propterea iã nõ caſtigatio venit corrigens, ſed cõdẽnatio eradicãs. Capta eſt enim Ieruſalem ab Aſsirijs & iterũ reparata eſt. Deſtructa eſt ab Antiocho, & iterum reædificata eſt. Inuaſa eſt tertio à Põpeio & iterum reparata eſt. Sicut enim homo prius quã dies eius mortis adueniat, langure quidem poteſt, mori autem non poteſt ſic & Iudæa ante Chriſtum vexata eſt quidem, perdita autem non eſt. Poſt quam vero horrendũ patricidium comiſerunt, crucifigentes Filij patrem, mortem inferentes, a quo acceperunt vitam, & quod maius eſt, occidentes ſeruì dominum, homines Deũ, tali eos plaga percuſsit, vt numquam ſanẽtur. Sicut illi tale facinus commiſerunt, quale numquã commiſſum eſt nec eſt committendum: Sic & ſuper illos talis ſententia venit, qualis numquã venit, nec veniet. Hæc aptius eſt de conſummatione mundi ſuſcipere cuius figura fuit tribulatio illa. Tunc vere talis erit tribulatio qualis numquã fuit. Tunc dicent homines. Aperiat ſe terra, & glutiat nos vſque tunc enim omnis ira quæ fit adeo, ideo fit, vt fideles quidem tentet, A in fideles autem emendet, cum autem Antichriſtus venerit talis veniet ita vt & in fideles omnino pereãt, & fideles plenius coronẽtur. Cum enim multi Chriſtianorum credentes Antichriſto, ſignum nominis eius in manu dextera & in fronte ſuſceperint, tunc exibunt Angeli cum igneis curribus volãtes per aera, & inuiſibili manu ſignabunt omnes fideles, in quibus tamen inuentum non fuerit ſignũ B Antichriſti. Ex illo iam plagę, quę venturæ ſunt ſuper terram, in quibus & finiendus eſt mundus, iam nõ tangẽt fideles qui ſignati ſunt, ſed illos percutiẽt, ſuper quos Antichriſti inuentum fuerit ſignum. *Erit enim tribulatio magna qualis numquam fuit.* Nõne maior fuit tribulatio in diluuio quãdo ab omni creatura nihil remãſit niſi ſolus Noe cum familia ſua? Hic autem & ſi multi occiduntur, tamen multi euadent. Sed in hoc peior erit C tribulatio iſta, quia illic corporalis fuit perditio, hic autem ſpiritualis. Quis autem illic tormẽtis aſtrictus eſt, quia coluit Deum, ſed è contrario puniti ſunt quia noluerũt colere Deum. Hic autẽ tormentis afficiendi ſunt, qui nõ tranſeunt ad Diabolum, relinquẽtes Deum Nonne fuit maior tribulatio in Sodomis, vbi nullus euaſit ab igne, niſi ſolus Loth. Sed Geneſ.19. illic fuit aduerſus peccatores iuſD ta Dei vindicta, hic autem erit aduerſus ſanctos crudelis diaboli violentia. Quãto ergo præcioſior anima, quam corpus, tanto miſerabilior perditio animarum, quam corporum illic perditis iniquis, euaſerunt iuſti: hic autem punitis, aut fugatis iuſtis iniqui gaudebunt. Sed & ſi qui prudentes ſunt cum conſiderant non corporalem huiuſmũdi ſtatum, qui adhuc quodã modo ſtare videtur quanuis & ipſe

ipse sit minoratus,sed spiritualem totius Christianitatis statum suuersum,intelligunt quia numquã talis fuit tribulatio spiritualis, qualis facta est nunc ex tẽpore hæresum corrumpentium vniuersa. Perierunt , sicut diximus,omnes indiluuio,sed corporaliter perierũt omnes,spiritualiter Antechristum,ptæter Iudæos sed ignorantia perierunt:nunc autem in sciẽtia perierunt,& pereunt: Multum enim interest inter illos qui in ignorantia sunt,& ignorantia perierunt:& inter istos qui in veritate quidem nati sunt,propter aliquid autem mundiale,scientes ad mendatia transierunt, & perierũt in eis,& pereunt.Illi enim forsitã aliquomodo habebunt remissionem,isti autem nullam remissionem habebunt,nec in hoc seculo nec in futuro: quoniam ipsi sunt, qui blasphemauerunt , & blasphemant in Spiritumsanctum. Illi enim iudicandi sunt quia veritatẽ nõ acquisierunt;isti autem condẽnãdi quia spreuerũt. Leuior enim culpa est veritatem non apprehendere,quam contemnere apprehensam.

Abulens.in Matth.capit. 24.quæst.226.

Erit tũc tribulatio magna,qualis numquam fuit ab initio mundi vsque modo.

NONNVLLI, addictam sententiã dicunt,accipi de tempore Antichristi,imo & occasione huius totam hanc literã de Antichristo exponunt. Sic Nicolaus de Lyra tenet , putat enim ꝙ nulla tribulatio sit maior quam ea quæ erit sub Antichristo : ideo de illius tẽporibus dictũ putant. Vnde & totam literam ex illo loco, scilicet. *Cum videritis abominationem desolationis*, exponunt quidam de Antichristo.Sic exponit Hilarius super Matthæum: *Scilicet cum videritis abominationem desolationis*, de Antichristi tẽporibus locutus est Propheta. Abominatio enim dicta est quod aduersus Deum veniens,honorem Dei sibi vẽdicet. Desolationis autem abominatio, quia bellis & cędibus terram desolaturus sit,atq; ab id à Iudæis susceptus loco sanctificationis instituitur. Vt vbi Sanctorum præcibus Deus inuocabatur, hic ab infidelibus receptus Dei honore venerabilis sit.Et quia proprius iste Iudæorum error erit,vt cum veritatem respuerint,susciplant falsitatem : Iudæam deseri monet , & transfugere in montes, ne admistione plebis illius Antichristo creditura vis aut contagio afferatur.Sed dicendũ quod ille sensus nõ potest esse literalis, vt ostẽsum est supra. Nam tempore Antichristi non valemus fugere : quia non erit quò fugiamus. Secundo quia dicitur. *Qui in Iudæa sunt fugiant ad montes.* Nam si ab Antichristo fugiendum esset:non solum existentes in Iudæa,sed in omnibus alijs partibus orbis fugere deberent. Tertio quia Hilarius qui sic exposuit, cum quasdam partes literaliter sic exponat , transit statim ad exponendum alias mixtice. Nam dicit: *Qui intecto est non descendat ali quid tollere.* Scilicet tectus est domus fastigium & habitationis totius excelsa perfectio:Qui ergo in consummatione domus suæ, idest in corporis sui perfectione constiterit,regenerationeꝑ spiritus noui, non descendere in humiliora rerum secularium cupiditate debebit: *Et qui in agro est non reuertatur tollere tunicam suam* , idest positus in opera-

Vnde abominatio desolationis dicta sit.

operatione præcepti non ad curas pristinas reuertatur, ob quas veterum ex inde peccaminum, quibus antea contegebatur, erit tunicam relaturus; & ita cætera exponit, & ita cæteras partes applicat in sensu mystico: Et manifestum est hũc non esse sensum literæ. Dicendum igitur, quod exponitur de tribulatione quæ esset ante euersionem Ierusalem. Et patet, quia tota litera continua est: & ante hoc dicebatur de isto; & immo & nũc de eo dicitur. Secundo patet ex modo literæ. Nam cum dictũ fuerit supra: *Orate ne fiat fuga hyeme vel Sabbatho*, sequitur. *Erit enim tribulatio magna*, & tamen, *etenim* ponitur, vt redituũ causę, scilicet, quod fugiendum est: quia erit tunc magna tribulatio. Et Mar. 13. c. magis aperitur, scilicet, *Erunt enim dies illi tribulationis quales non fuerunt*, ergo de illo tempore, in quo dicebat fugiendum esse, dixit quod erũt dies illi tribulationis. Tertio patet quia Luc. 21. c. Magis istud aperitur, cum enim dicitur: *Væ autẽ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.* Sequitur: *Erit enim præssura magna super terram, & ira populo huic: Et cadent in ore gladij: & captiui ducẽtur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur à gẽtibus.* Manifestum est igitur de malis euenturis Iudæis tempore euersionis Ierusalem hoc dicit, & non de Antichristo, nec de malis alterius gẽtis. Et hoc etiã Aug. allegat in Epistola ad Hesychium ostendens, quod intelligatur de euersione Ierusalem. Est autem dicẽdum, quod Christus dixit hoc ad ostendendum causam præcedẽtium, Nam iusserat cum magna celeritate fugere, & admonuerat orandum ne hyeme vel Sabbatho fuga ista accideret, ne impedirentur, & quia hoc non poterat, aut esse non debebat, nisi ad euitandũ magnum periculum, ostendit grauia pericula. Etiam quia cũ Christus ista admonuisset, non facerẽt illa credentes, cum tanta festinatione, nisi videret causam, quæ vrgeret eos: ideo ostendit eam; & dixit quòd futura erat tũc tanta tribulatio, quãta nũquã fuerat, neq; futura erat, & ista erat causa sufficiens ad taliter fugiendum, qualiter Christus admonebat. Sic dicit Theophilus, causam autem tãtæ necessitatis ad fugiendum consequẽter assignat cum dicit: *Erit tunc tribulatio, &c.*

Marci. 13.

Lucæ. 21.

Idem quæst. 127.

QVæritur: Quomodo est verũ quòd illa tribulatio futura erat maior omnibus præteritis, & quæ futuræ erant? Dicẽdum, quôd commensurare tribulationem illam omnibus præteritis difficile erat, cùm nõ possimus cuiuslibet determinatam scire quantitatem, quæ ad hoc requiritur vt con mẽsurentur, & tamen generaliter loquendo, si quis historias gentium legat, nõ inueniet aliquam, in qua tantæ calamitates enarrẽtur, quãtas Iosephus refert in lib. de bello Iudaico, & Egesippus; De futuris autem quod nulla ei æquanda sit, hoc multo in certius erat quòd nemo asserere auderet, nisi qui Deus erat aut Spiritum Dei habens. Satis autem nobis est, quòd Christus hoc asseruerit: & constat exprecedenti quęstione, quod intelligitur de tribulatione euersionis Ierusalem, apparet ergo quòd nulla vnquam tanta fuit tribulatio neq; futura est, & non fuit hoc inconueniens, nã pro magno peccato grauissima pœna danda erat, & tamẽ nullum fuit peccatum grauius quã occisio Christi, & Discipulorum eius, & persecutio credentium;

ideo

ideo dignũ fuit quòd pro illis peccatis daretur huic genti maxima omnium pœnarum, quæ vnquam datæ sunt, & quàm dabũtur: Cùm maiora peccata nõ sunt futura alicuius gentis. Sic dicit Chrisost. in hom. scilicet interrogo autem Iudæos vnde tam intolerabiles res diuinitus venit super eos omnibus quę antea factę sunt dificiliór: Nonne manifestum. Quoniã propter crucis manifestationem. Sola autem dificultas manet quantùm ad futuras tribulationes, inter quas vẽtura est tribulatio Antichristi, nam illa putatur maior omnibus tribulationibus. Dici potest vnomodo quòd tribulatio Antichristi erit valde magna sicut putatur: Sed nõ erit tanta quãta illa quæ fuit Iudæorũ in euersione Ierusalem, & hoc est inconveniens quia de illa non cõstat nobis quanta futura est, quia nulla scriptura exprimit: Tribulatio autem Iudęorum quanta fuerit scim⁹ ex scripturis Iosephi & Egesippi. Etiam quod plus est: quia Christus dixit illã maiorẽ omnibus futuris nullam excipiendo. Aliter potest dici quòd tribulatio sub Antichristo erit maior quam tribulatio auersionis Ierusalem: & tamen Christus quando hic locutus est dixit solum de tribulationibus gentis Iudęorum, scilicet quòd numquam eis talis tribulatio acciderat neq; è ventura erat: Tribulatio autẽ sub Antichristo non erit Iudæorum sed Christianorũ immo bene stat quod sit maior. De hoc Augustin⁹ ad Esichiũ dicit. Apud lucam autem sic legitur: *Erit præssura magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladij & captiui ducentur in omnes gẽtes*: Qui Iudaicam scripsit historiã talia mala dicens illi populo tũc accidisse vt vix credibilia videãtur,

Luc. 21.

A vnde non in merito dictum est talem tribulationẽ nec fuisse a creatura initio nec futurã: Scilicet si tempore Antichristi talis aut maior forsitam erit intelligendũ est de illo populo dictũ quod eis amplius non erit talis. Si enim Antichristum illi primitus, & pręcipue recepturi sunt: facturus est tunc idem populus tribulationem potius quam passurus. Sed dicẽdum quòd absolute dicenda est maior tribulatio quæ fuit tempore Iu-

B dæorum in Ierusalẽ, & Iudæa quãque futura erit sub Antichristo: eo quod Christus non determinauit specialiter ad tribulationes Iudæorũ sed absolute dixit quod: *Erit tribulatio magna qualis numquam fuit ab initio mundi neque*, idest in nulla gente tanta tribulatio accidit vnquam neq; eueniet. Et aliqualiter aperti⁹ Mar. 13. c. dicitur, hoc scilicet: *Erũt dies illi tribulationis tales quales non fuerunt ab initio creaturæ*

C *quam condidit Deus vsq; nunc nec fiẽt.* Etiã Aug. hoc magis sentire vult quam tribulationẽ sub Antichristo fore maiorem, sed illud dicit, si contẽderit quod possit sibi sic responderi: maxime quia nullum motiuum est quare debeamus dicere tribulationẽ sub Antichristo maiorem tribulatione in euersione Ierusalem.

Marci. 13.

Idem quæst. 128.

D QVæritur de hoc quod dicitur &: *Nisi breuiati essent dies illi.* Quid sit esse dies breuiatos, & quãdo hoc fuit, dicendum quantũ ad tempus quod aliqui putant hoc dictum de tempore Antichristi quãdo breuiabuntur dies vt mala tolerabilia sint, dicunt enim quod pauco tempore durauit Antichristi persequtio. Scilicet trib⁹ annis & dimidio iuxta dictum Dan. 12. c.

scilicet

scilicet per tẽpus & tempora & dimidiũ temporis, vt dicatur tempus vnus annus: tẽpora duo anni; dimidiũ, tẽporis dimidius annus, & ita tenet Nicolaus. Sed hoc iã ei necesse est eum ab illo loco, scilicet: *Orate ne fuga vestra*, dixerit accipiendum de Antichristo. Et hoc aliqualiter Beda tenuit. Ait enim hoc quod dicit ab illo loco: *Erunt dies tribulationis*: temporibus Antichristi proprie conguit, quando non solum tormenta crebriora & acerbiora quã prius consueuerãt ingerenda sunt fidelibus, sed quod grauius est signorum quoque operatio eos qui tormenta ingerunt comitabitur. Hæc autem tribulatio quanto cæteris quæ præcessere præsurarum pondere grauior, tanto est temporis breuitate moderatior, nãq; tribus annis & dimidio quantum de Propheta Danielis & Apocalipsis Ioannis conijci potest Ecclesia per orbem in pugnanda esse creditur. Sed dicẽdũ quod non stat, nam cum ista litera pertineat ad eundẽ contextum, ad quẽ præcedens accipietur de eodẽ, sed præcedens accipitur de euersione Ierusalem, vt ostensum est præcedenti quæstione. Ergo & ista de abbrebiatione dierũ, nã cum dicatur: *Et nisi abbrebiati fuissent dies illi*, necesse est quod referatur ad præcedentia: & illi sunt dies in quibus magna tribulatio accidet, vt dicitur Mar. 13. c. *Erunt dies illi tribulationis tales quales non fuerunt ab initio creaturæ; & nisi breuiasset Dominus dies.* Et ponitur hic causa, nam dictum est quod tribulatio futura erat talis qualis nunquam accidet. Immo sequebatur quod non possent homines illam tollerare: sed omnia deleret. Hic dicitur quia: *Abbrebiabuntur dies*: quia si nũ abbrebiarentur nemo posset saluari: idest liberari à morte.

A *D. Chrysost. in cap. Matth. 24. hom. 49.*

ET nisi Deus breuiasset dies illos, nõ fieret salua omnis caro. Abbreuiabũtur dies, vt attrocitas tribulationũ breuiata compendio tem peretur. Breuiatos autem dies intelligimus, non mensura, sed numero. Sicut enim longitudinem dierum, quam Propheta: *Dumum tuam decet sanctitas in longitudinem dierum*, non per longos dies Psalm. 92.

B intelligimus, sed multos: sic & breuiati dies, non brebes dies sunt intelligendi, sed pauci. *Omnis caro.* Frequeter enim scripture pro hominibus animas ponũt: Sicut ibi, *Septuaginta animæ intrauerũt in Egyptum.* Genes. 46. Frequenter pro hominibus dicitur caro: sicut ibi. *Orationẽ meã exaudi, ad te omnis caro venier.* Quando ergo & animas appellat, spirituales, & perfectos homines vult ostendere: vbi cunq; autem carnẽ, carnales homines & infirmos. Leuit. 10. Psalm. 64.

C Ergo dicendo, *non fieret salua omnis caro*: vult vobis ostendere, quia nõ solum spirituales homines & perfecti, sed etiam mediocres homines & infirmi, de illo persecutionis periculo sunt liberandi, no virtute fidei, aut merito operum suorum, sed velociter subueniente Christi aduentu. Nõ enim propter peccatoris dimittit diutius, vt etiã electi periclitentur, sed propter electos festinatur? est, vt neq; mediocres deficiant: quia promptior est

D Deus ad liberandum bonos, quam ad perdendos malos. Nam & aurifex si inuenerit aurum sordibus mixtum, non propter sordes etiã aurum cõtemnit, sed propter modicum aurum contentus est etiam sordes recipere. Sed & semper dies mali Sanctorum abbreuiabũtur. De iniquis scriptũ est: *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies* Psalm. 45.

suos:

Ibidem. *suos.* De iustis autem: *Non dabit in aeternum fluctuationem iusto.* Accipe autem mihi ad documentum ipsa tempora anni ab æquinoctio vernali duodecimi mensis incipiunt paulatim tepescere aeres per singulos dies vsque ad mensem tertium,& dies fieri nõctibus longiores,Item ab æquinoctio autumnali mensis septimi incipiunt paulatim iterũ frigescere aeres per singulos dies,& noctes fieri longiores diebus, vsq; ad mensem nonũ quando celebratur Christi natalis,& sic inueniũtur nouem quidẽ mensibus aeres quidem temperati,& dies prolixiores, tribus autẽ mensibus aeres glatiales, & dies breues, Vides quomodo Deus misericorditer dispensauit, vt dies quidem mali inueniantur, & pauci,boni autem plures,& longi. Si ergo statũ mũdi huius qui ad vsum omnium hominum communis habetur,sic Deus misericorditer dispensauit: quanto magis statum vitæ eorum, cum maiori dispensat misericordia, vt & voluntas eorũ in malis tentata claresçat, & virtus volũtatis eorũ velociter Deo subueniente non patiatur defectionem,secundum quod & Apostolus dicit: *Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autẽ Deus, qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis sustinere, sed faciet cum tẽtatione etiam prouentũ vt possitis euaderer*

1.Cor.10.

Orig.in Matthæi tractatu 29.

ET nisi *Abbreuiati essent dies illi* non esset *salua facta omnis caro.*

A *Propter electos autem abreuiabuntur dies illi,* tanta autem,& sic magna illa abominatione desolationis fit tribulatio, vt Deus operetur abbreiuationem dierum tribulationis illius,superfluum eorum præcidens, quod additur à desolationis tribulatione, & abominatione. Aliter enim nõ est possibile,vt sanetur omnis quę saluãda est caro nisi acceperit abbreuiationem adeo.

B Dies enim intelligũtur præcepta, & dogmata veritatis posita in scripturis ad illuminationem intelligentium animarum. Omnes autẽ intellectus à sciẽtia falsi nominis venientes,qui adduntur sermonibus scripturarũ,& coniunguntur, intellige mihi additamenta esse supra magnitudinem naturalem dierum scripturæ:quod additamẽtũ bonus Deus abbreuiat per quos

C vult. Et quoties cunq; videris aduentu verbi veritatis in sensu tuo præcidi altitudines, extollentes se aduersus scientiam Dei: toties intellige abbreuiatos dies tribulationis,& circumcisam superfluam magnitudinem quam contranatura abominatio desolationis semper superaddit diebus Domini qui sunt in scripturis. Et propter electos abreuiabuntur dies illi,vt

D videntes in sensu suo precisionẽ superfluitatis dierum, & remanentem illam solum modo lucẽ, quæ secundum verbum est veritatis, nihil patiãtur à desolationis abominatione, vel ab eo quod additum fuerat, super veros & naturales dies scripturarum.

(?)

LAVS DEO.

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM NOTABILIum quæ in his duobus tomis Theatri Sanctorum Patrum continentur.

A.

Aaronis virga quæ germinauit corporum resurrectionis typus fuit, tomo. 2. fol. 23. col. 2.

Abominatio desolationis quæ sit, tomo. 2. fol. 750. col. 1. & 2.

Abominatio desolationis vnde dicta sit? tom. 2. fol. 772. col. 2

Abrahã & Prophetæ mortui sunt & viuunt, Iudæi viuebant & mortui erant, tom. 1. fol. 656. col. 1

Abrahã summo opere desiderabat videre diem Domini, & vidit quãdo in spiritu cognouit Christum Dominum ex sua stirpe in carne nasciturum, tom. 1. fo. 657. co. 1

Abraham quãdo vidit diem Domini, & quando & quomodo vidit Deum? tom. 1. fol. 660. col. 1

Abraham non vidit Deum corporali præsentia, to, 1. fol. 661. co. 1.

Abrahæ seruus quare iurauit in ei femore? tom. 1. fol. 657. col. 2

Abstinere debemus à falso iudicio, tom. 2. fol. 223. col. 1

Abstractæ rei peccatum rei compẽsatione dissoluitur, to. 2. fol. 359. col. 2.

Accessio ad Iesum Christum Dominum per fidem, tom. 1. fol. 308. col. 1

Achaz quare non petijt signũ à Domino, tom. 1. fol. 159. col. 1.

Accidit nũquam vt homo recte honesteq; viuens à Domino despiciatur, ab omnibus vitijs liberatus, sed & si in aliquo errore teneatur, cito illum Deus ad notitiam pertrahit veritatis, to. 2. fol. 420. col. 1

Actus cogitationes & intentiones cordis manifestabũtur in die iudicij, tom. 1. fol. 17. col. 2

Acusatores in iudicio Dei erũt ipsemet iudex, spiritus boni & mali, to. 1. fo. 23. col. 1. & 2

Acusantur qui male diuitijs vtũtur non ipsæ diuitiæ acusantur, to. 2 fol, 244. col. 2

Ad altare Dei quomodo accedere debemus, tom. 2 fo. 339. col. 1

Adam habet quatuor literas in quibus quatuor orbis partes intelliguntur, to. 1. fo, 269. col. 2

Adã ex terra virgine creatus, Christus Dominus ex Maria Virgine natus est, to. 1. fo. 479. col. 1

Adam fuit ille homo qui descendit ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones. to. 2. fo. 525. co. 2

Adamum & Euam vnusquisque habet in se, to. 2. fo. 594 col. 2

Adæ caput sanguine Christi Domini conspersum fuit, quia Crux Christi fixa est in loco in quo humatus fuit Adam, tom. 2. fol. 22. col. 2.

Aduẽtum æterni iudicis tanto tũc quisque videbit securior quanto nunc districtionem illius timendo præuenerit, tom, 1. fol 3. col. 2

Aduentus Domini, & expectandus & diligendus est, to 1. fol. 6. col. 1

Aduentus Christi Domini duplex, tom. 1. fol. 11. col. 1.

Aduentus Domini triplex, ad homines in homines, contra homines, tom. 2. fol. 145. col. 2

Aduenru Christi Domini pax in terris à Prophetis fuit annuntiata, tom, 1. fol. 693. col. 2.

Aduerſarij noſtri qui ſint, tom.2. fol.373.col.1
Aduerſarios habemus multos,to.2 fol.365.col.1
Aduerſarius animæ corpus eſt,ibi.
Aduerſarius cui nos conſentire cõ uenit,quis ſit,to.2.fol.373.co.1.
Adulatores & blanditores repręhẽ duntur,tom.1.fol.394 col.1
Æqualia ſunt omnia in Deo immẽ ſitate infinitatis, tom.2.fol. 194. col.2
Æqualitas Chriſti Domini cũ Pa tre ſecundum diuinitatem proba tur,tom.1.fol.669.col.1.& 2.
Æqualitatem quam habent Pater & Filius immitari poſſumus æqua re non poſſumus,maximè in miſericordia quæ Deo propriſsima eſt,to.2.fol.215.col.1.
Æquitas iudicis in die iudicij, talis erit vt nemo aduerſus eam au deat teſtimoniũ pro aliquo red dere,to.1.fo.4.col.1
Æquitatus diaboli perditio eſt: æquitatus autem Chriſti ſalus, to. 1.fol.696.col.2
Ære in die iudicij ad reſpiration nem non indigebimus,ſed ad mutationem loci eo vtemur,tom.1. fol.20.col.1
Ætate & ſapientia proficere quid ſit,to.1.fol.231.232.233.col.1. & 2.
Ætates ſex ſæculi ad inſtar ſex die rũ diſtingũtur.to.1.fo.135.co.1.
Ætates mundi quot ſint,to.1.fol. 162.col.2
Ætates in ſacra Scriptura duæ altera corporis,altera animæ,tom. 1.fol.229.col.1
Ætates vitæ hominum numerantur,ante legem ſub lege,& poſt legem,to.2.fol.11.col.1.
Æternitas nobis in intentione, tẽporalitas vero in vſu debet eſſe, tom.2.fol.581.col.1
Afflictiones & temporales pœnæ quas aliqui etſi non libenter tamen patienter ſuſtinent, conducunt maximè ad vitam æternam. tom.1.fol.305.col.2
Ager Eccleſiæ, eſt hic mundus,to.1 fol.351.col.2
Ager hominis corpus eſt,to. 2. fol. 668.col.2.& 671.col.1.
Agnus,ouis,& paſtor inter ſe amici tiam habent,to.2.fo.51.col.1
Alchoranus dicit multa de miraculis Domini noſtri Ieſu Chriſti,& Maria matre ei9,to.1.fo.65.co.1
Alligato dæmonum principe, omnes ſunt impediti,to.1.fol.600. col.1.
Aliqui compulſi intrant ad fidẽ ſed poſt introitũ inueniunt quo intra ſe lætantur,tom.2.fo.297.co.1.
Aliqui putant Crucem Chriſti Domini portare,& eam ſic portant vt plus habeant in Cruce dignitatis,quam in paſsione ſupplicij tom,2.fol.346.col.1
Aliqui propter ſigna ab ipſis facta debitores Dei effecti ſunt, nos autem pro bene acta vita ipſum Deum habebimus debitorem, to.2.fo.421.col.2
Altus eſt Deus & deſcendit ad eos qui ſe humiliant, tom.2 fo. 502. col.2
Amari Deus ſemper vult nunquam refutant amorem,tom.2.fo.606. col.1.
Ambitio in ſinu etiam ſacerdotum dormire ſolet,to.1.fo.533.col.1.
Ambitionis via adoratio diaboli eſt.tom.1.fol.504.col.2.
Amen quid ſignificet,tom.1.fo.38. col.1.
Amen habet vim iuramenti, to.1. fol.40.col.1.
Amici ſpeciales ad iudicandum ad mitti nõ debent,ne amore ſuorum aut fallãtur, aut fallant, to. 2.fol.232 col.1.
Amiſsionis Chriſti Domini occaſio ponitur,to.1.fol 222.col.2
Amor inordinatus ſecũ trahit perditio-

ditionem,tom.1.fol.46.col.2.
Amor proprius proprium iudicium fallit,ibidem.
Amor per ſe eſt amabilis, & ſine omnibus alijs placet, cætera ſine amore nullo modo placere poſſunt,to.2.fol.605.col.2
Amor maxima res eſt ſiquidē Deo ſimilem hominem facit,tom.2. fol.606.col.1.
Amor Dei in infinitū ſuperat amorem hominis attamen homo ex ſe toto debet Deū amare, vt meliori modo quo poſsit correſpōdeat Deo creatori ſuo, ibidem.
Amor cordis non intelligitur ſed ſentitur in corde quia quodāmodo carnalis eſt,amor autem animæ non ſentitur in corde ſed intelligitur quia amor animæ iudiciū eius eſt,to.2.fo.610.col.1.
Amoris dignitas magna eſt & precioſitas,ſolus enim amor eſt in quo, & ex quo ſuo creatori homo poteſt reſpondere,tom.2.fo. 606.col.1.
Andreas & ſi Philippo prudētior rē tamen non intellexit circa Chriſti miraculum de quinque panibus,tom.1.fol.626.col.1.
Andreas ſimili modo arguitur cū Philippo in eodem miraculo de imbecillitate fidei,to.1 fo. 627. col.2.
Angeli pacis in die iudicij amare flebunt,quid peccatores, tom.1. fol.4.col.1,
Angeli & Archangeli viſibiliter apparebunt in iudicio,to.1.fo.15. col.2.
Angeli duo aſsiſtūt ſemper vnicuique homini, alter iuſtitiæ, alter iniquitatis,to.1.fo.185.col.1.
Angeli Latine dicūtur nuntij, to. 1.fo.640.col.1.
Angeli naturam Dei inueſtigare non poſſunt,tom.2.fo.189.co.1
Angeli & cæteri cæleſtes ſpiritus dicūtur amici & vicini Dei,quia voluntatem eius cōtinue in ſua ſtabilitate cuſtodiūt,& quia claritate viſionis illius ſua aſsiduitate perfruuntur,tom.2.fo.314. col.2.
Angeli proximi nobis ſunt,tom.2. fol.525.col.1.
Angeli Deo nuntiant cuncta quæ prius ipſe nouit ne proprio officio deſint,to.2.fo.571.col.2.
Angelus bonus niſi voluerit nō videtur à diabolo, ſed ſubtrahit ſe vt detur diabolo licentia tentandi,& expectat tentationis euentum.tom.1.fo.536.col.2
Anguſtiæ huius mundi carceres appellantur,to.2.fo.372,col.2.
Anima noſtra vinea eſt,tom.1.fo. 386.col.2
Anima ſemper manere debet in radice charitatis,to.1.fo.388.co.1
Anima ieiunio redditur fortior, to.1.fo.483.col.2
Anima nec occidit, nec ſepelitur, nec reſurgere poteſt,to.2.fo.24. col.1.
Anima ſine memoria intellectu ac voluntate perfecta eſſe nō poteſt, to.2.fol.190.col.1
Anima per fidem,corpus per aquā regeneratur,to.2.fol.207.co.2.
Anima peccatoris viuens mortua eſt,to.2.fo.253.col.1
Anima rationalis incorporea eſt, tom.2.fol.258.col.1
Anima neque in ſubſtantiam dæmonis,neque in aliud corpus trāſire poteſt,tom.2.fol.261.co.1.
Anima,ęterna & immutabilia cōtuetur,tom.2.fo.268.col.1.
Anima à corpore ſeparata bonum operari non poteſt,to.2.fol.365, col.1.
Anima hominis domus Dei eſt,to, 2.fo.414.col.1
Anima arbor eſt, ideſt ipſe homo, fructus iſtius arboris opera ſunt, tom.2.fol.416.col.1.
Anima peruerſa ſuam diem hic habet,

bet tom.2.fol.467.col.2.
Anima peruerſa rebus præſentibus dedita futura præuidere refugit, ibidem.
Anima per cogitationem ſui reatus ad terram conſternitur cum caro cui vitam ſuam credidit, redire ad puluerē vrgetur, tom. 2.fo.468.col.1.& 2.
Anima habet in ſe imaginem Sanctæ Trinitatis,tom. 2. fol. 618. col.2
Anima iuſti poteſt dici cælum,tom. 2.fol.672.col.1
Animæ ſingulorum ſingulæ ſponſæ Chriſti Domini,tom. 1. fol. 246.col.1
Animæ poſt mortem in locum certum deducuntur,vnde redire nō poſſunt,tom.2.fol.261.col.2
Animæ curatio difficilior quam corporis,tom.2.fol.654.col.1
Animæ manus ſunt opera, & pedes eius ſunt motus eius, tom. 2. fol. 691.col.1
Animam Chriſti Domini, in inferno detineri impoſsibile fuit, tom.2.fol.31.col.1
Animam prauam viſitat Deus multis modis,tom.2.fol.468. col.2
Dilectio diſcernit ſanctos à mũdo, quæ facit eos eſſe vnanimes in domo in qua Pater & Filius mãſionẽ faciũt, tom. 2. fo. 141. col. 2

Diligentes Deum ſciunt quam dulcia ſunt tormẽta propter ipſum, tom 1. fol. 49. col. 1

Diligere Deum ex toto corde quid ſit? tom. 2. fol. 609. col. 2. & fol. 610. col. 1. & 2.

Diliges Dominum Deũ tuum, non ſolum eſt mandatum magnũ in lege, ſed etiam primum, nõ ordine Scripturę ſed dignitate virtutis, tom. 2. fol 613. col. 2

Diſcipuli Ioannis ſcandalizabãtur in Chriſto Dño. to. 1 fol. 66. col. 1

Diſcipuli quare ſoli cum Chriſto in montem aſcendunt, tom. 1. fol. 285. col. 2

Diſcipuli cum Ieſu Domino quare timent orta tẽpeſtate in mari cũ de eius poteſtate nõ dubitarent? tom. 1. fol. 335. col. 1

Diſcipuli Domini primo appellati ſunt Chriſtiani in Antiochia, tomo. 1. fol. 371. col. 1

Diſcipuli Chriſti Domini quomodo arcanũ Dominicæ paſsionis toties ſibi repetitum intelligere nequeunt, Iudæi vero vno verbo & obſcuro illud intellexerunt? tom. 1. fol. 453. col. 1

Diſcipuli nũquam à Domino recedebant, tom. 1. fol. 622. col. 1

Diſcipuli quare colligunt quę ſuperauerunt turbis fragmenta, de quinque panibus? tom. 1. fol. 625 col. 1

Diſcipuli alij, & nõ ſolum Thomas de Reſurrectione Chriſti Domini dubitauerunt, tom. 2. fol. 45. col. 1

Diſcipulis Ioannis præſentibus nõ laudauit Dominus Ioannem, ſed abſentibus, tom. 1. fol. 67. col. 1

Diſcipulorum charitas circa auditores verbi Dei, qui illis in parabolis loquebatur, tom. 1. fol. 435. col. 1

Diſcipulos puſillanimitate affectos in conuiuio de quinque panibus Dominus non reprehendit ſed allicit, tom. 1. fol. 634. col. 2

Diſcrimen legis antiquæ & nouæ ponitur, tom. 1. fol. 288. col. 1

Diſcumbere fecit omnes Chriſtus Dominus in conuiuio, vt eſſent attenti miraculo quinque panũ, tom. 1. fol. 634. col. 2

Diſſimilitudine recedimus à Deo ſimilitudine vero accedimus ad ipſum, tom. 2. fol. 730. col. 2

Diſtricte à nobis exigẽt in iudicio viſibiles angeli, quod modo inuiſibilis cõditor æquanimiter portat, tom. 1. fol. 15. col. 2

Diuerſa infirmitas Iudæi & Gentilis, tom. 1. fol. 319. col. 1

Diuerſa opera diſcordare faciunt, tom. 1. fol. 604. col. 1

Dives ſi honoratur propter perſonam ipſius, & pauper eſt honorandus propter perſonam Chriſti, tom. 1. fol. 306. col. 1

Dives & Lazarus pauper, hic beatus ille miſer, tom. 2. fol. 234. col. 1

Dives dicitur fœnum, & pauper dicitur herba, tom. 2. fol. 236. col. 1

Dives hæreſis Euangelia multa cõpoſuit: pauper fides vnum ſolum Euangelium tenet quod accepit, tom. 2. fol. 243. col. 2

Dives in inferno quare potius in lingua cruciabatur? tom. 2. fol. 252. col. 2

Dives immiſericors canibus eſt ferocior, tom. 2. fol. 253. col. 2

Dives Epulo, quare potius Abrahã in auxilium ſuum vocat quã Lazarum? tom. 2. fo. 272. col. 2

Dives villicus quis ſit? & quæ ſunt ſubſtantiæ quæ diuidunturę tom. 2. fol. 433. col. 2

Diuinę diſciplinę ſeuera miſericordia neceſſaria eſt, tom. 1. fol. 366. col. 2

Diuinæ gratię dona per Apoſtolos ſunt in nos deriuata, tom. 1. fol. 635. col. 1.

Diuinitas & humanitas Chriſti Domini oſtenduntur, tom. 1. fol. 255. col. 1

Diuinitas filij Dei, diabolicæ tentationi nõ ſubiacuit, tom. 1. fol. 476. col. 2

Diuinitas Chriſti Domini in triduo mortis manſit cum corpore in ſepulchro, tom. 2. fol. 12. col. 1

Diuinitatis Chriſti Domini ſigna, tom. 1. fol. 336. col. 1

Diuinitatis Chriſti Domini manifeſtatur potentia, tom. 1. fol. 342. col. 2

Diuiſio gentium in iudicio extremo, tom. 1. fol. 9. col. 1

Diuites & pauperes æquales in vocatione ſalutis ſunt, tom. 1. fol. 57. col. 1

Diuites etiam de pauperum ſalutatione dedignantur, tom. 1. fol. 464. col. 2

Diuites, humanæ cõditionis immemores, tom. 2. fol. 242. col. 2
Diuitiæ ſpinæ ſunt, tom. 1. fol. 421. col. 2
Diuitiæ non nocent ſed earum ſollicitudo, tom. 1 fol. 429 col. 2
Diuitiæ & ſaturitas panis & abundantia in arrogantiá eleuant, & ipſius arrogantiæ ſunt materia, tom. 2. fol. 241. col. 1. & 2
Diuitiæ egere dicuntur, paupertas vero dicitur redundare, tom. 2. fol. 243. col. 2
Diuitiæ & bonæ & male ſunt, tom. 2. fol. 441. col. 2
Diuitiæ quæ dicantur iniuſtitiæ, tom. 2. fol. 445. col. 1
Diuitiarum quanto quiſq; plus habet, tãto minus habere videtur, tom. 1. fol 422. col. 1
Diuitias nec dare nec tollere diabolus poteſt, niſi permiſſus à Deo tom. 1 fol. 526. col 2.
Diuitias per vim acquiſitas & honores cum animæ perditione diabolus dat, res autem ipſæ illius ſunt qui creauit eas ad probationem ſanctorum & peccatorum, tom. 1. fol 527. col. 1
Diuiti & pauperi, iſti præmium, alteri vero ignominia manent poſt mortem tom. 2. fol. 248. col. 2
Diuitis auari præcipua iniquitas ſuperbia fuit, tom 2. fol. 240. col 2.
Diuitis quinque fratres, quinq; corporis ſenſus ſunt, tom. 2. fol. 242. col 2
Diuitis & Lazari pauperis, parabola, non hiſtoria eſt, tom. 2. fol. 244. col. 1
Diuitis Epulonis pœna qua in inferno punitur demonſtratur, tomo 2 fol. 251. col. 1
Diuitũ ſuperflua pauperibus neceſſaria ſunt, tom. 2 fol 217. col. 2
Diuitum circa agricolas extorſiones multæ. tom. 2. fol. 706. col. 1
Docentium verba quantumuis vera & recta, ſolent aliquando ab audientibus contemni propter vitam illorum à verbis diſcordãtem, tom. 1 fol. 641. col. 2.
Doctori nõ, ſed doctoris doctrinę attendere debemus, tom. 1. fol. 221. col. 1.
Doctores ſacri Concilij Tridentini, ſanctitate & literis præclari, tom. 1. Prolog.
Doctores ſunt fontes quibus totus mundus irrigatur, tom. 2. fol. 210. col. 1
Doctores quanto maiores in ordine, tanto debẽt eſſe perfectiores in diſciplina, tom 2. fol 220. co. 1
Doctores prius facere, deinde docere debent, tom 2 fol 227. col. 2. & fol. 228 & 229. col. 1. & 2.
Doctori Paleoto cura fuit data vt Catechiſmum abreuiaret & propria latione linguæ elegantia cõponerer, tom. 1. Prolog.
Doctorum conditiones ponuntur, tom 2 fol. 220 col. 1. & 2.
Doctrina ex tempeſtate maris prodita, ad ſuſtinendas mundi calamitates aptiſsima, tom. 1. fol. 341. col. 1
Doctrina ſancta illorum qui ad Deum conuertuntur eſt alimentum quo vires quas in flagitijs amiſerunt, reparãtur, tom. 2. fol. 377. col. 1.
Doctrina falſa & venenoſa ex nimia curioſitate proueniẽs reprehẽditur & damnatur, tom. 2. fol. 84. & 85. col. 1. & 2.
Doctrinam abſcõdere malum eſt, ſiquidem verbum Dei eſt pabulum animæ, tom. 1. fol. 221. col. 1
Dolores corporis multi requiruntur ad ſanandos dolores cordis, tom. 1. fol. 2. col. 2
Dominum arguere non debemus, tom. 1. fol. 309. col 2
Dominus venit in hunc mundũ, in iudicium non quidem condemnationis, ſed diſcretionis bonorũ ab improbis, tom. 1. fol. 208. co. 1

Dominus vere nullus niſi ſolus Deus, tom. 1. fol. 465. col. 1
Dominus ſi diabolo tentante lapides in panes conuertiſſet, quę nã tentatio fuiſſet illa, tom. 1. fol. 493. col. 1
Dominus & nunc nobiſcum eſt, ſed perfectius poſt conſummationẽ ſeculi erit, tom. 2. fol. 213. col. 1
Dominus omnes inuitat ad cœnã, tom. 2. fol. 290. col. 1
Domus Dei ſpiritus eſt, tom. 1. fol. 474 col. 1
Domus, immiſericordis diuitis cũ omni ornatu ſuo remanebit in teſtimonium auaritiæ ſuæ, tom. 2. fol. 245. col. 2
Domus Dei domus orationis eſt, tom. 2 fol. 467. col. 1
Donatiſtæ à nuptijs Domini expelluntur, tom. 1 fol. 269. col. 1
Donatiſtarum in Aphrica aduerſus Catholicos immanitas, tom. 2. fol. 300. col. 2
Donum fidei, tàm gentibus quàm Iudæis, ſed gentibus potius quã Iudæis eſt præpoſitum, tom. 1. fol. 315. col. 1
Dormiebat Chriſti corpus in naui, & diuinitas operabatur, tom. 1. fol. 346. col. 2
Dormiente Domino tẽpeſtas orta eſt in mari, tom. 1. fol. 374. col. 2.
Dormire Chriſtum, quid ſit, ibidẽ, col. 1
Duabus rationibus prohibentur zizania eradicari, tom. 1. fol. 361. col. 2
Duę gentes & duo regna, vnũ Chriſti, & alterum diaboli, tom. 1. fol. 7. col. 1
Duæ ſunt cauſæ propter quas excluduntur homines à conuiuio Domini & ſpiritualibus nuptijs, & Chriſti ſocietate deſtituuntur, vel per corporales voluptates, vel per auaritię morbum, tom. 2. fol. 668. col. 2
Dubitare de Deo aut de Chriſto Domino mors eſt, tom. 1. fol. 213 col. 2.
Dubitatio Apoſtolorũ circa Chriſti mortem, tom. 1 fo. 464. col. 2
Duci Dominum in deſertum quomodo intelligatur, tomo. 1. fol 478. col 1.
Dulcedo ſermonum Dei inter pec peccatorũ amaritudines impoſſibile eſt quod ſentiatur, tomo. 1. fol. 414. col 2
Duo elementa nẽpe aerem & aquã ſunt qui dicant quod conſumenda, alij non ſed mutanda ſunt, tom. 1. fol. 43. col. 2
Duo piſces quibus ſatiauit Dominus turbas, duas ſublimes perſonas quæ ad populum ſanctificandum vngebãtur ſignificant, tom. 1 fol. 629. col. 2
Duo diſcipuli ad ſoluendam aſinã miſsi ingrediente Domino in Ieruſalem, quid ſignificent? tom. 1. fol 683. col 2
Duo denarij ſunt duo teſtamenta, quæ imaginem in ſe habent ęterni Regis expreſſam, quorum prętio vulnera noſtra curãtur, tom. 2 fol. 523. col. 1. & fol. 527. col. 1
Duobus dominis ſeruire eſt habere Regnum Dei pro ſummo bono, & tẽporalia ſimul appetere, tom. 2. fol 575. col. 2
Duobus modis nocet homo, aut faciendo miſerum, aut ipſum deſerendo, tom. 2. fol. 658. col. 2
Duodecim cophini fragmentorum duodecim tribus Iſrael denotãt, tom. 1. fol. 626. col. 1
Duodecim cophini quare impleti ſunt? tom. 1. fol. 630. col. 1
Duodecim cophini quid ſignificẽt? tom 1 fol 632. col. 2
Duodecim cophini, quare nec plures, nec pauciores fuerunt collecti? & pleni fragmentis quinque panum tom. 1. fol. 637. col. 1.
Duodenis reuelat Chriſtus Dominus prima fidei ſuæ rudimenta,

tom.1.fol.222.col.1
Duorum diſcipulorum dubitatio ſeu diffidentia in conuiuio quinque panum & duorum piſcium, magnum miſterium habet, tom. 1.fol.628.col.1
Duplex figura inſinuatur in ficulnea,tom.1.fol.38.col.1
Duplex actio eſt in Chriſto Domino,tom.1.fol.295.col.2
Duplex Chriſti Domini aduentus deſcribitur,primum iam præceſſiſſe,& ſecundum expectare docemur,tom.1.fol.691.col.1
Dupliciter iniquus in nocte conteritur,tom.2.fol.688.col.1

E.

EBrietas, luxurioſa conuiuia auaricia & ſimilia alia mala præuenient iudicium,tom.1.fol. 8.col.1
Ebrietates diuitiæ, & cætera huius ſæculi,omnia cum bteuitate trã ſeunt,tomo.2.fol.271.col.2.& 272.col.1
Eccleſia militans & triumphans, non duæ Eccleſiæ, ſed vna eſt, tom.1.Prolog.
Eccleſia militans per media fidei & baptiſmatis cum triũphante cõnectitur,ibidem.
Eccleſia eſt Sol,Luna,&Stellæ,quę adorant Ioſeph,hoc eſt Chriſtum Dominum,tom.1.fol.8.col.2.
Eccleſia quãdo nõ apparebit? ibid.
Eccleſia Dei omni creaturæ præferenda,tom.1.fol.41.col.2
Eccleſia Dei, verbum eius & Euangelium nequaquam peribunt, ibidem.
Eccleſia nõ ab homine ſed à verbo cæpit,tom.1.fol.112.col.2
Eccleſia in initio ſui deſerta, nunc autem multos filios habet,tom. 1.fol.114.col.1
Eccleſia mater noſtra MARIAM, matrem Chriſti Domini immitatur,tom.1.fol.168.col.1
Eccleſia creſcente hæreſes ſurrexerunt,tom.1.fol.360.col.2
Eccleſia pratis & locis nemoroſis comparatur,tom.2.fol.244.co.1
Eccleſia Dei eſt ſine macula aut ruga, tom.2.fol.303.col.1.& 2.
Eccleſiæ ſtatus in terris quomodo ſtabillitus ſit, tom.1.Prolog.
Eccleſiæ ſtatus ad formam cæleſtis Ieruſalẽ,conditus, ibidem.
Eccleſiæ triumphantis & militantis ſtatus varius,ibidem.
Eccleſiæ nil magis proprium quam vnitas,ibidem.
Eccleſiæ militantis & triumphantis vnitas in Chriſto Domino fundata eſt, ibidem.
Eccleſiæ vnitas hinc fit quia omnes vnum corpus cum Chriſto Domino ſumus,ibidem.
Eccleſiæ vnitas quam perfecta ſit, ibidem.
Eccleſiæ vnitas Diuinarum perſonarum vnitatem eſſentiæ refert, ibidem.
Eccleſiæ vnitas quam miſere ab hęreticis varijs dogmatibus lacerata,ibidem.
Eccleſiæ applicantur & conueniũt extremi iudicij ſigna, quæ de Chriſto Domino ſunt expreſſa, tom.1.fol.8.col.2
Eccleſiæ naufragæ ſunt, intra quas verbum Dei non vigilat,tom.1. fol.335.col.2
Eccleſiæ ſanctæ Canones quomodo interpretari debent, tom. 1. fol.514.col.2
Eccleſiæ exordium ſeu initium mirabile fuit,tom.2.fo.206.col.1. & 2.
Eccleſiam Dei qui ſunt qui faciunt eam ſpeluncam latronum? tom.2. fol.484.col.1.& 2.
Elatio tanto citius rumpitur quanto amplius inflatur, tom.2.fol. 505.col.1
Elatus perire poteſt in tentatione, humilia-

humiliatus vero, à perditione ſeruatur, tom. 2. fol. 428. col. 2.
Eleazari magni viri Macheruntis caſtelli authoris deditio, tom. 2. fol. 480. col. 1
Electi ſunt aurum & fimbrię aureę, tom. 2. fol. 238. col. 2
Electi & reprobi diuerſimode operantur miracula, tom. 2. fol. 429. col. 2
Electorum & reproborum varia diſtinctio erit in iudicio, tom. 1. fol. 21. col. 1
Eleemoſina commendatur, tom. 1. fol. 718. col. 1. & 2. 719. 720. col. 1. & 2. & tom. 2. fol. 431. col. 1.
Eleemoſina cenſus eſt quem ſoluet pauper, tom. 2. fol. 216. col. 1
Eleemoſinę fructus & vtilitas, tom. 1. fol. 440. col. 2
Eleemoſinæ, orationis, & ieiunij conditiones, tom. 2. fol. 417. col. 1
Eleemoſinam tribuere & diuiti, & pauperi conuenit, tom. 2. fol. 447. col. 1
Elementa quomodo conſiſtent incorruptibilia, tom. 1. fol. 19. col. 2
Emanuel nomen hoc quid ſignificet? tom. 1. fol. 159. col. 1. & fol. 179. col. 1
Emanuelis nomine vera Deitatis natura monſtratur, tom. 1. fol. 232. col. 2
Ementium & vendentium fraudes multæ, tom. 2. fol. 703. col. 1. & fol. 705. col. 2
Ephetha, quid ſignificet? tom. 2. fol. 512. col. 1
Ephraim, quid ſignificet? tom. 1. fol. 376. col. 1
Epiſcopis qui patres noſtri ſunt ordinati à Deo, obedire debemus, tom. 1. fol. 229. col. 1.
Epiſcopi ouium ſuarum rationalium rationem reddet in iudicio, tom. 1. fol. 25. col. 1
Epulatio ſplendida quæ dicatur? tom. 2. fol. 279. col. 2
Eremitæ ſancti olim, non ſemper tacebant ſed aliquando de rebus pijs ac ſanctis, & ad ædificationē ſpiritualem pertinentibus diſſerebant, tom. 2. fol. 507. col. 2
Error hæreticorū aſſerentiū Chriſtum Dominum ex coniugali veniſſe coniūctione, quia vocatur filij hominis, tom. 1. fol. 27. col. 1
Error Manichæorum & aliquorum mathematicorum ponitur, tom. 1. fol. 254. col. 2
Error Parmeniani ponitur, tom. 1. fol. 368. col. 2
Error Valentini ponitur, tom. 1. fol. 413. col. 1
Error Origeniſtarum dicentium, quòd tormenta damnatorum cō ſumanda ſunt, to. 2. fol. 273. co. 1
Error diabolicus non fecit homines malos, ſed homines mali fecerūt errorem diabolicum, quia illum voluntarię elegerūt, tom. 2. fol. 390. col. 2
Errores hæreticorum ex malo intellectu circa myſterium incarnationis Chriſti Domini, tom. 1. fol. 208. col. 2
Eſcæ comparatur ſermo Dei, tom. 2 fol. 284. col. 2
Eſurire ſicut hominis eſt, ſic non eſurire quadraginta diebus & noctibus hominis non eſt, tom. 1. fol. 495. col. 1
Euangelij pace oſtenſa Romanorū bella ceſſauerunt, tom. 1. fol. 171. col. 2
Euangelium paruo tempore vbiq; penetrauit, licet paulatim creſceret, perſequutionis cauſa, tom. 1. fol. 7. col. 1
Euangelium peruenit in omnē terram. tom. 1. fol 124. col. 1
Euāgelium eſt ſpeculum veritatis, nemini blāditur, nullum ſeducit, talę in eo ſe quiſq; inueniet, qualis fuerit, tom. 2. fol. 382. col. 1
Euæ deceptæ comparatio, ad beatā MARIAM concipientē, tom. 1. fol. 192. col. 1.

Index rerum

Euchariſtia an ſit quotidie accipiẽda? tom. 1. fol. 310. col. 1

Euchariſtiæ ſacramentum, occultorum miraculorum maximũ, tom. 2. fol. 735. col. 1

Eutichetis error refellitur, tom. 2. fol. 383. col. 2

Ex Deo eſſe quomodo intelligatur? tom. 1. fol. 643. col. 2

Ex hoc quod Deus ſit ſuper omnia diligendus ſequitur, quòd non ſit alius Deus colendus, tom. 2. fol. 604. col. 1

Exaltatio Chriſti Domini duplex, tom. 1. fol. 621. col. 2

Exaltatus fuit à terra tũc Chriſtus Dominus, cum pro nobis crucẽ aſcendit, ibidem.

Exclamatio hominis cuiuſdam plebeij in Ieruſalẽ, to. 2. fo 456. co. 1

Excommunicatio, Eccleſiæ flagellum eſt, tom. 1. fol. 365. col. 2.

Excuſationes quæ impediũt homines intrare ad cœnam Dei quæ ſint? tom. 2. fol. 290. col. 2.

Exempla adiungit Deus cum eius verba audire nolumus, vt quòd impoſsibile credimus tanto nobis ad ſperandũ fiat facilius, quãto per hoc tranſiſſe iam & alios audimus, tom. 2. fol. 673. col. 1

Exhortatio Chriſti Dñi ad martyrium, & æſtimatio martyrum. tom. 1. fol. 198. col. 2

Exhibitio præteritorum, ſequentiũ rerum certitudinem facit, tom. 1. fol. 15. col. 2

Exigit & poſtulat à nobis Deus, vt habeat occaſionem donandi, vt ipſi tribuat qui erogauit, tom. 2. fol. 727. col. 2

Exire Dominum quid ſit, & quomodo exeat? tom. 1. fol. 414. col. 1. & fol. 419. col. 2

Exorabilis Deus noſter eſt ſine mediatore, tom. 2. fol. 494. col. 2

Expellitur dæmon ab illo qui ex idololatria ad fidem conuertitur, tom. 2. fol. 514. col. 1. & 2.

F.

FAciles nos debemus eſſe ad indulgẽdum eis qui nos nocuerunt, maximè ſi poſtquam nocuerunt ſatisfaciunt, & veniam petunt, tom. 2. fol. 707. col. 2

Facilis eſt Deo ſeruienti ad meliora mutatio, tom. 2. fol. 550. col. 1

Facilis & plana via iuſtitiæ eſt his qui per fidem ad Deum proficiſcuntur, aſpera & ardua his qui ſua incredulitate Dominum irritant, tom. 1. fol. 621. col. 1

Facinora Antichriſti ponuntur, tomo. 1. fol. 10. col. 2

Facit Dominus cum tẽtatione prouentum, vt poſsimus ſuſtinere, tom. 1. fol. 341. col. 1

Facta Domini quomodo fuerunt Parabolæ, tom. 1 fol. 421. col. 1

Falſos Deos quare diabolus introduxerit ante incarnationẽ Chriſti Domini? tom. 1. fol. 9. col. 1

Famæ cupiditas inter fratres Domini, tom. 1. fol. 250 col. 1

Fames grauiſsima Romæ ob Religionis contemptum, tom. 1. fol. 174. col. 2

Fames Domini in deſerto pia fraus fuit, tom. 1. fol. 481. col. 2

Fames maxima in Ieruſalem, tom. 2. fol. 451. col. 2. & fol. 452. col. 1. & 2. & 768. col. 1. & 2.

Familia Chriſti Domini verbo prædicationis paſcitur, tom. 1. fol. 5. col. 2

Fecit Deus omnia animalia propter hominem, hominem autem propter ſe, tom. 2. fol. 562. col. 1.

Ferrum pro gladio verbi Dei ponitur, tom. 1. fol. 210. col. 2

Feſtinemus maximè id lucri cogitantes vt tam officioſi in eos ſimus qui nos offenderunt, quam ſumus in eos qui vere nobis benefaciunt. tom. 2. fol. 703. col. 2.

Feſtuca in oculo fratris quæ ſit? tomo. 2. fol. 230. col. 1

Ficulneę & ficui comparatur Eccleſia, tom. 1. fol. 39. col. 2
Ficus quando promittit folia, propinquam æſtatem nũtiat, tom. 1. fol. 41. col. 1
Fide tangitur Chriſtus Dominus, fide Chriſtus videtur, non corpore tangitur, non oculis comprehenditur, tom. 2. fol. 741. col. 2
Fidei diuiſsio triplex ponitur, tomo. 1. fol. 430. col. 1
Fidei natura eſt talis quod quanto magis vetatur, eo magis accenditur, tom. 1. fol. 464. col. 2
Fidei virtus in periculis ſecura eſt, & in ſecuritate periclitatur, ibi.
Fidei merito diligimur à Deo Patre, tom. 2. fol. 115. col. 2
Fidelem ſimul & prudentem eſſe aliquem impoſsibile non eſt, difficile tamen, tom. 2. fol. 437. col. 1
Fideles firmiſsimi turbabuntur in die iudicij, tom. 1. fol. 9. col. 1
Fideles dicuntur ſerui patrisfamilias, tom. 1. fol. 362. col. 2
Fideles vſque ad conſummationẽ ſeculi nunquam deficient, tom. 1 fol. 377. col. 2.
Fidelibus & infidelibus, malis & bonis plenus eſt mundus, tom. 2. fol. 8. col. 1
Fidelium concionatorum verba, Dei verba ſunt, tom. 1. Prolog.
Fidelium concordiam plus diligit Deus quam illorũ munera, tom. 2. fol. 358. col. 2
Fides ſemper habuit multos perſecutores, tom. 1. fol. 7. col. 1
Fides licet cauſa perſequutionum paulatim creſceret, vbique paruo tempore Euangelium penetrauit. ibidem.
Fides ſola ſine operibus non ſufficit ad ſalutem: tom. 1. fol. 10. col. 2. & tom. 2. fol. 419. col. 2
Fides obſcurabitur nube perfidiæ, & plurimi à religione defficient circa finem mundi, tom. 1. fol. 18. col. 1
Fides à veteri incipit' teſtamento, & nouo completur, tomo. 1. fol. 52. col. 1
Fides per paucos ad plures peruenit, tom. 1. fol. 55. col. 2
Fides Euangelio debita & danda, tom. 1. fol. 254. col. 1
Fides ſola Deo mirabilis eſt, tom. 1. fol. 324. col. 2
Fides & viuendi inſtituta magnam mutationem facere ſolent, tom. 1. fol. 396. col. 2
Fides Apoſtolorum mirabilis, tom. 1. fol. 423. col. 1
Fides gentium in Niniuitis & Regina Auſtri iuſtificata eſt, tom. 1. fol. 606. col. 1
Fides pupilla eſt oculi, tom. 1. fol. 688. col. 1
Fides Catholica, non deficiet vſq; ad finem mundi, licet multis tribulationibus agitetur, tom. 2. fol. 213. col. 2
Fides ſine operibus & ſi mortua eſt, aliquid eſt, opus ſine fide nihil eſt, impoſsibile tamen alterum abſq; altero poſſe reparari, tom. 2. fol. 403. col. 2
Fiduciam in paſtore noſtro Chriſto debemus habere, tom. 2. fol. 49. col. 2
Filij diſcant à Chriſto Domino patribus eſſe ſubiectos, tom. 1. fol. 228. col. 2
Filij Abrahæ quomodo ſumus? tomo. 1. fol. 270. col. 2.
Filij Regni dicuntur Iudæi, tom. 1 fol. 324. col. 1
Filij Dei igne tentationis baptizãtur. tom. 1. fol. 473. col. 2
Filij Dei non poſſunt tentari à diabolo, niſi in deſertum exierint, tom. 1. fol. 475. col. 1
Filij lucis iuſti dicuntur, & peccatores tenebrarum, tom. 2. fol. 9. col. 2
Filij lucis, & filij huius ſæculi qui ſint, tom. 2. fol. 439. col. 1. & 2.
Filium Dei ire ad Patrem & recedere

dere à nobis, quid ſit? tom. 2. fol. 70. col. 2
Filium Dei exire à Deo, eſt natum eſſe à Patre, tom. 2. fol. 112. col. 2
Filium Dei etiam exijſſe à Patre, quid ſit, tom. 2. fol. 113. col. 1. & 2.
Filius Dei incarnatus eſt, ſed verbi naturam non mutauit in carnem, nec è contra: tom. 1. fol. 29 col. 2
Filius Dei quare miſſus à Patre, tomo. 1. fol. 179. col. 1. & tom. 2. fol. 72. col. 2. & 73. & 74, col. 1. & 2.
Filius Dei quare ſponſus vocatur, tom. 1. fol. 265. col. 2
Filius Dei ſemper in animabus noſtris ſeminat, to. 1. fol. 412. col. 1
Filius Dei Chriſtus Dominus non ſolum ideo tentabatur quia ieiunabat, ſed ideo ieiunabat vt tentaretur, tom. 1. fol. 475. col. 2
Filius Dei proceſsit contra diabolum, non quaſi Deus ſed magis quaſi homo, nec in toto quaſi Deus, nec in toto quaſi homo, tomo. 1. fol. 476. col. 1
Filius Dei quomodo factus poteſt dici, tom. 1. fol. 490. col. 2
Filius Dei eſt conſubſtantialis Patri, tom. 2. fol. 36. col. 2
Filius Dei æqualis eſt Patri, tom. 2 fol. 56. col. 1
Filius Dei qui veritas eſt, Spiritum ſanctum veritatem eſſe dicit in quo amborum vnitatem oſtendit, tom. 2. fol. 72. col. 1
Filius Dei dicitur neſcire diem & horam quam ſcit Pater, hoc quo modo intelligatur? tom. 2. fol. 82. col. 2
Filius Dei conſubſtantialis eſt Patri, eiuſdem virtutis & potentiæ, non factus ſed ex Patris ſubſtantia proprie profluens, tom. 2. fol. 103. col. 2
Filius Dei habet omnia quæ habet Pater, ſimiliter & Pater omnia quæ habet Filius, nunquam tamẽ Filius poterit eſſe Pater, nec Pater in Filium mutari, tom. 2. fol. 104. col. 2
Filius Dei ſedet ad dexterã Patris, nec ideò Pater minorem honorem habet quam filius, ſed ſunt æquales, tom. 2. fol. 165. col. 2
Filius Dei quomodo minor Patre ac ſeipſo ſit? tom. 2. fol. 178. col. 1
Filius Dei quomodo minor Patre, tom. 2. vide à fol. 165. vſque ad fol. 179.
Filius Dei eſt verbum, ex proprio ore diuino procedens, ſine quo Pater nihil aut iuſsit aut fecit, tom. 2. fol. 194. col. 1
Filius Dei multis nominibus nominatur, ibidem.
Filius ſeu verbum Dei eſt principium per quod facta ſunt omnia, tom. 2. fol. 196. col. 2, & 197. col. 1. & 2.
Filius Dei eſt in ſinu Patris, tom. 2. fol. 260. col. 2
Filius Dei dicitur ſeruus miſſus, tomo. 2. fol. 286. col. 2
Filius Dei ſolus proprie dicitur ſeruus Dei, ibidem.
Filius Dei mortem non timuit, vt Deus, ſed natura humana quę id pati nata eſt. to. 2. fol. 457. col. 1
Filius hominis Chriſtus Dominus quomodo Patrem pro nobis interpellet in cælis, tom. 1. fol. 26. col. 1
Filius hominis quare ſic dicitur aliquando & non filius Dei? tom. 1. fol. 179. col. 2
Filius prodigus ad patrem ſuum de lõginquo venit, hoc eſt de regione longinqua quod eſt peccatũ, tom. 2. fol. 377. col. 1
Finis Antichriſti & infœlix interitus, tom. 1. fol. 9. col. 2
Flatus Chriſti Domini in Apoſtolos quid ſignificet? tom. 2. fol. 38. col. 1. & 2.
Fletus multi corporis requiruntur ad ſanãdos dolores cordis, tom. 1. fol. 2.

1.fol.2.col.2.& fol.3.col.1
Fletus ad ęterna gaudia nos ducũt, tom.1.fol.469.col.2
Fletus & ſtridor dentium vrgebit damnatos,tom.2.fo.688.col.1.
Flori & Albini præſidum crudelitas maxima,tom.2.fol.757.co.1
Flori conſilium nequam contra Iudæos,qui & ipſos Iudæos maximis cladibus affecit,ibidem.
Fluuius igneus ab ortu ſolis vſque ad occaſum emanans deuorabit montes & valles, & omnia quæ ſunt in terra ante iudicium vniuerſale,tom.1.fol.17.col.1
Fœlicitas impiorum foſſa ipſorum eſt,quia in illã tanquam in foueã cadunt,tom.2.fol.502.col.1
Fœminæ & paruuli, quare nonnumerantur in conuiuio Chriſti Domini quod fecit de quinq; panibus?tom.1.fol.633.col.1. & fol.634.col.2
Fœminæ propter imbecillitatem, & malæ educationis conſuetudidem,plura concupiſcunt,tom.2. fol.237.col.1.
Fœneratur Chriſto Domino qui pauperi eleemoſinam tribuit,to. 2.fol.245.col.2
Fœnoris inaudita excogitationis genera inueniuntur,tom.2. fol. 703.col.1
Folijs ficus Adam indutus eſt,tom. 1 fol.40.col.2
Fons olei largiſsime fluxit in diebus Natiuitatis Chriſti Domini,tom.1 fol.175.col.2
Fons maxillæ quid ſignificet, tom. 1.fol.681.col 2
Fortitudo ad omnia neceſſaria eſt, tom.1.fol.340.col.1
Fortitudo in quo conſiſtat? tom. 2. fol.496.col 2
Forum quid ſit?tom.1.fol.389.col. 1.& fo.390.col.1
Fragmenta quæ ſuperauerunt in cõuiuio Chriſti Domini de quinque panibus, quare diſcipulis & non turbæ data ſunt? tom. 1 fol. 627.col.1
Fragmenta panis quare collecta ſunt,& non piſcium?ibidẽ.col.2
Fragmenta colligere eſt,nec minima quidem beneficia obliuiſci, tom.1 fol.638.col.2
Frater arguendus eſt non ex odio, ſed ex dilectione,tom.2.fol.222, col.1
Frater charitatis amore eſt corrigendus,tom.2.fol,229.col 1
Frater noſter ille eſt qui eundem nobiſcum habet patrem,tom. 2. fol.340.col.1
Fraternam dilectionem quanti habeat Dñs,tom.2.fol.339.col.2
Fraternitas ſeu cum fratribus charitas cõmendatur,ibidem,&col.2
Fratrem in nos peccantem quoties dimittere debemus?tomo. 2. fol. 224.col.1.& 2
Fratrum & paruulorum cura commẽdatur,tom.2.fo.309.col.1.&2.
Fregit Dominus panes ad ſatiandũ quinque millia hominum, & quare?tom.1.fol.636.col.2
Frena ſic laxare vitijs & cupiditatibus,vt rationem ſe Deo redditurum non meminerit aliquis,irremediabile periculum eſt,tom.1, fol.3.col.1
Frequenter Dominus Ieruſalem venit ſed ſolemniter acceptus ſolũ quando vt pateretur aſcendit, tomo.1.fol.684.col.2
Fructus magnus vitæ eſt ſæculum deſpicere,& Deo ſeruire, tom. 1. fol.2.col.1
Fructus mũdi ruina eſt,tom.1.fol, 38.col.2
Fructus incredulitatis peſsimi, tomo.1.fol.628.col.2
Fructus noſter opera noſtra ſunt, tom.2.fol.389.col.1
Fructus cogitationis eſt ſermo, tomo.2.fol.395.col.2
Fructus iuſtitiæ eſt vindicta peccati,tom.2.fol.408,col.2

Fruitio visionis diuinæ quæ sit? tomo 2.fol.192.col.1
Frumentum Dei verbum, nubes doctores significãt, tom.1.fol. 377. col.2
Funiculus coccineus per quem & Raab meretrix, & alij liberati sunt à morte, significat Christi sanguinem per quem omnes salui fiunt, tom.2.fol.21.col.2

G.

GAVDIVM sanctorum est exire de mundo, tom.1. fol. 47.col.2
Gaudium plenum quod sit? tom. 2. fol.108.col.2
Gaudium maius solet sequi quãdo maior molestia præcedit, tom. 2. fol.320.col.1
Gaudium semper dicitur de bonis mali autem non gaudere sed gestire dicũtur proprie, tom.2. fol. 417.col.1
Gaudium, pax, longanimitas, vera fides, & cæteri fructus Spiritus sancti, habent quasdam imagines in malis hominibus quibus decipiũtur cęteri, nisi forte oculum mundum, & simplicem habeant quo ista possint cognoscere, ibidem.col.2
Gaza ciuitas infernum designat, tom.2.fol.15.col.2
Gazer contentio interpretatur, tomo 1.fol.376.col.2
Gemitus corporis requiruntur ad sanandos dolores cordis, tom. 1. fol.2.col.2
Genera varia sonorum & ludorum numerantur, inter mala quæ prę uenient iudicium, tom.1. fol. 8. col.1
Generationes decem, a Noe, vsque ad Abraham, tom. 1. fol. 404. col.1
Generis humani imbecillitates multæ, tom.2.fol.508.col.2
Gens Iudæorum quo tempore tributaria Romanis facta est? tom. 1.fol.131.col.2
Gentes duæ & duo regna sunt, vnũ Christi Domini, & alterum diaboli, tom.1.fol.7.col.1
Gentes reliquit Deus in potestate diaboli vt tentet: non in æternũ cõsumpsit vt perdat, tom. 1. fol. 686.col.2.
Gentes vocatæ sunt loco Iudæorum, qui Dei vocationem contempserũt, tom.2.fol.283.col.2.
Gentes sub fœni nomine nuncupãtur, tom.2.fol. 568.col.2
Gentibus ex omnibus venient ad regna cælorum, tom.1, fol. 325. col.1
Gentiles & Iudæos Antichristus recipiet, tom.1.fol.9.col.2
Gentiles hora vndecima vocati sunt ad vineam, tom.1. fol. 383. col.2
Gentiles cum occiderent martyres Christi putabant se obsequium præstare dijs suis, & Iudæi putabant obsequium præstare Deo vero, tom.2.fol.130.col.2.& fol. 131.col.1.& 2.
Gentilis populi in melius repentina mutatio, tom.1.fol.695. col.1
Gentilitas sine viro erat ante aduẽtum Christi Domini, tom.1.fol. 126.col.1
Gentium pressura, de quibus gentibus intelligatur? tom. 1. fol. 9.col.1
Gentium diuisio in iudicio extremo, ibidem.
Gẽtium salus ex fide est, tom.1. fol. 318.col.1.
Genu flectere & linguam confiteri Deo quid sit, tom. 1. fol. 32. col.2
Genus humanum quando recepit lumen quod amisserat? tom. 1. fol.466.col.2.
Genus humanum non duraſſet vsque nunc si Deus vnicuiq; iuxta pecca-

peccata ſua continuo infligeret pœnam, tomo. 2. fol. 254. col. 2

Genus humanum in Protoplaſto, quaſi homo varia peſte aſſumptus eſt, tom. 2. fol. 513. col. 2

Genus humanum per decem leprosos ſignificatur, lepra malitiæ infectum, tom. 2. fol. 451. col. 1. & 2.

Gimnaſia in Germania contra Eccleſiam inſtructa, tomo. 1. in Prolog.

Gladius quem Beata Virgo MARIA paſſa eſt, fuit dolor paſſionis Chriſti, tom. 1. fol. 215. col. 1

Gloria huius mundi non querenda, tom. 1. fol. 653. col. 2

Gloria Dei caro & crux, tomo. 2. fol. 541. col. 2

Glorioſa victoria eſſe non poteſt niſi vbi fuerint laborioſa certamina, tom. 2. fol. 249. col. 1

Gradus iræ ponuntur tres, tom. 2. fol. 344. col. 1

Gradus hominum ponuntur quatuor, tom. 2. fol. 491. col. 2

Grandem iram grandis dilatio præcedere ſolet, tom. 2. fol. 422. col. 2

Granum frumenti, Reſurrectionis ſymbolum & imago, tom. 2. fol. 23. col. 2

Gratia donum eſt ſolummodo largientis, tom. 2. fol. 420. col. 1

Gratiæ Deo agendæ ſunt ante cibum ſummendum, tomo. 1. fol. 627. col. 1

Gratiæ Deo agendæ ſunt in tribulationibus, tomo. 2. fol. 269. col. 2

Gratias Deo agere debemus in omnibus, tom. 1. fol. 635. col. 1

Graue quidquid nunc videtur, ſi cum die iudicij comparetur, leue erit, tom. 1. fol. 3. col. 2. & fol. 20. col. 1.

Grauitas culpæ ex grauitate pœnæ agnoſcitur, tomo. 1. fol. 3. col. 1

Greſſus & vias vniuſcuiuſque diſtricte conſiderat Dominus, tom. 2. fol. 350. col. 1

Gubernatio gentium Meſsiam veniſſe declarat, tomo. 1. fol. 109. col. 1.

Gubernator ad quem confugere debemus inter tempeſtates & procellas mundi Chriſtus eſt, tom. 1 fol. 339. col. 2

Gula vulgi in hoc apparet, cum enim Chriſtus Dominus innumera & mirabiliora feciſſet miracula non admiratur, & propter cibum dicunt, hic eſt vere Propheta, tomo. 1. fol. 640. col. 2

Gulæ infœliciſsimum dominatum fugere, magnus vitæ fructus eſt, tom. 1. fol. 2. col. 1

H.

HÆRESIS hæretico periculoſa & peruerſa, Catholico autem vtilis eſſe poteſt, tom. 2 fol. 389. col. 2

Hæretici varia volumina ſuorum peruerſorum dogmatum per orbem ſparſerunt, tomo. 1. in Prolog.

Hæretici prætextu pietatis varios libellos nomine Authoris ſuppreſſo in lucem ædiderunt, ibidem.

Hæretici arma aduerſus Eccleſiam ſummere auſi ſunt, ibidem.

Hæretici Euangelici dici volunt, ibidem.

Hæretici veram Euangelij interpretationem apud eos eſſe gloriatur, ibidem.

Hæretici licet ſcripturas ſacras ſicut & nos habeant, ſenſum tamen verum ſcripturarum non ha-

bent,ibidem.
Hæretici & mali ſuperſeminatores zizaniæ ſunt,tom.1.fol.354. col.2.
Hæretici & hypocritæ igni tradendi, fideles vero cæleſtis manſionibus recipiendi ſunt, tomo. 1. fol.360.col.2
Hæretici vulpes vocantur in ſacris literis,ibidem.
Hæretici dicebant, apud illos ſolũ Eccleſiam remanſiſſe,tom.1. fol. 364.col.1
Hæretici ſi ad Eccleſiam reducantur, admitti debent,tom. 1. fol. 370.col.1
Hæretici & redarguendi & perſequendi ſunt,ibidem,col.2
Hæretici negant Chriſtum Dominum eſſe filium Beatæ Mariæ, tomo.1.fol.579.col.1
Hæretici gentilibus peiores, tom. 1.fol.612.col.1
Hæretici excuſant ſe & ad cœnam Domini venire nolunt, tom.2.fol.283.col.2.& fol.284. col.1
Hæretici dicuntur vafri & impoſtores, & blandiloqui, tom.2.fol. 387.col.2
Hæretici cum intrinſecus habeant cor venenatũ, ſimpliciorum fratrum corda decipiunt,ibidem,& fol.388.col.1
Hæretici dicuntur ſpinæ, tom.2. fol.402.col.1
Hæretici refutantur nempe Sabeliani, Fotinus,Arrius & Manicheus, tom.2.fol.641.col.1
Hæreticorum error, vnam tantum diuinam naturam in Chriſto ponentes, & humauam negantes, tom.1.fol 26.col.2
Hereticorum conditio,tom.1.fol. 181.col.2
Hæreticorum vis,tomo.1.fol.349. ol 2
Hæreticorum conſuetudo, tom. 1. fol.351.col,2
Hæreticorum errores,homo quiſque ſpiritualis cognoſcet, tom. 1. fol.362.col. 2
Hæreticorum communicatio fugienda,tom.1.fol.364.col.1
Hebdomadarum Danielis plenitudo,& quid ſit hebdomada? tom. 1.fol.155.col.1.& 2.
Hebrẹus populus propter pertinaciam mortuus eſt Deo, tomo.2. fol.279.col.1
Herodes Ioannem libenter audiebat,& timebat eum, tom.1.fol. 46.col.1
Herodes alienigena principatum Iudæorum,à Romanis obtinuit, tom.1.fol.131.col.1.
Herodes iſte paterno genere Idumæus,materno vero Arabs erat, & filius Antipatri,ibidem.
Herodes ignobiles eligebat in Sũmos ſacerdotes, tom.1.fol.132. col.1
Herodiani & Phariſæi, diuerſam de Cæſaris tributo opinionem habebant, tomo. 2. fol. 720. col.1
Herodias Philippi fratris Herodis vxor fuit, tomo. 1. fol. 46. col.1.
Herodij caſtelli deditio, tom. 2. fol.479.col.2
Herodis crudelitas in ciues ſuos, tom.1.fol.173.col.2
Hiatus quid ſit? tom.2. fol. 273. col.1.
Hiſtoria quid ſit(tom. 2. fol. 235. col.1
Hominem plaſmari manu Dei, eſt plaſmari verbo Dei, tom. 1. fol. 183,col.2
Hominem ſemiuiuum relinquere in deſcenſu ab Ieruſalem in Iericho,quid ſit? tomo.2. fol. 526. col.1.
Hominem fecit Deus, vt ante mortem, & magis poſt mortem viuat

uat in ipſo, tomo. 2. fol. 562. col.1
Homines & filij hominum in quo differant? tom.1.fol.28.col.1
Homines ſunt Chriſti ſedes, tom. 1.fol.30.col.2
Hominesmollibus veſtiti, ſunt adulatores & blanditores, tom.1. fol. 69.col.2
Homines ſolũ inobedientes Deo, tom.1.fol.342.col.1
Homines duri corde, lapides vocãtur, tom.1.fol.429.col.1
Homines temporalibus dediti, vix ſpiritualia amplectuntur, tom.1. fol.467.col.2
Homines templa Dei ſumus, tom. 2.fol.142.col.2
Homines ſpirituales quomodo per pecuniam intelligantur, tom. 2. fol.486.col.2
Homines humiliat veritas, & homines exaltat vanitas, tom,2. fol. 492.col.2.
Homini cuilibet, ſic fiet ſicut crediderit, tomo.1.fol.325.col.2
Hominis dæmoniaci indubitata certaque ſalus, maximo dolore cruciabat Iudæos, tom. 1. fol. 573. col.1
Hominis cor, ab homine videri nõ poteſt, quæ autem in factis aut dictis apparere non poſſunt, tentationibus aperiuntur, tomo. 2. fol.417.col.2
Hominum paſtores ſunt Angeli, qui res humanas regunt, tom. 1. fol.184.col.2
Hominum prærrogatiua, ex incarnatione verbi, tomo. 1. fol. 191. col.2
Hominum tormenta non timenda, tom.1.fol.650.col.2
Hominum corda, ſolus Deus curare & ſanare poteſt, tomo. 2. fol. 494.col.1
Homo nullus à periculis liber vſque in finem, tomo. 1. fol. 76. col.2.
Homo nõ poteſt de Deo ſufficienter loqui, tomo. 1. fol. 190. col.2
Homo quomodo perijt? tom.1.fol. 194.col.2.
Homo quomodo traditus in poteteſtatem diaboli, tom.1.fol.195 col.1
Homo non aſcendiſſet niſi Deus deſcendiſſet, tomo.1. fol.283. col.2
Homo cum ſpiritualis eſſe incipit, diiudicans omnia, tunc & errores incipiũt apparere, tom.1. fol. 362.col.1
Homo corripiat miſericorditer quod poteſt, quod non poteſt ferat patienter, tomo.1.fol. 367. col.1
Homo mundanus, verbum Dei nõ concupiſcit, tom. 1. fol. 415. col.1
Homo licet in ſolitudine, non ſe ſecurum putet, pugna enim ibi cum dæmonibus difficile vincitur, tom.1.fol.487.col.2
Homo carnalis non poterat ſpiritum vincere, niſi eum Dominus ligaſſet, tom.1.fol.600.col.2
Homo & peccator, quomodo differant? tom.1.fol.644.col.2
Homo peccato mortali aſtrictus, ſicut nauis abſque gubernaculo, tom.1.fol.686.col.1
Homo quare Deo tam charus? tomo.2.fol.111.col.1
Homo ab homine (in quantum homo) non differt, ſicut nec equus ab æquo, quia naturæ ratio æqualiter de omnibus indiuiduis predicatur, tom.2.fol.171.col.1. & 2.& fol.174.col.1. & 2.
Homo ſpiritualis & ſanctus quis ſit? tom.2.fol.285.col.1
Homo impius & immundus quis ſit? ibidem.
Homo dicitur ouis, drachma, & filius, tom.2.fol.313.col.2
Homo quando peccat tres præci-

puas infirmitates incurrit, tom. 2. fol. 510. col. 2
Homo in peccato mortali, vas & etiam domus diaboli est. tom. 2. fol. 548. col. 1
Homo superbire non debet, de quo per facile victoriam obtinet herba, tom. 2. fol. 565. col. 1
Homo qui peccauit, fugiat à Deo irato ad ipsum placatum, non enim per peccatum recessit loco à Deo, sed dissimilitudine, tom. 2. fol. 730. col. 2
Homousion quid significet? tom. 2. fol. 85. col. 1.
Honor seculi sepe abijt antequam venerit, tom. 1. fol. 519. col. 1
Honorem maternum filius Dei curabat, sed magis salutem animarum, tom. 1. fol. 250. col. 2
Hora Christi Domini in nuptijs quæ sit? tom. 1. fol. 257. col. 1. & 2.
Hora sexta & nona, quare Dominus exijt, & operarios vocauit? tomo. 1. fol. 385. col. 1
Hora nouissima qualis sit? tom. 1. fol. 403. col. 1
Hora cœnæ dicitur finis mundi, tomo. 2 fol 287. col. 1
Horæ in quibus Deus ad vineam vocauit vniuersos quæ fuerunt? tom. 1. fol. 408. col. 2
Horis singulis instat periculum, & ideò cauẽdum nobis, tom. 2. fol. 247. col. 2
Horrenda quæ contingent in iudicio, tom. 1. fol 16. col. 2
Hortatur Deus seruos suos ad tollerantiam, tomo. 1. fol. 349. col. 2
Hospitalitas maximè commendatur, tom 2. fol. 272. col. 2
Humanitas Christi Domini quomodo sapientia profecit? tom. 1. fol 239. col. 2
Humanitatis Christi Domini signa, tom. 1 fol. 336. col. 1
Humanitatis Christi Domini est transire, stare verò Diuinitatis ipsius, tom. 1. fol. 467. col. 2
Humeri Christi Domini dicuntur brachia crucis, vbi deposuimus peccata nostra, tom. 2. fol. 313. col. 1.
Humilem pauperẽ agnoscit Deus, superbum diuitem non cognoscit, tom. 2. fol. 249. col. 2
Humiles sublimandi, & superbi humiliandi sunt, tom. 1. fol. 89. col. 1
Humiles, dicuntur valles, tom. 1. fol. 123. col. 1
Humiles sequebantur Christum Dominum, tomo. 1. fol. 287. col. 2
Humiliati aliqui sunt, sed non omnes humiles, tomo. 2. fol. 492. col. 2.
Humiliatio supplicantis, cum magnitudine criminis compẽsari debet, tom. 1. fol. 3. col. 1
Humilitas Domini, in curando & visitando seruum Centurionis, tom. 1. fol. 328. col. 2
Humilitas est contemptus propriæ excellentiæ, tomo. 2. fol. 232. col. 1
Humilitas in paupere honorificatur, & superbia in diuite damnatur, tom. 2 fol 256. col. 2
Humilitas maximè necessaria, tomo 2. fol 490. col. 2
Humilitas, etiam in malisfactis magis placet Deo quam superbia in bonis, tom. 2. fol. 501. col. 2
Humilitatem & temperantiam simulabit Antichristus, tom. 1. fol. 9. col. 2
Humilitatis doctrina, tom. 1. fol. 282. col. 1. & 2.
Hydriæ sex, sex ætates mũdi significant, tom. 1. fol. 266. col. 1. & 2.
Hydriæ sex in Chana Galileæ positæ, quinque sensus & rationalem vim denotant, tom. 1. fol. 275. col. 1.
Hydriæ quare lapideæ? ibidem.

Hydropicus quis dicatur? tom. 2. fol.597.col.1
Hydropicus diues auarus eſt, tom.2 fol.598.col.2
Hyems eſt dies nouiſsimus, dies tribulationis, tomo. 2. fol. 444. col.2
Hypocrita quis dicatur? tom.2. fol. 229.col.1.& 2.
Hypocrita dicitur ille qui aliud eſt & aliud ſimulat, tom. 2. fol. 733. col.1
Hypocritarum dementia ponitur, tom.1.fol.487.col.2

I.

IANVA immenſi pōderis, ære ſolido induta, ferreis vectibus munita, hora noctis ſexta apparuit ſponte patefacta in Ieruſalē, tom.2,fol.455.col.2.&456.col. 1.& 475.col,2.& 476.col.1
Iardis ſaltus expugnatio, to. 2. fol. 480.col.2
Iebuſæi dicuntur peccatores, tom. 1.fol.376.col.1
Ieiunantes veſpertino tempore magis eleuantur, tom. 2. fol. 746. col.2
Iericho, Luna interpretatur, tom.1 fol.453.col.2
Iericho ciuitas magna, tom. 2. fol. 522.col.1
Ieruſalem duplex, vna quæ Chriſtū Dominum crucifixit terrena, & altera quæ illum ſuſcepit cæleſtis, tom.1.fol,679.col.2
Ieruſalem capta & exuſta eſt, & trecies centena millia hominum interfecta fuerunt, tomo.2. fol. 450.col.2
Ieruſalem viſitauit Deus per ſuam incarnationem, tom.2.fol. 466. col.2
Ieruſalem capta ab Aſſyrijs, deſtructa ab Antiocho, inuaſa à Tertio Pōpeio, tom.2.fol.771.col.1.&2
Ieſum dicim? iacuiſſe in ſepulchro, & nō ſolum corpus ipſius, ſed ibi etiam aderat Diuinitas, tom.2. fol.12.col.2
Ignis & tempeſtas iudicem cōmitabūtur in iudicio, to.1.fol.3.co.2
Ignis iudicij exurit quos tempeſtas examinat, ibidem.
Ignorans tāquam in nocte peccat, ſciens autem tanquam in die peccat, tom.1.fol.425.col.1
Illam Deus Dei filius naturam fecit participē ſalutis æternæ, quā ſibi in vnitate perſonæ coniunxit, tom.2.fol.307.col.2
Imagines ad quid ponebātur in propitiatorio? tom.2.fol.201.col.1.
Imagines leonum in templo poſitę referebant Iudaicum populum, ibidem.
Immitis eſt qui bonitati aut patientiæ Domini contradicit, tom. 2. fol.502.col.2
Imperij Veſpaſiani anno ſecundo, perierunt fame & ferro vndecies centena millia hominum, exceptis prædonibus, ſicarijs, ac latronibus, qui mutuis interierūt vulneribus, tom.2.fol.454.col.2
Imperiti homines expectabāt Chriſtum venturum ſecundum hominem, non ſecundum Deum, virtutem eius, & ſapientiam, tom.2 fol.632.col 1
Impietas diuitis ipſum damnat, tētatio pauperis ipſum probat, tomo.2.fol.250.col.1
In nomine Ieſu contumeliam pati, maxima gloria eſt, tom.1.fol.49. col.1
In parabolis non ſingula verba ſed vtilitatem debemus anxie inueſtigare, tom.1.fol.381.col.2
In tribus propoſitionibus ſeu tentationibus diaboli tota iniquitas, in tribus vero reſponſionibus Chriſti Domini, tota iuſtitia fuit, tom.1.fol.485.col.1
In dæmoniaco ſanato forma ſalutis gentiū oſtenditur, ibidē.col.2

In conuersione peccatoris tria diuina opera fiunt, to. 1. fo. 575. co. 2.
In Aduentu Antichristi Pseudo Christiani in virtute eius expellét dæmonia, & spiritu maligno faciét signa, tom. 1. fol. 594. co. 1
In fractione Christi Domini accreuit panis, tom. 1. fol. 636. col. 2
In quantum viget in nobis quod ex Deo nati sumus, ex fide viuentes iusti sumus in quantum autem reliquias mortalitatis ex Adam trahimus, sine peccato non sumus, tom. 2. fol. 303. col. 2
In via Dei non gressu corporis sed mentis ambulatur incessu, tom. 2. fol. 306. col. 2
In Patris & Filij voluntate diuersitas esse non potest, tomo. 2. fol. 419. col. 1
In die iudicij nec os loquetur, nec opus abscondetur, sicut in hoc tempore, sed opera singulorum loquentur & ora tacebunt, tom. 2. fol. 421. col. 2
In die iudicij non erunt testes homines adulatores sed Angeli veraces, non erunt iudicantes personarum acceptores, sed Deus iustus qui reddet vnicuique secundum opera sua, ibidem.
In oratione quos debemus immitari? tom. 2 fol. 585. col. 1
In immo cogitationem ponere tarditas mentis est, tom. 2. fol. 673. col. 1
In hac Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt, tom. 2. fol. 674. col. 2
Incarnatio Filij Dei opportuno tẽpore fuit, tom. 2. fol. 286. col. 2
Incarnationis mysterium humanus oculus penetrare nõ potest, tom. 1. fol. 104. col. 1
Increduli spernẽtur, tom. 1. fol. 340 col. 2
Infernus quid, & vbi sit, tom. 2. fol. 273. col. 1
Infidelium mens nimis scandalizata fuit in passione Domini, tom. 1. fol. 58. col. 2
Infirmitas corporis miseranda est, non odiẽda, tom. 1. fol. 292. col. 2
Infirmitas animæ non tenet nos, sed tenetur à nobis, ibidem.
Ingratitudo reprehenditur, tom. 2. fol. 539. col. 1. & 2. & 540. col. 1. & 2.
Ingratitudo pessimũ malum, tom. 2. fol. 702. col. 1
Ingreditur Dominus Ierusalem super asinam sedens, qui super Cherubim sedere solet, tomo. 1. fol. 710. col. 1.
Inimicus manifestus melior est quam amicus fictus, nam ille dum timetur facile vitatur, iste dum non cognoscitur præualet, tom. 2 fol. 723. col. 2
Iniquitas manducatur, & quomodo tom. 2. fol. 266. col. 1
Iniuriam fieri Christo Domino, videbatur Centurioni intrare in eius domum, tanquam suę maiestatis indignam, tomo. 1. fol. 316. col. 2
Innocens ille est, qui nec sibi nec alijs nocet, tomo. 2. fol. 658. col. 2
Inquinamenta aliorum alijs non nocent, tom. 1. fol. 281. col. 2
Insipiens quis dicatur? tom. 2. fol. 444 col. 2
Insufflatio Christi Dñi in discipulos quid sit? tom. 2 fol. 111. col. 2.
Inuentio & dispositio in scripturis euoluendis necessariæ sunt, tom. 1. fol. 636. col. 1
Inuidi diabolũ immitantur, tom. 1 fol. 373. col. 2
Inuidia quam graue peccatum & quantum malũ sit, tom. 1. fol. 78. col. 1. & fol. 573. col. 2
Inuidia nascitur ex vana gloria, & est propriũ inuidię de bono alterius mærere, to. 1. fol. 399. col. 1.
Inuidia hominem in dæmonẽ conuertit, tom. 1 fo. 574. col. 1.

Inuidia, fera venenoſa & immunda, morbus voluntatis venia eſt excuſatione indigna, atque omnium malorũ mater, tom. 1. fol. 670. col. 2

Inuidię vires ponuntur, tom. 1. fol. 313. col. 1

Inuidiæ venena ſuperari bene poſſunt, ſed difficile conquieſcere, tom. 2. fol. 643. col. 2

Inuidus non eis quibus inuidet, ſed ſibi ipſi nocet, tom. 1. fol. 78. co. 1

Inuidus vt proximum perdat perdit ſeipſum, & multa alia mala perpetratur, tom. 1. fol. 670. col. 2

Inuiſibilem ſe fecit Chriſtus Dominus Iudæis cum eum lapidare velent, tom. 1. fol. 660. col. 1

Ioannem Baptiſtam feciſſe miraculũ non cõſtat, tom. 1. fol. 85. col. 2

Ioannem Baptiſtam non eſſe hominem ſed Angelum arbitrabantur Iudæi, ibidem.

Ioannes Baptiſta mirabilem vitam ducebat, ita vt omnes mirarentur & merito ipſum magnum quendã virum arbitrarentur, tom. 1. fol. 45. col. 1

Ioannes Baptiſta filium Dei Chriſtum Dũm digito oſtendit, ibidẽ.

Ioannes Baptiſta ſua morte cęteris prodeſſe curabat, ibidem, col. 2

Ioannes Baptiſta volebat diſcipulos ſuos in fide Chriſti confirmare, aperteque docere vt ſcirẽt ipſum eſſe qui ad ſaluté omnium expectabatur, ibidẽ: & fo. 46. co. 1

Ioannes Baptiſta quare ſimulat ſe Chriſtum Dũm ignorare? ibidẽ.

Ioannes Baptiſta amabilis Iudæis, & amabilior Herodi, ibidem.

Ioannes Baptiſta ob quid venit in odium Herodis, ibidem.

Ioannes Baptiſta quare miſsit duos ex diſcipulis ad Ieſum? ibidem, & fol. 51. col. 1. & fol. 52. col. 2

Ioannes Baptiſta captus fuit, & in carcerem Macheruntis caſtelli introductus, quia arguebat Herodem propter Herodia eam q ã tulerat fratri ſuo Philippo vxorem, tom. 1. fol. 46. col. 2. & fol. 47. col. 1

Ioannes Baptiſta ſpecie homo gratia angelus quia nihil carnis erat in eo, niſi viſio ſola, tomo. 1. fol. 47. col. 1

Ioannes Baptiſta laudatur, ibidem, & col. 2. & fol. 69. col. 1. & 2. & fol. 70. col. 2. & fol. 71. col. 1. & 2

Ioannes Baptiſta morte lætabatur, tom 1. fol. 47. col. 2

Ioannes Baptiſta Iob comparatur, ibidem.

Ioannes Baptiſta locuſtas & mel ſilueſtre edebat in deſerto, & camelorum pilis induebatur, ibidem, & fol. ſequenti, col. 1. & fol. 70. col. 1

Ab hoc fol. 47. col. 2. excluſiue vſq; ad fol. 48. etiam excluſiue Typographi in curia foliorum numeri ſunt bis poſiti.

Ioannes Baptiſta quare nõ affirmauit diſcipulis ſuis Chriſtum Dominum eſſe Meſsiam antequam illos ad ipſum mitteret? tom. 1. fol. 48. col. 2

Ioannes Baptiſta non dubitauit Chriſtum Dominum eſſe Meſsiam. tom. 1. fol. 49. col. 1. & 2. & fol. 54. col. 1

Ioannes Baptiſta diſcipulorum ſuorum ignorantiæ conſulit cũ eos ad Chriſtum mittit, vt ipſi cognoſcerẽt quem ipſe prædicabat, tom. 1. fol. 50. col. 1

Ioannes Baptiſta poſitus in carcere non de ſuo periculo ſolicitus erat, ſed de diſcipulorum ſuorũ ſalute curabat, to. 1. fol. 54. col. 2

Ioannes Baptiſta diſcipulis ſuis dedit tutorem Chriſtum ibidem.

Ioannes Baptiſta duos diſcipulos ſuos miſsit ad Chriſtum Dominum faciliores ad credendum, tom. 1. fol. 57. col. 1.

Ioannes Baptiſta ſecũdum aliquos

dubitauit de Christo Domino non quod esset verus messias, sed vtrũ ipse per se, & in propria persona descẽsurus esset ad inferos, ibidem, & fol. 58. col. 1

Ioannes Baptista Christum Dominum agnum vocauit, eo quod tã quam agnus in cruce esset moriturus, tom. 1. fol. 50. col. 1

Ioannes Baptista tanquam testis Christi fidelis cõfessus est, quod ipse non erat messias, ne turbæ deciperentur, tom. 1. fol. 68. col. 1. & 2.

Ioannes Baptista fugiebat ventum vanæ æstimationis, ibidem, col. 2.

Ioannes Baptista nunquam flexus est, nec inani gloriæ cessit, & ideo non arundo vento agitata fuit, ibidem.

Ioannes Baptista quare à populo messias potuit existimari? tom. 1 fol. 74. col. 2. & fol. 75. col. 1

Ioannes Baptista vere amicus sponsi Christi Domini, tom. 1. fol. 77. col. 1

Ioannes Baptista vere lucifer qui Solis iustitiæ non vsurpare venit sed prænuntiare splendorẽ, ibidem.

Ioannes Baptista quare testimoniũ de Christo dederit, ibidẽ, & col. 2

Ioannes Baptista non verbis Iudeorum respondet sed animo quo interrogabant, tom. 1. fol. 79. col. 2.

Ioannes Baptista, cum esset Prophe ta & plusquam Propheta quare negat quòd sit Propheta? tom. 1. fol. 82. col. 1

Ioannes Baptista erat Elias in virtute vita & spiritu, & ideo interrogatur Elias es tu? ibidem. col. 2.

Ioannes Baptista quare in deserto nõ in vrbibus prædicabat, tom. 1. fol, 85. col. 1

Ioãnes Baptista quare dicitur vox, tom. 1. fol. 87. col. 1

Ioannes Baptista exemplo sui Pharisæos ab arrogantia in humilitatem reducere conatur, tom. 1. fol. 95. col. 1

Ioãnes Baptista erat lucerna, Christus autem lux vera, tomo. 1. fol. 96. col. 2

Ioannes Baptista, non suã sed Christi Domini gloriam quærebat, tomo. 1. fol. 101. col. 1

Ioannes Baptista non sui sed Christi venientis ostendebat dignitatem, ibidem, col. 2

Ioannes Baptista, & ad baptismi & prædicandi ministerium non se ingessit, sed à Deo fuit vocatus, tom. 1, fol. 115. col. 1

Ioannes Baptista quare regionem circa Iordanem ad prædicandũ elegit? tom. 1. fol. 116. col. 1

Ioannes Baptista, & Propheta & plusquã propheta fuit, tom. 1. fol. 117. col. 2

Ioannes Baptista, mons celsus & solidus dicitur, tom. 1. fol. 120. col. 2

Ioannis Baptistæ patientia in vinculis, tom. 1. fol. 47. col. 2

Ioannis Baptistæ excellentiæ mirabiles, ibidẽ, & fol. sequenti, col. 1

Ioannis Baptistę monumentum Pagani destruxerunt, & ossa eius per campi planitiem dissipauerunt, & rursum collecta igne cremauerũt, tom. 1 fol. 44. debebat esse, 48. col. 1. & 2

Ioannis Baptistæ caput miraculose fuit repertum, ibidem. col. 2

Ioannis Baptistæ caput, à latronibus rapitur, ibidem.

